
B quoniam ille eſt primus cui competit verbum omne.& cæ
Devirtute numeri. Pō Pici. teris propter illum. ℣ Ex is colligunt in numeris eſſe virtutes.nam in numero trinario videtur natura rerum conſtituta.Picus in ſua apologia rem hanc aſſerit & contendit.Primo quia mathematica ſunt formaliora phyſicis,igitur polentiora virtute,ſiquidem formam ſequatur uirtus.Secundo quia quod in ſuo eſſe minus dependet,in ſuo operari etiam minus depēdebit,& ita polētius erit.Cōſtat aūt numeros in ſuo eſſe minus depēdere,et ita magis actiui erūt.Tertio numero ſtabilita ſunt multa q̄ polentiſſima ſunt. igiť numeri polētes erunt.Antecedēs patet,nam elementa numero definita ſunt quaternario.planetę vero ſeptenario.Signa Zodiaici duodenario.Simili ratione in alijs operibus dei deduci poteſt. ℣ Sed in contrarium ſunt omnes peripatetici dicētes quantitates non eſſe de principijs actiuis.Rationes vero in contrarium flectuntur. prima quidem quia quę ſunt potentialiora ſunt minus polentiora,immo nullatenus agunt.
Cōſutatio.

C Sed quantitates ſunt potentiæ materiæ, quę primitus in illa
Propria poſitio. inſunt vt in libro dicitur de ſubſtantia orbis,ex quarum diuiſione numerus ipſe proficiſcitur.ſecunda vero,quia quod eſt ſimpliciter dependens nullatenus agit. ℣ Sed mathematici & numeri penitus ab intellectu dependent, igitur nullo modo agunt.Propterea dicerem poſſe virtutem numeris intelligi in eſſe aut per ſe,quo modo clariorivim aliquam eſſe dicimus,& ſic numeris non concederem vires.Aut per accidens ratione rerum numeratarum,& hoc modo bene vires numeris pręberem.decem enim homines ſunt polentiores tribus. hinc patet eſſe multa numero definita non propterea quia in numeris ſit per ſe virtus,ſed ratione rerū numeratarum,& hæc ſunt peripatetice dicta.

℣ Quare cum omnia, & omne atq; perfectum inter ſe non differant forma. Sed ſiquidem differunt: vtiq; materia & his de quibus dicuntur diſtant : corpus nimirum inter magnitudines duntaxat perfectum erit. ipſum enim ſolum tribus definitum erit. hoc au-

D tem eſt omne.
Expoſitio ℣ Hactenus de definitione corporis, & ꝙ tantum ſint tres magnitudines perfecit,nunc ex his infert duo, quorum primum eſt,ꝙ corpus ſolum inter magnitudines ſit perfectum: ſecundum ꝙ ſolum ſit omni ex parte diuiſibile. Neceſſitas vero huius eſt,quia vult probare mundum eſſe perfectum, ſaltem in ratione corporis,quæ perfectio eſt perfectio generis,& hoc quia hic incipit tertiam ſummam aggredi, quæ erat de perfectione mundi. Sillogizat autem ſic omnia & omne eſt perfectum.Solum corpus eſt omnia & omne.igitur ſolū corpus eſt perfectū. Quod ſolum corpus ſit omnia, & omne declarat.omnia & omne tribus definita ſunt. Solum corpus inter magnitudines tribus definitum eſt.Igitur ſolum corpus eſt omnia,& omne. ℣ De ratione primo tangit vim maioris dicens. Quare cum omnia & omne atq; perfectum inter ſe non differāt forma. Sed ſiquidem differunt,vtiq; materia & his de quibus dicuntur hoc eſt ſubiectis differunt,et per hocvult habere hanc ꝙ omnia et omne ſunt perfectum, cui addita hac minori ꝙ corpus ſit ſolum omnia & omne,infert concluſionem dicens, corpus nimirum inter magnitudines duntaxat perfectum erit. Deinde probat minorem. ꝙ videlicet ſolum corpus ſit omne & omnia, & inquit,ipſum enim ſolum tribus definitum erit. at quod ſolum tribus definitū erit,eſt ſolum omne et omnia. igitur corpus ſolum eſt omne & omnia,quę erat minor,& ita habetur prima concluſio. E

℣ At cum ſit tribus ex partibus diuiſibile:omni ex parte diuiſibile erit. cæterarum autem magnitudinum altera ad vnum, altera ad duo eſt diuiſibilis: quippe cum eo diuiſibiles atq; continuæ ſint : quo numerum ſubeunt : alia quidem ad vnum continua : alia ad duo: alia omni ex parte talis.

F ℣ Secundo probat ꝙ ſolum corpus ſit omni ex parte diui-
Expoſitio ſibile,& hoc quia tribus ex partibus diuiſibile eſt omni ex parte diuiſibile, at corpus vt probatū eſt tribus ex ptibus ſit diuiſibile.igiť eſt omni ex parte diuiſibile.cæterarū vero nulla eſt omni ex parte diuiſibilis,vt deducit, & ſic patent hæc duo.Fortaſſe hæc eſt ſecunda ratio,qua probat corpus eſſe perfectum ex eo.v3,quia omni ex parte diuiſibile eſt. & tunc legatur at pro etiam.

AVERROES vero declarat primo quonam modo Quę Aue, Com.3. omne totum & perfectum forma non differunt, ſed ſubiecto.et vult ea non forma differre,quia ipſa ſubeunt formam multitudinis & complementi.ſubiecto vero differunt,quoniam omne quatitati attribuitur diſcretæ. Totum continuæ.perfectum qualitatibus & formis vt deo & intelligentijs in quibus nulla eſt materia. ℣ Sed dices nos dicimus Dubitatio omnes intelligentiæ ſunt bonę,omnes ſunt actus puri,igitur omne dicitur de illis formis. Amplius dicimus deum eſſe totum,immo verius totum, quoniam ipſe nullius eſt pars.
℣ Dici poteſt ꝙ hæc de deo dicuntur & intelligentijs per ac Solutio. cidens,quatenus ille attribuuntur magnitudinibus per ſe vt G orbibus. ratione enim orbium dicuntur multæ & omnes, & deus dicitur totum propter orbem maximum, cui primo attribuitur.Sed ſi intelligerentur abſolute, nec numerum nec rationem totius participarent,et ſic patet verbum Ariſtotelis. ℣ Secundo Auer. declarat quonam modo intelligitur verbum Ariſtotelis. vt enim numerum adepta ſunt ſic & diuiſionem & continuitatem,& vult vt dupliciter intelligi poſſit vno modo vt omnis magnitudo eo ſit diſcreta quo continua,& ita linea quia continua eſt, ad longum diſcreta vel diuiſibilis eſt ad longum in duas medietates, ſuperficies ad longum & ad latum.corpus ad longum latum & altum,& hoc modo eſt continua & diſcreta ratione partium quas habet.continua quidem quia actu vna, diſcreta quia poteſtate diuiſibilis. Alio modo vt continuitas & diuiſio non ad idem referantur ſed ad numerum dimenſionum,& tunc linea quia non participat numerum dimenſio H num eſt continua & vna tantum. Superficies quia diuiditur in duo longitudinem & latitudinem,numerum participat merito dimenſionum & continuitatem, merito lineæ: Corpus vero particeps eſt vtriuſq; vnitatis ex parte lineæ, numeri ex parte ſuperficiei.approbat ſecundam expoſitionem propter verba Ariſtotelis quæ de corpore poſtea dicet, nam poſtea affirmabit corpus recipere duo nomina continui & diſcreti, & ſic videtur ſecunda expoſitio melior:
℣ Ego vero approbo primam, nam ſic ſequeretur ſuperfi- Propria expoſitio. ciem & corpus eſſe diſcretas quantitates & ſolam lineam eſſe continuam.quod eſt contra Ariſto.vbiq; enumerat.n. hęc ſub genere cōtinuorū.Et ita melius dico oēm magnitudinē quo eſt continua eo eſſe diſcretā,et ecōtra,non tñ eodē mō.Sed ſi actu continua,poteſtate diſcreta,ſi diſcreta actu, poteſtate cōtinua.& hæc expoſitio eſt vbiq; conueniens.

I Quæstio. Rñsio Ioãnis. VTRVM TRES esse magnitudines possit demonstrari. Respondet Ioannes ꝙ sic, & ostendit illud duabus rationibus. Prima est, quot sunt positionis differentię tot sunt magnitudines. tres sunt positionis differentię, sursum & deorsum vna, quę longitudinem facit, ante retro, quę altitudinem siue profunditatem. dextrum sinistrum, quę latitudinẽ efficit. ℣ Secunda ratio quam ait esse Ptolomæi, est quia quot modis lineæ rectę orthogonaliter hoc est perpendiculariter possunt se intersecare in eodem puncto, tot sunt dimensiones. Sed lineæ rectæ non nisi tribus modis possunt se perpendiculariter intersecare eodẽ in puncto, quia vbi pluribus fieret modis, plures anguli efficerentur recti, quod est falsum. & dicuntur lineę rectæ quia curuæ possunt esse plures. & dicitur orthogonaliter ad differentiam illarum quæ non cadunt perpendiculariter, quę possunt esse plures et nõ facere angulos rectos, sed vel acutos vel obtusos. hoc exemplo in plano ostendi non potest, sed bene in ligno, quia accipiendo duo ligna quorum vnum alterum intersecet ad modum crucis & in puncto intersectionis aliud cadat perpen-

K dicullariter: erunt omnes anguli recti, ꝙ si plura ligna sint, non erunt recti. Ex ijs duabus rationibus Ioannes autumat illud esse demõstrabile. ℣ Mihi tamen videtur illud aut non esse demonstrabile, aut nondum esse demonstratũ. Cuius signum habeo quia si esset demõstrabile Aristoteles mathematicorum non minor princeps q̃ physicorũ id demõstrasset aut demonstratione mathematica aut physica. vidimus vero ipsum fuisse coniectura vsum, & auctoritate tantum Pithagorę. Propterea dicerem id demonstrabile esse, & nõ demonstratum. hæc est Aristotelis accusatio, propter hęc videtur mihi ambas illas rationes petere, prima quidem, quia licet sit verum quot sunt differentie positionis, tot esse magnitudines, tamen non est manifestum. Similiter & si sit verum ꝙ quot modis lineæ perpendiculariter se intersecant in eodem puncto, tot sint magnitudines, nõ est per se notũ. Et ita rationes has vti probabiles concedimus, demonstrationes vero nos nondum vidimus. hæc de quæstione.

propria põ Aliqualis coniectura cõtra Ioãnem.

L ℣ Quæ igitur magnitudinum sunt diuisibiles: eæ quoꝙ continuæ sunt. At si omnes etiã continuę diuisibiles sint: nondum ex ijs quę nunc diximus patet. At illud profecto patet nunc esse e corpore in aliud genus defluxum. velut ex linea in superficiem. & ex superficie in corpus. non. n. talis profecto magnitudo adhuc perfecta erit: fiat enĩ defluxus ratione defectionis necesse est. At perfectũ defectionem habere nequit. est enim omni ex parte tale.

Expositio ℣ Aristoteles nunc quasi epilogando, colligit quidnã ex dictis nunc patet, & quid non patet. primum igitur quod patet ex nunc dictis, est omnem magnitudinem diuisibilẽ esse continuam, hoc iccirco hic patet, quia patuit omne diuisibile esse vnum. non. n. diuisio cadit in discreto, secundum quod non ex dictis patet, est huius conuertens, omne v3 cõtinuũ esse diuisibile, quia vt Simplicius addit, hic definitio continui est sumpta, & non demonstrata, sed in. 6. physi. demonstratur. Inquit. Quæ igitur magnitudinum sunt diuisibiles, eę quoꝙ continuæ sunt. & hoc patet. At si omnes etiã

M continuę diuisibiles sint, nondum ex his quę nunc diximus, patet. Melius fortasse exponerem ꝙ continuum esse diuisibile, & diuisibile esse continuum est uerum. At diuisibile esse continuum, & econtra, non patet. & hoc plus conuenit. ℣ Secundum quod patet est non dari vltra corpus aliud genus magnitudinis, in quod corpus ipsum fluens efficiat illud velut linea fluens facit superficiem, & superficies corpus. Inquit. Rursus etiam illud profecto patet non esse e corpore in aliud genus defluxum, velut ex linea in superficiem, & ex supeficie in corpus probat hoc enthimematice sic, si corpus fluens aliud genus efficeret magnitudinis, corpus non erit perfecta magnitudo, probat consequentiam, quia defluxus fit merito defectionis, vt quia lineę deficit latitudo, ideo defluens in latum, superficiem efficit, quia vero superficiei deficit profunditas, ideo fluens in profundum, corpus facit. præterea hoc idem patet per rationem vniuersalem motus, nam omne quod mouetur, ideo mouetur quia sibi quicquam deficit vt illud per motum nanciscatur. Inquit. non talis profecto magnitudo adhuc perfecta erit, deducit, quia oportet vt defluxus fiat propter defectionem, vt patet & generatim & speciatim. Destruit consequens, & inquit. At perfectum defectionem habere nequit, quia (vt dictum, est) id quod oĩ ex parte est tale. Sic igitur ex his patet nõ esse aliud genus magnitudinis in quod fluxit corpus. N

℣ Eorum igitur corporum. quę partis subeunt formam: quanuis tale sit vnumquodꝙ eam ob rationem. v3 quia omnes habet dimensiones: nihilominus tamen quia ad id quod est propinquum tactu definitum est: iccirco talium corporum vnumquodꝙ multa quodam modo est. At ipsum omne cuius hęc sunt partes: omni ex parte (velut etiam eius nomen significat) perfectum est: & non ex parte quadam sic: ex parte quadam non. O

Expositio ℣ Vt dicebatur quarta summa erat in probando mundum esse perfectum. Et suppositit ad hoc corpus esse magnitudinum perfectam, & epilogauit quæ patent, quęue posterius dicentur, nunc vt mihi videtur mundi perfectionem. ex dictis nãciscitur. Vbi debes scire duplicem esse perfectionem, alteram corporis quo corpus est, & hæc est habere tres dimensiones, & vocatur perfectio secundum rationem siue definitionem generis. Altera est corporis quo tale corpus. Tunc concludit omne corpus quod intra cœlum cõtinetur esse perfectum per rationem corporis, quia habet tres dimẽsiones. per rationem vero talis corporis vt quia continetur ab eo corpore quod est circa ipsum, aut quia finitur ad aliud sibi proximum, imperfectum est. at vniuersum per rationem generis vt quia corpus, & per rationem speciei, vt quia omnia continet, & e nullo continetur, omni ex parte perfectum est. Inquit. Eorum igitur corporum: que partis subeunt formam quãuis tale sit vnumquodꝙ: ob rationem atꝙ definitionem corporis. v3 quia omnes habet dimensiones, nihilominus tamen quia ad id quod est sibi propinquũ tactu definitum est iccirco talium corporum vnumquodꝙ multa hoc est imperfectum est. ℣ Quo vero ad verba attinet verbũ illud multa grꝛce est πολλα quod more Pithagoræ imperfectum sonat etiam, quia ipse turpe & imperfectũ multa siue pola vocat. & hoc loquendi modo vtitur nũc Aristoteles. Sic igitur vnumquodꝙ corpus, quod pars est mundi, ea parte qua corpus per rationem generis perfectũ est. per rationem speciei, quia ad aliud finitur imperfectum. At ipsum omne cuius hæc corpora sunt partes (velut etiam eius nomen significat) omni ex parte perfectum est hoc est tam ratione generis quàm ratione speciei, & non ex parte quadam sic, vt quia corpus, ex parte quadam non, vt quia finitur ad aliud. est enim corpus & ad nihil definitum, ideo simpliciter perfectum. ℣ Ex his talis emergit syllogismus, quod est corpus ad nullum corpus exterius definitum, est corpus simpliciter & omni ex parte perfectum, vniuersum est corpus & ad nullum corpus definitum. igitur est corpus simpliciter perfectum. P Expositio verborum Sylls. Q

℣ De ipsius igitur vniuersi natura siue magnitudine infinita sit siue tota mole finita posterius considerandũ erit.

Expositio ℣ Hactenus ꝙ mũdus sit omni ex parte perfectus declarauit, quia omnia continet a nullo continetur, propterea dubitauerit quispiã ratione Parmenidis quod nullo continetur, & omnia continet, est infinitum. Sed vniuersum per Aristotelem nullo continetur, & omnia continet, igitur est infinitum, huic nunc quasi respondendo inquit. De ipsius igitur vniuersi natura siue magnitudine infinita siue tota mole finita sit posterius considerandum est, & sic responsionem ad tempus transmittens excusat se. ℣ Debes scire de mũdo fuisse duas positiones, alteram ꝙ mundi sunt multitudine infiniti, alteram ꝙ multitudine sint finiti, sed mole infinitus est. Aristo. meminit scdꝫ, qa illa põt sequi ex dictis, aliã postea disputabit: Animad. uersio.

A disputabit:& nihil illius meminit: qa non ad dicta sequit.

Quę Aue. cō.4. Qualis illatio Aris. QVIA Auerroes multa circa textū explicat:aggredia mur nunc quæ ipse dicit : nā ex ijs multa q̄ in textu omisimus,explanabuntur. ℣ Quantū tamen ad primū dictū est in textu perspicuū, oēm magnitudinē diuisibilē esse continuam:sed omnē continuā esse diuisibilē,nō est manifestum. Auer.vult has ambas esse manifestas.v3 omne diuisibile eē continuum & omne continuū diuisibile: sed nō cōuersiue: qm̄ vniuersalis affirmatiua non conuertitur in terminis vt in prioribus dicitur. ideo si prima sit hic manifesta vt dixi mus in textu.v3 omne diuisibile esse cōtinuū, sequitur hæc quodā continuū est diuisibile,& nō vniuersaliter.omne cōtinuum est diuisibile,,pterea ait Auer. non esse manifestā eius conuersionē. ℣ Ex hoc Auer. infert non esse manifestū omne corpus esse diuisibile omni ex parte, nam si nō patet omne cōtinuū esse diuisibile, non patet corpus esse diuisibile,,pterea ait id tūc patere cū declaratū est non dari indi-

B uidualia corpora quæ Democritus concessit, quare duo nō sunt hic manifesta sed ex suppositione sumpta.v3 omne cō tinuū esse diuisibile & corpus esse omni ex parte diuisibile, & certe Auer. hic laudē non paruā meretur. Postea quasi inferens recolligit ipse omne continuū esse diuisibile declaratū esse in.6. physi. & ,pterea hic & in geometria est vt

Qualis sit illa propō oē cōtinuū est diuisibi le. principium, nā geometria eā sumit vt principiū. naturalis experiē eā probare. ℣ Postmodū Auer. ex textu talē sumit Syllogismū,perfectū est quod non recipit additionē, cor-

Syll's textus. pus nō recipit additionē.igitur est perfectū. ℣ Sed dices so-

Replica. lus deus nō recipit additionē.Dici pōt q̄ Auer.sic intelligit

Defensio. perfectū est quod nō recipit additionē sui generis. modo &

Differētia corporū. si corpus recipiat additionē.illa est alterius generis a corpo re,sed in rōne sui generis non recipit illam. ℣ Postea Auer. ibi. Vnūquodq̄ docet differentiā inter corpora q̄ sunt partes in suis formis siue suis continentibus,nam continens for ma est cōtēti.4.physi.& ipsum vniuersum, ex eo quia cor pora quæ sunt partes perfecta sunt in dispōne perfecti. v3 per rōnem generis & nō rōne spēi, qa ipsa in rōne spēi di-

C minuta sunt,quia cū tangant superficies corporū contin̄tium, possunt recipere additiones.at vniuersum vt diceba tur est perfectum per rationē generis vt quia corpus & in rōne spēi,quia e nullo continetur, nec contineri est aptum, sed oīa cōtinet. ℣ Ex hoc exponit illa verba propter quod quoddā modo multa corporū vnūquodq̄ est,probat tamē primo corpora plura in eadē spē esse quia sunt impfecta, & arguere videtur primo illa corpora sunt plura in eadem spē,quę cōtinentur ab aliquo.at ptes contentæ in mūdo cō tinentur ab aliquo. igitur plura in eadē specie. ℣ Secundo, diminutū est illud ex quo inuenitur plus vno in eadem spē. Corpus particulare est diminutū,igitur inuenitur plus vno in eadē specie, ,pbatur minor, quia si corpus pticulare eēt perfectū,nō inueniretur plus vno in eadē spē, sicut de mū do dicitur.Sic igitur patet corpa particularia esse plura,qa sunt imperfecta,diminuta,& cōtēta. ℣ Hinc causam infert multiplicationis indiuiduorū sub eadē specie , quia v3 esse

D eorū est diminutū , cū enim sit diminutū,natura suppleuit in numero,vt species seruaretur in sua totalitate,verba igit Aristotelis intelliguntur propter quod hoc est quia imperfecta sunt,quodā modo multa sunt participatione speciei, hæc Auer. ℣ Deinde ibi totus mundus est perfectus.Auer. congregat in mūdo omnes perfectiones, generis quidē, qa est corpus.spēi vero quia non continetur, & quia est vnus numero in sua specie. addit q̄ siue sit finitus siue infinitus nihil continet ipsum,siquidem infinitus,patet quia nihil ipsum continet,quia extra ipsum nihil est nec vere nec imaginarie, vt patet per descriptionem infiniti. Si vero finitus minime. quia tunc esset pars alterius vt dixit, quare omni ex parte perfectus est & vnus numero in sua specie. Qua ratione patet totum particulare vt elementum non significatione perpetua esse perfectū hoc est oī ex pte.at mūdus semper est pfectus & omni ex pte.hæc Auer.in cōmento·

Prima qō. SED CIRCA hęc querunt. Primo vtrum imperfectio sit causa multiplicationis sub eadē spetie,et videt q̄ nō: E nam phœnix est imperfecta,& tamē nō est multa in suis in diuiduis.Secūdo vna est terra,& tamē est impfecta. In cōtrariū est Auer.in cōmēto. ℣ Respōdēt quidā q̄ imperfectio Prima re- accipiendo imperfectionē pro diminutione atq; priuatione sponsio. alicuius entis in spetie vel genere,est causa multiplicationis sola indiuiduorū in eadē spetie,& hāc aiūt esse mentē Auer.

℣ Sed hæc positio est falsa , quia vt dicit Auer.3. de anima Cōfutatio. com.5. q̄libet suba præter primā est imperfecta & cōposita ex potētia & actu,igitur quelibet substātia est multa in suis indiuiduis.Secūdo si imperfectio est causæ multiplicationis indiuiduorū in eadem spetie,aut effectrix,aut formalis, aut materialis,aut finalis,& patet nullo horū modorū esse cau sam. ℣ Propterea dici potest q̄ imperfectio nō est causa mul Propria tiplicationis indiuiduorū nisi velut causa sine qua nō. Vnde positio. causa prima vt materia est ipsa materia vt ī multis locis ha bere ab Auer.causa sine qua nō est imperfectio,causa effec- F trix per se est generans actū plura generare in eadē spetie, causa formalis est forma rei,qa vt dr.2.de anima.cō.4.indiuiduū est hoc pp formā.Formalis sine qua nō est cōtinēs. Sūt enim cōtēta in continētibus vt in spetiebus. cā vt finis est eē melius, nā cū natura semp agat de possibilibus,quod melius est.Mō plura esse indiuidua sub vna specie, qñ apta nata sunt esse,est melius.igit hoc est causa vt finis.Vtrū ve ro materia sit cā multiplicationis sola,an vt quāta,alibi q̄re. ℣ Tūc ad rationes,ad primā patet solutio.est.n. phœnix multa in īdiuiduis secūdū successionē,et hoc satis.et de terra sīr,īmo terra cōtinue est alia atq; alia.hæc de prima qōne.

QVERVNT secūdo,vtrū aliqua spēs quāto plura Secūda qō habet indiuidua tāto sit alia pfectior,videtur q̄ nō quia vt Auer.inqt.causa multiplicationis est īperfectio. igit species habēs plura indiuidua est non habēte tot imperfectior. ℣ In contrariū est Auer.qui in cōmento ait plura indiuidua esse data pro supplemēto, & ita videt multiplicatio dicere per G fectionem in specie. ℣ Quicquid velint quidā. Primo debes Determi- scire posse esse aliquid de perfectiōe alicuius,quod tamē ,p- natio quę- cedit ex imperfectione illius . Exemplū vt scientia de nouo Prima sup acquisita est de perfectione hominis, sed de nouo acquisita positio. est propter hominis imperfectionem. ℣ Secundo debes scire Secunda. duplicē esse alicuius perfectionē . v3 per accidens,& per se. Tertia. ℣ Tertio debes scire q̄ quædā est species prædicamētalis vt illa quę actu vel potestate cōtinet plura indiuidua,quedam ęquiuoce dicta vt species cuius indiuiduū est æternū. ijs declaratis.Dico primo q̄ in specie cuius indiuiduū ē eternū, esset de imperfectione habere plura indiuidua , & propter imperfectionem.Dico secūdo in specie cuius indiuidua sunt vel possunt esse multa plura habere indiuidua est de perfectione non essentiali sed accidētali,& ,ppter imperfectionē accidētalē,patet ex dictis. ℣ Dico tertio q̄ habere plura indiuidua nec est de perfectione essentiali,nec propter imperfectionem essentialem.& hęc sunt pro mente Auer.& tollitur contradictio.hæc de secunda quæstione.

℣ At nunc de partibus ipsius per spetiem dicamus : hinc exordio sumpto : omnia namq; corpora naturalia atq; magnitudines per se mobiles loco dicimus esse.naturam H enim principium ipsis insertum esse fatemur.

℣ Erat(vt dicebat Auer.) summa quarta in demonstrando Expositio cœlū esse corpus simplex, rotūdū cōsimilis naturæ cuilibet corporum simpliciū,quæ recto mouentur motu , hactenus igitur de tertia q̄ v3 mundus est perfectus,& de quarta aggreditur.Præsupponit tamen intentionem & inquit.At nūc de partibus ipsius vniuersi per spetiem dicamus. ℣ Sed quo ad verba attinet verbum illud κατασεισθσα expositor forte au ctoritate Simplicij exponit secundum spetiem,sunt.n.partes vniuersi duplices secundum speciem siue secundum formā, vt elemēta quatuor & cœlum,quæ ideo secūdū formā sunt, quia sunt de essentiali cœli cōstitutione,sunt & secūdū materiā vt mista,quę ideo secundū materiam sunt,quia fluunt & refluunt,tunc est sensus quod vult dicere de partibus se-

I cundum formam,& non ſecundum materiam,quia de qua tuor elementis & cœlo, & tunc iuſta hoc non tantum Ariſtoteles prę ſupponit intentionem prę ſentis ſummæ quartę, ſed totius libri cœli, & videtur rationabile, quia quę dixit hactenus,ſunt quaſi extrinſeca a cœlo.poteſt etiam intelligi vt diximus per ſpetiem,quia hactenus in libro phyſi. dictū eſt de partibus cœli per rationem generalem,hic de his vult dicere per ſpetiem. ☞ Sed quomodocunq; ſit,ſumit pro declaratione ſui propoſiti quędam vt ſuppoſitiones,& hęc vt ſtudioſus mathematicæ. Et inquit. omnia namq; corpora naturalia atq; magnitudines per ſe mobiles ſunt in loco.Syllogizat hoc omnia quæ naturam habent ſunt per ſe mobilia ſecundum locum, phyſica corpora & magnitudines naturam habent, igitur per ſe mobilia ſecundum locum. ☞ Quo vero ad uerba attinet dixit corpora naturalia, quia Platonici poſuerunt etiam corpora dæmonica, & alia id genus,dixit corpora & magnitudines vt expoſitor ait amplectendo etiam lineam & ſuperficiem, quæ mouentur vt

K termini corporum naturalium. Sed hoc non placet,quia dixit corpora & magnitudines per ſe moueri, modo tales nō per ſe mouentur. Melius igitur per corpora elemēta intelligit,& per magnitudines cœlos ipſos,qui ſunt quaſi ſimplices magnitudines. dixit quęcunq; naturam habēt ſunt per ſe mobilia in loco,quia latio eſt primus motuum, & nihil poteſt moueri aliquo motu quin latione moueatur.

☞ Inſuper etiam omnis motus qui per locum eſt: quem lationē appellamus:aut rectus eſt:aut circularis:aut ex ijs miſtus. Simplices.n.ij duo ſunt ſoli: ꝓpterea ꝙ et magnitudines hæ ſolū ſimplices ſunt.recta & circularis. circularis quidē profecto is eſt:qui circa mediū fit. rectus vero quo ſurſum atq; deorsū itur. Atq; eo ſurſū ire dico: quo e medio pergitur.eo aūt deorſum quo ad mediū ibitur.

Expoſitio ☞ Secunda ſuppoſitio omnis motus qui per locum eſt, quē lationē vocamus,aut rectus eſt,aut circularis,aut ex ijs miſtus.vt motus obliquus eorum que hac illac feruntur.dixit qui per locū eſt,ad excludendū cęteros motus.v3 alterationē & auctionē quorū nullus eſt rectus,aut circularis,aut ex

L ijs miſtus. Adiecit quē lationem appellamus,propter condenſationem & rarefactionē,qui locales motus ſunt,ſed nō lationes.hęc eſt ſecūda ſuppō.hāc ſuppōnē ꝓbat quot ſunt ſimplices magnitudines, tot ſunt lationes ſimplices, vt duę ſunt ſimplices magnitudines.v3 recta & circularis.Igit̄ duę lationes ſimplices.recta v3 et circularis.Maior eſt pſpicua qa lationes ſpecificantur a locis, vt cęteri motus a ſuis terminis.Minor vero eſt ſuppoſitio mathematicorū. ☞ Deinde declarat ſuppoſitionem exponēdo mēbra diuiſionis,& inquit circularis quidē profecto is eſt, qui circa medium fit,& vt addit expoſitor per mediū intelligit mediū mūdi, nam rota molēdini circa mediū fertur.& nō circulariter mouetur,ſed motu cōpoſito ex eleuatione et depreſſione,rectus vero duplex quo ſurſum itur vt ille leuium atq; deorſum vt ille gra

M uiū,exponit autē quid ꝓ ire ſurſum,quidue ꝓ ire deorſum intelligat & inquit. atq; eo ire ſurſum dico,quo e medio per-

Dubitatio Soluio. gitur,eo autem deorſum,quo ad medium ibitur. ☞ Sed dices cur non dixit eo ire ſurſum quo ad concauum itur, eo deorſum quo e concauo. Dici poteſt quia nondum patet eſſe cœlum,vel concauum,ideo per notius deſcripſit. Hæc eſt declaratio craſſa ſecundæ ſuppoſitionis.

Quę Aue. comē,5. AVERROES com.5.multa pulchra declarat,ex qbus multa occulta in textu exponentur, & primo declarat ordinem dicendorum,& inquit.Ariſtotelem velle determinare de partibus vniuerſi incipiendo primo a nobiliori & primo corpore.v3 cœlo,de quo determinando incipiet primo declarare ea,e quibus natura ipſius apparet.v3 de motu

Ordo intē tionis. ſimplici.hic eſt ordo,& hęc eſt intentio. ☞ Sed aliqs obijciet nā nulla ſciētia probat ſuum ſubiectū eſſe nec ſpeties ſui ſub

Obiectio, Expoſitio iecti,vt primo.phy.c.83.&.22.cō.2.&.26.dictum eſt:et.2 de aīa.cō.27. Mō cœlū eſt ſubiectū hoc aut ſaltē p̄cipua ſubti ſpeties. ☞ Cui rñdens ingt.eē.n.eius eſt ſenſibile per ſe,quaſi velit eſſe poſſe ſumi duplicier,vnomodo abſolute.v3 vt ter N minat queſtionem an eſt,& ſic cœlum eſſe eſt manifeſtum ſenſu,quoniā ſenſibus noſtris ſubiacet ſaltem propter eius accidentia proprio,vt per motum & lumen. Alio modo ſumitur pro eo e quo eſſentia ſumitur, & ſic queritur, & ita eius eſſe vno modo eſt prę cognitum, alio vero queſi-

Qualis ꝓ. poſitio. Ariſto. tum. ☞ Secundo Auer.declarat qualis ſit hęc ꝓpoſitio Ariſ. omnia corpora naturalia ſunt per ſe mobilia ſecundum locum,& vult hoc eſſe per ſe principium & quaſi ſuppoſitio per ſe manifeſta.vt ꝓ principiū quod eſt in eis.v3 naturam, que eſt per ſe manifeſta. Entia.n.naturalia non dicuntur naturalia niſi propter naturā modo naturā eſſe principiū motus localis eſt ꝓ ſe manifeſtū,et ſic hęc eſt ſuppoſitio ꝓ ſe manifeſta. ☞ Digredit̄ vero Auer.ibi.Sed in hoc ē q̄ſtio nō par-

Digreſſio Auerrois. ua.Ad cuius euidētiā Auer.ſumit ꝓpoſitiōes, e qbus ſequit̄ q̄ſtio.Prima ꝓpoſitio,natura eſt principiū ꝓ quod mouet̄ vel quieſcit res ꝓ ſe vt definitiōe illius patet.Secūda,natura

O prius de forma dicit̄, q̄ſ de materia. Tertia, naturam eſſe in naturalibus eſt per ſe notum, & motum eſſe aliud a motore eſt etiā per ſe notum.Ex ijs infert cœlum habere motorem per ſe alium a moto,quia omne quod mouetur per ſe & a ſe habet motorē alium a moto, cœlum mouetur per ſe.igitur habet motorē aliū a moto. cęterę propoſitiōes prę ter vltimam ad hunc ſyllogiſmum non ſunt vtiles,ſed ſunt additę pro declaratione terminorum. Tūc ſequitur cœlum eſſe compoſitū ex materia & forma.ſ.motore.quid eſt forma,& moto quod eſt materia, & ita generabile & corru-

Prima re ſponſio. ptibile.& hęc eſt queſtio. ☞ Et ſi poſuerimus.Hic Auer.reſpondet ſecundum aliquos,dicēdo cœlum componi ex materia & forma,ſed forma illius eſt ſeparata a materia cœli, & non dependet a cœlo. ☞ Contra obijcit quia tunc natura

Cōfutatio cœli quod mouetur, non differt a natura alterius moti, nā oē quod differt naturaliter ab alio differt ab illo ꝓ ſuā formā,quę eſt per ſe intrinſeca & nō ſeparata ab illo.Foŕa.n.ſeparata nō eſt natura,& ita ꝓ illā nihil pōt differre naturaliter ab aliquo. ☞ Nō eſt ergo.Secūda rñſio eſſe poteſt ꝙ in

P cœlo eſt forma ſepata, quę mouet ipſum. ☞ Tertia ꝙ citra

Secunda reſponſio, Tertia reſponſio. ītellectū in cœlo ē naturalis quedā forma, a qua cœlū ponit̄, & qua dr̄ motus naturalis, vt pōit. Auic.opinatur n.vltra intelligētiā ī cœlo eſſe formā naturalē, q̄ cœlū dicit̄ neq; graue neq; leue,quēadmodū ignis per ſuā formā dicit̄ leuis,terra per ſuā grauis,& ſic in cęteris. ☞ Cōtra obijcit

Cōfutatio prime. Auer.& primo cōtra primā, & inquit.forma.n.abſtracta nō ſignificat naturā alicuius corpis,natura.n.de nulla forma abſtracta dici pōt,quia natura ꝓ ſe in eſt enti naturali. ☞ Cōtra ſecūdā vero, quia tūc cœlū eſſet cōpoſitū ex ma-

Cōfutatio ſecunde. Rñſio Aū. terta & illa foŕa naturali, & ita eſſet in eo potentia corruptiōis vt pote mā,quod deſtruet̄ poſtea. ☞ Et cū ita ſit. Rñdet & cōcedit cœlū eſſe cōpoſitū ex materia & foŕa ſeparata,ſed vult motū nō eſſe naturalē ꝓ illā formā ſeparatā, ſed a p̄ncipio paſſiuo, & ita diuerſabūtur naturę rerū quę

Q mouent̄ nō q̄dē ſimpliciter,ſed paſſiue tātū.& addit Auer. hāc q̄nem eſſe magnā. quia facit opinari cœlū cōponi ex mā & forma,q̄ cœlū nō ſit graue nec leue. ☞ Sed dices tunc nā dicet̄ de nā cœli. Rñdet ꝙ dr̄ hoc nomē nā de illa cœli,et hac rerū gñabiliū ęquiuoce & nō vniuoce,ęterno.n.& generabili nihil eſt rōne vniuocū. ☞ Sed ambiges,qa vr̄ vtraq; nā vniuoce dicta quia vtraq; ē potētia & principiū paſ

Dubitatio Rñſio. ſiuū motus. ☞ Dici pōt vt diſputabit̄ poſtea vtrāq; dici vniuocę in rōne metaphyſica.quę eſt ratio potētię & p̄ncip̄, nō aūt in rōne phyſica,quę eſt ratio potētię trāſmutabilis, ſed de his poſtea. ☞ Aut dicamus. Aliter rñdet Auer. vbi pri

Secunda rñſio Aū. mo debes ſcire apud Auer.formas eſſe in duplici differētia, aliq̄s quę ꝓ ſubiectū cōſtituunt̄,velut illę quę depēdent in eſſe & cōſeruatiōe a ſubiecto in quo ſunt,aliquas q̄ ſubiectū in quo ſunt,cōſtituūt p̄bēdo illi eſſe,& accidētia ꝓpria illi,vt motū,& figurā,et cętera id genus,colligit̄ hęc diſtō pluribus locis,maxime in libro de ſuba orbis. ☞ Secūdo debes ſcire ꝙ quēadmodū rōnalis aīa pōt dupliciter cōſiderari apud latinos ſecūdū gradū ſenſitiuū & ſecūdū gradū intellectiuū

A lectiuũ,ſic quælibet cœli intelligẽtia põt cõſiderari ſecundũ gradum intellectiuum & eſſe intentionale,& ſecundũ gradum quo ſunt animæ cœlorum, & eſſe reale, & vt anima rõnalis ſecundũ gradũ ſenſitiuũ eſt forma hoīs & cõphenſa a corpore ſecundũ gradũ intellectus eſt ſeparata & nõ a corpore cõpr̃henſa:ſic quælibet intelligẽtia ſecũdũ eſſe reale et eſſe animę cœlũ cõſtituit in eſſe:& accñtibus ,pprijs illi. Secundũ vero eſſe intellectiuũ & intentionale nullius corporis actus eſt:ſed eſt ,pximę intelligentię forma,ſuperioris autem materia. ¶ Tũc ad qõnẽ dici poteſt intelligẽtiã eſſe cœli formã ſecundũ eſſe reale,quo cœlũ cõſtituit in eſſe& ,pprijs accidẽtibus.v3 figura et motu.& ſic maior ẽ falſa:nõ.n.oẽs formæ:qbus corpora differũt ī motu ſunt veræ formę illorũ:ſed ſat eſt eas eſſe formas cõſtituẽtes corpora in eſſe,& hoc inqt aut dicamus q̃ formæ abſtractę vt ſunt formę abſtractę hoc eſt vt nõ dependẽt a ſubo innatę ſunt conſtituere illud q̃ ab eis moueť in eſſe corporis cœleſtis,& rotundũ:& ita quo ad

B eorũ eſſe reale corpus cœleſte cõſtituũt in eſſe ſpecifico,& accidẽtibus ,pprijs illi.velut forma ignis facit ignẽ & omnia ſibi accidentia. ¶ Sed dices,tunc intelligentia eſſet natura,rñdet & concedit naturã dici de hac forma vt de formis generabiliũ:replicabis,igitur cœlũ cõponitur ex materia & forma & natura & natura,ſiquidẽ illa forma eſt natura. ¶ Reſpondet & inquit.& quocũq; modo ſit nõ oportet intelligere de natura quæ non eſt grauis neq; leuis,niſi naturã corporis ſimplicis,& nõ naturã corporis compoſiti ex vera materia & vera forma,& ita intelligentia eſt natura ęquiuoce et nõ vniuoce.hęc de ſecũda reſpõdit,addit q̃ ſcda rñſio eſt manifeſtior,licet ſint vicinæ.quod ideo ſunt vicinę:quia ambæ tenent cœlũ non componi ex vera materia & vera forma.

2. dubitatio Auer. Sed ex natura & natura æquiuoce dictis. ¶ Et non eſt exiſtimãdũ.hęc eſt.2.digreſsiũcula,vbi Auer.ſoluit qõnẽ tacitã,dixit.n.Ariſt.motus ſimplices eſſe duos , quia magnitudines ſunt duæ.Ideo quęrit quid per magnitudines velit Ariſt.reſpondet q̃diuiſio motus põt ſumi penes magnitudines ſupra

C quibus fit motus,& penes magnitudines quæ mouẽtur,hoc eſt ipſa mobilia,reſpondet itaq; q̃ diuiſio motus non eſt penes magnitudines ſupra quibus fit motus,ſed penes magnitudines quę mouentur.cum enim ipſum mobile quod mouetur ſit aut rectũ,aut orbiculare,ideo motus ẽ aut rectus,aut circularis.non.n.datur tertia dimenſio ſimplex,ideo nec tertius motus ſimplex. ¶ Sed cõtra quia nõ ſemper res mota eſt figurata,nã mathematici aſſerunt punctũ moueri,et lineam facere per ſui motũ,,ppter hoc addit eſſe in.6.phyſicorũ dictũ,oẽ quod mouetur eſſe corpus, & ita omne motũ habet

3.dubõ. aliquã figurã. ¶ Dixit quaſi hoc.hic poteſt ſignari quaſi tertia digreſsiuncula,& eſt ,ppter quid Ariſ.circularem motũ deſcribit per mediũ terminatũ hoc eſt per mediũ mundi, qđ eſt vnũ numero,& ſpecie,reſpondet , quiamotus circularis eſt natura terminatus hoc eſt vnius ſpeciei,qa eſt circa mediũ vnũ tantũ.Sed dices cõtra,quia motus circularis epicicli & eccentrici ſunt naturales,& nõ ſunt circa vnũ mediũ, nec circa mediũ mundi.Rñdet q̃ tales motus nõ ſunt natu

D rales,quia non ſunt circa centrũ terminatũ & vnius ſpeciei. Propterea negãdi ſunt epicicli & eccẽtrici,quos Ptolemęus

Dubõnes Prima dubitatio. in libro magnæ cõſtructionis ponit. ¶ Debes ſcire q̃ motus vnus ſpecie eſt rõne unitatis medij & mobilis ut.2.huius cõ. 49.dicetur propterea ſi darenť eccentrici & epicicli motus cœlorũ non eſſent vnius ſpẽi:ſed de hac qõne alias dicemus.

Solutio. ¶ Sed circa hęc dubitať.1.ſi elemẽta ſunt recta aut circularia videť.n.q̃ ſint circularia.igiť & motus eorũ eſſe debet circularis.Dici põt vt ſecũdo huius colligiť.cõ.108. elemẽta eẽ naturaliter figuræ rectę,verũ naturaliter tale põt eſſe, aut eſ ſentialiter vt riſibile hoī,aut naturaliter accidẽtaliter vt motus deorſum terræ.Figura igiť recta eſt naturalis elementis:

Scda dubitatio. ſed accñtaliter,ppea ab eis ſeparabilis,ſed de hoc in ſcdo dicemus. ¶ Scdo dubitari põt an motus cœli ſit naturalis.Dici

Solutio. põt motũ cœli eſſe p ſe animalẽ,æquiuoce naturalẽ.animalem quidẽ p ſe,quia animæ tm̃,naturalẽ vero æquiuoce,qa

Tertia dubitatio. & forma & materia æquiuoce dicunť naturæ. ¶ Tertio du-

Solutio. bitant an motus cœli ſit ſimplex,& vr̃ q̃ nõ, quia motus lunæ compoſitus eſt ex acceſſu & receſſu ex veloci & tardo. B

¶ Dici poteſt breuiter motũ ſimplicẽ eſſe aut ſimplicitate generis,& ſic duo ſunt rectus & circularis,quilibet enim horũ ſimplex eſt,quia nullus ex recto & circulari cõpoſitus. Aut ſimplicitate ſpeciei,vt motus ſurſum & deorſum , & etiam horum quilibet ſimplex eſt , quia nullus acceſſu & receſſu conſtat.Tunc dico,q̃ licet luna accedat ad nos , vt quando eſt in inferiori parte epicicli,& recedat quando eſt in ſuperiori,non tamen mouetur motu compoſito,quia non compoſitus,ex motu deorſum & motu ſurſum neq; ex recto & circulari,non enim quilibet acceſſus ad nos eſt motus deorſum ſed acceſſus infra orbẽ lunarem.necquilibet receſſus a nobis eſt.motus ſurſum.ſed receſſus infra lunarẽ orbẽ.

¶ Quare lationem omnem ſimplicem aliam e medio:aliã ad medium:aliam circa medium eſſe neceſſe eſt. Et videtur hoc ſequi ea cum ratione quæ initio dicebatur.Nam F & corpus tribus conſtat:& ipſius etiam motus.

¶ Dictum eſt omnem lationem ſimplicem eſſe aut rectam Expoſitio aut circularem,& rectam vlterius duplicem videlicet aut e medio vt leuium.aut ad medium.videlicet grauium , hinc infert eſſe tres lationes ſimplices,aliam e medio , corporum videlicet leuium,aliam ad mediũ,corporum grauium , aliã circa medium,corporum neq; grauium neq; leuium. videlicet cœli.Et licet hoc ex nunc dictis ſequatur , tamen probat ipſum eadem ratione,qua numerum dimenſionum nanciſcebatur,& inquit.Et videtur hoc ſequi ea cum ratione quę in initio dicebatur:nam & corpus tribus conſtabat , & ipſius etiam corporis motus conſtare debet tribus . Vt enim corpus tribus conſtare debet,quia numerus trinarius eſt numerus perfectus, ita motus corporis debent eſſe tres per hanc eandẽ rationẽ.Quibus patet hoc quod hic dixit Ariſtoteles, non eſſe niſi ſccundã ſuppoſitionẽ:licet alio mõ cõſtitutã.

Quæ Aue. commẽ.6. AVERROES autem verbis ſuis hic ſoluit quæſtionem non leuem,nam dici poſſet vt rectus motus eſt duplex. G videlicet e medio & ad medium , ſic & circularis eſſe debet duplex,& ita erunt quatuor.Reſpondet his verbis,hoc autẽ non videtur in circulari , circularis enim non contrariatur circulari , & ita erit vnus vnius ſpeciei tantum,quare duo recti & vnus circularis , & per conſequens tres . ex commento. ¶ Sed adhuc dubitabis nonne motus lunę differt ſpe Dubitatio Soluto. cie a motu Mercurij, videtur enim q̃ ſic ,vt mobile differt a mobili & motor a motore , & ita erunt plures. Dici poteſt vt Auerro . ſecundo huius commento.49.q̃ omnes motus cœlorum ſunt eiuſdem ſpeciei , quia omnes ſunt circa idem medium numero , ſed de hoc poſtea.

¶ Cum autem corporum alia ſimplicia:alia ex ijs compoſita ſint(dico ſimplicia ea quæ motus principium habẽt ſecundum naturam. Vt ignem & terram & ſpecies id genus: atq; ea quæ ſunt ijs propinqua :) iure motus alios ſimplices:alios quodam modo miſtos eſſe neceſſe eſt,ſimplicium quidem ſimplices:compoſitorum autem miſtos: moueri tamen a ſimplici prędominante. H

¶ Poteſt fortaſſe eſſe ratio proximæ ſuppoſitionis, & fortaſ Expoſitio ſe eſt tertia ſuppõ.videlicet q̃ motus ſint duplices,& ſimplices,& miſti,& ſimplices ſimplicium corporum,miſtos vero compoſitorum.Hęc.n.eſt tertia ſuppoſitio,nanciſcitur autem hanc ex diuiſione corporum,& inquit.Cum autem corporum alia ſimplicia,alia ex ijs compoſita ſint, exponit terminos dicens dico ſimplicia ea quę motus principium habẽt naturale,vt ignẽ & terrã & ſpecies id genus, aerẽ & aquã, atq; ea quę ſunt ijs ,ppinqua.videlicet miſta imperfecta videlicet pluuia , grando , nix , & id genus , aut per propinqua intelligit ſi eſſent alia ſimplicia vltra illa quatuor , ſumpto toto hoc vt antecedente . Infert conſequens , & inquit , iure motus alios ſimplices , alios quoddam

I modo miſtos eſſe neceſſe eſt, ſimplicium quidem ſimplices compoſitorum autē miſtos, dixit miſtos quodammodo, qa in motibus non eſt uera compoſitio, ſed metaphorica, ratione ſubiecti. Sed dices, igitur corpus miſtum non mouetur, quia componitur ex principijs contrarijs, ad hoc ſoluens addit moueri tamen a ſimplici prædominante, & ita licet motus ſit miſtus vergit tamen eam ad partem ad quā prędominans elementum trahit. Hinc forſitan hęc tertia ſuppoſitio habetur ꝙ ſimplicis corporis motus eſt ſimplex, miſti miſtus, licet ſecundum prædominans.

Quæ Aue. cōmen. 7. AVERROES aūt textum hunc introducit Ariſto. in proximis non probaſſe diuiſionem illam motus, ſed nunc eam ex diuiſione corporum demonſtrare, & poteſt hęc expoſitio (vt dixi) cōuenire. Vlterius declarat differentiam inter corpus ſimplex & compoſitum, poſſet. n. rationabiliter dubitari, nam Ariſto. diffinit ſimplex ſic quod habet principium motus naturale, modo etiam miſtum habet principiū motus naturale. Ideo reſpondit Auer. & non eſt quæſtio, qa deſcriptio corporis compoſiti eſt intellecta exeo, quia habet plura principia vno, & ita ſimplex corpus eſt quod motus naturalis vnum & ſimplex habet naturale principium. Miſtum quod habet plura uno, mouetur tamen a prędominante. ꝓ Sed dices elementum habet etiā duo principia motus, actiuum videlicet formam, & paſſiuum. videlicet materiā. igitur eſt miſtus eius motus. Dici poteſt eſſe ſic intelligendū ſimplex corpus eſt, quod vnum principium naturale habet motus vnius rationis. Licet elemētum habet plura, illa ſunt alterius rationis, quia vnum eſt actiuum, aliud paſſiuum. ꝓ Tertio Auer. ſoluit ex litera aliam dubōnem, nam ad ſenſum videtur multa miſta moueri motu ęquali & ſimplici puta recto, vt lapis, & pluuia, & id genus. Igitur ita poteſt exiſtimari de elementis ꝙ ſint miſta, & motu moueātur ſimplici, propter hoc Ariſt. ſubiecit cōpoſitorū autē miſtos, moueri tamen a ſimplici p̄dominante, & ita velle videt Auer. motū corporis miſti eſſe miſtum, denominari tamen a prędominātе. debes ſcire ꝙ cōpoſitio in motu (vt inquit Auer. in lib. de ſubſtantia orbis) accidit ꝓpter differētiā principiorum mouentiū, vt in animali euenit. Nā corporis eius grauitas principiū eſt motus deorſum. anima autē motus circularis, omnis. n. anima quatenus anima ſuapte natura mouet in orbē. & quia hęc principia ſunt cōtraria, fit vt motus aīalis nec rectus ſit, nec circularis, & ita miſtus ex vtroq;, qui vocatur ꝓgreſſiuus ab Ariſ. in lib. de cā motuū animaliū quare motus ſimplex erit per carentiā principiorū diuerſorū, & ita omne quod moueť motu ſimplici, eſt corpus ſimplex, & quod mouetur motu miſto, eſt corpus miſtū. ꝓ Sed obȷciet qs non ſemp miſtū moueri a p̄dominātе elemēto, quia dať miſtū quoddā, quod a medicis dr̄ ęquale ad pōdus, eo qa in illo ſunt elementa quo ad eorū motiuas qualitates ęqualia. Obȷcit huic Auer. ſupplēdo Ariſ. & ingt, impoſſibile. n. eſt in corporibus cōpoſitis aliqua cōponi æqualiter vt nos poſtea declarabimus, & nunc declarat aliquantulum. nā ſi tale corpus eſſet, aut moueretur, aut ſtaret. non eſt dicendum ꝙ moueť, quia cū in cæteris elemētis habet reſiſtentiā, mouere

M tur per quālibet regionē elemētorū, & nullibi ſtaret, & ſi ſtaret nō niſi in medio elemētorū, hoc aūt eſt cōtra ſenſum, & ita breuiter ſi tale corpus eſſet, ſtaret in medio elementorū, & moueretť in cæteris regionibus, quod eſt contra ſenſum. ꝓ Sed dices lignum & oleum ſtant in medio elementorū. igitur illud inconueniēs non eſt cōtra ſenſum. dici pōt ꝙ impoſſibile & cōtra ſenſum eſt vt aliqđ corpus ſit mobile in qualibet regione alterius, & qeſcat in medio. Mō licet oleū & ligнū ſtēt in medio, nō mouenť in regione cuiuslibet, lignū. n. vel oleū poſitū in cētro nō aſcenderet, aut forte impoſsibile Auer. eſt, qa ſi tale ęquale eſſet, nō moueretť penitus, ſed ſemper qeſceret in medio, qa ſi moueretť vel motu plurium, vel vnius nō pluriū, quia ſic ſurſum & deorſum, nō vnius, quia nō magis motu vnius ǧ alterius. ꝓ Sed de hac materia quære Auer. 10. meta. cō. 23. & 2. de generatione. cō. 48. & 4. metheo. cō. 10. & 3. huius cō. 42. & 2. colliget cap̄. vlt. nec volo aliter materiā hāc diſputare nūc, cū ſit ad medicos attinēs. N

SED CIRCA hęc quærunt an ſit motus aliquis ſimplex, & videtur ꝙ non, quia quilibet eſt quantus ex duabus medietatibus cōſtitutus igitur quilibet ē cōpoſitus. ꝓ Reſpō dere videtur hic Simplicius motum ſimplicē eſſe eum, qui ſupra ſpatio fit ſimplici, videtur autē Simplicius hāc poſitionē ex verbis Ariſ. colligere, inquit. n. ſimplices. n. hi duo ſoli ſunt propterea ꝙ & magnitudines hę ſolū ſimplices ſunt recta & circularis. Modo per magnitudine vbiq; Ariſ. ſpatiū intelligit. ꝓ Sed hęc poſitio ſtare nō poteſt, quia tunc motus corporis grauis qui fieret per lineā tranſuerſalem rectā eſſet ſimplex, quia ſupra linea fit ſimplici. Similiter motus mole circularis eſſet ſimplex, quia fit ſuper lineā ſimplicē. ꝓ Auer. autē commento. 6. velle videtur motū ſimplicē eſſe, cuius mobile ſimplex eſt. & ſic per magnitudines, non ſpatia intelligit, ſed mobilia. quæ qa duo tantū ſunt, ideo & motus ſimplices tantū duo ſunt, & ſic velle videtur ſimplicē motū eſſe eum, cuius mobile eſt ſimplex. hæc autē poſitio ex verbis col ligitur Ariſ. Inquit. n. ſimpliciū quidē ſimplices. cōpoſitorū O autē miſtos eſſe neceſſe eſt. ꝓ Sed hæc poſitio ſic nude intelle cta videtur falſa, primo quia motus elemēti eſt ſimplex. & tamen elementū eſt compoſitum ex materia & forma. ſecū do poteſt elementū ſimplex moueri motu miſto ut gleba uio lenter motu giratiuo. vbi motus eſſet miſtus: & id quod mouetur ſimplex. ꝓ Ioannes aliquantulū addens & defendens poſitionem Auer. velle videtur motum eſſe ſimplicem quo ties mobile eſt ſimplex non moueri aptum niſi illo motu, & non illi contrario. & ſic velle videtur motum eſſe ſimplicē per hoc quod mobile caret principijs contrarijs motuum. ꝓ Et per hoc poteſt dici ad primum contra Auer. ꝙ elementum eſt ſimplex per carētiam contrariorum principiorum. Secundo licet elementum poſſit moueri motu miſto, non tamen eſt moueri aptum motu miſto. Et propterea ille motus non eſt ſimplex, quia eſt quaſi a contrarijs principijs vt a virtute pellente, & a forma elementi pulſi. ꝓ Sed hæc poſitio P non valet. nam licet motus ſimplex eſſe non poſſit niſi illius ſubiectum ſit ſimplex, tamen motus nō eſt formaliter ſimplex ſimplicitate ſubiecti, ſed cauſaliter ſimplex ob ſubiectū. ꝓ Albertus vero ait motum eſſe ſimplicē, eo quia fit per lineam breuiorē ad medium vel a medio, & hoc in motu recto. In circulari vero motus ſimplex eſt, qui per lineā fit circularē circa medium mundi. ꝓ Sed hęc poſitio eſt diminuta, quia vt duplex eſt motus & rectus & circularis, & rectus aut a medio aut ad medium, ita duplex eſt ſimplicitas, & hanc non explicat Albertus. ꝓ Poteſt igitur dici ꝙ duplex ē ſimplex ſecundum genus & ſecundū ſpeciē, ſecundum genus motus ſimplex eſt, qui non eſt cōpoſitus ex circulari & recto. & tunc recte dicit circularē ſimplicem eſſe, qui fit per lineam circularem circa mediū mundi. Simplicem vero rectum eſſe qui fit per lineā rectā & non circa medium mundi. Et quantū ad hoc bene ait Simplicius ſimplices motus eſſe propter ſimplicia ſpatia, loquitur. n. de ſimplicitate ſecundum genus. & tunc ad rationes contra ipſum, ad primā concederem illum motum grauis corporis ſuper lineā tranſuerſalem eſſe ſimplicem ſimplicitate generis, hoc eſt nō compoſitum ex recto & circulari. licet ſit cōpoſitus ſecundum ſpeciem, quia ex aſcenſu & deſcenſu. ꝓ Et ad ſecundum dic ſimiliter. eſt enim motus ille ſimplex ſecundum genus, quia non compoſitus ex recto et circulari, non tamē ſimplex ſecundū ſpeciem: quia compoſitus ex aſcenſu & deſcenſu, & additur circa medium, quia motus rotæ non eſt circularis, non enim fit circa medium mundi. Simplex vero ſecundum ſpeciē eſt qui nō cōponitur ex motu ſurſum & motu deorſum, & ſic bene ait Albertus ꝙ ſit ille qui fit per lineam breuiorem a medio vel ad medium mundi. & ſic ſequitur ꝙ motus rotæ non eſt ſimplex. nec motus factus ſuper lineam tranſuerſalem. hæc de motu ſimplici.

Q

ꝓ Si igitur eſt motus ſimplex: & circularis ſimplex eſt, atque corporis ſimplicis ſimplex eſt motus; & mo-

Prima qō. Prima pō Simplicij. Cōfutatio. Pō Auer. Cōfutatio. Poſitio Ioannis. Defenſio Auerro. Cōfutatio. Pō Alber. de Sax. Cōfutatio. Propria poſitio. Defenſio Simplicij.

A tus ſimplex corporis eſt ſimplicis. (compoſiti namq; a prędominante ſimplici eſt) ſimplex eſſe aliquodcorpus profecto neceſſe eſt: quod quidem ſit aptum circulari motu ſuapte natura ferri.

Expoſitio ¶ Hactenus ſuppoſitiones tres ſumpſit: nunc ex illis concludit eſſe corpus quintum aliud ab elementis. vtitur autē de dictis ſuppoſitionibus duabus addit tamen vnā: quam nō accepit: licet poſſit ex dictis intelligi. & has tres ſumit vt antecedens: & corpus quintum vt conſequēs: & inquit. Si igitur eſt motus ſimplex, hæc ſuppō non fuit inter illas ſumpta, ſed hæc nūc addit̄. & circularis motus eſt ſimplex hæc fuit ſcda ſuppō, vel illius ps. atq; corpis ſimplicis ſimplex eſt motus, & econtra, hæc fuit tertia ſuppoſitio. addit cōpoſiti nāq; motus a p̄dominātе ſimplici eſt, hæc tria ſunt ſumpta pro vno añte, dat conſequens & inquit. ſimplex eē aliquod corpus neceſſe eſt, quod quidem ſit aptū circulari

B motu ſuapte natura ferri, & ſic aliud quid ab elementis.

Queſtio an eſt qūo terminatur. ¶ Animaduerſione dignū qōnē an eſt terminari ſyllogiſmo hypothetico a cōſtructione añtis ad cōſtructionē cōſequētis, qōnē vero an nō eſt, terminari ſyllogiſmo hypothetico a deſtructione cōſequētis ad deſtructionē añtis, hac rōne hypothetice conſtructiue ſyllogizauit Ariſto. hoc modo, ſi motus circularis ſimplex eſt, oportet aliqd corpus circulare ſimplex eſſe, quod tali motu ſit ſuapte natura moueri aptū. hæc patet ex eo, qa corpis ſimplicis ē motus ſimplex, & ecōtra motus ſimplex cōpetit corpori ſimplici. ponatur añs, & ſequit̄ poſitio conſequentis. hæc Ariſtoteles.

¶ Fieri enim poteſt vt vi eo moueatur motu: qui alterius atq; alterius eſt. at vt eo moueatur ſecundum naturam: fieri nequit. quippe cum vniuſcuiuſq; corporis ſimplicis vnus ſit motus ſecundum naturam.

Expoſitio ¶ Dictū eſt eſſe ſimplex corpus, quod vno ſimplici circulari motu moueť, ſtatim obiiciet quis. nā pōt vnū corpus vt terra pluribus ſimplicibus moueri motibus, vt ad mediū,

℣ Inſuper & ſi circularis motus alicui inſit ſecundum naturam: patet perfecto fore corpus quoddam ſimplicium atq; primorum: quod quidem ſic ſuapte natura eſt illud circũferri aptum quemadmodum ignis ſurſum: & terra deorſum. Si autem corpora quæ circulo feruntur, præter naturam circularem motum ſubeunt. Mirabile & omnino rationis expers videbitur, hunc ſolum motum eſſe cõtinuum: atq; perpetuum: qui quidem præter naturam eſt quippe cum alia quę præter naturam ſunt, citiſſime abolere conſpiciantur. itaq; ſi ignis eſt id quod circũfertur: quemadmodum nonnulli autumant: non minus hic motus præter naturam inerit ipſi: quã is: qui deorſum eſt. ſiquidem motum ignis, eum videamus: quo ipſe e medio recta fertur via. Quapropter ex his omnibus aliquis ratiocinans corpus aliquod aliud eſſe credet præter ea corpora, quæ hic & circa nos ſunt. Separatum tanto ſublimiorem habens naturam, quanto plus ab his diſtabit: quæ ſunt hic.

C

D ℣ Quinto Ariſto. arguit. Motus circularis alicui competit. ut ſenſu patet. videmus. n. ſenſu aliquod circulariter moueri, ut ſolem, qui. 24. horis ab ortu mouetur ad occaſum redeundo in ortum. Sic igitur patet motum circularem alicui competere. Aut igitur præter naturam, aut ſecundum naturam. Si ſecundum naturam alicui competit corpori, patet per conuerſionem propoſitionis ex obliquis eſſe aliquod corpus de numero ſimplicium & primorum, quod quidem ſic ſuapte natura eſt illud circũferri aptum, quemadmodum ignis ſurſum, & terra deorſum. eſt igitur conuerſio. motus circularis alicui competit corpori ſecundum naturam, igitur eſt aliqđ corpus, cui motus circularis competit ſecundum naturam, & hoc erat intentum. Addit tamen in conuertente, quædã: quæ non accepit in conuerſa: vt q̃ id corpus ſit ſimplex, & primum. quia ſuppoſuit ex prioribus rationibus motum circularem eſſe ſimplicem & primum. Sin autem alicui corpori competit præter naturam. Illud eſſet aliquod quatuor elementorum, vel ipſa quatuor elementa. at ſi corpora quæ circulo feruntur, præter naturam circularem motum ſubeunt. Mirabile & omnino rationis expers videbitur hunc circularem motum ſolum inter cæteros eſſe continuum, atq; perpetuum, qui quidem præter naturam eſt. quippe cum alia omnia, quæ præter naturam ſunt, citiſſime abolere conſpiciantur. quemadmodũ calefactio aquæ, & motus terræ ſurſum, & cætera id genus. erigatur ratio ſic ſenſus conſtat circularem motum alicui corpori competere, aut igitur ſecundũ naturam, aut præter naturã. ſi ſecundũ naturã tunc per conuerſionẽ ſequitur eſſe aliquod corpus, cui circularis motus competit ſecundũ naturam, & hoc erat ꝓpoſitũ. Sin autẽ alicui cõpetit corpori p̃ter naturã, maxime eſſet aliquod elemẽtorũ, at hoc eſſe non põt, quia tunc eiuſmodi motus non eſſet continuus & perpetuus, cuius contrariũ eſt demonſtratum in lib. phyſi. 8. patet igit̃ eſſe aliquod corpus ſimplex primũ, qđ circulari motu perpetuo torquetur. ℣ Ex hac ratione infert errorem eorũ, qui dixerunt cœlũ, & qđ perpetuo circulare motu moueẽ, non eſſe ignẽ vt nonnulli dixerũt, & attribui ſolet Platoni, vt in lib. metheororũ habetur. & inquit, itaq; ſi ignis eſt id, qđ circũfertur (vt nonnulli autumant) nõ minus hic motus p̃ter naturam inerit ipſi, q̃ is qui deorſum eſt. ſiquidem motum ignis eum cẽſeamus, quo ipſe e medio recta fertur via. Ex his omnibus epilogat, & quæ dicit, clara ſunt translatione ipſa. ℣ Sed in his ſunt difficultates non paucę. Prima. quia videtur Ariſto. diuiſio inſufficiens, nam motus poteſt competere alicui natura, p̃ter naturam, & nõ ſecundum naturam. vt ſuperius diximus. Secunda eſt, quia poteſt motus competens alicui non ſecundum naturam eſſe continuus & perpetuus. Nã ignis in eius regione perpetua agitatione torquetur, an cõſtat ipſum moueri circulari motu non ſecundũ naturã. Tertia eſt, quia non videẽ bene confutata põ Platonis, quę dicit cœlũ eſſe ignẽ vel igneũ, quia motus circularis minus cõpetit igni p̃ter naturã q̃ motus deorſum, immo apud Ariſ. circulares motus competit igni, & non p̃ter naturam, ſed magis non ſecundũ naturã. Quarta difficultas eſt in verbo cõmenti, qui auctoritate Albumaſaris dicit hanc ꝓpoſitionẽ. v3 cœlũ non eſt corruptibile, non ducere ad primæ certitudinis ordinem, verũ illi nec aliquis ſenſus, nec ratio cõtradicit. mõ hoc videẽ implicans in obiecto, nã propoſitio cui nec ſenſus, nec ratio cõtradicit, eſt prima, immo eſt dignitas ſecundũ Auer. Quinta eſt in epilogo, nam corpora cœleſtia omnia ſunt eiuſdẽ ſpẽi, vt dicetur in 2. huius cõ. 49. igitur alterũ altero ſublimiorẽ non ſubibit naturam tanto magis ac magis, quãto magis ac magis ab his diſtabit corporibus. hę ſunt difficultates non paucæ, quas græci omiſerunt pro magna parte. ℣ Pro ſolutione ad difficultates, q̃ contingunt in textu, animaduerſione dignũ Ariſ. ſupponere motum non poſſe cõpetere alicui non naturaliter, niſi alicui cõpetat naturaliter. verbi cauſa. competit igni motus circularis non naturaliter, quia ſibi cõpetit per naturam corporis ſuperioris, cui hic motus competit naturaliter. Ex hac ſuppõne ſequitur ſi nõ eſt aliquod corpus, cui naturaliter cõpetit circularis motus. Motũ circularẽ cuiq; cõpetere aut ſecundũ naturã, aut p̃ter naturã. patet, quia cũ non ſit aliquod ſuperius corpus, cui natura competat, neceſſe eſt cuiq; cõpetit, cõpetere aut ſecundũ naturã, aut p̃ter naturã, cũ non per naturã alterius cõpetere poſſit, qđ eſt non ſecundũ naturã cõpetere. ℣ Ex hac ſuppõne patet q̃ diuiſio Ariſ. in caſu ſuo eſt ſufficiens. Secũdo patet in caſu ſuo nõ poſſe circularẽ motũ competere igni nõ ſecundũ naturã, quippe cũ in caſu ſuo nõ detur corpus ſuperius, ratione cuius competat igni. 3. patet eſſe bene confutatã opinionẽ Platonis in caſu ſuo, qa vbi non eſt aliquod ſuperius corpus, cui per naturã motus is cõpetat, neceſſe eſt circularẽ motũ eſſe p̃ternaturalẽ igni, ut ſibi eſt p̃ternaturalis motus deorſum, & ꝑ hæc patet ſolutio ad tres primas difficultates. ℣ Ad quartã fortaſſe Auer. loquit̃ ſecundũ opinionẽ hominis illius. at ſecundũ ſe oĩs, ꝓpõ cui concordãt oẽs ſenſus & rõ, eſt prima. vel dicẽ dũ eſſe differentiã inter, ꝓpõni alicui nõ contradicere ſenſus, & cõuenire ſenſus oẽs, ſtat. n. alicui, ꝓpõni non cõtradicere ſenſus nec rationem, quia non bene cadit eius ſignificatus

E

Error quorundam.

F

Difficultates.

G

Solutio.

H

I in ſenſibus, cui tamẽ nõ concordabunt ſenſus. Auer. aũt ubi ꝓpoſitionẽ primã vult eſſe, cui non modo non contradicũt ſenſus, ſed conueniunt ſenſus oẽs, & rõ, & ſic tollitur contra dictio. ¶ Ad quintã reſpondet Auer. in cõ. 16. & pite, & dicit ꝙ corpora cœleſtia non ſunt ęqualia nobilitate, ſed variã tur nobilitate ꝓ dria locorũ. nã qđ eorũ eſt loco ſublimius, eſt nobilitate excellentius cuius ſignũ affert, quia Ariſto. in lib. de animalibus aſſi'auit lunã, quę eſt infima orbiũ terræ, quę eſt infima elemẽtorũ, quia vt in terra vidẽtur diuerſita tes in mõtibus & vallibus, ita in luna cõſpiciunt partes ma culoſę & limpidę. Ad formã difficultatis cõceditur corpora cœleſtia eſſe eiuſdẽ ſpeciei, nõ tñ vniuocę & ſe æquiuocæ, ut 2. huius dicemus. & ſic pñt dignitate naturæ, & locorũ differre. Verũ vero quemadmodũ orbes differũt loco, differãt natura. 12. lib. primę philoſophiæ recte plibrauimus cõ. 44. & tu lege ea, quæ illic diximus, & de difficultatibus hactenus.

¶ At qui cum eorum quæ dicta ſunt: alia ſuppoſita ſint: alia demonſtrata: patet neq; leuitatem, neq; grauitatem habere corpus omne.

K

expõ Auer. cõ. 17. ¶ Hactenus demõſtrauit ꝙ corpus quod circulariter mouetur: dr̃iat ijs e corporibus, quæ recto mouentur motu Nunc vt Auer. placet, vult declarare quænam ſit natura talis corporis, aſſerens naturã talis corporis eſſe neq; grauem neq; leuem. & qm̃ Plato arbitrabat omne corpus eſſe aut graue, aut leue, hac quidem ratione, quia graue & leue ſunt contraria, inter quæ non datur mediũ ſubiectũ, dicit corpus tale eſſe leue, immo igneũ atq; leuiſſimũ, quatenus omnibus ſupQuæ Aue. cõ. 17. fertur. ꝓpter opinionẽ itaq; Platonis Ariſ. vt ingt Auer. addet ꝙ non omne corpus eſt aut leue aut graue, immo ꝙ ſunt tres naturæ, grauis quidẽ, & leuis, & media, quę eſt neq; gra uis neq; leuis. Et cũ dixit Plato inter cõtraria non eſſe mediũ ſubm, & non poſſe eſſe mediũ inter graue, et leue, obiter reſpõdet Auer. inter contraria dari mediũ ſubiectũ per negationẽ, nõ autẽ mediũ aptũ denominari ab altero contrariorũ, verbi cauſa, inter cæcũ & videns datur mediũ per negationẽ, vtpote lapis, qui nec eſt cęcus, nec videns. itemq; nec

L mutus nec loquẽs. Tamen non eſt dare animal, qđ eſt ſubm aptũ denominari ab altero eorũ, quin ſit cęcũ aut vidẽs, mutum aut loquẽs. Sic in ꝓpoſito in his quæ apta ſunt eſſe gravia & leuia, nullũ eſt corpus, quod nõ ſit graue aut leue, ſimpliciter vero per negationẽ cœlũ neq; eſt graue, neq; leue, ſic igitur vt Auer. dicit Ariſ. duo declarabit & quænam ſit natura corporis, quod circulariter mouetur, & quod inter graue & leue ſit natura media per negationẽ ſaltẽ. ¶ Et ꝙ cœlũ neq; ſit graue, neq; leue, ſecundũ Auer ſic ſyllogizatur omne graue mouet̃ ad mediũ, omne leue mouet̃ e medio. at corpus qđ circulariter fert̃ neq; ad mediũ, neq; e medio mouet̃, ſequit̃ in. 2. figura cœlũ nõ eſſe graue neq; leue, ſed natura tertiæ, qđ erat ꝓpoſitũ. Vult igit̃ Auer. ꝙ in hac ratione q̃dam ſupponunt̃ tanq̃ ſuperius declarata, vt qm̃ corpus qđ circũfertur, neq; ad mediũ, neq; e medio mouetur, quę erat minor, hanc. n. ſuperioribus rõnibus demõſtrauit, & nũc ſupponit quædã demonſtrabuntur, vt qđ oẽ graue ad mediũ, et

M oẽ leue e medio moueat̃, quę erat maior, & tũc iuxta Auer. expoſitionẽ inquit Ariſ. atq; cũ eorum quæ dicta ſunt: hoc ẽ cum eorum, quę dicẽda ſunt in ſigillo, alia ſuppoſita ſint ex ſuperioribus rationibus, alia demonſtrata. quia demonſtrabuntur, patet. quia erit perſpicuũ, neq; grauitatẽ. neq; leuitatẽ habere corpus oẽ hoc eſt cœlũ, quod dicit̃ oẽ, quatenus cõtinet omnia. Hæc ex Auer. ¶ Hæc Auer. expõ cõuenire vi

Qualis ex põ Auer. Expõ nr̃a detur ijs, quæ ſubiunget, ac his q̃ dicit non conuenit, quia vr̃ verba nõ exponere, ſed euertere. ¶ Melius igit̃ referãtur verba hæc ad dicta iã, nã eorum q̃ dicta ſunt, quædã ſunt ſuppoſita, vt ꝙ vni vnum eſt cõtrariũ, & ꝙ ſint ſolæ duę ſimplices magnitudines, & q̃dam alia. quædã autẽ ſunt demõſtrata ex quibuſdã ꝓmiſſis vt ꝙ ſint tres motus ſimplices, & ꝙ motus circularis ſic naturalis alicui corpori, quod ẽ aliud ab elementis & miſtis. ex his partim declaratis partim ſuppoſitis conſtare põt cœlũ quod vocatur totum corpus, neq; habere grauitatẽ, neq; leuitatem, verum Ariſ. nõ contentus N declaratione hac, iterum nouam facit declarationem, in qua iterum quædam ſupponit, et quędam demõſtrat. Et ſic Ariſ. verbũ illud eorum, quæ dicta ſunt non ad dicenda (ut Auer. autumat) ſed ad dicta refert. ¶ Quo vero ad verba gręca attinet, verbum illud oẽ gręce eſt απαν latine tum totum tum omne. quod quidam referunt non ad cœlum, ſed intelligunt απαν ſic, patet non oẽ corpus leuitatẽ aut grauitatẽ hr̃e. gręci refe oẽ totum. runt ad cœlum, nam vbiq; cœlum Ariſto. appellat απαν hoc eſt totum & omne, quatenus nihil eſt extra ipſum. & de intentione ad dicenda hactenus.

¶ At qui ſupponere oportet quidnam graue, quidue leue appellamus: nunc quidem quo ad ſatis eſt ad vſum præſentem: diligentius vero rurſus: cum ipſorum conſiderabimus ſubſtantiam.

¶ Quia dixit ad eã rem demõſtrandam eſſe quædam ſuppo nenda, quędã demõſtranda, nunc q̃nam ſupponẽda ſunt, ex plicat, & dicit ſupponẽda eſſe quidnã graue, quidue leue ſit, & nõ quidẽ exacta conſideratione, ſed craſſa quadam mi- O nerua, vt ad pſentem chriã hoc eſt vſum vel neceſſitatẽ ſufficit. Nã in. 4. huius libri volumine diligẽtius cõſiderabit ipſorũ ſubſtantiã. Sic igitur duo ſupponenda ꝓponit, vtpote. & quid leue ſit, & quid graue. harũ ſuppoſitionum & neceſſitatẽ & cãm tradit expoſitor, & ſapide, nã Ariſ. demõſtrare intendit cœlũ eſſe neq; graue neq; leue, ſed (vt dictũ eſt) omnis demõſtrationis principium eſt qđ quid eſt q̃ſiti, vel paſſionis, vt dicit Philop. quare oportet ſuppõnem quid graue quidq; leue ſit, quod eſt q̃ſitum de cœlo, iure hæc ſupponere oportet. ¶ Quo vero ad verba attinet animaduerſiõe dignũ, cuiuſq; rei duplicẽ poſſe aſſignari diffõnem, alterã quid nominis, alterã quid rei, et quia in doctrina demõſtratiua opor tet ſupponere & pcognoſcere de quæſito quid nominis, iõ iuniores dicũt Ariſ. iure ſupponere quid nominis graue, & quid nominis leue, quo vero ad eorum definitiones eſſentia les, loquetur in. 4. de his. propterea dicit nunc quidem ſatis quo ad vſum pſentem, quia quo ad definitiones quid nomi- Q nis. Diligentius vero rurſus, cum ipſorum conſiderabimus ſubſtantiã, quia in. 4. lib. de his tradet definitionẽ eſſentialẽ.

¶ Sed hęc expõ videtur non temere facta, verum non vide Cõtratio. tur ad mentẽ expoſitorum, volunt. n. expoſitores definitiones grauis & leuis hic traditas eſſe eſſentiales, & non tantũ quid nominis immo & explicare ſignificationẽ nominum, & eſſentias rerum, nec aliter vnq̃ Ariſ. hęc in. 3. vel. 4. definit, vt patet his, qui libros illos reuoluerunt. ¶ Sed vt recte Quę Aue. Auer. animaduertit definitiones hæ non ſunt dictæ ad diligẽtiã, ſed ad ſufficientẽ vſum, quia non ſunt de illis dicte opiniones veterum, itemq; nec traditę per regulam poſterioriſticã. In quarto vero diligẽter ſunt dictæ, & qa opiniones de his, & per regulã ſunt narratę. hęc Auer. & optime. ¶ Expoſitor Quæ expoſitor. vero dicit definitiones haſce omnes dictas non diligenter, quia vtitur eius, vt ſuppoſitionibus. In. 4. vero & 3. libris dicẽtę ſunt diligenter, quia per artem ſunt traditæ, & ita hę definitiões ſunt qđ rei ſcđm expoſitores oẽs. hęc de ſuppõnibus.

¶ Graue igitur id ſit: quod ad medium ferri aptum eſt. P Leue vero: quod e medio.

¶ Proſequitur & primo declarat quidnam graue, quidue leue ſit & inquit graue eſſe id, quod ad medium ferri eſt aptũ. leue vero etiam id, quod e medio ferri eſt aptum. Videntur autem definitiones hę bonę. conſtant enim ſuis generibus, ſuiſq; differentijs. Nam per verbum id, quod gręce eſt το, indicat genus, quod eſt corpus ſimplex, vel in quo aliquod ſimplicium corporum excellit, per id verbum ad medium ferri eſt aptum, intelligit differentiam, qua differt e leui, propterea definiens leue inquit eſſe id corpus vel ſimplex, vel in quo ſimplex põdominatur, quod eſt e medio ferri aptum. nam leue & graue conueniunt in genere, quia vtrunq; eſt ſimplex corpus vel mixtũ in quo ſimplicium aliquod põdominanť dr̃nt ſpecie, qppe cũ graue ad mediũ leue e medio

ſic ferri

A Dubōnes. Que Aue. cōmē. 17. B C Que expositor. Considera tio verborum. D Que Aue. cōmē. 17.

ſic ferri aptum. ¶ Sed ambiges fortaſſe. Primo qualis nā ſit hęc, ſi generica omnibus cōueniens, vel ſpecifica. Secundo ambiges cur Ariſtoteles vtit hoc mō per negationē dicens graue ad mediū, & leue a medio ferri eſſe aptū & nō dixit graue deorſum & leue ſurſum eſſe aptū ferri. ¶ Ad primam ſoluit Auer. diffinitionē eiuſmodi eſſe genericā, cū competat omnibus ſpeciebus grauis & alterā omnibus ſpeciebus leuis. Ad cuius euidentiā duo indicat. Primū, quod duplex eſt graue, duplexq; leue. alterū ſimpliciter. alterū in reſpectu. terra & ignis ſunt talia ſimpliciter, quia terra omnibus elementis eſt grauis, ignis oībus elementis leuis. aqua & aer ſunt graues leue ſue reſpectu. eſt. n. aqua ad aerē atq; ignē grauis. ad terrā vero leuis. aer vero ad terram atq; aquam leuis, ad ignē grauis probat hęc quia ſi aqua p poſſibile vel impoſibile eſſet in cētro mūdi moueretur ad ſuperficiem terre & ad concauū aeris, que ratio docet illam ad terrā leuitare, ad aerē vero grauitare. Pręterea. ſi aer poneretur ī cœli cōcauo deſcenderet ad cōuexū aquæ ēt ad concauū ignis, q̄ ratio docet aerē ad ignē grauē, ad cętera leuē eſſe. ¶ Indicat ſecundo et corollarię in aqua grauitatem abundare, in aere leuitatē. quippe cum aqua ad duo ſit grauis, ignē v3 et aerē. advnū leues terram v3. aer contra ad vnum grauis, ignē. ad duo aquam & terrā leuē eē. Ex his vult definitiōes haſce gentes eſſe, cum omnibus ſuis ſpeciebus competant. et ego addo eſſe genereas non modo quia ſuis ſpeciebus proprijs competunt vt omnibus grauibus et omnibus leuibus ſimplicibus, ſed etiam omnibus ſpeciebus extraneis, quia omnibus miſtis ex his, lapis. n grauis eſt & ad medium fertur, qui tamē mixtus eſt. oleum e medio aptū eſt moueri, quod tamen eſt miſtum. ¶ Ex dictis colligit Auer. Ariſtotelem per principium quo graue ad medium, & quo leue e medio feruntur eſſe formam ſubalem eorum, quæ eſt illorum habitus & perfectio eſſentialis. & ſi diceret vulgares velle leuia moueri a leuitate quæ eſt accidēs, & graue a grauitate quæ etiam eſt accidens. Reſpondet hoc eſſe dictum vulgarium, qui non percipiunt niſi accidentia & non ſubſtantias, tamen re vera principium verum eſt forma ſubſtantialis illorum, hæc Auer. ex quibus patet de mente Auer. q̄ grauia & leuia mouentur principaliter e ſuis formis effectiue. licet contingat ſecundum vulgus tribuere nomen principij̄ accidentibus, quæ formam conſequuntur quæq; ſunt inſtrumentaria principia, veluti caliditas calefactiōis. ¶ Ad ſecūdum reſpōdet expoſitor & bene, Ariſtotelē ſic definiſſe per negationē, & nō per ſurſum vel deorſum quia nō omnes concedunt ſurſum & deorſum in mūdo elementario, omnes tamē cōcedunt mediū. propterea ne īpediantur definitiones, dixit graue eſſe id quod ad mediū, leue quod e medio aptū eſt ferri, donec in ſecūdo declarabit in mūdo eſſe differētias poſitiōis. v3 ſurſum & deorſum. hęc expoſitor & ſapide. ¶ Quo vero ad verba attinet dixit (graue igit̄ id ſit) & nō dixit graue eſt, vt indicaret definitiōes haſce eſſe hic acceptas, vt ſuppoſitiones, donec illas p artem nancisceret in. 3. lib̄ & .4. & ēt dixit quod ad mediū ferri aptū eſt. Nā nō oportet vt ſemper graue feratur deorſum, ſed ſit aptū ferri. & magis per aptū moueri, q̄; per aptum quieſcere deſcribit, quippe cū hæc inueſtigatio p motuū ſimplicitū differentiā agat̄. Accedit etiā ad hæc q̄ motns eſt notior quiete, & habitus. hæc de verbis. ¶ Grauiſſimū id his oībus ſubſtat: quę deorſum ferunt̄: leuiſſimū id q̄d omnibus ijs ſupfertur, quę ſurſum petunt. ¶ Et de prima ſuppoſitione hactenus. ſecūda vero ſuppoſitio eſt definitio grauiſſimi & leuiſſimi. grauiſſimū quidē eſt id quod omnibus ijs ſubſtat, que deorſum ferunt̄. leuiſſimum vero id, quod omnibus ijs ſupferē, q̄ ſurſum petūt. ¶ Auer. vero in ſuis trāslatiōibus ſic habet, graue eſt illud q̄d grauitate precedit oīa grauia & reſidet ſub omnibus deſcendētibus ad inferius, hoc eſt geſcit ſub omnibus, q̄ deorſum mouent̄. leue vero quod leuitate p̄cedit omnia leuia, & eleuat̄ ſup̄ omnia, q̄ ſurſum ferunt̄ ſup̄ his definitiōibus, plura tāgit Auer. quorū primū eſt quod hæc eſt alia deſcriptio grauis et leuis, nā prima fuit cōis omnibus ſpeciebus grauis & leuis, hęc eſt ꝓpria grauis & leuis ſimpliciter. ſecūdum eſt q̄ hęc definitio pōt eſſe vna, & plures. ſi vna, hæc dat̄ per quietem, qua graue quieſcit in loco ꝓprio. prima vero ex motu. ſin aūt plures, prima eſt p motū, quę dicit graue eſt quod precedit grauitate omnia grauia. ſecunda per quietem, quę dicit & quod omnibus ſubſtat. Addit tamē quod forte hęc definitio eſt vna cōpoſita ex illis duabus, ita vt definitio grauis et leuis ex illis duabus ꝓprietatibus cōpoſita ſit notior. & ſic videtur velle hāc eſſe ſecūdam definitionem grauis & leuis ſimpliciter differens a prima multifariā, primo quia illa fuit cōis oībus ſpeciebus grauis & leuis. hęc cōpetit grauī et leuī ſimpliciter tantum. ſecūdo quia hęc data eſt p quietem, Superior p motū. tertio hęc cōponitur ex duabus ꝓprietatibus, ſuperior vero p genus & differētias. quarto hęc eſt notior, illa vero obſcurior. Nā hęc dat̄ per ꝓprietates notiores. Illa p genus & differētiā. hęc ex Auer. ¶ Tu vero animaduerte q̄ omnia hęc ſunt ſupflua, & translatiōibus noſtris & grecis codicibus diſſona. ſunt. n. ſolū ab eo ficta. ¶ Quo vero ad verba attinet, grauiſſimū hic nō intelligit̄ illud: quod eſt gradualiter intēſius graue. Nā aqua eſt grauiſſima gradualiter, quia grauis vt octo. & aer leuiſſimus gradualiter ſimili ratione, ſed intelligitur grauiſſimū & leuiſſimū, quod eſt tale ſimpliciter, & reſpectu omniū, vt recte Auer. qua rōne nō indocte Auer. aſſeruit eſſe duas definitiōes grauiſſimi & leuiſſimi, nā prima erat cōmunis. ſecūda vero ꝓpria grauī & leuī ſimpliciter. ſecūdo dixit q̄ omnibus ſubſtat eorū quę deorſum ferūtur. adiēcit. n. eorū quę deorſum ferūtur, nā centrū terrę omnibus ſubſtat, nō tamē eorū quę deorſum feruntur. non. n. deorſum ferē. Similiter de leuī dixit q̄ oībus eminet, quę ſurſum petūt, ꝓp cœlū. nā cœlū oībus eminet, non tn̄ eſt eorū, quę ſurſum petūt. Quibus patet definitiōes haſce datas eſſe per quietem, prima vero dabatur per motum. verbum eum ſuperfertur gręce eſt ἐπιπολάζον latine tū eminens, tum emergens. 3. animaduerte verba illa ſurſum et deorſum eſſe ſumpta vt prius. v3 deorſum pro medio, ſurſum pro e medio recedere, ſed vt indicaret uſum cōmunem, ſic locutus ē. & de grauiſſimo leuiſſimoq; actenus.

ἐπιπολάζον, eminens, emergens, ſupernatum.

¶ Neceſſe igit̄ oē q̄d fert̄ aut deorſum aut ſurſum aut leuitatē aut grauitatē aut vtrūq; habere: nō ad idē tn̄. Ad alia nāq; ſunt grauia & leuia: vt aer ad aquam: & aqua ad terrā. Corpus igitur quod circulo fertur: impoſſibile eſt habere grauitatem aut leuitatem.

¶ Ex dictis ſuppoſitionibus ſyllogizat propoſitū ſic, omne habēs grauitatē aut leuitatem aut vtrūq; mouetur aut ſurſum aut deorſum hoc eſt aut e medio aut ad mediū, hęc maior ex ſuppoſitionibus patet. Corpus quod circulo ferē, neq; mouet̄ e medio, neq; ad mediū. igitur corpus quod circulo fertur neq; habet grauitatē, neq; leuitatem, neq; vtrūq;, & hoc in ſecūda figura huius rationis nō ponit maiorē in propria forma, ſed eius cōuertētē, & inquit neceſſe igitur omne quod fertur, aut deorſum aut ſurſum, aut leuitatē: aut grauitatem, aut vtrūq; habere, & quia dixit aut vtrumq; quod videt̄ fortaſſe impoſſibile niſi ſit miſtū, addit nō adidē tamē, ſed ad alia atq; alia. ad alia nāq; ſunt grauia & leuia, vt aer ad aquam eſt leuis & ad terrā, aqua vero ad terram tantū. econtra aqua eſt grauis ad aerē & ignem, aer aūt ad ignem tātum. Sic igitur corpus ſimplex habere poteſt vtrūq; in reſpectu. Ex his igitur vult habere hāc maiorē, omne habens grauitatem aut leuitatem aut vtrūq; mouetur aut deorſum aut ſurſum, vt ex definitionibus patet. Poſuit tamen nō ipſam. ſed eius cōuertentem, vt indueret demōſtrationē hanc conſtare ex vniuerſalibus & conuertibilibus. Poſuit etiam & cōcluſionē dicens corpus igitur quod circulo fertur. Impoſſibile eſt habere aut grauitatem aut leuitatem, ſed neceſſe eſt eſſe neutrū, vt e principio probare ꝓpoſuit. De ſyllogiſmo igitur tetigit maiorē & cōcluſionē. hęc de ſyllogiſmo.

AVERROES autem eodem modo textum introducens vult maiorem quo ad ambas partes conuerti, vt patet

Que Aue. cōmē. 17.

I ex deſcriptionibus:quę ſemper conuertuntur cum deſcriptis. dictum eſt.n.graue eſſe id quod ad mediũ fertur. igitur per conuerſionẽ deſcriptionis:quod ad mediũ fertur:eſt graue.Si militer leue eſt quod e medio fertur.igitur quod e medio fertur,eſt leue per eandẽ regulã. igitur cõgregãdo ambas partes:omne quod e medio ferẽ eſt leue, & omne quod ad mediũ fertur eſt graue, quare per cõuerſionẽ omne grauitatem aut leuitatẽ aut vtrãq; habens mouetur aut ad medium aut e medio,& ecõtra,omne quod ad medium vel e medio fertur eſt graue aut leue,& ſic patet conuerſio maioris.Quare accepta maiore.v3 omne habens grauitatem aut leuitatem aut vtrumq; mouetur ſurſum aut deorſum,quę erat maior. Secundo animauertit Auer.eodem modo eſſe dicendum de graui & leui,quo& de deſcenſu aſcenſuq; dicitur.Eſt.n.aſcẽſus ſimpliciter:quo leue ſimpliciter ſurſum fertur. aſcẽſus in reſpectu,quo leue in reſpectu ſurſum aſcendit,in reſpectu et
K de deſcenſu ſimiliter. Quare de graui & leui non alter q̃ de deſcenſu aſcenſu ve dicitur,eſt dicendum,& hęc quę Auer. dixit,ſunt ſapide dicta. ℣ Quo igitur ad verba attinet,patet vt recte dicit Auer. optime Ariſtotelem adieciſſe particulã igitur.quę græce eſt ὥςε,quia hoc ex dictis deſcriptionibus ſequitur,quæ ſemper conuertuntur cum deſciptis.recte etiam in concluſione adieciſſe etiam igitur,vt indueret eſſe perfectum ſyllogiſmum.hæc de mente Auer.

℣ Non enim põt ipſum aut ſecundũ naturã aut pręter naturam,aut ad medium aut e medio moueri.Recta.n.latio non competit ipſi ſecundum naturam : quippe cum vniuſcuiuſq; ſimplicium vna ſit . Quare erit idem alicui eorum quæ hoc pacto mouentur. Quod ſi pręter naturam ducatur:ſi latio quę eſt deorſum:ſit pręter naturã:quę ſurſum eſt:erit ſecundũ naturam.Sin autem quę ſurſum pręternaturam: quæ deorſum ſecundum naturam erit . Po-
L ſuimus enim contrariorum quorum alterum eſt præter naturam:alterum eſſe ſecundum naturam.

℣ Minor dictæ demonſtrationis erat,ſed corpus quod circulo fertur non mouetur ad medium nec e medio,& ideo probat illã & proſyllogizat ſic , omne quod mouetur ad mediũ vel e medio, mouetur aut ſecundum naturã aut pręter naturã recto motu vt ſuperioribus lectionibus patuit . Sed quod circulo fertur. non mouetur recto motu.igitur nec e medio nec ad medium.probat minorem,nam ſi recta ratio competit cœlo aut ſecundũ naturam aut præter naturam. Si ſecundum naturam , tnnc cœlum eſſet eiuſdem naturæ ac ſpeciei cũ quatuor elemẽtis cuius oppoſitũ in proximo problemate eſt deductũ,deducit quia cuiuſq; ſimpliciũ vna eſt latio ſecũ dũ naturã,quare ſi cœlũ recto motu moueẽ ſecũdũ naturã, proculdubio oportet fateri cœlũ eſſe aut de ſpetie ignis vel aeris,aut de ſpetie aquæ vel terræ aut dicere vnã lationẽ ſimplicẽ ſecundũ naturã cõuenire pluribus ſpetie differẽtibus,
M quæ omnia ſunt ſuperius bene diſputata.Sin autẽ præter naturã latio recta cœlo cõpetit , cũ oĩs recta latio ſit aut e medio,aut ad mediũ,quęratur quę harũ cœlo cõpetit,ſi quę eſt deorſum ſit pręter naturã, quę eſt ſurſum erit ſecũdũ naturam,ſin autem econtra quę eſt ſurſum eſt præter naturatũ, quę eſt deorſum,erit ſecũdũ naturã.Nã duorũ cõtrariorũ ſi vnũ eſt natura alicui cõpetẽs, alterũ eſt pter naturã eidẽ cõueniẽs,vt ſuperius eſt demõſtratũ.Quare patet cœlũ nõ poſſe recto motu moueri,& ſic nec e medio,nec ad mediũ quæ erat minor de proſyllogiſmo.tangit cõcluſionẽ quæ erat minor ſyllogiſmi p̃dicti & inquit,nõ enim põt ipſum cœlũ aut ſecũdũ naturã,aut præter naturã, aut ad mediũ aut e medio moueri.hæc fuit minor ſyllogiſmi,quã ſumit vt concluſionẽ pro ſyllogiſmi,deinde ꝓbat minorẽ ꝓſyllogiſmi, & vtit diuiſione dicẽs.recta.n.latio non cõpetit ipſi ſecundũ naturã, quippe cũ vniuſcuiuſq; ſimpliciũ in ſpetie vna ſit latio ſimplex in ſpetie. ℣ Quod ſi ſit vna ſecũdũ naturã cœli & elemẽtorũ,erit idẽ alicui eorũ quæ hoc pacto.ſ.recto motu mouentur,& ſic erit ſpecie idẽ alicui quatuor elemẽtorũ,cuius oppoſitũ in ꝓximo ꝓblemate eſt demõſtratũ,eſt.n.dictũ corpus quod circulo ferẽ eſſe alterius naturæ ab elemẽtis.Deinde ꝓbat ꝙ recta latio nõ cõpetit cœlo pter naturã,quia vel illa erit e medio vel ad mediũ,& quicquid dicaẽ,altera erit ſibi naturalis,& ita ſequtur vt prius ipſum eſſe eiuſdẽ ſpẽi cũ alicui vel oĩbus elemẽtis.patet igiẽ minor dicti ſyllogiſmi. N

MOVET Auer.hic dubitationẽ. nam Ariſt.vtitur ad probandum cœlum non recto motu moueri pręter naturã, hac propoſitione.v3,ſi aliquis motus ineſt alicui pręter naturam oppoſitus ineſt illi ſecundũ naturã.vnde ſunt duæ ꝓpõnes.Prima ſi aliquis motus ineſt alicui ſecundũ naturã,eius oppoſitus ineſt eidẽ pręter naturã.Secunda eſt huius cõuertẽs.v3 ſi aliquis motus ineſt alicui pręter naturã,eius oppoſitus ineſt eidẽ ſecundũ naturam. Dicit modo Auer. ꝙ Ariſt. poſuit primam,ſed intẽdit cõuertentẽ,quã ipſe appellat conuerſam. nam hæc videtur ad propoſitũ.Intendit enim probare ꝙ recta ratio nõ competit ei pręter naturã,quod eſt ſe O cundum mẽbrũ diuiſionis,& probat per hãc regulã quæ eſt conuertẽs prime propoſitionis.v3 ſi aliquis motus ineſt pręter naturã alicui,eius oppoſitus ineſt illi ſecũdũ naturã. ℣ Dicit modo Auer.dubitãdo hãc eſſe occultiorẽ prima, ꝙa poſſet aduerſarius illã negare, nã diceret vtroſq; rectos motus ineſſe cœlo pter naturã,& circularẽ ineſſe illi ſecundũ naturã,& ita negatur ꝙ ſi aliquis motus ineſt alicui pręter naturã,eius oppoſitus ineſt illi ſecũdũ naturã,qui poſſunt ambo cõpetere pręter naturã,& circularis ſecũdũ naturã. At in prima non poteſt ſic dici,quia omnes cõcedũt ſi aliquis motus ineſt ſecundũ naturã alicui,eius oppoſitus ineſt illi pręter naturã,nec aduerſarius poteſt hanc negare,& ſic aſſumptũ Ariſt.eſt dubiũ. ℣ Reſpõdet Auer.& dicit ꝙ licet illa propoſitio ſit occultior.tamen ſtat & eſt vera.alter cœlo ineſſet aliquod cõtrariũ,& ſic eſſet corruptibile,& deducit quia ſi illi duo motus inſunt cœlo pręter naturã.alicui alteri inerũt ſecũdũ naturã,quia omne quod ineſt alicui pręter naturã,in eſt alteri ſecũdũ naturã(vt ſuperius dicebat)& ita illud alterũ erit cœlo cõtrariũ,ex quo eis ẽ aliquod naturale, quod eſt cœlo p̃ternaturale,& ꝓpterea dicit Auer.ꝙ Ariſt.adiecit in textu cœlum non habere cõtrariũ.hęc Auer. ℣ Sed miror hæc,quæ Auer.inquit,nã & conuertẽs & cõuerſa tenet eadẽ regula.hæc enim ſi aliquis motus cõpetit alicui naturaliter, eius oppoſitus cõpetit eidẽ pręter naturã, tenet hac regula. v3 quia duorũ cõtrariorũ ſi alterũ cõpetit alicui ſecũdũ naturã alterũ competet eidẽ pręter naturã.Similiter ſi aliquis competit alicui pręter naturam,eius oppoſitus competit eidem ſecundum naturã.ambæ enim hæ tenent virtute contrariorũ,quæ eſt ꝙ ſi alterum alicui natura competit alterũ pręter naturã competere debet. Quare ambæ illæ videntur æque notæ,& nulla eſſe altera occultior.Cũ ambæ vim habeant proprietate contrariorum.Et quum dicebat ꝙ aduerſarius poteſt fingere vtroſq; motus ineſſe cœlo pręter naturam, circularem vero ſecundum naturam , dicerem hoc eſt dictum voluntarium , & contra proprietatem contrariorũ. Quod vero addit Auer.ſoluendo ſuam dubitationem, eſt ſuum,& non repertum in codicibus græcis.Quare videtur mihi Auerroem fruſtra laboraſſe.

Quæ Aue. cõ.18.

P

Q

Qualis Auer. expoſitio.

℣ Quum autem ad idem totum & pars ſecundum naturam feratur:veluti tota terra:et parua gleba:euenit primo vt ipſum quidem neq; leuitatem neq; grauitatem habeat vllam: nam aut ad medium aut e medio ſuapte natura ferri poſſet.Deinde fieri nequit ut ipſum moueatur motu ad locum aut ſurſum aut deorſum detractum: quippe cum motu alio moueri non poſſit: neq; ſecundum naturam: neq; pręter naturam:neq; ipſum neq; partium aliqua.eadem ſiquidem ratio ſit de toto & parte.

℣ Poſſet ad dictam rationem reſponderi ꝙ licet totum cœlum nec ſurſum nec deorſum feratur , tamen eſt graue vel leue , quatenus ſi pars e toto cœlo detrahatur reſcindaturq;,moueret aut ſurſum aut deorſum natura,& hoc dicebant

veteres

A veteres cœlum eſſe.v3 graue aut leue,ſed ipſum non moueri in proprio loco ſurſum aut deorſum,quoniã nullũ elemẽtum in propria regiõe moueẽ ſurſum aut deorſum, ſed qa omne elemẽtũ in ꝓpria regiõe moueẽ circulo,& partes mouentur recto motu,ideo fingi poſſet cœlũ eẽ aut graue aut leue, & ſi in ꝓprio loco moueaẽ circulo,quia partes ſunt recto motu moueri aptæ.ſi e toto reſcinderẽtur.Reſpondet & duo ſi mul complicat, quia reſpondet & epilogat,& ſumit illud quod omnibus cõſtat.v3 ad eundem locũ ferri totũ & partem,& hoc maxime in ſimilaribus corporibus locũ habet. ex hoc infert duo,quorum primũ eſt ꝙ cœlũ ipſum totum neq; grauitatẽ,neq; leuitatẽ habeat vllam,patet quia nec e medio, nec ad mediũ eſt aptũ ferri.Secundo infert vt neq; ipſum detractum atq; reſciſſum moueri poſſit aut ſurſum aut deorſum,quod eſt dicere,vt neq; eis pars,reſciſſa e toto moueatur aut ſurſum aut deorſum,neq; natura neq; preter naturã,quippe cum vna ſit ratio de toto & parte maxime

B in ſimilaribus.Quare perſpicuũ eſt cœlũ nullam prorſus gra uitatẽ aut leuitatẽ habere,& eẽ ſimilare in toto & omnibus in partibus.hæc de cauillo deq; epilogo.ꝑ Auer.vero com-

Queꝙ Auer, cõ.19. Expoſitio Auer.

mẽto p̃ſenti ait Ariſtotelẽ,ꝓbaſſe cœlũ neq; eſſe graue,neq; leue demonſtratiõe facta in ſecũda figura hoc pacto, omne graue aut leue mouetur e medio vel ad mediũ.cœlum neq; ad mediũ,neq; e medio mouetur.igitur cœlũ neq; eſt graue neq; leue.iſte ſunt due propoſitiões in quibus demõſtrationem Ariſt. aſſerit eſſe fundatã,quas vtraſq; ratione proba tas eſſe fatetur . Nã maior probata eſt definitionibus gra uis & leuis.minor vero diuiſione , quia ſi cœlũ mouetur ad medium,vel e medio,moueretur aut natura aut preter naturam,& reliqua,& ſic ambæ bona ratione ſunt probatæ.di cit ſecundo ꝙ licet ambæ propoſitiones ſint bona ratione probatæ, adhuc minor ratione etiam vlterius probatur & componitur ſic , ad quæcunq; locum mouetur pars, mouetur & totum . Nulla pars cœli mouetur e medio : nec ad mediũ.igit̃.in tertia figura vel per ſe vel reductiue, cœlũ nec mouetur ad mediũ neq; e medio,quæ erat minor.hæc ra tio cõtinet duas propoſitiões.v3 maiorẽ & minorem. Dicit

C modo Auer.maiorẽ patere ratione eſſeq; intelligibilẽ hoc eſt intellectu notã, minorẽq; vero ſenſu.maior quidẽ patet ratione,quia cõſtat eundẽ eſſe locum totius et partis,modo totum & pars ſint cõſimiles ratione & ſpecie , quã vlterius declarat exẽplo,quia ad quẽ locũ mouetur gleba,ad eũ mo uetur & vniuerſa terra.ſi eſſet extra locũ ſuũ.& hãc vlterius rõne declarat,qua & exẽplũ etiam patere poteſt,eſt & ratio quia totius & partiũ in ſimilaribus vna eſt natura definitiõe.ꝙ ſi natura eſt vna definitiõe,vna erit forma totius & partiũ,quia definitio ſumit̃ e forma,vbi vna ſit forma, vna erit actio & vnus motus ratione & ſpecie vbi vnus eſt motus ſpecie,vnus eſt locus,vnũ.n.motũ vnus cõſequit̃ locus.quare in cõſimilaribus totius et partis vnus ẽ locus,& patet maior ratione.v3 ad quecũq; locũ mouetur pars,mo ueẽ et totũ.minor vero patet ſenſu.nulla.n.pars.cœli moueẽ alio motu q̃ circulari Aſtronomi.n.q̃ ſtellas obſeruarũt ab antiquo.inuenerũt illas eodẽ ſemper in nũeros atq; eodẽ in

D loco,& nullã cecidiſſe neq; aduolaſſe tradunt.Sic igit̃ patet hæc minor ſenſu & obſeruatione aſtronomorũ . obſeruatio enim ſenſu fit,& inſtrumentis ſenſilibus preſentẽ igitur textum alter Auerro.alter & nos expoſuimus.nam nos cauillum remouiſſe diximus.Auer.vero vult Ariſt.hoc in textu probaſſe minorẽ dicte demõſtrationis,& ambe expoſitiones cõuenire poſſunt.ꝑ Sed occurres primo quia iamvidemus ſtellas cadere,quas appellamus diſcurſus . Secundo ſol calefacit.igit̃ eſt ignis vel igneus.tenet argumẽtũ quia omnis ignis calefacit.igit̃ per cõuerſionẽin terminis omne calefaciẽs eſt ignis.Sol igit̃ eſt ignis vel igneus,et ita leuis.Ad primã reſpõdet negãdo aſſumptum.v3 ꝙ ſtelle cadẽtes ſint partes cœli.imo ſunt res elemẽtariæ, quia exhalatiões motu veloci accenſæ,vt in metheoris dixit Ariſ.Quod autem nõ ſint ſtellę patet, quia ſtellæ cœli non ſunt hucuſq; dimi nutæ numero,imo aſtronomi qui et illas et illarũ numerũ et magnitudinẽ obſeruarunt, reperiunt eaſdem & numero & magnitudine ſemper.Ad ſecũdam reſpondet negãdo cõuer ſionem,quia vniuerſalis affirmatiua nõ cõuertitur in terminis.vt primo priorum dictũ eſt.verũ cur ſol calefacere poſſit,& nõ eſſe ignis.2.lib.huius.cõ.42.dicet vlterius dicit hęc eſſe dicta.vt Alexã.inquit cõtra eos qui dixerunt cœlũ eſſe graue,nõ cadere vero,quia deferẽ ſup̃ omnia elemẽta, quæ tenẽt ipſum ne cadat.Ariſ. igit̃ ſumit̃ ꝙ licet totũ nõ caderet,ſaltẽ partes cœli cecidiſſent, quia totũ põt ſubſtineri ab elemẽtis ĩtra cõtinẽtis.ptes vero minime.hęc igit̃ ſunt dicta ad illos q ſic de cœlo autumãt,vt Alexã.inqt. ꝑ Ex his colligit Auer.duo primũ ꝙ cœlũ nõ eſt aliqđ elemẽtorũ ſimpli ciũ, vt patet rõne accepta ab illius motu.ſcđm ꝙ cœlũ nõ ẽ miſtũ,qm̃ cũ nõ ſit equale ad põdus,aliquod elemẽtorũ in illo p̃dominari oportebit.& ſic moueri a p̃dominãte elemẽ to.cõſtat aũt cœlũ nõ moueri e medio nec ad mediũ nec vt ſimplex,nec a p̃dominãte elemẽto,& ita perſpicuũ eſt ip̃m eſſe nãm neq; grauẽ neq; leuẽ,ſed eſſentiã neutrã.hęc Ariſt. Dubitatio

ꝑ Iuniores dubitãt,quia nõvr̃ eundẽ eſſe locũ totius ignis,et iuniorum. portiũculę ignis,qm̃ tunc pars eſſet ęqualis toti,qppe cũ lo- F cus æqualis ſit locato. ꝑ Sed de hac dubitatiõe deq; poſitio- Solutio. nibus huius q̃ſiti diligẽter diſputauimus.3.phyſicę auſcultatiõis.at nunc ſufficiat dicẽ q̃ Auer.dicit.3.phyſicæ auſculta tiõis.cõ.52.ꝙ ꝓpõ Ariſ.eſt vniuerſaliter vera mõ pars ſit e toto ſepata.& de eodẽ loco ſecundũ ſpem,nõ ſcđm numerũ, & de toto & pte ſimilaribus. eſt igit̃ locus idẽ ſpẽ totius et partis,mõ p̃s ſit e toto diuiſa,dixit idẽ ſpẽ,& nõ nũero,quia locus totius ẽ maior,ptis minor.dxit modo pars ſit diuiſa e toto,nã vbi eſſet in toto,locus ptis eſſet omnino idẽ loco to tius,qm̃ tũc pars nõ eſſet in loco p ſe,ſed p accidẽs rõne totius.dixit in ſimilaribus,qm̃ in diſſimilaribus nõ eſt neceſſa riũ,vt patet.hãc ſolutionẽ Auer.e Themiſtio & a textu accepit,vt eo in loco diximus.Si quis vero copioſius rẽ hãcve lit,querat noſtras cõmẽtatiões in.3.li.auſcultatiõis phyſicæ.

QVERVNT iuniores ſi cœlũ ſit eiuſdem nature cũ Queſtio. elementis.Arguitur multifariã ꝙ ſic. Primo quia cœlũ ge nerat elemẽta,igit̃ ẽ eiuſdẽ forme, qppe cũ generans & ge nitum conueniant in forma vniuoca ſecundũ peripateticos, G quicquid velint platonici . Quod ſi ſint eiuſdẽ forme,erunt ꝑculdubio eiuſdẽ naturę. ꝑ Scđo cœlũ & elemẽta cõueniũt ĩſdẽ in accidẽtibus.vt in dẽſo,& raro,& luminoſo,& opaco.igitur in forma.fluũt.n.accidẽtia propria e formis. ꝑ Tertio cœlum & elementa cõtinentur ſub eodẽ obiecto eiuſdẽ potẽtiæ, quia ente ſenſibili:quod eſt obiectũ intellectus.igit̃ ſunt eiuſdẽ naturę. ꝑ Quarto cœli partes nõnullę ſunt igneę, vt aries,leo,& ſagittarius,nõnullę aere,ut gemini,libra,& aquarius nõnullę terrę,vt taurũ,virgo,& capricornus. nõnullę aqueę vt cancer,piſcis, & ſcorpius.igitur cœlũ aut eſt miſtũ,aut eiuſdem naturę cum elementis. ꝑ Quinto cœlum calefacit hæc infera corpa . igitur eſt calidũ.nõ.n.nõ calidũ calefacit,& ſi eſt calidum.igitur eſt ignis vel igneum,& ſic eſt eiuſdẽ naturæ cum elemẽtis. ꝑ In contrarium eſt Ariſto- Tĩtulus. teles,qui cœlum eſſe alterius naturæ ab elementis & aſſer- Nonnulluit & probauit. ꝑ Natura ſecũdo auſcultatiõis phyſicę.vno lorum poſitio. modo forma rei dicitur. Aliomodo materia.tertio mõ geni- Qualis hęc tura,quę via eſt in formã,quę eſt principaliter nã. At nõnul poſitio. li appellãt nãm oẽ cõpoſitũ ex realitate & realitate, q̃ rõne H eſt nã generica,& eſt natura ſpecifica.& hoc pacto eqnitas que reſultat ex cõpoſitione materię & formę dicitur natura ſpecifica.Animalitas vero generica.Sed hæc expoſitio ẽ po tius ad aures Auicẽ.q̃ Ariſ.nã ſecudum Ariſ.differt ens naturæ ſiue naturale, & natura.ens.n.naturæ ſiue naturale vt ſecũdo phyſi.colligit̃.ex cõpõne mãæ & forme reſultat,natura vero eſt aut mã,aut forma. ꝑ Ad qõnẽ igit̃ reſpõdẽt nõ Põ Ioannis iãduni. nulli ꝙ vnũ dicit̃ multifatiã:vt vnũ nũero,vnũ ſpẽ,vnũ genere:et vnũ analogię. Tũc dicit cœlũ et elemẽta nõ eſſe eiuſdẽ naturæ ſecundũ nũerũ,vt pſpicuũ eſt. Secũdo dicit illa nõ eſſe eiuſdẽ naturæ ſecundũ ſpeciem.vt rõnes Ariſ.probãt in litera.Tertio dicit illa nõ eſſe eiuſdẽ naturæ ſecũdum genus, quia vt deducet Auer.2.huius.cõ.19.tũc cœlũ eſſet genera-

bile & corruptibile, nam corruptibile & incorruptibile differūt genere. Quarto dicit cœlū & elemēta esse vnū secūdū analogiā, qm̄ elemēta dependent e cœlo. igit̄ inter illa est ordo
Quar pō. causę & causati, & ita vnitas analogię. ℣ Sed q̄ dicit hęc positio, vera sunt, nō tamē sunt ad neruū qōnis, quęrit. n. qō si cœlū est eiusdē nāę cū elemētis vel elemētorum aliquo, et cū nā sit trisariā dicta nō videt̄ qō intelligi nisi de idētitate na-
Pō Anaxagorę & Platonis. turę, vt naturā accipiūt peripatetici. ℣ Quare Anaxagoras & Plato velle uident̄ cœlū esse eiusdē nature cū elementorū aliquo. v3. cū igne. qua rone sequit̄ apud eos cœlū & ignē esse eiusdē spēi, quippe cū mā et foꝛa cōueniāt, vtrūq; n. ignis ē, aut igneū. Empedocles cœlū dixit esse mistū ex quatuor elementis: & esse a p̄dnio graue. nō aūt cadere celeritate motus. Qua rone cœlū saltē p̄domināter est terreū eiusdēq; spēi
Cōfutatio pōnū p rō nes Arist. cū terra. ℣ Sed has pōnes vbiq; refellit Aris. cōiter qdē i hoc li. pbauit n. cœlū nō ee eiusdē nāę cū elemētis vel elemētorū aliquo, quia eius motus ꝓprius & naturalis differt specie
K a cęteris motibus cæterorum elementorum, & cū motus arguat naturā, sequit̄ cœlū differre natura. speciati vero cōtra Anaxagorā in lib. meteorologiton, quia si cœlū eēt ignis aut
Obiectōes cōtra Ari. igneę naturę, elemētū singulū annihilaret̄ cōtra Empedoclē quia nullū violētum est ꝑpetuum, hęc Aris. cōtra hos. ℣ Sed occurres. cōtra rōnes Aris. ꝓmo contra rōnē cōem, nā rō illa supponit falsum, supponit. n. circularē motū ee nālē & proprīū cœlo, hoc. n. vī falsum, nā motus cœli ē motus aīalis, et volūtarius, igit̄ nō arguit nām. vbiq;. n. Aris. et Auer. dixerunt motū cœli nec ee nālē nec violentū sed aīalē. Quār sup pōit falsum & sibi cōtrariū. ℣ Cōtra rōnē q̄ refellit Anaxagorā occurres, qd per annihilari intelligat Aris. Aut. n. intelligit per annihilari redigi in nihilū. Aut redigi in materiā & priuationem. nō primum, quia sicut ex nihilo nihil fit secundum peripateticos, sic nihil cōuertitur in nihil. Sin autē intelligit corruptionē. tūc aliud quidpiā generabit̄, cū corruptio vnius sit alterius generatio. ℣ Secundo diceret Anaxagoras
L solē esse matorē elementis secundū rei veritatē, minorē tamen ad actionem, quod testat̄ appentia, cū enim sol nimis distet a nobis, minor appet, & ita ob talē distantiā hucusq; agere nō pōt. ℣ Tertio diceret ignē esse solem, habere tamen virtutes geminas, alterā qua agit, alterā qua cōseruat res ipsas, & sic nō sequitur ipsum destruere elementa, cū sit equalis in cōseruādo & agendo. Cōtra rōnē vero qua refellit Empedoclem occures. Primo quia violentum videt̄ ꝑpetuum, nā ignis in propria regiōe ꝑpetuo motu torquet̄. vbi cōstat talem motum nō esse sibi naturalem. Secundo quia motus cœli est ab intelligentia, quę mouet sine labore, cum sit immortalis & infatigabilis secundum Empedoclem, & omnes
Rōnes iuniorum. Philosophos ℣ Propt̄ hec fortasse iuniores alter refellūt eiusmodi pōnes, & ꝓbant primo cœlum esse alterius naturę ab elemētis, ex differentia figurarū, nā cœlū est figurę sphęricæ, elementa figure rectę. Secundo ꝓbāt cœlum nō esse ignem vel igneū. Primo quia tunc in breui euanesceret. nō. n. ignis pōt diu ꝑmanere, nisi aliquo humore. pabularetur. Constat
M aūt in cœlo nullum esse humorem. Secundo quia tunc cœlum esset figura pyramidalis. ꝓpria n. ignis figura est pyramis. Tertio ꝓbant cœlum nō esse mistum & predominanter terreum. Nā cœlum vbi esset mistum eēt potius aqueum,
Cōfutatio rōnum iuniorum. cum colore et flexibilitate sit aquæ ꝑsimilis. ℣ Sed hę rationes sunt friuolę. prima qdem ex differentia figurę nulla est, quoniam ignis in ꝓpria regiōe est sphęricæ figuræ. & patet ipsum esse naturaliter locatum: & cōstitutum. rōnes quibus probatum cœlum nō esse igneum, etiam nullæ sunt, prima quidem nō, quia etiam per eorum rationem. ignis in propria sphęra euanesceret, quippe cum illic nullus sit humor. Secunda minime, quia etiam ignis in regiōe ꝓpria nō etiā figuræ sphæricæ, rationē etiā qua improbāt Empedoclē, ēt nulla est suppōit. n. cœlū ee colore et flexibilitate ꝑsimile aq̄. hoc est falsum, nā cœlum nullā subit elemtariā affectionem, nō. n. ē coloratū, nec durū, nec molle, nec flexibile, nec rarū,
Dilucidatio. nec densum, qppe cum affectiōes eiusmodi qualitates sectētur primas, a qbus cœlū absoluit̄. ℣ Propter hęc dicēdū cœlū esse eiusdem naturæ cum elemētis bisariam posse intelligi, N aut in rōne physica, aut in rōne metaphysica. In rōne physica, nam est actus siue forma trāsmutabilis, vel potentia siue materia transmutabilis. In rōne metaphysica est rō actus vel potentię. In ratione itaq; physica cœlum differt natura ab elementis: quoniam eius forma vel eius materia nequaquam transmutabilis est. at elementaria uel forma vel materia transmutabilis. at in ratione metaphysica cœlū & elemēta sunt eiusdē naturæ, qm̄ forma cœli et forma elemētorū in rōne actus sunt eiusdem rōnis, similiter materia cœli & materia elemētorū in rōne potentiæ sunt eiusdem speciei. Quare cœlum & elementa in rōne metaphysica eiusdē sunt naturæ specificæ. in ratione physica differunt natura. hęc peripatetici. ℣ Nunc quonā modo positiones veterum possint conuenire aperiamus, cœlum itaq; & stellas eē igneas bisariā intelligi potest, aut vniuoce, ita vt ignis vel igneū dicatur vna ratione de cœlo & elemento. aut æquiuoce, ita O vt ignis vel igneum dicatur æquiuoce de cœlo & elemento. Si Anaxagoras intelligat secundo modo, fortasse non ē cōtra Arist. et Auer. vnde in lib. de substātia orbis secūdo, & in secūdo huius. cō. 42. Auer. vult quodlibet astrū eē formaliter calidū. sed equoca rōne qppe cū cœlitus calor sit vitalis, elemētarius corruptiuus, cœlitus cōseruatiuus, elemētarius mortiferus. Qua rōne nō eēt dissonū cœlum dicere ignē vel igneum modo igneitas æquoce intelligat̄, quēadmodū & calor. cui. n. accidēs igni ꝓpriū cōpetit æquoce eidē nihil ꝓhibet cōuenire ignē æquiuoce. Prohibet igitur nihil dicere cœlū eē ignē vel igneū. vt Anaxagoras et Plato sentiūt. Sin autē velint cœlū esse ignē vel igneū vniuoca ratione, ꝓcul dubio fallūt et rō Arist. est efficax, quia vbi cœlū esset igneū elementaria rōne, esset calidū elementaria rōne, vbi esset calidū elemētaria rōne, eēt suo calore coruptiuū et mortiferū, quare elementū sibi ꝓximū destruxisset, & illud iterū aliud sibi ꝓximū, & illud iterū aliud sibi ꝓximū, & sic omnia tā essent cōuersa in ignē. Simili rōne fortasse Empedoclis positio potest interꝑtari, nā cœlū esse mistū & terraceū potest P intelligi mistione vniuoca & formali, qua rōne est ignū & animal mistum, aut equiuoca & causali, qua rōne poetę dixerūt solē esse omnium patrē, quatenus cōtinet virtutē omnium causatiuā. Primo errasset Empedocles. cū cœlū sit simplex corpus, vt dictū est. Secundo modo recte sentit, & poetice locutus est. est. n. cœlū mistū æquoca rōne & causaliter, quia cōtinet ī se vires omniū rerū. hæc de dilucidatiōe. ℣ Ad Sol, rōnū. rōnes nūc dicamus, & primo ad obiectiones, qbus Iuniores refellūt rōnes Aristote. Ad primā tā dictū ē Aristo. accepisse naturale, vt distinguit̄ cōtra violētū & ꝑternaturale, & hac rōne circularis motus est naturalis cœlo, ꝓprius, & essentialis. cū omnis alius sit sibi aut cōtra naturā, aut ꝑter nām, talis aūt potest esse animalis & voluntarius, & ꝓpterea sequitur cœlū esse alterius nāę ab elementis in rōne physica, quę est ratio motus, qppe cū motus cœli & motus elementorū differāt spē. ℣ Ad obiectiōes contra rōnes factas ad Anaxagorā, dico q ex ipossibili sequitur quodlibet, qa vtraq; ps cō tradictiōis, ad cœlū eē ignē vniuoca rōne sequitur elemēta esse Q annihilata, & elemēta esse cōuersa in ignē. ℣ Ad secūdā dico rōnē Arist. hr̄e vim hoc pacto, quia vbi cœlū eēt ignis vel igneū vniuoca rōne corrūperet elemētū sibi ꝓximū, e quo nō distat, & illud corrūperet aliud sibi ꝓximū, & sic tandē omnia cōuersa eēnt ī ignē. ℣ Ad tertiā patet, quia Arist. probat cœlū nō ignē vniuoca ratione, qm̄ tunc nō haberet nisi uim corruptiuam, vt est vis ignis vniuoci. ℣ Ad rōnes factas cōtra demōstratiōes ad Empedoclē. Dico primo ignē in ꝓpria sphæra nō moueri violēter, sed nō naturaliter, qm̄ mouet̄ circulo nō per nām ignis, sed cœli sibi ꝓximi. Ad secūdā dicemus secūdo huius. Nā ibi declarabit̄ q si cœlū eēt mistū, & moueret̄ ab anima eius. Iā moueretur cū pena & labore, & vsq; in illud tempus differatur. ℣ Ad ratiōes principales, ad primam respondeo generans & genitum conuenire in forma in ratione metaphysica, non autem in ratiōe physica, verū de hac re in libro metaphysicæ. ℣ Ad secūdā

patet

A patet ſolu. diximus. n. cœlum nõ eſſe ratũ nec dẽſum nec tale quicquã: niſi rõne æquoca. ℣ Ad tertiã patet ſolutionẽ, nã rõ hæc concludit cœlum & elementa eſſe eiuſdẽ rõnis metaphyſicę. ℣ Ad cæteras dic vno verbo illas cõcludere cœlũ eẽ ignẽ vel igneũ æquoca rõne & cauſali. hæc de quæſtione.

Scꝫa qõ. SECVNDO principaliter q̃runt ſi cęlũ ſit neq; graue neq; leue, ſed neutrũ, & vr̃ ꝙ ſit leue vel graue, primo quia ſtella aliqñ accedit ad medium, vt qñ eſt in oppoſito ſuæ augis. aliqñ recedit a medio, utpote qñ eſt in auge. Aſtipulatur huic viſus. nã medio eodem modo diſpoſito, & viſu non impedito, ſtella aliqñ apparet maior, aliqñ minor. Maior quidem cum medio acceſſerit. Minor vero, cum e medio receſſerit. igit̃ ſtella eſt tum grauis, tum leuis. ℣ Præterea. 2. diſcurſus ſunt ſtellæ, vt viſu patet, & tñ eiuſmodi deorſum ferunt̃, cum cadere videant̃. igit̃ cœlũ ẽ graue. ℣ Tertiũ cœlũ oĩbus alijs ſuperferr̃. ſuperemineteq;. igit̃ eſt leuiſſimum, vt ꝓ Ariſt. in lr̃a deduci põt. ℣ Quarto vnus orbis eſt alio leuior, aliter nulla videretur ratio, quare hic ſit ſuperior. Ille inferior. igit̃

B orbes ſunt leues & graues, vt aer & aq̃. ℣ Quĩto ponat̃ vna cœli pars vtpote mercurius in manibus noſtris, vel in aere, caſus eſt poſſibilis ſaltem ad imaginationem, & q̃ritur, vel moueretur, vel ſtaret, non eſt dicendum ꝙ ſtaret, quia aut naturaliter, aut violenter, naturaliter quidem non, quia tũc eſſet de natura aeris. violenter ẽt minime, qa tunc naturaliter illinc recederet, & ſic eſſet illa pars cęli leuis, & hr̃ ꝓpoſitum. igit̃ moueretur, vel circulariter, vel motu recto, nõ circulariter, qa nulla eſt illi parti applicata forma, quæ moueat illam circulariter. igit̃ motu recto, & ita eſſet aut grauis, aut

Põ antiq̃. leuis. ℣ In oppoſitũ eſt Ariſ. & eius ratio. ℣ De quęſito eſt põ antiquorum ꝙ cœlum ſit graue. Sed cur perpetuo motu torqueatur, & nõ cadit, non vna rõne antiq definierunt. ℣ Poe

Quę poetę tæ aſſerunt motũ cœli eſſe perpetuum cœlumq; ipſum ſuſtineri ſubſidio Athlantis gigantis, qui pedibus conſtitutis ſup duas colũnas, humeris cœlũ ſuſtinet, ipſumq; perpetuo revoluit. ℣ Empedocles ait cœlum eſſe graue motumq; eius eẽ

Quę Empedocles. violentum, perpetuo tñ torqueri ob eius celerem conuerſio

C nem, quę celerior eſt cœli ꝓpria ad centrum declinatione ueluti in motu aquæ in cipho repoſitę accidere vr̃, quæ ſurſum detinet̃ ob ciphi celerem agitationem circungirationemq;.

Quæ Plato. ℣ Plato vero his aſſentiens cœlum detineri aſſerit in timęo ab anima mundi, quã in medio locat, hæc. n. cœlum ſuſtinet, & ipm perpetuo motu torquet. hæc veteres. ℣ Obĵcit autẽ

D itēq; ad genus quod dicitur naturalis potētia vel impotētia, quę eſt ſecunda ſpecies,nō eſt alteratio.ad genus qđ eſt qualitas in q̄tate nō eſt alteratio,hoc ad figurā , quę eſt quarta ſpecies nō eſt alteratio.eſt igitur alteratio ad qualitates tertię ſpeciei,que ſunt paſſiōes,quia alteratio hoc pacto eſt in habente ſubſtantiā & materiā.Qua ratione fit,vt cœlū careat

Dubitatio Soł. Auer. alteratione,cum careat materia.℣ Sed occurres quia cœlum videtur alterari,vt patet in eclypſibus ſolis & lunę.Reſpondet Auerroes et indicat duas formas reſpondendi.Nā primo dici pōt cœlum nō eſſe alterabile,& quod dicitur de eclypſibus & illuminatiōibus, dici pōt illas nō eſſe alterationes , quia nō ſunt ad paſſiones.Secundo dici poteſt duplicē eſſe alterationē ſubitariā,et temporariam.ſubitaria eſſe poteſt in cœlo,vt illuminatio & obſcuratio.temporaria que fit propter materiam & cōtrariū remouetur a cœlo Hęc Aueroes.

Replica Soł. ℣ Sed replicabis.quia eclypſis lunę videtur tēporaria, ſimiliter & illuminatio,vt obſeruatio docet.dic hoc eſſe per accidens propter motū localem,quo opacum corpus interponitur,vel remouetur,nō autem propter lumē,quod ſui na-

Excerpta Auer. tura eſt ſubito acquiſibile.℣ Ex his cōcludit Auerroes quatuor primū q omne generatū & omne auctū alteratur alteratione paſſiua,que eſt in qualitatibus primis,cuiuſmodi ſunt caliditas & frigiditas et id genus,que ſunt tertię ſpeciei ſiue generis qualitatis.Secundo ſequitur a cœlo eſſe remota alterationē,ſanitatem,morbū,iuuentutem,ſenectutē,& omnia ea que cōſequunt eiuſmodi qualitates, cū ſit impoſſibile in illo eſſe alterationē.Tertio ſequitur itē cœlo poſſe eſſe omnia illa accidētia,que nō conſequuntur illas primas qualitates,vt figuram,et id genus.Quarto ſequitur vniuerſaliter in cœlo nō eſſe eas qualitates,quę acquiruntur mutatiōe de cōtrario in cōtrariū.vt albū nigrum & id genus . ſed quecūq; acquiruntur mutatione de cōtradictorio in contradictoriū , bene eſſe poſſunt,& ſic qualitas que caret cōtrario in cœlo eſt,quæ habet cōtrarium nō poteſt illi ineſſe,dico nec ſecundum mutationē,nec ſecundū eſſe.quia ad tales mutari non poteſt:nec ſub talibus poteſt eſſe.hæc Auerroes coment.21.

ANIMADVERTE textum illū(quare ſic corpus) Auerroem nō cum precedenti copulare , ſed cum ſequente, proptera cōment.22.textum illum introducit alio modo q̄ nos induximus.Nā inquit q Ariſtoteles vult copulare ſenſum cum ratione,& ponere cōuenientiam teſtimoniorū antiquorum, & verba eorum obſcura in antiquo tempore dicta.hęc Auerroes,& fallit,nā textus ille debet continuari cū precedenti,cum in illo ponantur minor,& cōcluſio ſyllogiſmi principalis,quem intendit in precedenti textu,vt viſum eſt.Quo vero modo Ariſtoteles dederit cōuenientiā inter ſenſum & rationem de iſto corpore,poſtea dicemus.℣ Sed mo uet Auerroes dubitationē nō paruam . Nam Ariſtoteles vt ipſe exponit fecit talē propoſitionē,omne quod non recipit augumentum,nec diminutionem,non recipit alterationē,et ſic videtur apud ipſum Ariſt.feciſſe tale enthymema cœlū nō augetur,nec diminuitur.igitur cœlū non alteratur.Modo hęc conſequentia eſt ab inferiori negatiue ad ſuperius.nam omne augumētabile eſt alterabile & nō cōuertitur.apud expoſitionē noſtrā ſyllogiſmus erat omne alterabile eſt augumētabile vel diminuibile,cœlum nō eſt augumentabile.igitur nec alterabile.Modo maior videtur ambigua,quia non omne alterabile eſt augumētabile,vt patet in lib.de generatione in plus.n.eſt alterabile quā augumentabile,& ſic dubitatio Auerr. habet locū tamen in ſua,q̄ in noſtra expoſitiōe.

Prīa Soł. Auerrois. ℣ Reſpondet Auerroes dupliciter. & primo ait q ratio non eſt intelligēda vt iacet.Sed hoc pacto q ſi cœlum non recipit augumētū,nec decremētū ,ꝓpter cauſam ſuperius dictā videlicet,quia caret mā et ſubiecto,ob ſimilem cām ēt nō recipiet alteratiōem.cū omne alterabile egeat mā & ſubiecto. nō igit arguit ab īferiori negatiue,ſed a cōuertibili ad cōuertibile ſecūdū cauſam,& hoc pacto bene arguebat.

Scda ſoł. Auerro. ℣ Secundo reſpōdet q augumētabile & alterabile cōuertunt,ſi augumētabile ſumitur large : vbi Auerroes diſtinguit de auctiōe atq; diminutione , eſt.n.triplex quedā propria quę eſt conuerſio nutrimēti in ſubſtantiam nutriti:& hęc proprie in animalibus eſt, & omni viuente . Alia eſt rarefactio vel condenſatio que conſequuntur calidum & frigidum , & hæc reperitur tam in elementis,quàm in miſtisſimilaribus,Nam aer condenſatur & rarefit , & aqua ſimiliter , quæ ſunt elementa.item ſucci condenſantur & rarefiunt , qui ſunt miſti ex elementis.Alia eſt iuxta poſitio partium,quo modo creſcit aut decreſcit paries per additionem vel ſubtractionem alicuius ſimilis naturæ cum pariete.& hæc etiam eſſe poteſt tam in miſtis , quàm elementis . nam poteſt ignis creſcere per iuxta poſitionem alterius ignis & quicquid ſit omnis augumentatio eſt aut comuniter dicta , aut proprie dicta. Tunc ad dubitationem patet Solutio , nam omne alterabile eſt augumentabile ac diminuibile,et ecōtra , modo accipiatur auctio et diminutio cōiter . Qua ratione non male addidit Ariſtoteles in textu etiam in elemnetis eſſe auctionē diminutionem ve,quia auctionem accepit communiter,vt dixit Auerroes. hæc Auerroes , & optime . ℣ Ex his infert Auerroes q ſi oē alterabile eſt augumentabile,atq; diminuibile,ſequetur per conuerſionem contrarie,que eſt conuerſio

I per contra poſitionē, ꝙ omne non augumentabile & omne non diminuibile eſt non alterabile. hęc Auerroes.

¶ Quod quidem igitur ſempiternum ſit primum corporum, & neq; accrementum, neq; decrementū, neq; Iuuentutē, neq; alterationē, neq; paſſionē ſuſcipiat: ſi quis hiſce quæ ſuppoſita ſunt: credet: perſpicuum ex dictis eſt.

Quę Auer. com. 22. ¶ Auerroes introducit ꝙ Ariſ. det conuerſum: quia vult Ariſtotelem in priori textu probaſſe cœlum non eſſe alterabile, quia non eſt augumentabile, at nunc vult ꝙ probet econtra cœlum non eſſe augumentabile, quoniam non eſt alterabile: & hoc intelligit per ſempiternum quaſi dicat, quia ecœlum eſt ſempiternum, hoc eſt, quia cœlum non eſt alterabile, neq; augumentabile erit, & reliqua. ecce quo modo apud Auerroē Ariſt. dedit conuertēs. Que expoſitio eſt omnino diſſona gręcis codicibus, & noſtris etiā translationibus. & quod fecit Auerroē errare eſt verbum ἀποτ, quod in ſuis translationibus eſt cum, & hac de cauſa errauit. ¶ At nos Melius dicamus ꝙ nunc epilogat quę declarauit. Nam ἀποτ Ariſt. in epilogis conſueuit apponere. & quæ dicit, translationibus patent, verum adiecit vnum, quod nō probauerat. videlicet ꝙ cœlū non ſuſcipiat iuuentutem. Nam iuuētus & ſenectus cū auctione & diminutione coordinari ſolēt. & propterea dicit Auer. & videtur ꝙ Ariſto. nō poſuerit priuationem additionis, ideſt ꝙ non dixit cœlum non eſſe augumentabile, niſi ad ſignandū ꝙ non recipit ſenectutem neq; iuuentutem. Quare recte in epilogo adiecit illud, quoniam cointelligebatur in prioribus dictis. Hęc Auerroes & recte.

Error Auer.

K

Quę Aue.

¶ Videtur autem & ratio his aſtipulari: quæ apparēt: & ea quę apparent: rationi. omnes. n. homines de dijs exiſtimatione habent: & omnes qui deos eſſe arbitrantur, tam barbari, q̄ gręci ipſum ſupremum locum deo attribuunt,

L

vt videlicet immortale ad immortale ſit accommodatū: quippe cum alio modo ſit impoſſibile. Si igitur eſt aliquid diuini, quēadmodum & eſt: ea profecto quę & nūc de prima corporum ſubſtātia dicta ſunt: bene ſunt dicta.

Quę Aue. com. 22. ¶ Auerroes vult Ariſtotelem in hoc capitulo declarare conuenientiā inter ſenſum & ratione circa ea quę de ipſo cœlo ſunt dicta, nec non & eorum teſtium, qui in antiquis temporibus de ipſo verba obſcura fecerunt, etiam aſtipulationem. Sed quoniam multa dicta ſunt de ipſo cœlo, vt ꝙ non ſit generabile, non augumentabile, non alterabile, et denicq; nec ſe neſcibile. circa quod horum velit Ariſtoteles talem declare conuenientiam. Auerroes non exponit. ideo expoſitor ait Ariſtotelē velle adducere ſigna ad manifeſtandum propoſitum, & ſic velle videtur expoſitor hęc ſigna eſſe poſita ab Ariſtotele ad omnia illa oſtendenda. ¶ Alij volunt Ariſtotelē redire ad declarandum cœlum eſſe ęternum per tria ſigna, & omnes recte ſentiunt, quia ſi Ariſt. per ſigna probat cœlum eſſe æternum, & ex æternitate cœli cætera de cœlo ſequuntur, vt ꝙ non ſit augumentabile, non ſit alterabile, non ſit ſeneſcibile, ſequitur etiam Ariſtotelem redire ad probandum per ſigna etiam illa cętera. Quare quouis modo textus introducatur. ſequitur recte Ariſtotelē redire ad probandum propoſitum per tria ſigna. ¶ Addit tamen Auerroes ſenſu cōſtare. ꝙ cœlū nec alterationē, nec auctionem, vel minutionē accipiat, quia rerum cœleſtiū ſcriptores, qui antiquis temporibus ſtellas obſeruarunt, ſuper illas adinuenerunt eadem ſub q̄ntitate, & eodē in numero. Quare velle videtur Auerroes ꝙ redeat Ariſtoteles ad probādum de cœlo per illa ſigna ſolum ſempiternitatem. Nam ipſum non eſſe augumentabile, nec alterabile, conſtat obſeruatiōe & inſtrumentis ſenſilibus. ¶ Sed cur Ariſtoles vltra rationes intellectiles, adiecit & ſigna ſenſibilia, Auerroes declarat, & dicit hoc eſſe recte factum ab Ariſtotele, quia multi homines nō poſſunt aſſentire primis propoſitionibus p intellectum notis ex ratione tantum. Cuius cauſa eſt, aut propter diminutionem innatam in natura, ſunt. n. non nulli adeo intellectu imbecilles, vt ad nihil attolantur, quod ſenſus tranſcēdat, quales ſunt natura rudes, et hebetes, vt dicitur. 2. phyſicę auſcultationis lib. Alia cauſa eſſe poteſt paucitas exercitij in ſciētia, in qua tractatur de illis rationibus, ſunt. n. nō nulli qui paucitate exercitatiōis in ſcientia, non facile conſentiunt rationibus illius ſcientię, vt. 3. huius dicit Auerroes de Auicenna. Tertia cauſa eſſe poteſt Mala conſuetudo in doctrina, que multis annis eſt eradicata falſis in fundamētis, vt dicitur. 2. metaphyſice et ponit exemplū de ſectatoribus ſuę legis. Nā hi a pueritia ſunt aſſueti audire propōnes falſas apparentes tamen, & propterea deducuntur ad negandum naturales propōnes, cū aſſerant nihil eſſe neceſſariū, aut poſſibile, aut impoſſibile niſi in deo. In cęteris remouent neceſſarium, & poſſibile. item remouēt virtutes in rebus, cū dicant deum omnia agere, & cętera que ſarraceni opinantur. ¶ Animaduerte tamē hęc dixiſſe Auerroem cōtra ſectatores ſuę ſectę. nos vero qui veritatē habemus, nō ſic dicimus, quia rebus prębemus virtutes, licet dicamus oīa agere virtute primę cauſę, quod etiā philoſophi dicūt. Preterea damus rebus neceſſitatem, ſaltem ex ſuppoſitiōe, itē et poſſibilitatem, & impoſſibilitatē. Sed Auerroes vult habere nō nullos eſſe adeo ſuę opinionis, vt nullis alijs credant niſi per ſenſus conſtet contrarium. Adiecit igitur Ariſtoteles ſigna propter rationes per naturas hominum, qui non poſſunt rationibus aſſentire niſi conuenerint ſignis. ¶ Albumazar aliā aſſignauit cauſam, & ait Ariſtotelē addidiſſe ſigna poſt rationes, quia ſic veritas concluſionis erit propinquiſſima veritati certę. hoc eſt primis principijs. nā licet veritas talis cōcluſionis non ſit veritas primorū principiorum, eſt illi propinquiſſima, cum cōſtet ſenſibus, quare ad vigorādam veritatē cōcluſionis, hęc ſigna ſuppleuit. ¶ Galenus vero in lib. quem demonſtrationem appellauit, aliam ratiōem adiecit, dixit enim Ariſtotelem addidiſſe ſigna: quia mundi ęternitas non poteſt aliter probari. & propterea in lib. quem compoſuit de creditis, mundū eſſe ęternū repoſuit inter credita, ꝙa nō pōt ꝓbari niſi p credita. patet igit quare Ariſt. vltra rōnes adiecit ſigna, hæc Auer. Tunc primū ſignū ſic, cōpoſitus locus ſubſtātiarum ęternarum ac ſpiritalium, eſt ęternus & aliqua ex parte ſpiritalis. cœlum eſt locus deorū, qui ſunt ſubſtantię ęternę ac ſpiritales. igitur cœlum eſt ęternum atq; ſpiritale. Maior patet, quia locus debet eſſe locato ſimilis & accōmodatus. Minor habetur. Ex opinione hominū, qui pōnūt deos, hi. n. & ponūt deos æternos, & ſpiritales, & oēs tā gręci q̄ barbari illos ī cœlis ſtatuūt. Quare ſequit cōcluſio, vt ꝙ cœlū ſit ęternū et ſpiritale. ęternū q̄dē quatenus ē locus dei ęterni, ſpiritale vero, ꝙa plus prę cęteris corporibus accedit ad diuinas ſubas. ¶ Sed occurres, quia hoīes ēt exiſtimāt tēpla eſſe locū deorū, & tamē cōſtat tęplū eſſe corruptibile. dicitur tēplum eſſe locū dei, nō quidē ex parte dei, ſed ex parte colentiū deos, quos oportet in aliquo loco colere, vnde vt recte expoſitor ait. tępla corruptibilia ſunt ꝓportionabilia hominibus corruptibilibus. cœlū aūt ē incorruptibile ꝓportiōale ſubę diuinę. ¶ Quo vero ad verba attinet cōſideratiōe dignum, primo ꝙ tam barbari q̄ gręci ipſum ſupremū locū deo attribuūt. nā vt Auerro. ait, omnes gētes cōcorditer exiſtimāt cœlū eſſe locū dei & aliorū ſpirituū, qui vulgariter dicunt angeli, eſt tamen (vt dicit) differentia, quia barbarę leges & ſarracenę angelos ponūt corporeos, gręcę vero incorporeos, quod quo modo ſit, illis relinquo. Secūdo conſideratione dignū deum eſſe in cœlo (vt Auerroes ait) non vt corpus eſt in loco per circunſcriptionē, nec vt aqua in vaſe per equalitatē, ſed eo modo quo dicetur in libro metaphiſice, & quo dictū eſt in lib. 8. phy. Ibi enim dictū eſt deū eſſe in cœlo per operationē, quia ibi apparet eius operatio, de hoc dicemus in ſecūdo libro huius. ¶ Cōſideratiōe dignum tertio in trāslatiōibus barbaris, quas Auerroes cōmētatur, ſcribi hoc pacto. Et oportet eſſe ſicut ē in loco qui nō diminuitur, neq; corrumpitur, et reliqua. & Auerroes dupliciter expōit, vno mō referēdo verbū oportet eſſe ad primū principiū omniū, qđ ē deus, ita vt ſit ſenſus ꝙ deus oportet vt ſit ī loco, q nō diminuit neq; corūpit, ſed ī loco ęterno oī trāſmutatiōe carente.

N

Com. 6.

Com. 7.

Com. 14.

O

P

Dubita.

Sor.

Verborū conſideratio.

Q

A rente. Alio modo referēdo verbum illud ad cœlum, quaſi dicat oporret cœlū eſſe in loco incorruptibili, quia cœlū eſt locus eternorū, quaſi indicet deum & cœlū (cū nō diminuātur nec corrūpantur) eſſe cauſas trāſmutationū, & eorum, quæ agunt & recipiūt tranſmutationē. hæc Auerroes: & fruſtra, nam nec in codicibus græcis, nec in noſtris translationibus verba hæc reperi. propterea hæc ſunt prætereunda. ℙ Quarto, animaduerſione dignū circa illa verba, impoſſibile. n. eſt alio modo qa dixerat ſuperius, vt videlicet īmortale ad immortale ſit accōmodatū, ſubiecit, quia impoſſibile eſt aliter. Declarat modo Auer. quare impoſſibile eſt aliter, & ait eſſe īpoſſibile aliter. qa cœlū ipſum oportet eſſe quodā mediū inter diuinas ſubſtātias & ſublunares res, & ideo fieri non pōt aliter quin videlicet ſit accōmodatū diuinis illis ſubſtātijs, & quod ſit neceſſariū ipſum cœlū eſſe mediū tale declarat quia niſi cœlū eſſet tale mediū, diuinæ illę ſubſtātię nō poſſent agere in ſublunaribus corporibus. quippe cum ab ęterno in mobili atq; ſimpliciſſimo principio nō poteſt immediate prouenire actio in rebus generabilibus, quibus patet quo nā mo

B do ſublunares res alligentur diuinis illis ſubſtātijs. copulātur n. per ipſum cœlū, quod eſt mediæ naturæ. Nam eo quia in ſubſtantia eſt incorruptibile, cū diuinis ſubſtantijs conuenit, quia mutatur in loco, cum ſublunaribus. & hoc mediante illæ ſubſtantiæ mutāt nos recte igitur dixit impoſſibile eſſe aliter, quia niſi corpus cœlicū eſſet tale, nō eſſet actio, nec generatio, nec corruptio, nec alteratio rerū ſublunariū. hæc Auer

Excerptū Auer. roes. & ſapide. ℙ Ex his infert Auerroes errorem ſectatorum ſuę legis, quos loquentes appellat vbiq;, vbi animaduerſione dignum ſectatores ſuæ legis probaſſe deum eſſe æternum hoc enthymemate, videlicet mundus eſt creatus. igitur deus eſt æternus, quia factio tandē non deuenit niſi ad ęternū principiū, aliter eſſet proceſſus in infinitū. Auerroes vult oſtendere ex dictis ex tali enthymemate potius deduci oppoſitionum vel cp videlicet deus non ſit æternus, vel cp ſit deueniendum ad vnum corpus ęternum, quæ ſunt oppoſita eis, que dicunt. & vis deductionis Auerrois eſt in propoſitionibus. quarum prima eſt, cp generatio ſit alterationis finis, vt phyſici dicūt. Secūda cp omnis noua ꝓductio ſit generatio, nam ex nihilo aliquid fieri perterruit omnes philoſophos.

C Tertia. cp nihil alteret, nihilq; alteretur niſi corpus ſit. hæc deducitur in libro de ſubſtantia orbis. Ex his tribus arguitur: mundus creatur de nouo. igitur generatur per ſecundam petitionem. Sed per primam generatio eſt finis alterationis. igitur aliquid prælterabatur, & aliquid prælterabat. ſed per tertiam omne alteratum & omne alterans eſt corpus. igitur præceſſit corpus alterans, & corpus prælteratum. Quæritur de illo ſi ſit genitū, vel ęternū. & cum nō ſit procedere in infinitum, oportet deuenire ad corpus ęternum, quod ſit primū alterans primum mobile. ecce quo mō ex ratione loquētium ſuę legis deducitur oppſitum potius. ℙ Sed hic homo er-

Error Auer. rauit & valde, ſupponit. n. omnem nouā productionem eſſe generationē, hoc eſt dicēdum ſecūdū eos, qui philoſophātur ex ſenſibus, at nos catholici tenemus quædā quæ ſenſus trāſcēdunt, de quorum numero eſt creatio ex nihilo. & ſic negatur illa ſuppoſitio. vtrum vero creatio ſit naturalis, alibi

D diſputabimus, at nunc ſit dictū Auerroem erraſſe cum omnibus philoſophis ſuæ profeſſionis. & ſic ex creatione nō modo deducitur ęternitas primi principij, ſed etiam infinitudo, cum nihil creet niſi virtus infinita. hæc ad Auerroem.

ℙ Accidit autem hoc & per ſenſum ſufficienter. vt ad humanam eſt dicere fidem. In omni enim præterito tempore per traditam inuicem memoriam non mutatum vllo pacto fuiſſe videtur: aut in toto vltimo cœlo: aut in ſuarum propriarum partium vlla.

ℙ Secundo ſigno idem probat, quod eſt per ſenſum, cum ſumatur ex obſeruatione longi temporis. & dicit. accidit autem hoc, quod ratione & opinione hominum eſt probatum, etiam per ſenſum, non quidem ſimpliciter, ſed ſufficiēter vt dici poteſt ad humanam fidem perſuaſionemq;. Nam obſeruantes ꝑterita omnia tempora per traditam inuicem B
memoriā, vt filius obſeruat a patre, & pater ab auo. et auus ab attauo, & ſic ſucceſſione, non mutatum vllo pacto videt fuiſſe cœlū, dico vllo pacto. quia nec in toto vltimo cœlo, neq; in ſuarum ꝓpriarum partium vlla. ℙ Animaduerſione De obſeruatione. dignum aliter fieri rerum obſeruationē, quæ longiori tēpore manēt, & alter rerum, quæ breui trāſeunt tpe. Nā celeres res obſeruantur ab omnibus, vt cp reubarbarum purget choleram, omnes & ſinguli vel obſeruant vel obſeruare poſſunt, & hoc pacto obſeruatio fieri ſolet rebus ipſis ī medicis, atq; in multis rebus naturalibus. Tarde autem obſeruantur ſucceſſione, vt docuit Ptolemæus eo in libro quem magnam conſtructionem appellauit. Deꝑhēſum enim ſtellas non errantes moueri econtra ab occaſu in ortum ſingulis centenis annis gradu vno. Nam Abraches ſic obſeruauit. & Timoris confirmauit, & cæteri per inſtrumenta vſq; ad tēpora Ptolemæi. & ſic ſucceſſione obſeruantium verificatur tardus ille motus. Quare cum mundus atq; cœlum ipſum ſit tardi F
temporis, recte Ariſt. eius æternitatem perſuaſit ſucceſſione obſeruātium. Nemo enim tradit cœlum cæpiſſe ſuo tēpore. Vnde & Adam non dixiſſet cœlum cæpiſſe ſuo tempore, quippe cum ipſe ſecundum ſcripturam moſis factus ſit ſexto die e mundi creatione. Quare cum obſeruantium ſucceſſione nemo dicat vidiſſe cœlum factum, cōiectura eſt de cœli ipſius ęternitate. ℙ Sed iſtud ſignum peccat primo, quia Error Ariſtote. licet nemo ſuo viſu poſſit teſtari de factura mundi, tamen aliquis teſtatur de factura illius reuelatione diuina, vt moſes ipſe, qui aſſerit cœlum & terram eſſe creatum in principio ante omnia, & noua ꝓductione. Præterea ſecundo Adā potuit teſtari de hominum principio, quia ipſe vidit ſe eſſe primum hominum. & ab eo mulierem profectā eſſe. igitur bona coniectura potuit arguere de mundi factura. Tertio (vt recte expoſitor ſentit) quanto aliquid eſt diuturnius, tāto maius tempus requiritur ad hoc quod eius mutatio deprehendatur, ſeu tranſmutatio hominis non deprehenditur duobus vel tribus annis. in quibus deprehenditur tranſmu tatio canis, vel alicuius alterius animalis breuiorem vitam habentis, poſſet igitur aliquis dicere cp & ſi cœlum ſit natu raliter corruptibile. eſt tamen tam diuturnum, cp totum tēpus cuius memoria poteſt haberi, non ſufficit ad comprehē dendam eius tranſmutationem. Quare hoc ſignum non eſt neceſſarium. & hoc aduertit Ariſto. cum dixit hoc confirmari per ſenſum, non quidem ſimpliciter, ſed ea ſufficientia, quæ eſt in humanis perſuaſionibus, vt indueret ſignum hoc non eſſe neceſſarium, ſed conjecturale. G

AVERROES autē declarat primo quid ſit ſufficiē- Quę Auer ro, cō. 22. tia, & inquit cp ſufficere eſt profiteri aliquid quod ſenſui vr, nec illius cōtrarium apparet aliqua hora. ℙ Secundo diſtinguit de ſufficientia, qm quædā eſt probabilis, vt pote quādo nō fuerit cōfirmata per demonſtrationes, & hæc non eſt certa veritas, ſed ꝓpinquiſſima veritati certæ. quædā ē per demonſtrationes approbata, & hæc eſt veritas certa, & p hāc demōſtrationes perficiuūt, nā de condictione bonarum demonſtrationum eſt conuenientia ſenſus, huius cām aſſignat & diſtinguit de duplici demōſtratione, quia quædā eſt in intellectu, ſed cōfirmata per ſenſus, quales ſunt demōſtratiōes H
mathematicę, q̄ ſunt in primo gradu certitudinis, quędā vero eſt in intellectu, ſed nō cōfirmatā per ſenſum, & hæc biſariam eſt, quia aut eſt de rebus, quæ ſunt aptæ cadere ſub ſenſu, & talis demōſtratio eſt naturalis, aut eſt de rebus, quę nō ſunt aptæ cadere ſub ſenſu, vt ſunt res ſepatę atq; metaphyſicæ. Demōſtratio igitur prima cum ſit cōfirmata ſenſibus, eſt certiſſima, & in primo certitudinis gradu. Secunda demonſtratio q̄ dr naturalis, nō ita certa, ſed quatenus eſt de rebus, quæ cadere poſſunt ſub ſenſu, eſt veritati certe propinqua, & ita in ſecundo gradu certitudinis. metaphyſica demōſtratio ob id, quia ē de rebus a ſenſibus remotis, eſt in vltimo gradu certitudinis, quibus patent ea, quæ Auerroes Com. 16. ait ſecundo metaphyſice. Recte igitur dixit Ariſtote. in textu accidere hoc ſufficienter per ſenſum, quia hæc demon-

I stratio,quam modo fecit de cœlo eſt per ſenſum confirmata. quæ ratio docet illã eſſe more mathematicarum demõſtrationum in primo gradu certitudinis.et hac de cã appellauit hanc ſufficientiã, quoniam vno modo eſt demonſtratio certiſſima:alio modo probabilis.quo vero eſt demõſtratio per ſenſus cõfirmata.eſt in primo gradu certitudinis.quo vero illã ingreditur teſtificatio quedã,videtur ſermo probabilis. ☞ Tertio Auer. declarat quo ſenſu.dicta demõſtratio eſt cõfirmata:& ait illam eſſe cõfirmatã ſenſu viſus, quia in hoc omnes gẽtes cõueniunt,ꝙ nunq̃ viſum fuerit ab hominibus cœlũ fuiſſe trãſmutatũ, nec videlicet in toto nec in parte,& tu per trãſmutationẽ intellige nomen cõmune ad oẽm mutationẽ prẽter localẽ hẽc Auerroes. ☞ Quo vero ad verba attinet animaduerſiõe dignũ Ariſto.dixiſſe nec in toto nec in parte,ꝓpter elementa.que nunq̃ fuerũt viſa mutari,& tamen non ſunt ẽterna.quia licet non in toto mutentur, ſaltẽ in parte videntur continuo mutari.

Conſideratio verborum.

K ☞ Videtur autem & nomen fuiſſe datum a veteribus ẽt vſq; ad prẽſens tempus eodem modo opinãtibus:quemadmodum & nos dicimus:non enim ſemel, neq; bis ſed infinities eaſdẽ ad nos acceſſiſſe opiniões putare oportet. Quapropter quia primum corpus diuerſum quoddam eſt e terra ipſa,igne,aere,atq; aqua:ẽthera ſupremum locum appellauerũt,a ſemper currẽdo perpetuo tẽpore illi cognomentum ponentes. Anaxagoras autem nomine hoc non recte vtitur:ẽthera enim pro igne dicit.

Thin æi currendo ſemper.

☞ Tertium ſignum eſt ab etymologia nominis, quã veteres dederũt de cœlo. Nã cœlũ appellauerunt hoc nomine ẽthera,ab ẽi & thin, quod eſt ſemper currere,ẽi enim grẽcẽ latine eſt ſemper:thin vero currere,hanc autem appellationẽ non dediſſent, niſi opinati fuiſſent cœlum eſſe æternum, & omni mutatione carens veluti & nos opinamur, occurres quia aliqui tempore Ariſto.dixerunt cœlum eſſe genitum, vt Plato, reſpondet ꝙ opiniones veræ ſunt innouatæ non

L ſemel,aut bis,ſecundum diuerſa tempora.ſed infinities,ſuppoſita tamen temporis infinitate, nam vt recte expoſi or adiecit,ſtudia veritatis ob diuerſas mutationes,quæ e ſuperis cauſis his in ſublunaribus contingunt deſtruuntur, verum quia mentes noſtræ naturaliter ad veritatem tendunt, vt dicitur primo meta. ceſſantibus impedimentis rurſus emergunt ſtudia,& homines tandem perueniunt ad opiniones veras, quæ prius fuerunt, falſas opiniones non neceſſe eſt remoueri,niſi per accidens,quia non ſunt per ſe intentæ,

Com.36. ſed ceu monſtra in natura, vt dicit Auerroes tertio de anima. & ideo antiqui opinantes cœlũ eſſe alterius naturæ ab elementis appellauerunt ſupremum locum mundi æthera, dedicantes illi nomen ab eo quod ſemper eſt, quibus increpat Anaxagorã,quiæ thera ab ẽi,& thin compoſuit ẽthera, ſed thin voluit idem eſſe quod vrere,quaſi ſemper vrẽs Nã cœlum eſſe igneæ naturæ opinatur. Inquit eum non recte accepiſſe,quoniam thin eſt currere. vt dictum eſt.

Quæ Aue. com.22. M AVERROES vero ait Ariſtotelem ideo induxiſſe teſtes Chaldæos, in quibus philoſophia fuit quandoq; perfecta,quia ipſe fuit primus græcorũ qui cœpit torquere problema de æternitate cœli ad partem affirmatiuam, omnes enim græci cœlum factum dixerunt ipſe primus probauit cœli æternitatem,quam ob cauſam, Ariſtoteles in ſuſpitionem neglectæ religionis incidit. Vnde accuſatus apud Hiro

Hereſis Ariſto. phantam ſummum eo tempore ſacerdotem ꝙ mundũ æternum demonſtrauerat,in chalcidem ille aufugit,ne Athenienſes bis in philoſophum peccarent, quoniam pauloante Socratem falſis teſtimonijs contemptę religionis crimine condemnauerant, nunquam enim caruit philoſophia neglectæ religionis. ſuſpitione, aut quoniam ſapientia inſipientibus inuiſa eſt, aut quia hipocritæ eos oderunt, e quibus ſe ſuaſq; doloſas ſimulationes cognoſci ſuſpicantur. Ariſto. igit Chaldęos in teſtes adducit,quia vt dicit Auerro illi cũ Ariſtotele opinabanť.Dicebãt.n.cœlũ eſſe quintũ ꝓter quatuor elementa corpus:& nomen ei impoſuerunt ętherem a curſus eius uelocitate atq; perpetuitate. Et quia ſic de cœlo ipſo Chaldęi opinabãtur,ſequi etiã videtur ad illos ꝙ cœlũ cõtrario caruerit,quia vbi cõtrariũ habuiſſet, cũ illud nõ potuiſſet eſſe aliquod quatuor elementorũ,oportuiſſet eſſe ſextum adhuc corpus,quod eſſet cœlo quinto contrariũ. Nam cõtraria oportet eſſe paria,& duo,vt in quatuor videmus elementis, ſequitur ſecundo etiam ad cœlos cœlũ caruiſſe materia,& eſſe æternũ,nam ſi caret contrario,oportet vt materia careat,& æternum ſit. Secundo Auerroes oſtẽdit ſyllogiſmum,quo Anaxagoras errauit. Syllogizauit enim ſic. ẽther eſt corpus leue,& velociter motum,ignis eſt corpus leue,et velociter motũ. igitur ignis eſt æther. patet ſyllogiſmũ eſſe in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis.hæc Auerroes.

N

SED VTRVM artes opiniones & ſcientiæ poſſint tenouari,nõ parua eſt queſtio. Primo,quia Auerroes credidit de opinione Ariſtotelis eſſe intellectũ humanum debere ſemper eſſe in maiore ſui ſubiecti per te perfectũ, nihilq; illi deeſſe de ſcibilibus,quę eius perfectionẽ efficiant. ☞ Secũdo, rerũ ſcientia eſt animę rationalis perfectio,homines ſecundũ Ariſtotelẽ ſunt perpetui ſaltẽ ſpecie,ita vt nunq̃ rationalis anima mũdo deſit igitur eius perfectio nunq̃ deficere debet. ☞ Tertio,vnicuiq; perfectibili natura creauit perfectionem illi coæuam ſaltem in aliquo indiuiduo ſuæ ſpetiei. Cum igitur homo ſit perfectibilis a ſcientia. omnes enim homines nature ſcire deſiderant. igitur aliquis homo debet eſſe ſemper in ſciẽtia ipſa perfectus,& ita nihil noui ſcire,quod non ſciebatur. ☞ In contrarium eſt Ariſtoteles hic, & primo metheo.& 12.meta. vbi opiniones, artes,& ſcientias infinities renouari aſſerit. ☞ Auerroes,cuius doctrina apud latinos eſt in honore habita,opiniones,artes,ſcientias,mores,inſtituta, leges,& conſtitutiones, in certa atq; conſtituta regione deleri atq; corrumpi.renouari vero denuo autumat, at per totum mundum ſimpliciter illas deſinere atq; vniuerſum impoſſibile eſſe affirmat,immo neceſſe eſt,vt ſemper in aliqua mundi regione intellectius ipſe ſit in ſui ſubiecti parte maiore perfectus, atq; plenus, ne fruſtra ſit aliquid in natura, huic opinioni videtur aſſentire Ariſto. Nam ipſe mundum fecit æternum, & hominem æternum.& in libris ſuæ philoſophię voluit ſcientias,artes,& opiniones,eſſe animæ humanæ perfectionem,ſi igitur homo eſt æternus,eius anima non debet eſſe abſq; propria perfectione,aliter eſſet tunc aliquid fruſtra in natura. ☞ Sed hęc poſitio nec eſt vera, nec peripatetica, vera quidem non quia certum eſt diluuium fuiſſe generale, in quo omnes homines fuerunt corrupti, vt credidit græca vanitas, & rurſus renatum mortale genus apud Scythiam ſagam, aut paucos fuiſſe ſaluatos, vt dicit Ariſtote. in lib. politicæ, in quibus artes, & ſcientio,et opiniones non mõ fuerunt deletæ, immo cõpluribus tẽporibus corruptę,vt dicit Plato in libro de legibus,& in timęo,dico cõpluribus tẽporibus corruptę.qa poſt diluuiũ homines exules p ſyluas viuebãt ruditer ad modũ brutorũ, qui cũ a feris nimis inuaderentur,ſe neceſſitate ſalutis in locũ vnum congregarunt,vt illis ſuis copijs reſiſterẽt,& ſic facta fuit communio,quam gręci polin hoc eſt ciuitatẽ appellant,qua facta ceperũt artes,quibus hominũ genus viuit,opiniones & ſcientię,ad quas rationalis anima naturaliter inclinať.mores ſine quibus ciuitas ſtare nõ poſſet. Quare patet cõpluribus temporibus corruptas fuiſſe artes, opiniones, & ſcientias. ☞ Peripatetica vero non eſt,quia Ariſto.2.poly libro tradit diluuiũ,vbi totũ mortale genus fuit corruptũ, & rurſus aut renatũ,aut pro parte ſaluatũ,quare oportet fateri artes,ſcientias,& ſtudia veritatis fuiſſe non ſemel,aut bis renouata. ☞ Ariſtoteles igitur ſentit artes,opiniones,& ſcientias, atq; veritatis ſtudia fuiſſe non ſemel renouata. Vbi primo animaduerſione dignũ multum referre opiniones & ſciẽtias mutari,& illas corrumpi. Mutãtur quidẽ opiniones,& ſcientię, & artes,quẽadmodũ & mores, quãdo ꝓpoſitiones ex qbus proficiſcunť mutanť de vno cõtradictorio ad aliud. Mutanť vero mores quãdo leges & cõſtitutiones mutantur,vt dicit

O

P

Queſtio prima.

Opinio Auerrois.

Cõfutatio.

Q

Quę Ariſ.

primo

A primo ethicorum. Corrumpuntur vero quando deſinunt eſ
ſe, & hoc qñ hõ, qui eſt artiũ, opinionũ, & morũ ſubtum, de
ſinit eſſe. Vñ ſi in diluuio deſiit hõ eſſe omni ex parte ſine du
bio artes, opiniones, ſcię, mores, & veritatis ſtudia deſierũt.
℣ Secundo animaduerſione dignũ ꝙ ꝓpoſitionũ e qbus ar-
tes, opiniones, ſciẽtię, & ſtudia veritatis ꝓficiſcunt, alię ſunt
primę, et omnibus cõmunes, q̃ greçe dicunt axiomata. ver-
bi cã in ſcięntijs, vt omnis ignis eſt calefactorius. Omne totũ
eſt maius ſua parte, & eiuſmodi. In moribus omnis pater ho
norãdus, amicis benefaciẽdũ eſt, & cęterę id genus. Alię ſunt
veræ & necię, ſed non omnibus cõmunes, & harũ. Aliæ ſunt
de qbus neutro mõ opinamur, qm̃ ambę partes cõtradictio-
nis ſunt occultę, vt ſtellę ſunt numero pares, vel ipares. Aliæ
ſunt quarũ vtraq; pars cõtradictionis eſt aliqua ex pte ꝓba
bilis, verũ interdũ equaliter, nõnunq̃ altera magis altera, vt
ſi anima rationalis ſit immortalis. vt ſi mũdus ſit ęternus, &
id genus, ambæ. n. cõtradictionis ptes ſunt ꝓbabiles, licet al
B tera altrera magis. ℣ His acceptis. Ariſt. primo diceret, artes,
ſciẽtias opiniones, atq; ueritatis ſtudia fuiſſe corruptas omni
ex pte, pbaẽ. quia apud ipm fuit diluuiũ, in quo totũ morta
le genus fuit dilutũ, & poſtea renatũ, vel ſaluatum in tã pua
parte, vt perfectæ artes, opiniones, ſciẽtię, & ſtudia ſaluata
fuiſſe potuerint minime, modo deſinẽte ſubiecto, deſinit ac-
cidens illius, quare eſt res rationi cõſentanea, vt artes, ſcien-
tiæ, & opiniones, deſierint. Secũdo diceret. artes, opiniones,
& ſcientias, nõ ſemel fuiſſe mutatas, nã remanẽte ſubiecto,
vtpote homine, propoſitiones e quibus proficiſcuntur artes,
opiniones, & ſciẽtiæ, mutanť. igit & artes, ſcientiæ, & opi-
niones. Tertio diceret. remanẽte homine, illas nõ fuiſſe mu-
tatas omni ex parte, probaẽ. ꝙ artes, opiniones, & ſcientiæ,
mutanť propoſitionibus mutatis e quibus ille proficiſcunť.
at propoſitiones omnes mutari nõ poſſunt, nõ enim propo-
ſitiones omnibus cõmunes, quę ſunt ſicut locus ianuæ, mu-
tari poſſunt. primo meta. nec ꝓpoſitiones de quarũ cõtradi
ctorio neutro mõ opinamur, qm̃ de cõtradictorijs nihil opi-
C namur, igit illę nõ poſſunt mutari quo ad nos. Reſtat igitur
artes, opiniones, ſciẽtias, & ſtudia mutari ſecũdũ quid rema
nẽtibus hominibus, qa ſolũ quo ad ꝓpoſitiones, pbabiles, q̃-
Excerptũ rũ cõtradictoria nos opinamur. ℣ Quibus patet artes, opinio
nes, & ſtudia veritatis poſſe omni ex pte corrũpi, mutari ue
ro minime. corrũpi q̃dẽ, quia hõ põt omni ex parte deſinere.
mutari vero nõ quia nõ poſſũt mutari niſi ſint, quod n. mo
uetur, eſt. at vbi artes, opiniones, & ſcię ſunt, nõ põt muta-
ri omni ex parte, quia ſaltẽ quo ad primas cõmunes ꝓpoſi-
tiones ſunt immutabiles. Quarto diceret Ariſt. opiniones, ar
tes ſciẽtias, & ſtudia infinities fuiſſe genitas corruptaſq;, in-
finities muratas, hoc eſt ſpeciatim dicẽdũ ſecũdũ Ariſto. &
Chaldæos qui mũdũ æternũ autumãt, nam ſuppoſita ęterni
tate mũdi deſolationes cõtingũt in mũdo non ſemel, aut bis,
ſed infinities. at ſecũdũ nos & ſacros viros, opiniones, artes,
ſcientiæ, & veritatis ſtudia poſſunt corrũpi & renaſci, itẽq;
& mutatio nõ ſemel aut bis, verũ infinities minime, cũ ſup-
De cauſis corruptio- ponamus mundum eſſe factum. ℣ Sed de cauſis corruptio-
nis & reno uationis. nis atq; renouationis horũ trãſigamus, & primo ſumamus
artes, opiniones, ſciẽtias, & veritatis ſtudia deſinere atq; re-
D nouari non poſſe niſi deſinẽte & renouato homnine. Mutari
etiã minime niſi aliqua mutatio cõtingat homini. Quibus et
quot cauſis homo deſinat & renoueť, quibus etiã mutet, nõ
leue eſt trãſigere. Deſinit igit homo primo ob diluuiũ, greca
enim vanitas credidit totũ mortale genus in diluuio fuiſſe
interemptũ, totũq; renatũ, in ſcythia ſaga, vt Euripides in-
quit. Secundo ob aeris mutationes, quia propter peſtẽ, vni-
uerſalemq; regionis lucẽ, vbi & ſapientes & rudes deſinere
ſolẽt, vt in peſte quę fuit anno. 1243. illa enim peſte omnes ſa-
piẽtes Galliæ, Greciæ, atq; Italiæ periere, vt etiã aliquando
cõtingit ęgypto. Itẽ & propter terrę motum, in Aſia. n. ter-
rę motu ſub Tyberio Cęſare fuerũt. 12. vrbes vna nocte pro
Recogni- ſtratæ, vbi plures ſapientes periere. Similiter in Lacedęmo
tiones nia, quem Anaximãder vaticinatus eſt. Tertio deſinit homo
propter bella, vt & nos legimus & vidimus. Vnde in bel-
lo Gotorum & Lõgobardorum & homines ſapiẽtes & li- E
bri fuerunt corrupti, ob quos vſq; ad noſtra tẽpora artes ru
des & ſciẽtiæ craſſæ habitæ ſunt. Mutanť vero opiniones, ar
tes, ſciẽtiæ, & ſtudia ueritatis, & ꝓpter has cauſas, & potiſſi
mũ ꝓpter dogmata ſiue ſectas. Cũ. n. emergit vir aliqs, cui
ſumma pbetur fides, dogma emergit nouũ. Illinc mutanť ar
tes, opiniones, & ſciẽtiæ. Vnde tẽporibus Bacconis viri eru-
diti apud Pariſiũ fuit ꝓhibita philoſophia Ariſt. Auerrois,
& Auicẽ. vt ipſe narrat, donec emerſerint ſancti viri, qui illã
non dannauerunt, vt Albertus, Thomas, Hẽricus, & alij. Re
nouãtur vero artes ſciẽtiæ, & ſtudia veritatis renouato aut
mutato homine, verum nõ ſtatim, ſed ex admiratione, vt di
cit Ariſtoteles, cum enim homies aliqua admiranť, quęrunt
rei dubiæ cauſam, inde ſiſcitanť ad rerũ euentuumq; cauſas
adinuenięndas, poſtea admirationum aliquas cõgregãt opi-
niones, quæ ſi bene dictæ ſint, a poſteris ſeruanť, ſin autẽ ma
le, poſteriores illas corrigẽdo tandem veritatẽ attingunt, & F
ſic renaſci tandem incipit veritas, vt Ariſtoteles inquit. 2. me
taphy. hæ ſunt cauſæ ſublunares. ℣ Cœlicæ vero cauſæ non Cęlicę
vna ratione habenť. Nam Albumaſar rerum cœleſtium ob- cauſę.
ſeruator mutationẽ, corruptionẽ, & renouationẽ, tribuit mu
tatis cõiunctionibus, quæ fiunt varijs tẽporibus, & non mo
do ſcientiarum, opinionum, artium, & morum, immo ſecta
rum, dogmatũ, & cæterorum grãdium, quæ hic viſunť. Pe-
trus apponẽſis hęc ad motum ſtellarum nõ eratium reducit,
quatenus caput Arietis ſtellarum nõ errantium ſua peragra
tione per. 12. ſigna. 16. angulos deſcribit, ad quorum quemli-
bet cum acceſſerit, magnæ mutationes hic ſpectantur. Vn-
de credidit ꝙ coniunctio trium capitum, quæ fuit prope Sal
ualtoris Geneſim, nouæ religionis fuerit cauſa, & cæterorũ,
quæ tunc apparuerunt ſub luna. hæc de quæſito. ℣ Tunc ad
rationes factas in principio reſponderem, illud quod Auer-
roes credidit de Ariſtotele poteſt eſſe erroneum, cum hiſto-
riæ narrẽt contrarium, immo poſt diluuium generale gẽtes
fuerunt adeo rudes (vt Plato tertio libro de legibus. inquit)
vt vix humani quicq̃ habuerint. qua ratione eſt conſonum
veritati eo tempore homines, fuiſſe & ignaros, & inſcios. G
Ad ſecundã dicerẽ intellectum quandoq; per tempus fuiſſe
imperfectum quo ad ſciẽtias & mortalẽ vitam tamen ſem-
per habebat principia naturalia, quibus perfici poterat, nec
habeo pro abſurdo intellectum ſtare ſine ſui perfectione ac-
cidẽtali pro aliquo tempore, modo nihil ſibi deſit eſſentialis
perfectionis, qua põt venire ad accidẽtale. Ad tertiã dico, aſ
ſumptum eſſe verum de perfectione eſſentiali, de accidẽtali
vero fallit, vt omnibus conſtat & de dubitatione hactenus.

QVERVNT ſecundo ſi cœlũ ſit augumẽtabile dimi Secũda qõ.
nuibileq;, & videť ꝙ ſic primo quia cœlũ uiuit, igit eſt augu
mẽtabile. antecedẽs ſupponať ex ſecundo lib. huius. deducit
vero cõſequẽtia, quia nihil viuere poteſt niſi primo gradu
vitę, at primus gradus uitę ſecundo de anima libro eſt ve-
getatiuum, cuius tria opera ſunt nutrire, augere, & genera-
re. igitur ſi viuit, oportet habere vegetatiuum gradũ. igitur
eſt augumentabile. ℣ Secundo cœlum eſt quãtum. igitur au- H
gumentabile & diminuibile. antecedens patet quia mouę-
tur, deducitur conſequentia, quia omne quãtum eſt diuiſi-
bile in infinitum, & augumentabile. ℣ Tertio virtus e qua
cœlum dependet eſt infinita, vtpote virtus dei, igit ex pte il
lius cœlũ eſt augumentabile, & omnipotẽtię actiue reſpon-
det paſſiua. igitur ex parte ſui etiã eſt agumentabile. ℣ Op- Quot mo-
poſitum ſentit Ariſto. Pro declaratione primo animaduer- dis auctio.
ſione dignum, vt Auerroes inquit. trifariam eſſe auctionem
diminutionemq;, aut accumulatiõe qua augetur partes &
cumulus. Aut rarefactione qua uagentur & elementa, aut
intus ſuſceptione & conuerſione alimenti in ſubſtantiã ali-
cuius, & hęc eſt vera auctio vel imminutio, quę competit
omnibus viuentibus, & nullis alijs. ℣ Secundo animad- Augumẽ-
uerſione dignum augumentabile & diminuibile bifariam tabile
poſſe exponi, aut per negationem: aut per affirmationem, quot mo-
per negationem augumentabile exponitur quemadmodum dis.
exponitur ipſum poſſibile, nam poſſibile per negationẽ di-

I citur omne non implicans contradictionem, vel magis logice omne illud quo posito in esse, nō sequit cōtradictio, qua ratione dicerēt cœlū quiescere esse possibile apud nōnullos. Possibile vero per affirmationē est illud quod si per potentiam existentē in ipso & in agēte ponerēt in esse, nō sequit impossibile, vt hominē currere si sederet. Augumētabile igitur per negationē est omne illud qđ non implicat contradictionem fieri maius. per affirmationem vero est illud quod per principium existens in eo est aptū fieri maius, qūo puer est augumentabilis, quia in eo est humiditas & calor vitalis quæ sunt principia, quibus puer est augeri aptus. Tunc Iuniores dicunt primo ꝙ cœlum nec est augumētabile, nec diminuibile vtroq; modo exponendo augumentabile & diminuibile, & omni specie auctionis & diminutionis, & sic positio resoluitur in duo, quia volunt cœlum non esse augumentabile per principium eo, & ꝙ implicet contradictionē ipsum fieri maius vel minus, cui positioni cōsentire videtur Ioannes, & vtuntur rōne, & primo probant quod cœ-
K lum non sit augumentabile per affirmationem, quia quouis modo sumatur auctio, nullum esse potest principium in cœlo, quo ipsum possit fieri maius vel minus, quoniam omne quod potest fieri maius vel minus per principium existēs in eo, habet saltem materiā, at cœlum (vt visum est) caret materiam, igitur non potest fieri maius per principium in eo. Prꝛterea omne quod potest fieri maius vel minus quauis auctionis specie, potest generari & corrumpi saltem secundum quid. at cœlum nullo pacto est generabile nec corruptibile. Insuper omne quod potest fieri maius & minus per principium, quod existit in eo, habet contrarium. at cœlum omni caret contrarietate. cœlum igitur non est augumentabile nec diminuibile, quouis modo sumatur auctio, per affirmationem. Secundo probant cœlum non esse augumetabile per negationem, quia vbi cœlū esset maius vel minus non implicaret contradictionem, tūc extra cœlum, aut asset vacuum, aut non implicaret contradictionem esse vacuum, deducitur, quia cœlum esse maius quàm nunc
L sit requirit vacuum extra ipsum. igitur implicat contradi-
Cōfutatio. ctionem esse tale vacuum extra, implicat etiam cœlum fieri maius vel minus. ꝓ Sed hæc positio licet sit naturalis, non est catholica, quoniam secundum catholicos cœlum fuit factum a deo igitur potuit esse maius vel minus virtute dei. igitur & nunc deus potest ipsum facere maius uel minus q̄
Solutio. modo sit. ꝓ Propterea dicerem aliter vt naturalis Philosophus, aliter vt catholicus, vt naturalis Philosophus dicerem omne possibile esse non implicās contradictionē, & oē non implicans contradictionē esse possibile, quia physice sentiēdo idē est possibile per affirmationē exponibile, & per negationem exponibile, quia oē illud non implicat contradictionem, potest poni in esse secundū philosophos, quia possibile secundū phylosophos est, quo posito in esse, nullū sequitur īpossibile, at secundū catholicos differt possibile p affirmationē a possibili per negationem, nā multa sunt possibilia per negationem, quæ non sunt possibilia per affirma-
M tionem, ut infinitum corpus esse est possibile per negationē secundum quosdam, quia per potentiā diuinam fieri pōt, itēq; mūdum esse perfectiorē, & cætera id genus. hæc vero non sunt possibilia per affirmationē, quia nullum tale est
Dilucidatio. fieri aptum p principiū inclinatiuū existēs in eo. ꝓ Ex his sequitur quesiti dilucidatio. Nam physice sentiendo. oportet dicere nullo pacto cœlum esse augumentabile vel diminuibile, quia nulla specie auctionis, & nullo modo exponendo ipsum possibile augumentari. Sed constat cœlum nō esse augumentabile per affirmationem. igitur nec per negationem, catholicæ vero dicerem cœlum esse augumentabile per negationem, quoniā nō implicat cōtradictionē cœlū fieri maius per potentiam exitentem in agente, & nō in cœlo. Secundo dicerem cœlum non esse augumentabile p affirmationem, quoniam in cœlo nullum est principium inclinatiuum ad aliquam speciem auctionis. ꝓ Ad rationem qua probatur cœlū implicare contradictionem esse maius, quia tunc relinquereꝫ vacuū respōdeo nec vacuū extra cœlū implicare cōtradictionē, ꝓterea si deus augeret cœlū, deus crearet plenū, & si cœlū minueret annihilaret plenū. Quare nō sequit cōtradictio. ꝓ Per hęc soluunt rationes. Ad primā dico ꝙ cœlū viuit vita æterna, & nō vita mortali, & ideo nō oportet augeri nec nutriri, et cū dicit vegetatiuū esse primū gradū vitæ. Verū in rebus mortalibus, vt dr̄ secūdo de anima. ꝓ Ad secundum dico cœlū esse diuisibile secundum rationē mathematicā, et hac ratione est augumētabile, at secūdum rationem physicā minime, quia caret materia & contrario. ꝓ Ad tertiā patuit solutio nā physice. deus fecit mūdū ab æterno perfrctum, quo melior esse non potest, nec maior. catholice conceditur totum Hæc de secunda questione.

TERTIO QVERVNT si cœlū est alterabile. Et Tertia, q.
vr̄ ꝙ sic. ꝓ Primo ex eclypsi lunę, vbi constat lunā ipsam alterari. ꝓ Secundo sol in æstate est intēsius calidus q̄ in hyeme. igit calor solis gradualiter intēdit. Vltra, sed omnis gra
O dualis intēsio qualitatis passibilis est alteratio. igit sol alterat. ꝓ Tertio, omne alteri contrariū est alterabile, cum omnis alteratio vertat inter cōtraria sol est cōtrarius his inferis rebus, quia illas corrumpit, & generat. igit sol est alterabilis. ꝓ Quarto, inter stellas est cōtrarietas vt inter solem & saturnum, inter Martē & Venerē, vt Ptolomęus inquit. in primo apotelesmatum. igit inter stellas est possibilis alteratio. ꝓ Vltimo inter stellas esse potest maxima distātia. igitur cō trarietas, quia vt dicit. 10. metaphy. cōtrarietas est maxima distantia, antecedens declaratur, quia si altera stella constituatur in ortu, & altera in occasu, hæ maxime distāt. igitur contrariæ, & accedit ad hæc ꝙ tales stellę dicunt diametraliter oppositę apud astronomos. ꝓ In contrarium est Aristo- Pō prima.
teles in litera. Ptolomęus in primo apotelesmatum. capite de luna volens reddere causam, cur luna est humidior cęteris stellis, ait quia ipsa mutatur humores a vaporibus terrę, & ita velle videtur cœlum esse alterabile, in passibilibus qualitatibus. ꝓ Sed aduersus Ptolemęum assurgit Albuma- Obiectiones.
sar primo, ex eo quia luna non est sic terrę proxima vt possit humoribus terrę refici, quippe cum vapores non vltra P
16. stadia putentur attolli (vt physici scribunt.) Secundo, quia nec stellæ nec cœlum elementarijs qualitatibus inficitur, vt tradit Aristoteles hic, & secundo cœli. ꝓ Propter Pō Ioan.
hęc Ioannes in questionibus tenet cœlum esse alterabile alteratione ęquiuoce dicta, quę quidem est de priuatione ad habitum, non autem alteratione vniuoca, quę est de contrario in contrariū, vnde in responsionibus cōcedit cœlū esse alterabile alteratione perfectiua, nō autē alteratione corrupti ua. ꝓ Ego vero dico ꝙ si Ioānes intelligat de alteratione rea Declatio positionis.
li errauit, quia nec perfectiue, nec corruptiue alterari potest cœlū realiter, quoniā omnis alteratio realis est in qualitatibus permanentibus in subiecto quę nō solo motu locali acquirit deperdit̄q; qualitates, quibus alteratur, vt lumē & aspectum, & cętera id genus. igitur cœlū nullatenus alterari potest alteratione reali. ꝓ Quare si Ioānes intelligit de alteratione Positio p
intentionali, recte sentit, quoniam alteratio intentionalis fit pria.
in qualitatibus momentarijs transitorijsq;, que non habent Q
permanentiā in subiecto, quęq; solo motu locali acquiruntur deperduntur q;, & hęc est intentio Auerrois in hoc loco, Com. 21.
qui dicit qualitates quarum alteratio non est cōtradictio secundū suū esse nō est possibile vt sit in eo secūdū mutationē & secundū esse, hoc est qualitates, quarū alteratio non realiter illas abijcit, nō est possibile vt mutent, & sint in cœlo secundū esse reale. Hęc Auer. idē. 8. metaphy. vt legēti patet. Com. 11.
ꝓ Sic igit dicendū alteratione reali cœlum nō esse alterabile, nec corruptiue, alteratione vero intentionali & in qualitatibus transitorijs, quę solo motu locali acquiruntur deperdunturq;, nō tantum est possibile cœlū alterari, immo de facto luna eclypsatur, nō quidē propter mutationē in substātia, vel in qualitate p̄manēte, sed propter motū localē, quia subintrat luna ipsa vmbrā terrę. & hęc est peripatetica interpr̄etatio. ꝓ Tunc ad rationes. Ad primā patet solutio. nā Sol. rōnē.

cœlum

A cœlum eſt alterabile intentionaliter, & hoc pacto luna alteratur a ſole. ℣ Ad ſecundã dico, q̃ ſol nec in hyeme, nec eſtate eſt calidus, ſed bene caloris productiuus, & magis æſtate per accidens, quia magis venit ad apicem noſtrum. ℣ Ad tertiam dico, q̃ ſol nec eſt contrarius, nec ſimilis his, quę ſunt hic, ſed bene contrarius vel ſimilis virtualiter, quia eſt productiuus alicuius, quæ res hę corrumpuntur vel generantur, & ex hoc non ſequitᷣ ſolẽ eſſe formaliter alterabilem, ſed bñ per accidens ratione motus adductiuus conuenientis vel cõtrarij. ℣ Ad quartam aſtronomi appellant ſtellas contrarias, vel quę ſunt contrariorum productiua, vel contrariarũ herẽ ſum, vt dicit Ptolemæus, et hoc pacto ſol & ſaturnus ſeſe habent, quia ſol caloris ſaturnus frigoris eſt productiuus. Saturnus & mars etiam oppoſiti, quia diurnus eſt ſaturnus, mars nocturnus. ℣ Ad vltimam dico, q̃ non omnis maxima diſtãtia eſt contrarietas, ſed omnis maxima diſtantia gradualis,

B vt nũc loqmur, & hęc non eſt reperibilis inter ſtellas. ℣ Vtrũ vero Ptolemęus voluerit lunã refici vaporibus terrenis in noſtro libro eruditionum acutiſſime diſputamus contra Albumaſarem, & tu lege illic. Hæc de tertia quæſtione.

℣ Patet autem ex dictis: cur impoſſibile eſt numero plura eſſe ea: quæ ſimplicia corpora dicuntur. Simplicis enim corporis motum ſimplicem eſſe neceſſe eſt. Solos autem hos ſimplices dicimus eſſe: & circularẽ & rectũ: & huius duas partes alterã quidẽ e medio: alterã vero ad mediũ.

Quæ expoſitor. ℣ Expoſitor facere videtur hic nouum caput, quia vult q̃ Ariſtoteles oſtẽdat prẽter dicta corpora. v3 quatuor elementa, & quintum vniuerſi, integritas nõ expoſcat ſextũ corpus ſed q̃ ſit contenta his quinque tantũ. ℣ Auer. vero velle vi-

Quę Auer. com. 23. detur Ariſto. ex dictis addere corollariũ, quod ex dictis facile poteſt eſſe excerptum. Sed quouis modo exponatur, ſyllogiſmus eſt, quot ſunt motus ſimplices, tot ſunt corpora ſimplicia. quinque ſunt motus ſimplices, quia circularis &

C rectus, & rectus ducitur in quatuor, quia in deorſum & ſurſum, & motus qui deorſum eſt deorſum ſimpliciter, vel in reſpectu, et qui ſurſum, etiam in duos, quia vel ſimpliciter, uel in reſpectu. igitᷣ quinq̃ ſunt motus ſimplices, & non plures, nec pauciores. igitur integritas vniuerſi non plura corpora expoſcit, & hoc inquit. Patet autem ex dictis & cur impoſſibile eſt numero plura eſſe ea, quæ ſimplicia corpora dicuntur, et quia dixit hoc patere ex dictis, coniectura eſt Ariſ. feciſſe corollarium, vt ſentit Auer. ℣ Ponit autem propoſitiones radicales quibus res hęc deducitur, vt Auer. ait. quarum prima eſt corporum ſimplicium motus debent eſſe ſimplices, & econtra motus ſimplices eſſe debent corporum ſimplicium, & per hanc vult habere Auer. tot eſſe corpora ſimplicia, quot ſunt motus ſimplices. Secunda quinque ſunt motus ſimplices, duo primi. v3 rectus & circularis, & rectus primo ducitur in duos, quia in motũ e medio, & in motum ad

D medium, & quilibet horum in duos, vt dictum eſt, quia motus e medio ẽ, aut ſimpliciter, aut in reſpectu. ſimiliter & motus ad mediũ, igitur motus rectus multiplicatur in quatuor, & circularis eſt vnus tantũ. igitur quinque ſunt motus ſimplices. quibus ſequitᷣ quinq̃ eſſe corpora ſimplicia, harũ propoſitionum maiorẽ tangit dicens. Simplicis. n. corporis motum ſimplicẽ neceſſe eſt, per hãc vult habere tot eſſe ſimplicia corpora, quot ſunt motus ſimplices, quę erat maior. Minorẽ ſubſcribit. & inquit. Solos aũt hos motus ſimplices dicimus eſſe, & circularẽ & rectũ, & huius videlicet recti duas partes, alterã quidẽ, qua ꝓgitur e medio, alteram vero qua itur ad mediũ, & quælibet harũ duplex eſt, quare quinque ſunt motus ſimplices. igitur quinque erunt corpora ſimplicia. hæc Ariſto. & Auer. ℣ Sed occurres quia non vnus tan-

Dubõ. tum eſt motus circularis, cum ſaltẽ ſint duo. v3 diurnus ab ortu in occaſum, & ꝓprius ab occaſu in ortũ. Primo motu mouetur primum mobile. Secundo vero mouentur cæteri orbes. quæ rõ docet ſaltẽ mobile circulare eſſe geminæ naturæ. igitur erunt ſex corpora ſimplicia. Præterea. multi ſunt motus circulares, vt dicũt mathematici, qm̃ tot quot orbes, qui ſunt plures quatuor. igitur nõ tantum quinque ſunt mo E
tus, nec corpora. Ad hæc motus e medio & ad mediũ vnus videtur, quia aqua mouetur e medio, quia ſupra terrã, & ad medium, quia ſi remoueatur terra, veniet vſq; ad medium. Præterea. idẽ eſt deſcenſus & aſcenſus, nam aer qui mouet a concauo lunę ad concauum ignis deſcendit, & eodem motu aſcendit, quia mouetur ſupra aquam & terram. ℣ Reſpõ Solutio. detur q̃ tantum ſunt tria prima corpora ſpecie diſtincta, & non plura ſpecie diſtincta, nec pauciora. Vbi animaduerſione dignum motum circularem eſſe vnum tãtum ſpecie, qm̃ omnis motus circularis eſt circa medium, modo ferri circa medium conſtituit vnum motũ ſpecie ſimplicem. duo vero ſunt recti primi motus, quia alter, quo itur ad medium, alter quo ꝓgitur a medio, ferri autẽ ad mediũ conſtituit motũ ſimplicem rectum. ferri a medio etiam conſtituit alterũ. igitur duo tantum ſunt motus recti primi. Quare prima corpora ſpecie & ſimplicia tria tantũ ſunt, graue videlicet & leue, et F
neutrum, & hoc Ariſto. concluſit. Quia ſi velis multiplicare rectos motus in duos, erunt corpora ſimplicia quinque, ut ſecit Auer. Quia ſi velis multiplicare rectos in duos, & circularem in tot quot ſunt orbes, erunt multo plura quinque. Ariſ. autem tantum aſpexit ad primas motus ſimplicis differentias, quæ ſunt tres. v3 e medio, ad medium, & circa medium, & ita tria corpora tantum prima eſſe declarauit graue, leue, & neutrum. Auer. reſpexit ad primas differentias, et ad ſubalternas, & ideo dixit quinque, qui vellent vlterius reſpicere, adhuc adderent, per hæc ad primam rationem. Ad ſecundam principalem de motu aquæ, patuit ſolutio. nã aqua naturaliter mouetur ad cõcauum aeris, per accidens autem ad replendum vacuum, mouentur et aqua & aer et ignis ẽt, & ſic idem corpus poteſt aſcendere per ſe ad vnum elementum, & per accidens deſcendere ad illud. per idem ad illud de aere, dicerem aerem per ſe deſcendere ſecundum quid reſpectu ignis, aſcendere reſpectu aquę & terrę, nec eſt impoſ-

ſibile idem corpus aſcendere & deſcendere deſcenſu & aſcẽ- G
ſu in reſpectu. Smpliciter vero nullum corpus eſt tale. hæc de dubitatione.

℣ Quod autem circulari motui non ſit alia latio cõtraria: multifariam quiſpiam fidem ſumet.

℣ Concluſio quã nunc enititur probare, eſt motui circulari πλεόνως nullũ motũ poſſe contrariũ eſſe. Neceſſitas capituli eſt (vt χρδε ex Simplicio colligitur) tum ex ante dictis, tum ex poſt dictis. ex ante dictis quidem, quia probauit cœlum non eſſe generabile nec corruptibile, per hoc quia caret contrario, ꝓbauit autem cœlum carere cõtrario, quia motus circularis, quo cœlum mouetur, caret contrario, quare in illa probatione ſuppoſuit motum circularem carere contrario. Cogitur itaq; nunc ſuppoſitionem quã tunc aſſumpſit, probare. ex poſt dictis vero, quia probauit tria tãtum eſſe ſpecie prima mundi corpora, graue, leue, & neutrum, vel ſex, vt Auer. dixit, & hoc probauit ſupponendo motui circulari nullum eẽ H
motum contrarium, quia vbi eſſet cõtrarius, poſſet dici qđ quemadmodum eſt duplex corpus, quod mouetur motu recto ob eius motus contrarietatem, ita etiam duplex corpus quod moueretur motu circulari, ob contrarietatem motus circularis. Hoc autem dici non poſſet, ſi motui circulari nullus motus prorſus ſit contrarius. Quare propter poſt dicta, cogitur declarare motui circulari nullum eſſe motum cõtrarium. & hoc pacto Auer. exponere videtur hũc locum. vult Quæ Auer. com. 24. concluſionem prẽſentem eſſe vtilem, Tum ad ea, quæ antea dixerat de cœli æternitate, Tum ad ea, quæ poſtea adiecit de numero primorum corporum, quæ ſunt mundo neceſſaria, & ſufficientia. ℣ Quo vero ad verba attinet, Ariſtoteles per fidem intelligit (vt Auer. inquit) non abundantiam exiſtimationis, hoc eſt non credulitatem, quæ habetur per ſyllogiſmum dialecticum, ſed fidem perfectam, quæ eſt ſcientia per demonſtrationem, procedit enim Ariſto. hic non ex creditis, atq; probabilibus, ſed ex neceſſarijs.

℣ Primo quidem quia circulari rectum opponi maxime Rectum

I ponimus. Nam concauum & curuum nõ ſolum inter ſe opponi videntur. Sed etiam ipſi recto: vbi coniuncta ſint, atq; ſimul ſumpta. Quare ſi qua eſt cõtraria, eam lationem maxime, quę ſuper rectum ſit: circulari contrariam eſſe neceſſe eſt.

τὴν ὑπὲρ τὴν εὐθεῖαν — rectam lineam

Vbi, particulã addit

Simul

Cõiũctiõe per copulationem

Lationem κίνησιν

Motum

Rectum ἐπὶ τὸ εὐθὲς

Super lineã rectã

¶ Trifariã (vt expoſitor inquit) poteſt motui circulari conſiderari motus contrarius, aut vt motui circulari rectus ſit contrarius, aut vt ſit aliqua cõtrarietas in ipſis partibus motus circularis, aut vt vni motui circulari alius motus circularis ſit contrarius. Ariſtoteles igitur primo declarat motui circulari motum rectum nõ eſſe contrarium, & incepit primo ab hac cõſideratione, quia maxime videt circularis motus recto opponi, quoniam differunt ſpecie: & genere conueniunt. Prętera, quia ex hac probatiõe quaſi habetur ꝓbatio in alijs, vnde ſyllogizat hypothetice ſic, ſi circulari motui videtur aliquis motus cõtrarius, maxime videt motus rectus. Sed rectus motus illi nõ opponitur, igitur nullus. Maior probat, quia concauum et curuum, quę ſunt circularia imperfecta, videntur cõtraria recto, quia nõ ſolũ inter ſe relatiue opponuntur, ſed etiam recto, ſi igitur quæ ſunt imperfecte circularia, opponi videtur recto, perfecte circulare maxime recto videbitur opponi, quare maior patet, q; ſi aliquis motus videtur oppoſitus circulari, maxime videtur rectus. minor vero diſputabitur poſtea, de preſenti ratione primo tangit maiorem, quæ eſt illa hypothetica, et inquit. primo quidem, quia circulari rectũ maxime ponimus opponi. eſt hypothetica, ſi motui circulari aliquis motus ſit contrarius, maxime erit rectus, deinde ſubdit probationẽ, & inqt. nam concauum & curuum non ſolum inter ſe relatiue opponi videntur. Sed etiam vbi ipſa coniuncta ſint, atq; ſimul ſumpta, videtur opponi ipſi recto. Hæc autem ſunt imperfecte circularia, quare ſi que ſunt imperfecte circularia, ſunt recto oppoſita, quę erunt perfecte circularia videntur maxime recto oppoſita. Tunc repetit maiorem & inquit. quare ſi qua latio eſt motui circulari contraria, eam lationem maxime quæ ſuper rectum ſit ſpatium, circulari contrariam neceſſe eſt eſſe. Hęc eſt maior, & eius ꝓbatio. ¶ Auerroes vero velle videtur Ariſtotelem nõ probare illa tria per ordinem, ſed probare ſyllogiſmo per locum a maiore q; motui circulari nullus motus ſit contrarius. ¶ Sed vtraq; expoſitio conuenit textui, quoniam licet hoc videatur Ariſtoteles facere in principio, in proceſſu per ordinem primo declarat rectũ non eſſe contrarium motui circulari. Secundo oſtendit q; non ſit contrarietas in partibus motus. Tertio q; nec vnus motus circularis ſit alteri circulari contrarius, partes patebunt ſuis locis. verum Ariſtoteles vſus eſt hoc probandi modo, vt indueret primum modum eſſe vniuerſaliorem, cum ex eius veritate ſequatur veritas cæterorum.

K

L

Quę Aue. cõ. 24. Numero expões.

Quę Aue. cõ. 24.

VLTERIVS extra textum Auer. aliquãtulum vagando probat circulari motui maxime rectum videri oppoſitum, & ſua probatio eſt, quia rectus et circularis videntur plus habere de conditionibus contrarietatis, quam circularis & circularis, quoniam omnis circularis omni circulari videtur idem motus ſpecie. at rectus & circularis videntur ſpecie differre, modo hoc eſt vna conditionum contrarietatis, vt decimo metaphy. conſtat. Vtrum vero omnis motus circularis omni motui circulari ſit eiuſdem ſpeciei, ſecundo huis dicetur, at nunc ſupponatur. ¶ Vlterius Auerro. probat motui circulari motum rectum nõ opponi, quod licet Ariſtoteles poſtea faciet, ad bonũ opus Auerroes nunc illud preponit. probat igitur motui circulari rectum non contrariari, primo quia contrarietas eſt maxima diſtantia ſecũdum lineam rectam, vt nunc ſumit. at inter circularem motũ & rectum nõ poteſt eſſe diſtantia ſecundũ lineã rectã. igit nec cõtrarietas. Secũdo in motibus nõ eſt contrarietas niſi pp loca, ut dicit quito phyſico. ſed locus eius quod mouet circulariter, & locus eius quod mouet recto motu, non cõtrariant vt nũc ſupponit, & aliquãtulũ declarat, qa illud quod mouet circa mediũ, nõ oppõitur ſecũdũ locũ eis quæ

M

Quę Aue. cõ. 24.

mouentur, vel ad mediũ, vel e medio, ut eſt notũ. igitur circulari motui non videt rectus opponi. Tertio ſi motui circulari eſſet rectus motus cõtrarius. Tuc cœlũ elemẽtis eſſet cõtrariũ, quoniã motus contrarij ſunt corporũ cõtrariorum, vt ſępe eſt dictum. Quod vero cœlũ nõ ſit elemẽtis contrariũ, ꝓbat. quia tũc oportet cœlũ & elemẽta motu inter ſe trãſmutari, vt ignis in aquã, & ecõtra. at cõtrariũ videt, cœlũ. n. elemẽta cõſeruat, cũ cõtineat illa, immo eſt elemẽtis quaſi forma conſeruatrix, cũ omnis virtus cõtiguet inde, vt dr primo metheo. hęc Auer. de cõtrarietate motus recti & circularis.

N

¶ Cõmẽ. vero ſequẽti declarat Auer. duo primo q; rectũ videt opponi curuo & cõcauo. Secũdo q; ppter hoc magis opponi videt circulari. primũ declarat ex definitionibus, quia rectũ eſt cuius omnes ptes ſunt æquales. Curruũ vero cuius vna ps ſuperminet, cõcauũ etiã cuius una pars eleuat, & ſic ſequit rectũ opponi illis ſaltem ſecũdũ quid, hinc declarat ſecundũ, nã ſi rectũ opponit illis ſecũdũ qd, quia pticipat circularitatis, maxime vr opponi circulari, quoniã ſimpliciter circularis omnes ptes ſunt inæquales. & ſic patet propoſitũ. Animaduerte tamẽ vt recte Auer. inquit. rectũ et curuũ atq; cõcauum opponi, ſed aliter illa inter ſe, aliter recto. Nam inter ſe curuũ & concauũ opponuntur relatiue, recto vero ſi opponãtur, opponuntur contrarie. hęc Auer. circa textum.

Quę Aue. cõmẽ. 25.

O

¶ Sed circa hæc quę Ariſto. inquit, ſunt dubõnes non paruæ. Prima eſt contra rationẽ Ariſto. quoniã illa conceſſa, ſequitur motũ rectum non habere motũ contrarium, quia per formam rõnis Ariſto. ſi motus rectus haberet aliquẽ motũ contrarium maxime videt circularis, quia per rõnem Ariſto. circularis dr ſpecie a recto. Sed circularis non videtur contrarius recto igit nullus alius. & ita nec rectus recto. & p cõſequens motus ſurſum & motus deorſum minus videntur contrarij, cum ſub eodem mẽbro contineantur, vtpote ſub recto vel põt aliter dubitatio oriri, quia minus videtur motus deorſum contrarius motui ſurſum, quam rectus circulari. Sed motui ſurſum contrariatur motus deorſum. igitur recto contrariatur circularis. Maior patet per rõnẽ Ariſtote. quia rectũ & circulare differũt ſpẽ, & genere cõueniũt.

Dubitatio prima.

P

¶ Secundo dubitatur, quia rõ Ariſto. ſupponit motum rectũ & motum circularem eſſe eiuſdem generis. Sed hoc videtur falſum, primo quia corruptibile & incorruptibile differunt ſpẽ & genere, vt vbiq; colligitur e peripateticis contra Platonem, conſtat autem rectum motum eſſe corruptibilem, circularẽ æternum. Secundo quia in lib. de ſubſtantia orbis ſem per Auer. inquit. æternis & corruptibilibus nihil eſſe cõmune vniuocũ. at circularis motus æternis cõpetit. rectus corruptibilibus.

Secunda

¶ Tertio dubitatur, quia rõ Ariſtotelis videtur conſiſtere in hoc, q; quia rectus & circularis non ſunt ad cõtraria loca, motus rectus & circularis nullatenus ſunt contrarij. Modo hoc videtur falſum, quia Auerro. quarto phyſicorũ cœlo aſſignauit medium mundi pro loco. & leuibus corporibus concauum lunæ. Modo hęc loca opponi videntur, cum maxime per lineam rectam diſtẽt. Quare & loca, & motus, & corpora, videntur contraria.

Terza

Cõ. 43. & 45.

¶ Dubitat expoſitor &c. Quarto, quia Ariſto. ait circulari maxime cõtrariari rectum. Modo hoc videtur erroneum, cum in præſentis dictũ ſit figuræ nihil eſſe cõtrariũ, rectum vero & circulare ſunt dr̃iæ figure.

Quarta

Q

¶ Quinto Philoponus hoc redarguit Ariſt. Nã Ariſto. ait concaum & curuũ opponi ſecundum reſolutionẽ. Sed hoc vr falſum, quippe cũ relatiua ſimul ſint, atq; non ſint, fieri aũt põt, vt hęc non ſimul ſint. Nã põt ſphæricum corpus exterius eẽ curuũ, & interius non concauũ, vt pila. Igit concauũ & curuum non ſemper ſunt ſimul.

Quinta

¶ Sexto dubitant nõnulli & perite, quia motus circularis ſaltem habet priuatiue oppoſitũ. ſ. quietem. mõ termini generationis ſunt priuatio & forma. Si igit ex natura motus ſup naturam formæ arguit. Inueniet forma cœli habere ſaltẽ priuatiue oppoſitũ, & ſic ipſam inueniemus terminare mutationem in ſubſtantia. arguo igitur contra Ariſtotelẽ q; ſi ratio ſua valeret, tunc cœlum eſſet corruptibile, vtrum vero circulari motui ſit motus aliquis contrarius poſtea diſputabitur.

Sexta

A tabitur. ℣ Nunc autem nobis ſufficiat ſaltem defendere ra-
Excuſatio tionem Ariſtotelis,et dubitationes haſce refellere. Verũ ante
hæc non eſt inutile tangere opiniones quaſdam. ℣ Iuniores
Prima põ itaq; tenent primo motui circulari cœleſti nullum motuum
eſſe contrarium,quia ſi quis eſſet,ille eſſet in rerum natura,
quoniã contrariorum ſi alterum eſt in rerum natura, & al-
terũ.at nullus motus eſt talis in rerũ natura,oporteret.n.eẽ
per eandem lineam omnino vel æquiualentem,& ita opor
teret eſſe ab occaſu in ortum per meridiẽ & ſuper eoſdem
polos,& ſuper lineam eãdem.at talis nullus eſt,quia perpe-
tuo cœlũ mouetur ab ortu in ipſum occaſum p̃ meridiem.
igit̃ nullus eſt dabilis huic cõtrarius ab occaſu in ortum per
meridiem,& per eoſdem polos,& eandem lineam. Secũdo
tenent in his inferioribus motui circulari eſſe dabilẽ contra-
riã, quia imaginari poſſumus duos motus circulares alterũ
B ad vnam regionem,& alterum ad oppoſitã per eandem li-
neam,& ſuper eoſdem polos,& circa eandem axẽ. Modo
tales videntur contrarij. Tum quia incõpoſſibiles in eodem.
Tum quia mutuo receptibiles in vno eodemq; ſubiecto.
Cõfutatio ℣ Sed obĩcit albertilla & ſapide,quia motus eiuſmodi poſ-
Albertillę ſunt inter ſe continuari.igitur non ſunt contrarij per regulã
quinti libri phyſicorũ,& antecedens deducit longis verbis,
Cõfuta,no que vide. ℣ Melius poteſt hæc poſitio refelli.q; videlicet ad
ſtra. motus contrarietatẽ ſunt per neceſſaria quatuor,quorũ pri
Cõditiões mum eſt vt ſint ad loca cõtraria partiliter,defectu cuius mo
cõtrariorũ tus hi qui fiunt ad latus non ſunt, contrarij,quia talia loca
motuum. poſſunt non eſſe contraria. Secundum eſt vt fiant ſuper li-
neam breuiſſimam,quæ eſt recta ſecundum geometras.quã
ob cauſam recto moti circularis non contrariatur. Tertium
vt fiant ſuper eandem lineam,vel æquiualentem,qua ratiõe
motus ſtellę non errantis & motus ſaturni non contrarian-
tur,quia non fiunt per eandem lineam,nec ſuper eoſdem po
C los, nec circa eandem axem. Quartum vt ſi alter ſit natu-
ralis alicui contrarius ſit eadem præter naturalis. Quamob-
rem motus terræ deorſum non contrariatur motui ignis de
orſum,cum vterq; ſecũdum ſpeciem ſit naturalis terræ. Ex
his refellitur poſitio. Nam licet illis motibus quo fingunt,nõ
nulla horum competant,tamen deficit ſecũda conditio,non
enim fiunt ſuper lineam rectam, & propterea non poſſunt
eſſe contrarij ſecundum perfectam rationem contrarietatis,
hanc enim contrarietatem ſic completam Ariſtoteles remo
Quę expo uet a motibus circularibus. ℣ Expoſitor vero ait in omni ge
ſitor, nere reperiri differentiarũ contrarietatem, non tamen ſpe-
cierum,licet enim rationale et irrationale ſint contrarię dif-
ferentiæ,non tamen homo & equus ſunt ſpecie cõtrarij. vult
igitur inter motum rectum & circularem eſſe contrarieta-
tem ſecundum differentias,non autem ſecundum ſpecies,et
ita concedit in cœlo contrarietatem, quia ſecundum dif-
ferentias,& non ſecundum ſpecies, immo in cœlo eſt con-
trarietas ſecũdum differentias paris & imparis,recti & cir
Dubitatio cularis,& id genus. Hæc expoſitor. ℣ Ego vero multum am
contra põ bigo quonam modo differentiæ ſpecierum poſſint eſſe con-
nem, D trariæ ſecundum omnes conditiones,& ſpecies quas illę dif
ferentiæ conſtituunt,non. Nam omnis contrarietas eſt pro-
pter formas,modo differentię ſpecierum,aut ſunt formæ il-
larum,aut colliguntur a formis.igitur vbi differentiæ erunt
contrariæ perfecte,formæ ſpecierum erunt contrariæ, quia
differentiæ,vel ſunt formæ,vel ex formis collectę. vbi autẽ
formę ſpecierum erunt contrarię,ſpecies erunt contrarie for
maliter.igitur non ſtat differentias eſſe cõtrarias, & ſpecies
Dilucida nõ eſſe contrarias. ℣ Propterea quicquid velint alij,peripa-
tio, tetice ſentiendo,dico q̃ cõtrarietas motuum nonnunq; pro
oppõne priuatiua intelligitur,vt Auer. inquit in phyſicis,nõ
nunq; pro oppõne quę eſt maxima diſtantia ſecũdum lineã
rectam eandem vel æquiualentem ab vno loco oppoſito ad
alterũ ſcđm duos motus, quorũ vnus eſt alteri naturalis,
& alter eadẽ violentus.interdũ pro incompoſſibilitate mo-
tuũ vel formarũ in eodẽ ſecundũ aliquas cõditiones. Si igit̃
loquimur de oppõne priuatiua, ſic circulari motui reſpõdet
contrarium quia reſpondet quies ſecundum peripateticos.
Vnde cælo non repugnat quies ſaltem ſecundum partẽ, & E
ſi non ſecundum totum, quieſcit enim cœlum a reuolutio-
ne heſterna, & eſt in potentia ad reuolutionem futuram,
& hanc non negat Ariſtoteles in cœlo atq; motu cœli, non
enim ex contrarietate motus hac ſequitur cœlo in eſſe con-
trarium in ſubſtantia poſitiuum,immo nec priuatiuum,ſtat
enim alicui motui conuenire contrarium priuatiue,& tamẽ
mobile quod naturaliter mouetur illo motu, nullum habet
contrariũ aliquo pacto,vt de cœlo ipſo diximus. Vnde con
trarietas poſitiua motuum arguit cõtrarietatem mobilium,
quæ naturaliter mouentur illis motibus. Contrarietas ve-
ro priuatiua nullatenus cauſa eſt, quia poſitiua contrarie-
tas motuum proficiſcitur e formis mobilium,omne.n.quod
naturaliter moueť,mouetur a ſua forma. Priuatiua vero cõ
trarietas e formis non exit. Nã in accidentibus pura acciden
tis priuatio reperiri poteſt, quæ nullam formam poſitiuam
inſeparabiliter comitetur. Quare ſtat motum cœli habere
contrarium priuatiue, & cœlum eſſe omnino abſolutum a
contrarietate. Sin autem loquitur de contrarietate poſitiua, F
ſic inter circulares motus eſt dabile contrarium, non quidẽ
ſecundum omnes conditiones, ſed ſecundum aliquas, ut dic-
tum eſt. Ariſtoteles vero remouet a motu cœli contrarium
poſitiuum,& ſecundũ omnes conditiones requiſitas ad ve-
ram contrarietatẽ. his elucidatis, ad dubitationes dicamus,
& ad primam primo, dico q̃ non ſunt cętera paria, primo
q̃ licet ratione habita ad differentiam quæ eſt inter motum
rectũ & circularem, recto motui videatur circularis magis
contrarius,ratione vero cæterarum conditionum recto ma
gis rectus contrariari videtur. Tum quia non omnis rectus
omni recto eſt idem ſpecie. Tum quia motus recti effici poſ
ſunt ſuper lineam rectam, circulares minime. Ideo valet ſi
circulari competit motus cõtrarius, ille eſſet rectus, quoniã
rectus differt ſpecie a circulari, at circularis a circulari mini
me. de recto vero,non eſt ita,quia recto poteſt aſſignari mo
tus contrarius rectus. Tum quia rectus poteſt ſpecie differre
a recto. Tum quia effici poſſunt ſuper lineam rectam, per
idem ad ſecundam. Nam motus ſurſum & deorſum magis
habent de ratione contrariorum, quã rectus & circularis. G
Tum quia habent ſufficientem differentiam,quæ eſt ſpeci-
fica. Tum quia fieri poſſunt ſuper lineam rectam,& etiam
propter alias cauſas. ℣ Ad tertium,quæ eſt ſecunda dubita-
tio,poteſt defendi motum rectum & motum circularẽ eſſe
eiuſdẽ generis,quia ambo ſunt in prædicamento ipſius.vbi.
Nam vt dicitur quinto phyſicæ auſcultationis ad tria præ-
dicamenta eſt motus,& localis ad vbi,quare omnes locales
ſunt eiuſdem generis vbi,quod etiam Auerroes aſſerit con-
tra Auicennam.quarto phyſicæ auſcultationis.ſic igitur de- Com. 43.
fendi poteſt motus hoſce eſſe eiuſdem generis. Tunc ad pri-
mam dico q̃ dictum illud locum habet in ſubſtantijs tantũ.
In illis enim corruptibile & incorruptibile differunt genere.
In accidentibus vero minime. vnde ſecũdum Auerro. dimẽ
ſio terminata, & dimenſio interminata ſunt eiuſdem gene-
ris,& tamen altera eſt æterna,altera corruptibilis. Cauſa ve
ro cur in ſubſtantijs auctoritas illa locum habeat, non autẽ
in accidentibus eſt, quia omnis ſubſtantia eſt incorruptibi-
lis per hoc quod caret materia & contrario, corruptibilis H
vero econtra,quia eſt in materia,& habet cõtrariũ. Quod
autem caret materia & contrario: eſt ſubſtantia ſeparata:
quod habet materiam & contrarium: eſt ſubſtantia com-
poſita. Conſtat autem apud peripateticos ſubſtantiam ſepa
ratam differre genere a ſubſtantia compoſita, quicquid ve-
lit Plato. accidens vero eſſe poteſt corruptibile, non tantum
quia habet contrarium,& ſubiectum: ſed quia ſequitur for-
mam morticinam: poteſt eſſe ęternum: & habere cõtrariũ,
quare ęternum & corruptibile in accidentibus non efficiunt
differentiam generis,quia poſſunt alterum eſſe æternum,&
alterum corruptibile,tamen ambo habere contrariũ & ſub-
iectum. In ſubſtantijs vero ſic,propter rationẽ tactam. ℣ Ad
dicendum Auerrois in libro de ſubſtantia orbis, dico q̃ ha-
bet locum in omnibus alijs pręter motum. Nam motus idẽ

I genere poteſt cœlo & elementis conuenire,& ſi obiiceres ꝙ tunc cœli dimenſio,& dimenſio interminata erunt eiuſdem generis,quia ambæ æternæ,dici poteſt dimenſionē interminatā eſſe ſaltem corruptibilē ſecundum terminos. ¶ Ad tertiam, dico ꝙ licet illa loca ſint contraria,tamen illa loca nō ſunt contraria,quatenus ſunt termini motus. Prꝛterea.licet illa loca ſint cōtraria,non ſunt acquiſita modo cōtrariorum. ad dubitationē expoſitoris,ipſe optime ſoluit,verbum Ariſ. eſſe ꝓpoſitionē hypotheticā,in qua ſtat antecedēs & conſequens eſſe falſam,& tamen totā eſſe verā. ¶ Ad quintam Philoponi ēt expoſitor optime reſpondet, ꝙ Phyloſophus loquitur de concauo & cōuexo quatenus inueniuntur in linea,& nō in corpe. ¶ Ad ſeſtā patuit ſolutio in dilucidatiōe.

επιπεδα ευθεια in recto. Sup linea recta.

¶ At hꝛ quꝛ ſuper linea recta ſunt,inter ſe contrariꝛ ſunt ob loca. Surſum enim atꝙ deorſum & differentia loci,et contrarietas eſt.


¶ Syllogiſmus litere(vt dicebatur)erat.ſi motui circulari ē aliquis motus contrarius: maxime eſſet rectus.at rectus nō eſt.igitur motui circulari nullus eſt motus cōtrarius. maior K iam probata eſt: & optime diſputata. at nunc minor probatur in textu , & arguit ſic, lationes rectæ, quæ ſuper linea recta ſunt, inter ſe contrariæ ſunt ob loca . igitur nulla latio recta poteſt eſſe circulari contraria, aliter vni motui ſimplici eſſent plures motus contrarij,quod ſuperius eſt reprobatum. Quod vero rectæ lationes quæ ſuper linea recta fiunt, ob loca ſint cōtrariæ,probat ex eo,quia ſurſum & deorſum ſunt. Tum loci differentiæ. Tum locorum contrarietates, locus enim diuiditur per ſurſum atꝙ deorſum,itemꝙ & loco ſurſum contrarius eſt locus,qui eſt deorſum.Quare motus rectus ſurſum & motus rectus deorſum ob loca contrarij ſunt, & ſic patet ſyllogiſmus totus, quo probauit motui circulari rectum non eſſe contrarium. ¶ Auer. vero preſenti commen.probat totum hoc ſenſu.& inquit.& hoc quod dixit Ariſtoteles,eſt manifeſtum ſenſui,quoniā ſi corpora cœleſtia eſſent contraria elementis,corrumperetur hic mundus inferior ſtatim propter exceſſum magnitudinis cœlorum ad elementa.& probat conſequentiam etiam ratione Ariſtote L lis in libro metheororum.qua refellit poſitionem Pithagorꝛ dicentis cœlum eſſe ignem,arguebat enim Ariſtoteles, ꝙ ſi cœlum eſſet ignis,omnia elementa deſtrueret in tēpore breui. per hæc igitur vult habere cœlum non eſſe contrarium elementis,& ſi cœlum non eſt contrariū elementis,nec motus cœli erit contrarius motui elementorum , & ita motui circulari rectus non eſt contrarius. hæc Auer.hic,& ſuperiore commen.

Quꝛ Auer. cō.26.


¶ Deinde ſi quis opinetur eandem eſſe rationem quæ eſt & in recta linea eſt verbum additum:& in circulari:eam enim quæ ab.a.in.b.lationem contrariam eſſe ei quæ ab ipſo.b.in.a. eam quæ in recto dicit: hæ enim finita eſt. Circulares vero circa eadem puncta erunt infinitæ.

Finita eſt. Finitur vna eſt.

M



¶ Nunc ſecundo oſtendit motui circulari non eſſe cōtrarietatem dādam ſecundum partes,vbi animaduerſione dignū, ꝙ cōtrarietas in partibus motus circularis poteſt trifariam intelligi,aut quatenus accipitur ſecūdum diuerſas portiones circuli,quꝛ deſignantur inter duo puncta,& ſecundum eandem regiōem,vtpote inter a.b.per.c.d.&.e.&.f.& cꝛteras portiones quꝛ ſecūdum eandem regionem deſignantur, aut ſecundum eundem ſemicirculum,vtpote ab.a.in.b.per.c.d. & ab ipſo.b.in.a.per eundem ſemicirculum.c.d.aut ſecundum diuerſos ſemicirculos, vtpote ab.a.in.b.per meridiem,& ab ipſo.b.in.a. per medium noctis,per ordinē igitur Ariſtote.primo oſtēdit ī partibus motus circularis nō eſſe cōtrarietatem ſecundū diuerſas portiones.quꝛ accipiuntur inter pūcta.a.b. et vtitur ea ratione qua ſupius vtebatur, quia portiones eiuſmodi poſſunt eſſe infinitꝛ, et ita motus,qui ſup eiuſmodi portiones fierent, eſſent infiniti,quare vni motui contingeret motus infinitos contrarios eſſe. Inquit. Deinde ſi quis opinetur eandē eſſe rationem,quæ eſt & in recta linea , & in circulari,nam eam quꝛ ab.a.in.b.lationem contrariam eſſe ei,quꝛ ab ipſo b.in.a.ſup.dicit,hic quidē ſi hoc dicit,non in circulari,ſed in recta linea dicit,cuius cauſam addit, quia hꝛc linea inter.a. b.eſt finita,hoc eſt vna,circulares vero inter eadem.a.b.poſſunt eſſe plures atꝙ infinitæ . Quare dicens lationem ab.a. in.b.eſſe contrariam ei,quæ eſt ab ipſo.b. in.a.non in circulari linea dicet,ſed in recta animaduerſione dignum aliquē poſſe exiſtimare intra.a.b.puncta fieri motus conttarios,vt pote exiſtimando motui ab.a.in.b. eſſe cōtrarium motum ab ipſo.b. in.a. & quia hæc exiſtimatio videtur fieri poſſe P tam per circularē qꝛ per rectam lineā. Ariſtoteles occurrit & oſtendit hoc non eſſe exiſtimabile, niſi in recta linea, vel in circulari ratione rectæ.cuius cauſam tradit,quia inter puncta.a.b.vna tantū cadit linea recta,infinitæ vero circulares, at cū contrarietas ſit vnius ad vnū,iure inter.a.b. pūcta nō poteſt exiſtimari contrarietas motuū,niſi quatenus ſiunt in linea recta,vel in circulari ratione rectę lineæ. ¶ Ex hoc col ligitur ſyllogiſmus ſit in partibus motus circularis intelligeretur contrarietas ob diuerſas portiones deſignatas ſuper a.b.puncta, eſſet quatenus exiſtimaretur motus ab.a. in.b. & ab ipſo.b.in.a.eſſe contrarios in circulari linea vltra,ſed hi non ſunt cōtrarij,quatenus intelliguntur ſuper linea circulari,quia ſuper.a.b.puncta circulares lineæ fieri poſſunt infinitæ,ſed quatenus intelliguntur ſuper linea recta,quæ ſup a.b.puncta eſt vna,igitur in partibus motus circularis non eſt cōtrarietas ſecundū diuerſas portiones circuli deſignatas ſuper eadē puncta,hꝛc eſt vis textus,& ſyllogiſmus. ¶ Quo vero ad verba attinet,debes ſcire ꝙ Ariſto.dixit,hæc.n.finita eſt, & græce ſcribit αυτη γαρ πεπερασται hoc eſt , hæc.n. finitur vel finita eſt , nā accepit finitā eſſe provnā eſſe.q.d.hꝛc.n. vna eſt inter duo puncta,at circulares lineꝛ ſunt plures, quia infinite . ¶ Occurrit Philoponus huic rationi , vt Simplicius narrat.primo quia ratio Ariſtotelis deduc it ad hoc ꝙ infiniti motus eſſent infinitis cōtrarij,et nō quod vni eſſent infiniti motus contrarij , declarat quia motui facto ab.a.in.b.per.k.lineam circularem non is motus eſt contrarius,qui fit ab ipſo.b. in a per.i.circularem,ſed per eandem portionem.k. & ſimiliter motui facto ab.a. in b.per.i.portionem non eſt contrarius is, qui econtra per.h.portionem, ſed per eādem.i.portionem , & ſic de cæteris quare infiniti erunt infinitis contrarij,&nō vni.



N

O

Sēſus texꝰ

Syll⁹


Verborū pōderatio & expō.

Q

Obiectiōes Philoponi

A Hoc autem non videtur abſurdum, ſed neceſſarium. ſecũdo occurrit, quia eadem abſurditas videtur ſequi in rectis. Nã quemadmodũ inter duo puncta poſſunt infinitæ portiones circuli deſcribi, ita a centro mundi ad circunferentiã pũt deſcribi infinitæ lineæ recte. Quare iuxta vim rationis Ariſt. vni motui recto eſſent infiniti recti contrarij. ℣ Sed Philoponus errauit, & Ariſto. non intellexit. Ariſto. enim ſuppoſuit motus ab. a. in. b. & econtra ab ipſo. b. in. a. contrarios eſſe ſecundum contrarietatem. a. b. terminorum, quemadmodum accidit in rectis ipſis motibus, contrarietas vero. a. b. terminorũ eiuſdem rationis eſt in omnibus illis motibus qui fiunt per eas circuli portiones, quas deſcripſimus, vnde & Ariſto. dixit. Deinde ſi quis opinetur eandem eſſe rationem, quæ eſt & in recta linea, & in circulari. Ad denotãdum ℘ ſuppoſuit motus illos non aliter eſſe contrarios, quã recti ſint cõtrarij, vtpote ratione terminorũ. a. b. Quia ſi hęc ſuppõ vera fit, ſequitur ℘ quilibet motus qui fit ab. a. in. b. per quamuis portionem circuli, ſic contrarius motus qui fit
B ab ipſo. b. in. a. quæ ratio docet, ℘ nõ ſolum vni motui ſint infiniti contrarij. Sed quod cuilibet infinitorum motum ex vna parte incipientium contrarietur infiniti motus, qui ex parte contraria incipiunt, vt recte expoſitor Simplicium interpretatur. ℣ Ad ſecundam recte Simplicius et expoſitor dicunt ℘ omnes lineæ quę e centro deducuntur ad circunferentiam ſint æquales, & ideo eandem deſignant diſtantiã inter contrarios terminos, quo fit vt in omnibus eadem ſit ratio contrarietatis, quæ maximam importat diſtantiam. lineę vero curuæ quę infinitæ deſcribuntur ſuper eadem pũcta, ſunt inæquales, quapropter in illis eadem non eſt contrarietatis ratio, cum non ſit vna eademq; diſtantia ſecundum curuam lineam accepta. & ſic ceſſant Philoponi obie
Quę Aue. cõmen. 27 ctiones. ℣ Auer. vero textum prętem videtur aliter interpretari, vult. n. Ariſtotelem remouere cauillum, quia poſſet quiſpiam dicere in circulari motu eſſe contrarietatem quẽ admodum in recto. Nam vt motus qui eſt ab. a. in. b. con-
C trariatur ei motui, qui eſt ab ipſo b. in. a. ratione contrarietatis terminorum. a. b. per lineam rectam ſic motus ab. a. in b. per arcum. c. d. eſt contrarius motui facto e contra ab ipſo. b. in. a. per arcum. e. hunc cauillum refellit Ariſtoteles, & oſtendit non eſſe ſimile, quia non eſt dicẽdum motus ab. a. in. b. & ab ipſo. b. in. a. eſſe contrarios ratione arcus. c. d. & arcus. e. quemadmodum ratione lineę rectæ. a. b. Quod autem non ſit ſimile, vult Auerr. Ariſto. demonſtrare, & demonſtrationem eius fouet duabus ſuppoſitionibus, quarũ prima eſt, ℘ vni vnum duntaxat eſt contrarium, hęc ſuppoſitio non ſemel in hoc libro eſt declarat, & in. to. meta. demonſtrata. Secunda eſt quod contrarietas proprie ſolum per lineam rectam deſcribitur. probat, quia contrarietas motuum deſcribitur per maximam terminorum diſtantiam, vt 10. metaphyſi. deducitur terminorum maxima diſtantia eſt linea recta, quæ eſt vna tantum inter terminos. Nam inter duos terminos vna linea recta tantum
D deſcribitur, quæ eſt maxima, qua nulla maior, deſcribi poteſt, & minima, qua nulla minor. at inter duos terminos infinitæ curuæ aſſignari pũt, quarum altera eſt ſemper altera maior, ac maior. igitur contrarietas motuum ſolum per lineam rectam eſt deſcribenda. ℣ Ex his ſuppoſitionibus ſyllogizat Auer. dupliciter. primo longitudo recta ẽ motus recti. igitur contrarietas motuum non inuenitur niſi in motu recto. vnde ſyllogiſmus componitur, ſecundum longitudinem rectam eſt motuum contrarietas. ſecundum longitudinem rectam fiunt motus recti. igitur in tertia figura contrarietas motuum eſt ſecundum longitudinem rectam. Secundo ſyllogizat ſecundum infinita non eſt cõtrarietas motuum, lineæ curuæ ſunt infinitæ. igitur ſecundum lineas curuas non eſt motuum contrarietas. Maiorem probat, quia ſi ſecundum infinita eſſet motuum contrarietas, tunc vni eſſent infinita contraria, contra primam ſuppoſitionem. Hæc Auerroes, quæ quantum textui conſonent, tu animaduertas.

℣ Similiter autem & in ſemicirculo vno, vtpote ab ipſo E g. in. d. & ab ipſo. d. in. g. Eadem enim in diametro eſt. Sẽper enim vnũquodq; per lineã rectam diſtare ponimus.



℣ Secundo oſtendit ℘ non eſt cõtrarietas in partibus circularis, quę accipiuntur ſecũdum eundem ſemicirculum, poſſet enim aliquis dicere ℘ motui qui eſt ſuper vnam circuli ℣
portionem vtpote ab. a. in. b. non contrariatur quilicet motus qui eſt a. b. in. a. per q̃uis portionem, ſed per vnam eandẽue, vtpote qui per vnũ ſemicirculum a. g. in. d. per. c. cõtrariatur, motui qui eſt ſuper eũdem ſemicirculum a. d. in. g. per c. regionem. Contra obĳcit, & ratio cõponitur ſic, contrarietas ſumitur penes maximam terminorum diſtantiã, linea curua non eſt maxima diſtantia. igitur penes illam non ſumitur contrarietas. Quare in partibus motus non poteſt eſſe contrarietas, nec ſecundum eundem nec ſecundum diuerſum ſemicirculũ. Inquit. Similiter autẽ & in ſemicirculo vno eſt cõtrarietatis ratio, vt in ſemicirculis pluribus. & addit exemplum. & inquit. vtpote ab ipſo. g. in. d. & ab ipſo. d. in g. & tu intelligas per. c. regionem. q. d. ℘ quemadmodũ non poterat accipi ratio contrarietatis per ſemicirculos plures, ita nec per ſemicirculũ vnũ cuius cauſam ſubdit, ℘ ratio contrarietatis que ſumeretur in vno, & in pluribus ſemicirculis eadem eſt. Nã ratio illa nõ poteſt eſſe niſi linea recta qua eſt inter. a. d. Modo hic linea recta. a. d. vna eademq; ẽ ſiue ſuper illa vnus, ſiue plures conſtituantur ſemicirculi, & G
quod illa ratio eſſe non poſſit niſi linea recta, probat. & inquit. Semper enim vnumquodq; maxime diſtare ponimus per lineam rectam, & per hoc vult habere minorem ſyllogiſmi. v3 ℘ linea curua non eſt maxima terminorum diſtantia, ſed linea recta. Dictum eſt enim ſuper duo puncta conſtitui non poſſe niſi vnam tantum lineam rectam: propterea eſt minima & maxima & vna. lineę vero curuę poſſunt eẽ infinite ſuper eadẽ puncta, et ſic patet vis ſyllogiſmi. Quę Aue. cõmen. 28

AVERROES VERO parum differens ab expoſitoribus, velle videtur Ariſtotelem remouere cauillum hũc, quia poſſet dici ſuper duo puncta non poſſe conſtitui niſi vnum ſemicirculum eiuſdẽ circuli, & ita videtur eſſe vnus inter puncta cõtraria, preterea videtur eſſe maximus & minimus, maximus quidem quia maior eiuſdem circuli conſtitui non poteſt, & minor eiuſdem circuli etiam conſtitui non poteſt, ſi enim maior vel minor ſemicirculus ſuper puncta. a. d. conſtituerunt non eſſet vnius & eiuſdem circuli, ℘ eiuſdem circuli vnus eſt ſemicirculus, vna quoq; medietas H
tãtum, quare motus ab. a. in. d. per. c. ſemicirculum videtur contrarius motui. a. d. in. a. per. c. ſemicirculum, quoniam eſt ſuper maxima diſtantia & vna diſtantia & minima. Cõtra obĳcit Ariſtoteles, & ſupponit ex. 10. meta. rationem contrarietatis non poſſe ſumi a linea curua in eo quod curua, ſed in eo ℘ eius baſis eſt linea recta. probat. quia ideo vnus tantum ſemicirculus ſuper. a. d. puncta eiuſdem circuli formatur, quia ſuper vna linea tantum recta quæ eſt a. d. collocatur. igitur prima ratio contrarietatis non eſt a ſemicirculo, ſed a recta linea, que eſt illius ſemicirculi vna baſis. hunc Aue. dupliciter componit ſyllogiſmum, primo ſic, maxima diſtãtia non eſt niſi in linea recta. Contrarietas eſt maxima diſtantia. igitur contrarietas non eſt niſi in linea recta. Secundo ſic, remotio in fine non inuenitur niſi in recto. Con-

I trarietas eſt remotio in fine. igitur contrarietas non inuenit niſi in recto. Sed hic ſyllogiſmus in nullo fere differt a primo, vel poteſt ſecundo principaliter aliter componi, que mouētur, contrariantur. quatenus mouentur modo contrario ab extremis diametri. igitur non quatenus mouentur ab extremis ſemicirculi. antecedens ſupponit tanquā per ſe notum, tum ex dictis, tum ex decimo metaphyc. conſequentiam non aliter probat, quia ipſam patere ſupponit: quoniam non poſſunt aliqua contrariari duplici ratione cum vni vnum ſit contrarium, & ſecundum vnam rationem. Hæc

Obiectiones Philoponi Prima

Auerro. & optime. ℸ Obijcit vero Philoponus contra Ariſtotelem hic: quia geometræ & aſtrologi non ſolum accipiunt quantitatem lineæ curuæ per lineam rectam, ſed econtra: quippe cum quantitatem arcus per cordam, & chordæ per arcum doceant ſumere. Docet enim geometra per diametri quantitatem colligere quantitatem circuli, & e contra quantitatem diametri per quantitatem circuli. Præterea. aſtronomi docent quantitatem ſtellę per quan-

Sol. Simplicij.

K titatem diametri eius, & econtra. ℸ Sed ſoluunt & optime. Nam multum refert loqui de diſtantia duorum terminorum: & de menſura diametri inter illos duos terminos collocatæ. Nam poteſt & diameter per arcum, & arcus per diametrum menſurari, vt probat ratio. Verum diſtantia duorum terminorum non niſi per lineam rectam colligi poteſt, vt diximus: eo quia ſi ſuper illa duo puncta non collocatur niſi vnus ſemicirculus eiuſdem circuli, hoc nō eſt niſi quia vna tantum linea recta ſuper illis cōſtituitur. Qua re prima ratio diſtantiæ duorum terminorū, non niſi a recta linea accipitur, vel facilius dici poteſt, ꝙ licet tam a ſemicirculo ſiue curua linea, q̄ a recta linea quantitas & diſtantia duorum terminorum accipi poſſit, prima tamen ratio accipiendi illam diſtantiam eſt a linea recta, & non a curua,

Secunda obiectio.

& hoc vult Ariſtote. vt Auer. indicat in commen. ℸ Secūdo obijcit idem Philoponus. Nam in cœlo maximam diſtātia eſt inter duo puncta oppoſita, vtpote inter caput arietis & caput libræ, vnde & aſtronomi propter hoc accipiunt

L oppoſitionē ſtellarū. Quia ſi cōtrarietas eſt maxima, poteſt ſecundum hanc diametralem diſtantiam in motu cœli attendi contrarietas.

Sol. Tho.

ℸ Soluit expoſitor & dicit ꝙ illa diſtantia maxime attendit ſecundum quantitatem diametri, & non ſecundū quantitatē ſemicirculi, alioquin plus diſtaret principium arietis a principio ſagittarij, quod reſpicit trino aſpectu, q̄; a principio libræ, quod reſpicit aſpectu oppōnis. Hęc

Obiectio

expoſitor. ℸ Et videtur mihi ꝙ verum dicat, ſed non per veram rationē, non. n. aries reſpicit ſagittarium aſpectu trino ex ea parte, qua reſpicit libram, nam librā reſpicit per aſpectum oppoſitionis duplici ratione, quia tam per ſucceſſionē ſignorum, q̄ contra ſucceſſionē ſignorum, quoniam vtroq; modo eſt maxima punctorum diſtātia, et aries ſagittarium reſpicit trino aſpectu vna ratione tantum. quia contra ſucceſſionem ſignorum, per ſucceſſionem enim ſignorum aries ſagittarium nulla ratione reſpicit, & propterea aſtronomi volunt arietem reſpicere leonem & ſagittarium trino aſpectu, leonem quidem per ſucceſſionem ſignorum & ſiniſtra radiatione, ſagittarium vero contra ſucceſſionem ſi-


M gnorum, & dextra triangulationem, & ſic videtur ꝙ ratio expoſitoris aſtronomiam non ſapiat. tamen ſua ſolutio vera eſt, quoniam caput arietis & caput libræ opponuntur, quia maxime diſtant, diſtant vero maxime, non propter arcum cœli, ſed propter lineam rectam, que inter illa collocatur, quare in motu circulari non poteſt aſſignari propter hoc ratio contrarietatis, & hoc recte dicunt expoſitor & Simplicius.

Approbatio ſolutionis.

Facies

ℸ Simili ratione & ſi quiſpiam circulum faciēs lationem eam quę in altero ſit ſemicirculo: ei contrariam poſuerit: que ſit in altero: verbi cauſa: in toto circulo eam quę eſt ab. e. in. z. ſuper. h. ſemicirculo: ei que eſt ab ipſo. z. in. e ſuper. d. ſemicirculo.

Deſcribēs Verbū, ſit, ē additum, b a d &




ℸ Tertio oſtendit ꝙ non eſt contrarietas in motu circulari ſecundum duos ſemicirculos diuerſos. verbi cauſa. ſit vnus circulus, cuius diameter eſt. e. z. diuidens ipſum in duos ſemicirculos, in quorum vno. h in alio. d. deſcribatur, poſſet itaq; aliqs dicere ꝙ motus q̄ ē ab. e. ī. z. p ſemcirculum h. ē cōtrarius motui, qui eſt ab eodem. e. in idē. z. per ſemicirculū. d. probat igitur Ariſtote. ꝙ tales motus ſemicirculares non ſint contrarij per illam eandēq; rationē, qua & primum improbabatur. vz ꝙ diſtantia inter. e. d. z. & diſtantia inter. e. h. z. non menſurant̄ O ſemicirculis, ſed diametro. e. z. igitur contrarietas in talibus non eſt ratione ſemicircularitatis. vnde inquit. Simili ratiōe ſup. tu confutabitur, ſi quis circulū faciens & deſcribens, lationem eam, quę in altero eſt ſemicirculo, ei contrariam poſuerit, quæ ſit in altero, & quia exemplis magis capimus, inquit. verbi cauſa. in toto circulo, eam quę eſt ab. e. in. z. ſuper. h. ſemicirculo ei quę eſt ab ipſo. z. in. e. ſuper. d. ſemicirculo. Dico ſimili ratione improbatur, quia (vt dictum eſt) contrarietas eſt maxima diſtantia, maxima autem diſtātia menſuratur recto, & non curuo, quare eiuſmodi motus ſemicirculares contrarij nullatenus eſſe poterunt.

ℸ Præterea & ſi hæ contrarię ſint: non tamen ob hoc hę: quæ ſuper toto circulo ſunt: inter ſe erunt contrariæ.

ℸ Demum oſtendit ꝙ dato ꝙ iſte partes motus circularis eſſent contrarię. Non tamen propter hoc ſequitur contrarietatem eſſe in motibus circularibus ſecundum totum. Et P inquit. Præterea & ſi hæ, ſupple lationes partiales contrarię ſint, non tamen ob hoc hæ, quæ ſuper toto circulo ſunt, inter ſe erunt contrarię. igitur motus circularis ſecundum totum contrarij eſſe non poſſunt. hæc Ariſtoteles.

CIRCA præſentem & præcedentem textum, quid velit Auerroes, non ſatis explicate intelligitur. Tum ex malis eius translationibus. Tum ex mala textus interprætatione, tamen dicam quæ videntur ex ſuis verbis intelligi, & ſi minus conſonobunt, tu qui es curioſus ſuæ doctrinæ, perquire melius. Videtur igitur Auerroes velle quòd Ariſtoteles remoueat cauillū. poſſet enim quis dicere ſemicirculares motus eſſe contrarios imaginando lineam rectam. e. z. & duos ſemicirculos. videlicet. e. h. &. z. d. qui ſuper linea. e. z. recta moueantur, donec fiat vnus circulus e. d. z. h. hac imaginatione ſtante, patet motus illos partiales illorū ſemicirculorum eſſe contrarios, tunc arguitur motus ſemicircula res ſunt contrarij. igitur totales motus circulares, quoniam ſicut in parte, ita eſt in toto. hęc eſt dubitatio, vult Auerroes ꝙ Ariſtoteles remoueat talem cauillum multipliciter. Primo quia eiuſmodi motus ſemicirculorum non ſunt contrarij, quo ſunt facti ſuper circulari linea, ſed quo ſunt facti ſuper linea recta, quæ ratio docet ſolum in rectis motibus eſſe contrarietatem, non autem in circularibus, niſi quatenus ſuper recta fiunt linea. Secundo quia ſemicirculi tales non mouentur ſemicirculariter, quatenus ſubeunt rationem circuli, ſed quatenus ſubeunt rationem corporis rectarum dimenſionum, quia licet ſint ſemicirculi, non mouentur ſemicirculariter, ſed recto motu. Tertio dato ꝙ ſint ſemicirculi, & moueantur modo ſemicirculorum & ſubeant rationem ſemicirculorum, non ſequitur ſi partes




Que Aue. cō. 28.

motus

A motus circularis ſint contrariæ, quòd motus totales ſint contrarij, vt dictum eſt.

Que expoſitor.

¶ Et huius cauſam aſſignat expoſitor, quia non ſequitur ad cõtrarietatẽ partium contrarietas totius. ¶ Auerroes autem melius rationem aſſignat, quia circulus & ſemicirculi non ſunt homogenij atque ſimilares, ſecus in rectis quæ ſunt ſimilaria, nam omnis recta linea eſt recta, & pars recti eſt recta. Semicirculus vero non eſt circulus, & propterea non ſequitur motus ſemicirculorum ſunt contrarij. igitur motus circulares




B ſunt contrarij. hæc ſunt quę colligi poſſunt ex confuſa translatione Auerrois. Tu vero magis ſuæ doctrinæ fautor diligentius verba conſidera. ¶ Animaduertas tamen ꝙ nec Ariſtotelicæ eius translationes, nec eius in illis, expoſitiones ſunt rectę. non enim hæc eius interpretatio conſonat græcis noſtris codicibus, licet non nihil fructus habeat. hæc de commento.

¶ At vero neq; ea latio circularis, quæ eſt ab .a. in.b. ei contraria eſt, quæ ab.a. in .g. In idem enim hæc ex eodem eſt motio, contraria vero latio definitur eſſe ex contrario in contrarium.

¶ Hactenus demonſtrauit ꝙ in partibus, motus circularis nõ eſt contrarietas. Nunc oſtẽdit ꝙ nec totimotui circulari eſt alius motus circularis totus contrarius, & hoc duplici ratione, & primo deſcribatur .a.b g. circulus, ſuper hunc vero circulum,

C



D intelligantur duo motus circulares, quorum vnus incipiat ab .a. & per .b. vadat in .g. & ſic reuertatur ad .a. quare hic motus ſit .a. b.g.a. Alter ſit econtra ab .a. incipiens per .g. vadat in .b. redeatq; in .a. iterum. Quare hic motus ſit .a.g. b.a. probat itaq; Ariſtoteles eiuſmodi motus non eſſe cõtrarios, & ſyllogizat ſic, motus contrarij ſunt, qui incipiunt e contrarijs terminis & definunt in contrarios terminos, vt definiti ſunt quinto phyſicæ auſcultationis. Sed motus .a.b.g.a. & motus .a.g.b.a. non incipiunt e contrarijs & definunt in contraria, vterq; enim ab .a. incipit, & in .a. definit. igitur eiuſmodi motus non ſunt contrarij. De ratione tangit primo concluſionem dicens. At vero neq; ea latio circularis, quæ eſt ab .a. in .b. ei contraria eſt, quæ eſt ab .a. in .g. hæc eſt concluſio. Deinde tangit minorem. & inquit. In idem enim hęc ex eodem eſt motio. eſt igitur minor, ſed motus .a. b. g. a. & motus .a. g. b. a. non incipiunt e contrarijs & definunt in contraria. Demum tangit maiorem, & inquit. Contraria vero latio definitur eſſe ex contrario in contrarium. Hæc eſt maior. E

VNDE AVERRO. eodem modo exponens hunc locum. inquit. Et cum poſuerimus has duas propoſitiones videlicet motus contrarij ſunt qui ſi per rectam dimenſionem ſunt e contrarijs terminis in contrarios terminos, & motus circulares ſuper rotundum non ſunt e cõtrarijs terminis in contrarios terminos. Concludetur in ſecunda figura ꝙ motus circulares non ſunt contrarij. hæc Auerro. ¶ Obijcit Philoponus his, quæ hic dicit Ariſtoteles. Primo quia Ariſtoteles arguit, ea contrarietas quæ eſt in rectis motibus, non eſt in circularibus, igitur nulla contrarietas eſt in circularibus, & ꝙ ita arguat deducit, quia quinto phyſico. contrarietas motuum quæ eſt eorum qui ſunt e contrarijs in contraria eſt contrarietas rectorum motuum. Quare videtur committere paralogiſmum conſequentis, arguendo a particulari negatiue ad ſuperius, non enim valet, non eſt album. igitur non eſt coloratum. ¶ Secundo obijcit quia per rationem Ariſtotelis videtur non ſolum remoueri contrarietas a motibus cœlicis, ſed omnino ratio motus. nam omnis motus in eo ꝙ motus eſt ab vno in aliud. igitur ille motus qui eſt ab eodem in idem, non eſt motus, tollitur enim ratio motus propter eſſe ab eodem in idem. Quare ratio Ariſtotelis videtur non tantum tollere rationem contrarietatis in motibus, ſed rationem motus. ¶ Ad primam optime ſoluunt ꝙ decipitur Philoponus, ratio enim contrarietatis, quam dixit Ariſtoteles eſt communis omnibus motibus, omnes enim motus contrarij ſunt, qui e contrarijs, in contrarios ſunt terminos. Modo eſſe e contrario in contrarium eſt formalis ratio contrarietatis in motibus ſimpliciter, & non in rectis tantum. Quare arguitur negatiue ab æquali, ad æquale. ¶ Ad ſecundam ſoluitur per id quòd Ariſtoteles .d. in cauillo Zenonis ſexto phyſicorum. Ibi enim dixit cauillum Zenonis probare cœlum non mutare locum ſecundum ſubiectum, & ita non moueri ſubiectiue, quia motus ille eſt ab eodem in idem. Tamen cœlum mutat locum formaliter & ita mouetur formaliter, nam licet idem in motu cœli ſit principium & finis ſecundum ſubiectum, non tamen ſecundum rationem & formam. A. enim vt terminus e quo differt ratione a ſemetipſo vt terminus ad quem. Quare ratio nihil amplius probat niſi cœlum non moueri ſecundum ſubiectum. hæc melius perquire ſexto phyſicorum. ¶ Sed replicabis ſi. a. vt terminus e quo differt ab ipſomet, vt terminus adquem, pari ratione idem ſub vna ratione poteſt ſibijpſi eſſe contrarium ſub alia ratione. ¶ Dicendum aliquid ſufficere ad diuerſitatem, quod non ſufficit ad contrarietatem. A. igitur vt terminus e quo, differt a ſemetipſo vt terminus ad quem, non tamen .a. vt terminus e quo poteſt ſibijpſi eſſe contrarium vt terminus ad quem, quoniam ad contrarietatem requiritur maxima diſtantia terminorum, quę eſſe non poteſt ſine reali & ſubiectiua differentia. Quare illa ratio ſufficit ad motum, non autem ad contrarietatem motus. Hæc ad cauillos Philoponi.

Que Auer. com. 30.

Obiectiões Philoponi

F

Sol. Simplicij expoſitoris.

G

Replica.

Solutio

H

¶ Præterea ſi circularis motio circulari eſſet contraria: fruſtra erit altera. Ad idem enim ſunt.

Pręterea ſc autem 30. Motio eſt verbũ additum.

¶ Secundo arguit per ſyllogiſmum diuiſiuum hoc pacto, ſi motus circulares totales eſſent contrarij, vel eſſent ab eodem in idem, per eandem regionem, vel ab eodem in idem per alteram atque alteram regionem. Si circularis motio circulari eſſet contraria, ſupple tu per eandem regionem fruſtra erit altera, deducit, quia ab eodem in idem ambę erunt per eandem regionem.

I ℣ Debes ſcire q̄ dicuntur motus circulares per eandem regionem, ſi ambo inceperint ab .a. ortu per.b.meridiē, & redeant in.a. ortum, ita vt primus motusſit.a.b.g.a.Secundus ſit per eandem regionem et ſit a.c.g.a.ex hoc ſequitur q̄ alter ſit fruſtra quoniā ſufficit cœlo alter, ambo .n. ſunt ſimiles & eiuſdē rationis,ambo enim ab ortu,ambo per.b.meridiem, ambo in a.ortum redeunt.igitur fruſtra erit alter,& hoc inquit.Si circularis motio totalis circulari motioni totali eſſet contraria ſup. & ambæ eſſent ab eodem puncto in idem per eandem regionem,fruſtra eſſet alter. ℣ Sed occurres, nam in eadem ſpecie nō eſt fruſtra alterum indiuiduum ſi alteri fuerit ſimile.Similimum igitur in cœleſtibus duo motus ſimiles omnino poſſunt ſtare,& alter non erit fruſtra. ℣ Reſpondetur q̄ ſecus ē in ſempiternis,& ſecus in corruptibilibus.nam in ſempiternis ſufficit vnum indiuiduum in ſpecie, cum careant materia, incorruptibilibus multiplicatio indiuiduorum eſt propter materiam,& ſic recte ſequitur,q̄ ſi illi motus eſſent ab eodem in idem per eandem regionem,alter eſſet fruſtra.Prę terea.ſequeretur non tantum alterum eſſe fruſtra,ſed non eē contrarios,quia(vt proximo textu diximus)motus contrariꝭ ſunt e terminis contrariꝭ in terminos contrarios. Hæc de primo membro.



Dubitatio

Solutio.

℣ Inſuper id q̄d circulo fertur(vndecunq̄ incipiat)in omnia ſimiliter loca peruenire contraria neceſſe eſt.quę quidem loci contrarietates ſunt ſurſum & deorſum,atq̄ ante & retro,itemq̄ & dextrum & ſiniſtrum, quippe cum lationis contrarietates per locorum ſint contrarietates.

Quæ ḡdē Sunt autē L

Quippecū

℣ Secundo probat q̄ motus circulares totales non poſſunt eſſe contrariꝭ per alteram atq̄ alteram regionem. Et ſuppo nit vnum, q̄ ſi ſint duo circulares motus contrariꝭ, oportet omne quod mouetur illis vel altero illorum motuum, tranſeat omnia loca contraria,quæ ſunt ſurſum deorſum,ante retro,dextrum & ſiniſtrum.probat, quia motus contrariꝭ ſunt de locis contrariꝭ in loca contraria & per loca contraria,ut dictum eſt.5.phyſicorum. ℣ Debes ſcire q̄ hæc ſuppoſitio poteſt intelligi categorice,& hypothetice,ſi categorice, eſt ſenſus,q̄ in cœlo ſunt loci differentię illæ contrarię,per quas oportet tranſire quod mouetur illis vel altero illorum motuum,& hoc eſt verum,nam in cœlo dextrum eſt ortus, ſiniſtrum eſt occaſus,ante eſt culmen,retro eſt imum, ſurſum eſt meridies, deorſum eſt ſeptentrio. In elementis vero loci contrarietates ſunt duæ,ſurſum videlicet & deorſum.ſic igitur ſi cœleſtes motus ſunt contrariꝭ, quod mouetur illis vel altero illorum oportet incipere a loco contrario,& deuenire in locum contrarium,& tranſire per omnia dicta media loco contraria,quæ per eandem lineam inueniuntur. Sin autem ſuppoſitio intelligatur hypothetice, erit ſenſus q̄ cœleſtes motus ſunt contrariꝭ,quod mouetur illis vel illorum altero, oportet tranſire per omnia loca contraria,ſi in cœlo ſunt talia media loca contraria. Et dixi ſi in cœlo ſunt talia loca contraria,quia reuera non ſunt eodem modo ſicut in elemētis,vt dicemus ſecundo huius. Tamen hypothetica eſt vera,quoniam motus contrariꝭ ſunt ob loca contraria non modo e quibus incipiunt,& in quæ deſinunt,ſed per quæ tranſeunt,ſi inter media eiuſmodi reperiantur. Hæc de ſuppōne. ℣ Si igitur eſſent æquales: motus ipſorum non eſſent.Sin autem alter motus ſuperaret,alter ꝓfecto non eſſet.Quare ſi vtraq̄ eſſent: fruſtra ſane corpus alterum eſſet ſuum

Aūt, vero

M

non ſubiens motum:fruſtra enim calceum eum dicimus, quo nō eſt calciatio:at deus & natura nihil fruſtra faciūt. N

℣ Stante ſuppoſitione arguit ſi motus circulares totales eſſent contrariꝭ per alteram atq̄ alteram regionem, vtpote.a.g.c.b. a.p.g. regionē, et.a.b.e.g.a.per b.regionem, in pūcto e tales motus vel corpora quæ mouerētur his motibus, inuicem obuiarēt,



O

tenet conſequentia per ſuppoſitionem, quia quę mouentur contrariꝭ motibus oportet illa trāſire per omnia loca media & tūc vel eiuſmodi motus ſiue corpora quæ illis mouerentē, eſſent æquipotētia,vel alterū alterū exuperaret.ſi æquipotētia,fruſtra eſſent ambo,q̄a ambo nō attingerēt fines motus, cū in medio itineris ſeſe impedirēt.Sin aūt alterū exuperaret alterū,tunc alterū fruſtra moueretur, cū impeditū ab altero, nunq̄ in finē motus deueniret.Sed hoc eſt abſurdū, q̄a deus & natura nihil fruſtra agūt. Totus igit̄ ſyllogiſmus ſit cōpoſitus,ſi totales motus circulares eſſent contrariꝭ,vel eſſent p eandē regionē,vel p alterā atq̄ alterā.Si per eandē,tūc fruſtra eſſet alter,ut deductū fuit.Sin aūt p alterā atq̄ alterā,ſit vnus p.b.& alter per.g.regionē. Tūc ſequit̄ in puncto.e.corpora quæ illis mouent̄,ſibiꝭpſis obuiare,tenet argumētū p ſup pōnem,q̄a quę mouent̄ cōtrariꝭs motibus, opꝫ illa trāſire p omnia loca media,ſi aūt in puncto.e.ſibiꝭpſis obuiabūt,neceſſe eſt vel vtraq̄ eſſe æqpotentia,& ſic vtraq̄ eſſent fruſtra,& alterū,quippe cū neutrū ſuū ſubibit motū,cum nūq̄ in finē deueniet.Sin autē alterū eſt potentius,alterū erit fruſtra,ſed in natura nihil eſſe pōt fruſtra,q̄a deus & natura ipſa nihil fruſtra faciūt.hęc Ariſ.& verba eius pſpicua ſunt his expōnibus. ℣ Tu vero animaduertas,q̄a nec expoſitor,nec Simpl.nec Auer.hunc locū ſic expoſuerūt,& certe eorū expōnes cum magna difficultate poſſunt textui accōmodari.

P

℣ Sed ſunt hæc dubōnes literales. Prima q̄a vis huius rōnis nō videt̄ differre a p̄cedenti. ℣ Et ſolutio eſt,quod p̄cedēs rō ſumitur ex cōſideratione motus in vniuerſali,vtitur.n.motibus & circulo vniuerſaliter.P ñs vero ſumit̄ ex cōſideratione motus in particulari,applicat.n.motū & circulū ad corpus naturale,vtpote ad ipſum cœlū. ℣ Secūdo obiꝭcit Philo. quia pari rōne quiſpiā in motibus rectis ꝓbaret nō eſſe cōtrarietatē,qm̄ in illis alter alterū impediret,& ſic fruſtra eſſet alter. ℣ Soluit Simpli.et expoſitor optime q̄ non eſt eadē ratio in motibus circularibus, quę eſt in rectis.Primo quia duo corpora poſſunt rectis cōtrariꝭs motibus moueri, quæ nō ſeſe impedient.Nam in rectis motibus cōtrarietas attenditur ſolū ſecundum extrema linearū rectarū, vtpote ſecundū centrū mundi,& eius circūferentiā modo e cētro poſſunt infinitæ lineę duci,& ita poterit ignis ſurſum moueri p vnā lineā,& terra deorſum p alterā,quo in caſu non ſe impedīēt. at in motibus circularibus ſuppoſuit Ariſ.nihil poſſe moueri ab ortu in occaſum,niſi p omnia loca intermedia tranſierit, & econtra nihil ab occaſu in ortū,niſi eodē modo.Quare in motibus circularibus corpora mota ſeſe impedient, in rectis nō.Secundo nō eſt eadē ratio,qm̄ quod recto motu ferī,poteſt corrūpi,& ita poteſt impediri,corpus vero,quod circulo fertur,non poteſt corrumpi,& ita in rectis nihil prohibet alterū eſſe fruſtra,cū ſit corruptibile, in circularibus inconueniens eſt alterum impediri,ſicut inconueniens eſt illud corrumpi.Hæc de dubitationibus.

Dubō.1. Solutio.

2. ſolutio.

Q

AVERRO. VERO aliter exponit hunc locum

Quę Auer. com. 31.

A cum,& innuit duas expoſitiones,vult enim primo ꝙ Ariſt. primo proponat enthimema,& quod illud declaret in textus fine,quem exponet commen. ſequen.32. & enthimema eſt ſi motus circularis eſſet alteri motui circulari contrarius, alter eorum eſſet ocioſus. ſecundo vult ꝙ propoſito enthimemate, transferat ſe ad aliam rationem ſiue demonſtrationem, vnde inquit. Et hoc quod dixit,poſt declarabit ipſum, & ita vult, ꝙ Ariſto. primo proponat enthimema, & quod text. commen. ſequen. illud deducat. Et ſubdit. Et cum incepit hanc propoſitionem dicere, ſiue hoc enthimema tranſtulit ſe ad aliam demonſtrationem. Quare ſecundum Auerro. Ariſto. facit duas rationes in textibus his,quarum primam proponit, & in fine complet ſecundam incipit ibi inſuper id quòd, & in textu ſuo & etiam corpus,& complet. Ad huius rationis declarationem ſupponit Auer. ꝙ ſi aliqua pars cœli, vtpote aliqua ſtella moueretur regio-

B natim per contrarias regiones,vtpote a dextro in ſiniſtrum per ante & alia ſtella a ſiniſtro in dextrum iterum per ante, non propter hoc ſequitur in toto vt vni motui circulari tali alter ſit contrarius, quia e contrarietate partium non

Dubō.1. ſequitur contrarietas tutorum, vt ſuperius diximus. ℣ Sed occurres. nam Ariſto. ſupponit cœlum habere dextrum & ſiniſtrum & alias differentias poſitionis, quod nondum eſt declaratum, igitur ſupponit dubium in declaratione alte-

Solutio. rius dubij. ℣ Soluit hoc eſſe ſuppoſitum ſaltem ad communem conſenſum aliquorum,qui conſenſim illud concedunt.

Dubō. 2. ℣ Secundo occurres quia volo imaginari vnum totum cœlum moueri a dextro in ſiniſtrum per ante, & vnum alterū a ſiniſtro in dextrum iterum per ante,& ita erit ratio a motibus circularibus totalibus, & non a motibus partialibus.

Solutio. ℣ Reſpondet ꝙ ſuppoſitio eſt impoſſibilis,nam.6.phyſico. probatum eſt totum cœlum non poſſe mutare locum ſecundum ſubiectum. ſed ſolum ſecundum formam. Quare imagi

C natio nulla. Colligit igitur rationem quouis modo formetur. Nam vel motus cœli ſunt contrarij hoc pacto ꝙ duo cœli totales moueantur regionatim contrarijs motibus, vel duæ partes cœli, quis modo dicatur, ſequitur ꝙ alter eſſet ocioſus,vel unamet res eſſet ſibi contraria ſaltem ſecundum partem.hęc eſt prima expoſitio Auerro.& ſine dubio nullo

Qualispri mæexpō. pacto textui conſonat. ℣ Propterea aliter exponit,vt nos diximus,imaginatur.n.Ariſto.primo accepiſſe enthimema. ſecundo pro illius declaratione ſuppoſuiſſe unum ꝙ non poſſunt duo motus circulares eſſe contrarij, niſi corpora quę illis motibus mouentur,tranſeant per omnia loca intermedia contraria ſecus in rectis,vt diximus. Qua ſuppoſitione ſtāte,ſequitur alterum illorum eſſe fruſtra,vt deductum fuit in text. Colligit Auer. ꝙ in textu poſſunt eſſe due demonſtrationes,ita vt ibi & etiam corpus,quod in textu ſuo eſt, ſit vna demonſtratio per ſe,& poteſt eſſe vna,pro qua illo tex tu accipiatur vna ſuppoſitio,quę vna demonſtratio compo nitur in ſecunda figura ſic,contraria ſunt quę habent contra rietatem propter curſum in locis contrarijs,corpus circula-

D re non habet contrarietatem propter curſum in locis contrarijs.quia aliter eſſet vnus illorum fruſtra.igitur corpus circu lare non poteſt moueri motibus contrarijs. Et hæc ſecunda expō eſt optima,& hanc ſecuti ſumus nos. Hęc Auer. cō. 31.

Quę Aue. cōmē.32. COMMEN. VERO. 32. iterum textum illius enitur multipliciter exponere: Vbi debes ſcire ꝙ textus illius commen.32.poteſt continuari cum prędcēti,& poteſt ſeorſum exponi. Si continuetur cum prędcedenti. tunc expoſitus eſt.Nam dixit ipſe paulo ante prędcedenti commento ꝙ Ariſto. proponit hypotheticam. vꝫ ꝙ ſi motus circularis eſſet motui circulari contrarius, alter eorum eſſet ocioſus, & ꝙ illam deducet ſequenti textu hoc eſt tex.commen.32. Quare iuxtam illam expoſitionem,nunc Ariſt. declarat illud enthimema ſiue hypotheticam, & hæc eſt vera expoſitio, & ad mentem Ariſto. Nam vt nos diximus. Ariſto. primo proponit hypotheticam. ſecundo ſupponit vnum. & tertio textum. Siquidem.n.ęquales eſſent, ex dicta ſuppoſitione deducit enthymema,& rationem perficit.& hęc eſt optima expoſitio. at ſi textus ille,ſiquidem enim æquales eſſent, ſeorſum exponatur,vt entitur exponere Auer. commen. 32. bifariam ſeorſum exponit Auerro. poſtea recordatus,exponit tertio & ſic (vt mihi videtur) triſariam exponit. ℣ Pro intelectu primę expoſitionis. Auerro. ſupponit vnum expreſſe, & aliud tacite. expreſſe ſupponit omnes motus orbium cœleſtium eſſe eiuſdem ſpeciei. Quam ſuppoſitionem non nūc, ſed in ſecundo contra Auice. declarabit. Tacite ſupponit ꝙ Cō. 49. Ariſto. per cœlum intelligat aggregatum ex omnibus orbibus,quod vocatur mundus ſuperior.& ꝙ velit probare tale cœlum aggregatum non poſſe moueri motibus circularibus contrarijs,his ſumptis arguit ſi motui circulari eſſet alter motus circularis contrarius,tunc oportet in eodem cœlo ſecundum indiuiduum eſſe partes contrarias, quæ mouentur motibus circularibus contrarijs. Hoc eſt, tunc oportet cœlum eſſe vnum numero, quod aggregaꝫ ex omnibus orbibus,quod habeat partes diuerſas. vꝫ duos partiales orbes, qui mouentur motibus contrarijs, tenet conſequentia ꝑ ſup F poſitionem expreſſam, quia ſuppoſitum eſt circulares motus omnes eſſe eiuſdem ſpeciei,quare oportet imaginari aggregatum ex omnibus orbibus eſſe vnum cœlum numero, ſiue vnum indiuiduum ſub ſpecie cœli, cuius ſit duæ partes hoc eſt duo orbes, qui mouentur motibus vere contrarijs, quod quidam concedūt de orbe,qui diario motu mouetur, & de cæteris orbibus planetarum, nam orbis ſupremus ab ortu in occaſum redit in ortum. Cęteri vero ab occaſu in ortum redeunt in occaſum. Deducit igitur hoc eſſe impoſſibile,nam ſi hæ duæ partes ſiue hi duo orbes mouerentur motibus contrarijs, oporteret illos moueri ſuper eoſdem polos & circa idem centrum,& ſuper idem ſpatium,quare oporteret illos ſibi inuicem obuiare in eodem puncto medio,& ſic vel eſſent ęquæ potentes,vel alter alterum exuperaret,& quicquid dicitur,ſequitur alterum ſaltem eſſe ocioſum. recolligit igitur vim expoſitionis Auerrois.& inquit. ſecundum hanc expoſitionem Ariſt. ſupponere motus circulares eſſe eiuſdem ſpeciei,& ſic ſequitur in eodem indiuiduo eſſe G duas partes contrarias,vt deductum eſt. ℣ Secundo exponit aliter,& ſupponit motus circulares differre ſpecie, vt tenet Auicenna,qui vult ꝙ circularis motus quo mouet ſupmus orbis ab ortu in occaſum,& circularis motus, quo mouentur cęteri ab occaſu in ortum ſint ſpecie differentes. Tunc arguit,ſi motus circulares eſſent contrarij,tunc oportet vt eſſent ſuper eiſdem polis,& circa idem centrum, & ſuper eodem ſpatio. tenet conſequentia ex conditionibus requiſitis ad contrarietatem motuum circularium, & vltra ſequitur vt prius,ꝙ vel eſſent æquales,vel alter fortior, & tandem ꝙ alter eorū eſſet ocioſus, & ſic ſiue teneatur circulares motus eſſe eiuſdem ſpeciei (vt eſt opinio Ariſto) ſiue differre ſpecie (vt tenet Auic.) ſemper ſequitur idem impoſſibile ex eadem radice,quę eſt definitio contrarietatis motuum circularium,tamen Auerro. magis vult primam expoſitionem, quia vltra hoc commune impoſſibile. vꝫ ꝙ alter eorum eēt ocioſus,requitur illud quod ſupra dixit, ꝙ in eodem indiui duo eſſent duę partes contrariæ, & ita differt prima expoſi tio a ſecunda,quia prima vltra impoſſibile,quod Ariſto. in- H fert in textu, addit ꝙ in eodem indiuiduo eſſent duæ partes contrariæ,quod eſt impoſſibile per ſe. Secunda vero nihil vltra addit,niſi ꝙ eo dato,alter eorum ſaltem eſſet ocioſus. Et propterea concludit ſibi videri melius eſſe exponendū textum primo modo,q̄ ſecundo modo. ℣ Animaduerſione di- Contra Themi. gnum Auer. indicare defectum Themiſtij, qui expoſuit hūc locum aliter,& defectus eſt, quia nihil addit ad verba Ariſto. cum nullam fecerit ſuppoſitionem. Secūdo defecit, quia non deduxit demonſtrationem Ariſ. nec verificauit illā. Tertio defecit quia dixit Alexandrū aliter expoſuiſſe, & tamen non dedit illā expoſitionem, & conceſſit locum eſſe valde difficilem,& ſic patet defectus multiplex Themiſtij. ℣ Secū do debes ſcire ꝙ quidam arbitrantur Auerroem ibi & ſundamentum eius demonſtrationis, poſuiſſe expoſitionem Themiſtij, propter illud uerbum, eius, quod refert,

I proximum antecedens, quod eſt Themiſtius, & errant, nam ut ſaluent grammaticam, cõtradicunt auctori. Auer. n. dixit tres defectus Them̃. & dixit expoſitionem illam eſſe obſcurã, at in calce huius expõnis. inqt. & ex hoc declarat̃ ꝙ illud qđ Ariſ. intẽdebat per hãc demonſtrationem eſt ualde manifeſtum hæc Auer. Quare ſi Auer. retuliſſet expoſitionem Themiſtĩ, contradiceret ſibi quia prius dixit illam eſſe obſcuram, & demum concluſit illam eſſe manifeſtam. opinor igitur illud relatiuum eius, referre Ariſt. & ita feciſſe de Themiſtio, vt Themiſtius de Alexandro, quia vt Themiſtius nõ retulit Alexandri expoſitionem, ſic nec Auerro. retulit illam Themiſtĩ, & ita oportet dicere Auerro. nunc reducere expoſitiones illas duas ad vnam communem deducendo ad vnum commune impoſſibile, quia ſumit communiter duas ſuppoſitiones, quarum primam explicauit. v3 ꝙ ad hoc vt motus circulares ſint contrariĩ, requiritur vt ſint ſuper eoſdẽ polos, & circa idem centrum, & ſuper eodem ſpatio ęquidiſtante a centro. ſecundam tacuit, tamen ponitur in tex. v3 ꝙ
K deus & natura nihil agunt fruſtra, tunc ex prima ſuppoſitione deducitur vnum commune impoſſibile. videlicet ꝙ ſaltẽ alter motus circularis eſſet ocioſus. ex ſecunda ſuppoſitione habetur cur illud eſt impoſſibile. v3 quia deus & natura nihil agũt fruſtra. hęc Auer. in duabus primis expoſitionibus.

Sol. qõnis in toto ꝓceſſu. ꝟ Poſtea Auer. quaſi ponendo tertiam expoſitionem ſoluit quęſtionem in toto hoc proceſſu occurrentem. v3 vtrũ motui circulari poſſit motus circularis eſſe contrarius. Soluit ꝙ motus circularis poteſt dupliciter conſiderari, vno modo in eo ꝙ motus circularis & in vniuerſali, vt abſtrahit a corporibus cœleſtibus, eo modo quo ipſum conſiderat mathematicus. Alio modo poteſt cõſiderari vt eſt cœlicus, vel igneus, & in particulari, vt phyſicus conſiderat. Si primo modo cõſideretur, vt ſic nihil prohibet motui circulari eſſe alterum motum circularem contrarium ad imaginationem mathematicam. Nam ſecundum imaginationem mathematicam poſſum conſiderare motum ab ortu in occaſum & ab occa-
L ſu in ortum ſuper eodem ſpatio, & ſupra eiſdem polis, & circa cẽtrum idem, quia conſideratione motus illi erunt contrariĩ, cum habeant ſecundum imaginationem omnes conditiones contrarietatis. Quod autem hoc ſit imaginarium, patet. quia imaginatio ſe extendit non modo ad id quòd eſt, vel poteſt eſſe vel non repugnat eſſe, ſed ad id quòd non repugnat intelligi eſſe. Modo non repugnat intelligi eſſe duos circulares motus tales, immo qui ſint eiuſdem ſpeciei, ſaltẽ ſubalternæ, nam imaginatio & mens extendit ſe vltra poſſibile. Sin autem conſideretur ſecundo modo, ſic nulli motui circulari poteſt alter motus circularis eſſe cõtrarius, quia ſecundum naturam nihil poteſt eſſe ocioſum, ſecundum mentem nihil prohibet cogitari ocioſum, & propterea inquit. et cum iſti duo motus fuerint poſiti in corporibus naturalibus hoc eſſe intelligantur vt cœlici poſſibile reuertetur impoſſibile, hoc eſt illud quod erat poſſibile ad imaginationem, nõ amplius erit poſſibile naturale, ſequeretur enim in eadẽ ſpecie eſſe contrarietatem, quod ſecundum naturam eſt impoſſibile, tum quia tunc vna res eiuſdem ſpeciei deſtrueret ſe ſe-
M cundum ſpeciem, tum quia aliquid eſſet ocioſum, vt deductum eſt, quæ ſecundum phyſicam conſiderationem ſunt impoſſibilia, ſecundum tamen mathematicam: non ſunt impoſſibilia. nam mathematici hoc eſt abſtrahendo motus a corpore naturali, vt mathematici abſtrahunt, imaginarium eſt in eadem ſpecie eſſe contrarietatem, item & alterum eorum eſſe ocioſum, cum imaginatio nihil ponat in eſſe, huius ſolutionis ponit exemplum, quod eſt Ariſ. primo de anima. Nã ſolet quæri, vtrum ſphæricum poſſit tangere planum in pũcto. Soluit Auer. ſphæricum & planum poſſe conſiderari ſecundum phyſicum modum, hoc eſt ſphæricum & planum vt ignea vel terracea, vel cœlica, vel lignea, & eiuſmodi. & hoc pacto nunq̃ ſphæricum tanget planum in puncto, quia licet ſit dare minimum ſub hac conſideratione, non tamẽ illud eſt indiuiſibile. at ſi cõſiderentur ad modum mathematici, qui fingit indiuiſibile, & imaginatur perfecte planum, & perfecte ſphæricum, ſic poſſunt intelligi ſe tangere in puncto, eodem modo de motibus circularibus dici poteſt, nam ſi conſiderentur in illo priori in quo abſtrahunt a corporibus naturalibus, vt ſic ad imaginationem poteſt intelligi contrarietas. Sin autem conſideretur vt ſunt cœlici vel tales, vt ſic non poteſt in illis eſſe cõtrarietas. hæc Auer. ꝟ Vbi animaduerſione dignum, vt. 6. phyſicorum. diximus. ꝙ ex eiſdem ſubiectis & prædicatis poteſt fieri propoſitio vera, & propoſitio impoſſibilis, quia vt logici dicunt aliter ſupponunt, licet non aliter ſignificent. verbi cauſa. hęc eſt vera, motus poteſt velocitari in infinitum inquantum motus, & illa falſa motus poteſt velocitari in infinitum. vbi patet eadẽ eſſe ſubiecta, & prædicata, licet non eodem modo ſumantur. ꝙ prima ſit vera, probaui in noſtris codicillis contra Sorticolas, quia illa officiabiliter ſecundum Alexandrum et Philoponem debet probari. Nam illa propoſitio, motus poteſt velocitari in infinitum inquantum motus, eſt vera, quæ adęquate ſignificat motum poſſe uelocitari in infinitum inquantum motus. O igitur motus poteſt velocitari in infinitum inquantum motus. Quod vero illa abſoluta ſit falſa, patet. quia nec motus cœli poteſt velocitari in infinitum nec motus ignis, & ſic de cæteris. igitur nullus motus. Dico igitur ꝙ ex eiſdem ſubiectis & eiſdem prędicatis poteſt propoſitio effici vera, & efficI falſa. vera quidem ſi ex illis reduplicatiua fiat propoſitio, quę officialiter probetur. falſa vero, ſi ex illis fiat abſoluta, quæ probetur reſolubiliter, vel exponibiliter, ex his facile poteſt patere ſolutio Auer. Nam ſi propoſitio componatur reduplicatiue. videlicet motus circulares ſunt contrariĩ vt motus circulares, eſt vera de motibus, qui intelliguntur fieri circa idem centrum & ſuper eiſdem polis, & de contrariis terminis ſuper idem ſpatium. Sin autem propoſitio ſit abſoluta, eſt falſa, quia de nullis motibus particularibus poteſt eſſe vera, qa nec de motibus cœlicis, nec de igneis, nec de eiuſmodi talibus. ꝟ Verum ſi quęris declarationem maiorem, ui de quę diximus. 6. phyſicorum. nam ibi abunde difficultatẽ P
ſimilem pertractauimus. ꝟ Vbi nolo te ignorare aliquid cõ- Nõhãc ex
L ſiderari ſecundum modum mathematicum, quod tamen nõ põnẽ egre
attinet ad ſcientiam mathematicam. vt motus ipſe in vni- giam.
uerſali, vt abſtrahit e corporibus naturalibus, conſideratur ſecundum modum mathematicum, qui tamen non attinet ad ſcientiam mathematicam. poteſt enim unus artifex in cõſiderando ſubire modum alterius artificis, qui tamen nõ eſt ille artifex, vt phyſicus qui motum illo pacto conſideraret, ſubibit modum mathematici, qui tamen ſic conſiderando non erit mathematicus. Cauſa autem eſt quia ſimile alicui non eſt idem illi. phyſicus itaq; ſic conſiderando motum eſt ſimilis mathematico, quia eo modo motum conſiderat, quo mathematicus ſua conſiderata conſiderat. non tamen phyſicus ſic conſiderando eſt mathematicus, quia ſic conſiderãdo motum, non conſiderat ea quæ continentur ſub ſubiecto mathematicę ſcientiæ. igitur ſic conſiderando ſubibit formã mathematici, & tamen non erit mathematicus. hæc tu animaduertas, nã dum erat iunior, mihi hęc ſolu. Auerrois ſemper fecit difficultatem. hæc de expoſitione Auerrois. Q

ꝟ Sed cum de his perſpicuum ſit, & de reliquis conſiderã- De infinito
dum erit, & primo vtrum ſit aliquod corpus infinitum: Hoc ipm.
quemadmodum complures antiquorum Phorum putauerunt: an hoc ipſum ſit vnum aliquod impoſſibilium. Hoc illud.

ꝟ Quid hactenus Ariſtoteles egit, nõ omnes eodem modo Quę Auer.
dicunt. Auerroes vult Ariſtotelem declaraſſe corpus rotun- com. 33.
dum, quod eſt cœlum, eſſe quintam naturam, & aliam ab elementis, & ꝙ eſt neq; graue neq; leue, itemq; nec generabile, nec corruptibile. ꝟ Expoſitor & rectius, vult Ariſtotelẽ Quę expo
demonſtraſſe vniuerſi perfectionem, declarando ex quibus ſitor.
& quot partibus eius perfectio conſtabit, ſed quid proponat facere, nemo dubitat, cum ipſemet dicat, inquit enim & primo vtrum ſit aliquod corpus infinitum, quemadmodum complures antiquorum Phyloſophorum putauerunt, an hoc ſit vnum aliquod impoſſibilium. hæc

fine

A ſine dubio eſt capitis intentio. Sed cur Ariſtoteles hoc in libro hanc aggrediatur pertractationem: non eodem modo
Quæ Aue. com.33. omnes commentãtur. ¶ Auerroes arbitratur hoc eſſe de per ſe quęſitis in hoc libro. Vnde dicit vult modo perſcrutari de accidentibus quæſitis in eo corpore, quorum vnum eſt ſi ſit finitum, vel infinitum. Aliud eſt, ſi ſit vnum an plura? quare ſecundum Auerroem de hoc Ariſtoteles nunc agit, nulla alia ratione, niſi quia eſt de per ſe quæſitis &
Quæ expoſitor. intentis in hoc libro. ¶ Expoſitor noſter velle uidetur hoc non eſſe de per ſe quęſitis, ſed tractari tanquam conſequẽs ad alia. Nam cum declarauit perfectionem vniuerſi, demonſtrando ex quot & quibus conſtat, erat conſequens agere de illius vnitate, & quia nonnulli vnitatem tribuerũt infinito, erat conſequens pertractare ſi vniuerſum ſit infinitum, ita vt propter hoc ſit vnum, an ſit finitum, & cum hoc vnum? Ego autem puto hoc eſſe de per ſe quęſitis. vt Auer. credidit, nam qui de vniuerſo pertractat, oportet non tantũ pertractare ex quibus & quot partibus conſtat, ſed an tale vniuerſum ſic conſtans, ſit finitum vel infinitum, an vnum
B vel plura, an factum vel ęternum. Verum cum hoc nihil prohibet poſſe tale quęſitum cõſequi ad aliud, vt Thomas autumat. non enim puto abſurdum aliquod vnum eſſe per ſe quæſitum in aliqua ſcientia, & ſequens ad dicta. Arbitror etiam hoc eſſe quæſitum in hoc libro propter antiquos, qui opinati ſunt vniuerſum eſſe infinitum, quare multifariam eiuſmodi erat quærendum. ¶ Thomas noſter dicit, ꝙ quia Ariſtoteles de infinito nunc aggreditur diſputando ſi vniuerſum ſit infinitum, vel finitum, & infinitum triplex ē, magnitudine, multitudine, & duratione, ideo primo diſputabit ſi vniuerſum ſit infinitum magnitudine (vt nonnulli veterũ arbitrari ſunt) ſecũdo ſi ſit infinitum multitudine, vt Democritus autumat, qui poſuit infinitos mundos. Tertio ſi ſit infinitum vel finitum tempore, vt Plato, qui dixit vniuerſum eſſe factum, & duratione finitum a parte ante. Empedocles dixit ipſum finitum vtraq; ex parte. Quare velle videtur hęc tria eſſe quæſita non per ſe, ſed quæ ad alia conſequuntur. Nam illud quæſitum ſi ſit vniuerſum vel ne infinitum,
C ſequitur ad quæſitum de vnitate. Cętera ſequuntur ad quæ-
Dubitatio Sol. Aue. com.33. ſitum de infinitate. ¶ Nos vero diximus hęc eſſe quęſita per ſe, cum quo ſtare poſſe eſſe quæſita concomitantia. verum de his ſuo loco. ¶ Sed occurres, nam.3. phyſicorum. de infinito egit & copioſe. Igitur hic non debet iterum de infinito aggredi. ¶ Auerroes ſoluere videtur hanc dubitationem, & vult hic & ſubeſſe de infinito pertractatum, verum non eodem modo. Nam illa pertractatio tertij libri phyſico. erat vniuerſalior, hæc particularior. Hęc enim eſt ſi vniuerſum ſit infinitum, & ita hęc conſideratio eſt particularis de vniuerſi infinitate. Illa vero eſt vniuerſalis ſi ſit aliquod corpus infinitum. ſignum autem eſt, quia illic ſoluendo diſtinguit de infinito per actum & potentiam, quæ diſtõ videtur metaphyſica, & vniuerſalis. at hic cum non ita vniuerſaliter loquatur, illius diſtinctionis nihil meminit. Secundo hæc pertractatio eſt firmior & non ex ſuppoſitione. Illa vero tertij
D libri phyſicorum eſt ex ſuppoſitione, ſupponit .n. quatuor eſſe elementa, vnum quintum corpus. at hæc demonſtratio illud ſuppoſitum probauit, quare hæc demonſtratio eſt firmior et propinquior certitudini. Quibus perſpicuum eſt hãc pertractationem non eſſe vanam.

Res ſeſe habeat, Seſe hãe. ¶ Hoc enim an illo modo res ſeſe habeat: non parum: ſed totum atq; omne ad veritatis contemplationẽ refert.

Parum. ¶ Dictam intentionẽ nunc probat, & ſyllogiſmus eſt, quod non parum refert, ſed totum & omne ad veritatis contemplationem, quæ eſt de rebus naturalibus in hoc libro pertractandis, eſt in naturali philoſophia & in hoc libro pertractandum, ſubdit minorem, & inquit. Hoc enim an illo modo res ſeſe habeat, non parum, ſed totum & omne ad veritatis contemplationem. ſup. quæ eſt de rebus naturalibus refert igitur in hoc libro eſt de infinito pertractandum. de ratione vt vides ſolum minorem dedit. Concluſionem ſuperius & poſtea adȝciet, minorem prætermiſit vt ſui mors eſt. ¶ Quo vero ad verba attinet. animaduerſione dignum per veritatem intelligere cognitionem quæ eſt de rebus naturalibus, non enim loquitur hic vt in ſecundo metaphyſicę, ſed vt in primo de anima, qui per veritatem intellexit ſcientiam naturalem. quę eſt de rebus naturalibus. dixit vero totum, & omne referre ad veritatis contemplationem, nam totum intellexit quo ad totalem ſcientiam naturalẽ omne vero, quo ad omne quæſitum in ſcientia naturali. Sic enim vel aliter ſeſe habere facit differentiam in tota ſcientia naturali, & in omni quęſito ſcientiæ naturalis, vt dicetur. ¶ Auer. vero per totum intellexit vniuerſum, per omne intellexit elementa, quę ſunt principia conſtitutiua vniuerſi. eſt igitur ſenſus ꝙ ſic vel aliter dicere differentiam facit in toto mundo, & in omne hoc eſt & in omnibus principijs mundi, quæ ſunt elementa. Nam qui ponit infinitum eſſe mundum, cogitur dicere omnia vel vnum elementum eſſe infinitum, qui vero ponit mundum finitum, dicere cogitur omnia elementa eſſe finita ex quibus conſtat. Item qui ponit infinitum, dicere debet vnum eſſe mundum et infinitum, qui vero ſecus dicit, et de mundo ſecus etiam cogetur dicere. igitur ſic vel aliter dicere de mundo, duplicem facit differentiam, quia primo in toto mundo, ſecundo in partibus. hæc Auer. ¶ Sed non placet, quia Ariſto. loquitur de infinito in vniuerſali, probat. n. in ſcientia naturali eſſe agendum de infinito. Et propterea conſentaneum eſt, vt velit dicere ꝙ ſic vel aliter dicere facit differentiam in tota ſcientia naturali, & in omni quæſito naturalis ſcientię propter rationem dicendam ſtatim.

¶ Etenim hoc fere contradictionum omnium his qui de natura aliquid enuntiarunt, principiũ & fuit: & erit ſane.

¶ De infinito fuerunt duæ ſectæ, quæ tamen omnes in eo cõueniunt ꝙ ipſum ponunt principium rerum naturalium. Altera poſuit infinitum eſſe omnium rerum naturalium principium quaſi materiale, vt Anaxagoras Parmenides & Meliſſus. Altera poſuit finitum eſſe rerum naturalium principium, vt Empedocles & phyſici. qui poſuerunt infinitũ eſſe principiũ materiale, dixerunt res naturales fieri ex illo quaſi per ſeparationem, & quia illud principium eſt infinitum, rerum naturalium generationem dixerunt nunq̃ deficere. Qui vero illud principium materiale dixerunt finitum, dixerunt res naturales fieri ex illo per congregationem, vt dixit Empedocles, qui tenet materialia principia finita et dicit generationem rerum naturalium fieri per illorum principiorũ congregationem. hi ſi dicant generationem nunq̃ deficere, propterea illud aſſerunt, quia res naturales reciproce generari & corrumpi arbitrantur. Ex his facile colligitur ſic vel aliter loqui de infinito eſſe principium contradictionum his qui aliquid de natura enuntiarunt. Nam qui ponunt infinitum ex parte principij materialis, hi loquuntur de generatione rerum naturalium per illum modum, vt diximus. Qui uero ponunt finitum, loquuntur aliter de generatione rerum naturalium. ¶ Componatur igitur ſyllogiſmus ſic, quo probatur minor, erat enim minor proximi ſyllogiſmi, hæc, hoc enim an illo modo res ſeſe habeat, non parum ſed totum ad contemplationem rerum naturalium refert. ſyllogiſmus hãc probans eſt, differentia in principio eſt cauſa maximæ differentiæ in his, quæ ab illo principio proficiſcuntur, hoc an illo modo res ſeſe habeat, eſt principium rerum naturalium, ut patet per hæc, quæ nunc diximus. igitur eſt cauſa differẽtiæ in his, quæ proficiſcuntur a principio. & maximæ differentiæ. De ratione hac ponitur minor dũtaxat.

AVERROES uero uelle uidetur problema de infinito facere differentiam in mundo uel principijs mundi. Vnde ſic uel aliter problema illud de infinito determinare multiplicem facit diuerſitatem in mundo. Primo efficit differentiam in principijs mundi, quia qui dicit mundi principia eſſe infinita, utpote elementa eſſe multitudine infinita. Cogitur dicere, de mundi principijs aliter, quàm qui dicit illa eſſe numero finita, igitur ex diuerſa

E Verborũ declaratio.

Quę Aue. cõmẽ. 33.

F

Qualis expõ Auer.

Fuit Fuit in preterito Erit in futuro

G

Syllo

H

Quæ Auer. com. 33.

I problematis terminatione prima differentia oritur ex parte elementorum,quæ ſunt principia mundi.Secūda eſt ex parte mundi,qui ex illis elementis conſtat, nam qui terminat problema ad partem affirmatiuam de infinito,cogitur dicere mundum eſſe infinitum,& vnum,qui ad partem affirmatiuam de finito, non cogitur dicere mundum eſſe infinitum & vnum, immo cum multitudine finita principiorum, ſtat mundum eſſe finitum & plures. Tertia differentia eſt, quia qui mundum dicit infinitum, cogitur dicere ipſum non eſſe factum a primo omnium principio.videlicet deo, qui vero diceret mundum fieri a deo.Quare tertia differentia quæ in de oritur,eſt differentia in primo principio, quod eſt deus. Vltima differentia eſt in omnibus rebus. Nam ſi ex diuerſa determinatione illius problematis exoritur differentia in primo principio, quod eſt deus, exorietur differentia in omnibus rebus,quæ a deo dependent, quippe cum differentia in principio in omnibus principiatis differentiā efficiat.hæc
K Auerro. ℣ Vbi animaduerſione dignum eſt triplex eſſe infinitum. videlicet quantitate ſiue magnitudine,numero ſiue multitudine,& tēpore ſiue duratione,oſtendit igit̄ Auer. per ordinē diuerſam terminationē problematis de infinito quouis horum trium modorum facere differentiam in mundo maximā,& per ordinē dicamus,qui mundum dicit infinitum magnitudine,cogitur dicere ipſum non haber e principium,nec nouum, nec æternum. Et hoc Henricus doctor ſolennis tenet etiam theologię ſentiendo.vult.n.nullū infinitum corpus poſſe habere agens. Alij catholici dixerunt infinitum corpus deum poſſe producere,& tamen nullū corpus infinitum deum poſſe producere.verū hanc diſputationē catholicis omitto,illud vnum ſupponamus phyſice ſentiendo corpus infinitum in actu non eſſe effectibile,qm̄ eo ipſo,qđ eſt effectū,erit terminatum & finitū. Qui vero mundum dicit magnitudine finitum,non cogitur dicere ipſum eſſe inde
L pendens a deo, quia finitum poteſt dependere ab infinito. ℣ Secundo qui dicit mūdos eſſe plures,vtpote infinitos multitudine,cogitur dicere plura prima principia,immo infinita prima.Nam vt dicemus ex vnitate mundi concludit̄ vnitas motoris.qui vero econtra dicit,vtpote mundum vnum, hic vnum primum motorem eſſe cogetur dicere. ℣ Tertio qui dicit mūdum eſſe infinitum tempore ſiue duratione,qđ Auer.appellat antiquū,poteſt ponere agens eius eſſe incorporeum,& indiuiſibile,vt eſt opinio Ariſ. qui ponit cœlum æternum,& eius efficientē cauſam æternā & impartibilem, qui vero dicit mundum eſſe duratione finitum hoc eſt nouū cogitur ponere eius generans eſſe corpus.deducit quia omne quod de nouo generatur,prius alteratur. Alterationis.n. finis eſt generatio.Quare generans mundum erit alterans. At alterans eſt corpus,probauit.n.in libro de ſubſtantia orbis.primū alterans eſſe corpus,primū vero mouens eſſe virtutem extra corpus,igitur tale alterans erit corpus, quæraṫ
M vlterius de tale alterante vtrū ſit genitum,vel ęternum.Si genitū,adhuc aliud habebit generās,et ibitur ad infinitum.Sin autē tale alterans generans ſit æternū,quęretur quare genuit mundum potius hac in hora,q̄ in alia,quare oportet dicere ipſum genuiſſe mundum in hac hora potius,quia hac hora certa affectione diſponitur magis q̄ alia hora.contra arguit. quia tunc tale generans æternum mouebit̄ quodā alio motu a locali æterno,quod eſt impoſſibile, nam dictū eſt in libro de generatione,corpus æternū generare de nouo aliq̄, & quædā corrūpere per appropinquationē atq; remotionē. Sol.n.ob appropinquationem ad apicem noſtrum generat, ob remotionem corrūpit.Quare ſi tale corpus alterās æternū generabit mundum in hac hora, oportet illud eſſe, quia mundo nunc eſt vicinius q̄ prius erat. Philoſophi.n.ab ęterno corpore nunq̄ poterunt nouū fieri arbitrari niſi hoc pacto per appropinquationē,vltra ſi illud æternum alterās generat mundū,quia ſibi eſt nunc magis ꝓpinquum q̄ antea, relinquitur mundū de nouo effectū contineri a talt corpore æterno alterante, quemadmodum generabilia cōtinentur a cœlo.vel ſaltē generans & mundus qui ab illo generatur,cō tinebunt̄ ab vno cōi tertio corpore.quare mundus effectus N
erit quaſi quędam pars corporis illius continentis, quod eſt quaſi quidam mundus extrinſecus.quibus patet quouis modo loquamur de infinito ſiue magnitudine:ſiue multitudine, ſiue duratione,illud eſſe cauſam differentię in mundo, & in eius principio. ℣ Vltimo Auer.declarat diuerſam terminationē problematis de infinito eſſe non modo cauſam differētiæ in naturali phyloſophia circa quæſita, quæ dependēt ab illo ꝓblemate,ſed in legibus humanis,& diuinis, quas homines ponunt ad bonum hominū.Nā qui ponit mundū finitū,dicit ipſum eſſe factū & deum eſſe mundi factorem, qui poneret ipſum infinitum, non poſſet dicere deum eſſe mūdi cœli & terræ creatorem. Addit vero obiter Auer.eiuſmodi leges eſſe poſitas voluntarie ſecundū inclinationē gentium, quibus leges dantur.Nam ſi gentes magis inclinantur credere facturam mundi,ponitur lex q̄ mundus ſit factus.Si ęternitatem,vt chaldei:lex erit q̄ non ſit factus, & in cæteris id O
genus ſimiliter arbitratur Auerroes,& non modo in ſpeculabilibus,ſed in operabilibus,nam ſi gens eſt inclinata ad luxuriam,legislator ponit vxorum multitudinē & bigamiā, Sin autem ad continentiam,ponit vnitatem vxorum,& de
cæteris id genus eodem mō ſentit. ℣ Sed in tribus Auerroes Contra Auerroē.
deficere videtur, primo quia Ariſtotiles loquitur, de infinito non contracto ad mundum, inquit.n.fere contradictionum omnium his,qui de natura aliquid enuntiarunt,principium & fuit & erit ſane.ecce q̄ loquitur de tota natura, & non de mundo ſolum,vt etiam ex textu proximo patet totum atq; omne referre ad veritatis cōtemplationem. igitur loquitur de infinito vniuerſaliter & non de infinito contracto ad mundum.quaſi velit Ariſtotiles dicere q̄ attinet ad Phyloſophum naturalem terminare problema de infinito, & ſpeciatim de infinito mundo in hoc libro, generatim in libro phyſicorum.probat autem Ariſtotiles generatim pro
blema de infinito eſſe a naturali Phyloſopho terminandū, P
quia ſtatim patet problema de infinitate mundi eſſe hic diſputandum,& hoc Auerro.non vidit. Mos enim Ariſto.eſt (vt dicit Simplicius),ꝓbare vniuerſale,& particulare omittere,modo illud particulare ex uniuerſali probato ſequatur. ℣ Secundo deficit,quia non eſt verum q̄ ſi mundus ſit de nouo,agens illum ſit corpus.Nam non omnis noua productio eſt generatio(vt putat ipſe)nos enim tenemus aliquid fieri de nouo,& non per generationem,ſed per creationem ex nihilo,& tale agens per creationem non eſt corpus, immo eſt ſubſtantia & intellectuale agens, quod agit mere libere & contingenter, proceſſus enim Auerrois haberet locum, quā do mundus fieret de nouo per veram generationem,quæ eſt finis alterationis.quod nos negamus. ℣ Tertio multo magis errauit hic vir credens leges diuinas eſſe datas hominibus ſecundum illorum inclinationem,hoc enim ſi verum ſit de lege eorum porcina,de noſtra mentitur.Nam ea quæ traduntur in noſtra lege,quantum ad ſpeculabilia ſunt vera,& nō Q
accepta a noſtra inclinatione.Immo ſacri homines,non potuerunt illa gentibus perſuadere niſi miraculis,& certaminibus mortis,quantum vero ad agibilia, quæcunq; in noſtra religione traduntur,ſunt moraliter tradita, immo (vt alias diſputaui)religio chriſtiana prætermiſſis creditis, nihil aliud eſt niſi phyloſophia peripatetica,vt expoſitor in lib.ethicorum & politicorum enititur ſemper verificare,nihil enim in noſtra lege ponitur a ſacris, quod ſit contra bonum moris. quare quæ dixit Auerroes ſi vera ſunt in eius lege, in noſtra ſunt erroneo.Nam illa eius eſt hominis lex, noſtra vero dei, in cuius actione non cadit error.

Exitus Egredi Digreſſus Infinities maior. Decies milies maior Qui receſſerunt. q̄ diſcerūt q̄ digreſſ.ſē deuiāibus Longe maius.

℣ Siquidem & paruus exitus a veritate fit his,qui receſſe runt.Si lōge progrediantur,infinities maior. veluti ſi qui ſpiam magnitudinem aliquam minimam dixerit eſſe:hic enim minimam introducens:maximas rerum mathematicarum dimouebit:huius autem cauſa eſt, quia principiū virtute in maius ē q̄ magnitudine.idcirco quod in principio paruum eſt;id in fine fit longe maius.Infinitum au-

tem

A tem & principij,& quantitatis maximã vni habet.Qua re non eſt abſurdum, neq; rationis metam egreditur ad mirabilem differentiam eſſe ex eo quod quiſpiam aliquod corpus eſſe in rerum natura infinitum accipiat.cõtrobrem a principio repetens.de ipſo dicamus oportet.

ℙ Probat maiorem proximi proſyllogiſmi,quæ erat q; differentia in principio eſt cã maxime differẽtiæ illorũ,quæ ab illo principio ꝓficiſcunt,et cõponit ratio hoc pacto:paruus exitus a veritate. videlicet principij, fit his, qui receſſerunt,ſi longe progrediãtur,infinities maior qui errat in principio,exit a veritate.igitur qui errat in principio, progrediendo longe, errabit decies millies magis.huius maiorem expoſitor patere dicit ex errore viarũ,quia qui parum a recta deuiat via,ſi lõge progreditur,fit multum longe.Ariſtoteles probat illam exemplo matematicorum. Nam ſi quis indiuiſibilem magnitudinem introducat in matematica, vt Democritus inquit.corpora otoma,hic maximas rerũ mathematicarum deſtruet,vtpote q; lineam datam contingit ſecare in duo media q; continuum ſit diuiſibile in ſemper diuiſibilia,& cętera eiuſmodi.huius cauſam aſſignat ex eo quia principium eſt virtute magnum quantitate paruum vt ſemen arborum eſt arborum comparatione paruum,attamen virtute maximum eſt. Infinitum vero habet rationem principij,omnes enim qui infinitum poſuerunt in rerum natura, ipſum habere rationem principij dixerunt, vt patet tertio phyſicorum.Accedit ad hęc q; infinitũ eſt quãtitate magnum, habet enim infinitum rationem principij, & eſt magnum. quare non eſt diſſonum q; errare in illo ſit cauſa multorum errorum in proceſſu.propterea concludit eſſe de infinito repetendum.

mꝛium magnũ valde magnum In greco non eſt totum illud Si lõge ꝓgrediãtur. Sed illud duntaxat πορρὼ hoc eſt lõge vel procul:additũ tamẽ ẽ ad ſenſum Siplicij & aliorum

B

Quę Auer. cõ.33.

AVERROES VERO declarat paruum errorem circa principium dilatari in proceſſu.Tum exemplo viarũ: Tum exemplo ęgrotationum. In ęgritudinibus enim paruus motus vel error factus,vel a medico,vel ab infirmo fit magnus in fine,vt experientia docet. ℙ Secundo debes ſcire, vt Auerroes ait.q; ponere magnitudinẽ indiuiduã, vt ponit Democritus,eſt cauſa magnę differentie dupliciter, vel

C quia facit differentia in reddendo cauſas diſpoſitionum entium, qui enim ponit corpora attoma,cogitur ponere omnia eſſe indiuidua, quoniam indiuiſibile additum indiuiſibili non facit maius.itemq; cogitur dicere nullum corpus eſſe altero maius,vel minus,et multa alia quare non dicens ſic reddere cauſam accidentium entium,vel quia ſic dicens facit differẽtiam in reddendo cauſas diſpſitionum entium, & cum hoc dicit quedam quę pro vtraq; parte ſunt probabilia,poſitio enim Democriti habet multas rationes,& illa Ariſtotelis etiam.quare facit differẽtiam ex parte principij, quod ſui natura eſt varium,& ex parte eorum quę proficiſcuntur ab illo,vt in libris mathematicorum conſtat. Qui igitur ponit indiuiduas magnitudines dupliciter efficit differentiam,ex parte eius quod dicit,quod eſt pro vtraq; parte probabile, & ex parte eorum,quę ad illud quod dicit, ſequuntur. ℙ Tertio debes ſcire vt Auerroes inquit. hęc quę Ariſtoteles hic ait eſſe dicta ad documentum. documẽtum

D eſt vt ſemper circa principia fiat magnus ſermo, nam ſermo de principijs eſt quaſi de omnibus ſermo. principiũ ſiquidẽ ſit omnia,que ab illo ſequuntur. ℙ Quarto debes ſcire vt Auerroes ait & recte,q; illę duę poſitiões de corporibus: vtpote illa Ariſtotelis quę dicit, omne corpus eſſe finitum, vel illa Democriti quę dicit corpora minima,& illa quę dicit corpus aliquod eſſe infinitum, ſunt diuerſę & oppoſitæ, diuerſe quidem quantum ad hoc,quia vna nõ eſt alia,et ita diuerſe in ſe.Oppoſitę vero quo ad ea, quę ſequuntur ad illas.Nam ad dicẽtes corpus infinitum,ſequitur corpus illud eſſe infinitę potentie. Ad dicentes nullum corpus eſſe infinitum,ſequitur omne corpus eſſe finitę potentiæ. Nam potentia ſequitur magnitudinem, adeo q; in maiore quãto eſt maior virtus.in minore vero minor. ℙ Vltimo debes ſcire, q; ſi corpus infinitum ſit principium,tunc vt dicit Auerro. E non eſt mirum q; antiqui maximam fecerunt moram circa illud,ita vt quidam dicant corpora atoma, vel ex atomis, vt Democritus,alij corpora finita ex finitis. Alij infinitum ex infinitis. ℙ Sed circa hæc nobis maxima exoritur difficultas.Nam duplicia ſunt principia in propoſito cognitionis, quæ dicuntur in ſcientia poſitiones,dignitates, ſuppoſitiones,& id genus,& eſſendi,quæ ſunt,ſunt illa e quibus omnia conſiderata in ſcientia componuntur, vel proficiſcuntur.verbi cauſa,in naturali philoſophia principia cognoſcẽdi ſunt,motus eſt,plura entia mobilia ſunt,& cætera id genus,quæ neceſſe eſt quemlibet diſcentem naturalem philoſophiam habere.eſſendi vero ſunt materia,forma, & agẽs, & finis,e quibus res naturales conſtant.Modo dubitatur de quibus principijs loquitur Ariſtoteles,vel eſſendi,& falſum eſt quod dicit,non enim oportet principia eſſendi eſſe poteſtate cognoſcendi omnia in ſcientia conſiderata,vt conſtat. Sin autem intelligat de principijs cognoſcendi, non eſt verum infinitum eſſe principium cognoſcendi. Quare quæ F dixerunt Ariſtoteles & expoſitores quæſtione non carent. ℙ Dicerem nunc quicquid alias dixerim principia eſſendi eſſe principia cognoſcendi in ſecundo proceſſu. Eſt.n. in naturalibus duplex proceſſus,quia ab effectu in cauſas. & propter quid a cauſis ad effectus,principia igitur cognoſcendi ſunt principia cognoſcendi in omni proceſſu, in omni enim proceſſu illa ſupponuntur,tanquàm dignitates. eſſendi vero principia ſunt cognoſcendi in ſecundo proceſſu: non enim poteſt aliquis effectus reſolutorie intelligi, niſi ad principia eſſendi reducatur. Dico igitur q; Ariſtoteles intelligit de principijs eſſendi,quale creditur eſſe infinitũ,quod alij poſuerũt ex parte materiæ. Alij ex parte agentis,vt patet.3.phyſicorum:& concedo principia eſſendi nõ eſſe poteſtate omnia cognoſcibilia in omni proceſſu,ſed bene in ſecundo proceſſu.Nam res naturales niſi reſoluantur ad principia eſſendi, nunquàm ſecũdo proceſſu reſolutorie cognoſcuntur.Hæc de dubitatione.

Solutio.

Dubitatio nõ parua.

SED QVERVNT vtrum infinitum ſi eſſet,haberet rationem principij. Et videtur q; non, quia hæc eſt vna hypotetica:cuius oppoſitum cõſequenti ſtat cum antecedẽte,ſtat enim ad imaginationem infinitum eſſe,& non habere rationem principij.Nam principium ſemper vult eſſe extra principiata,eſt enim principium,aut cuiuſdam,aut quorundam,vt in lib.phyſico primo dictum eſt.At extra infinitum nihil eſſe poteſt, cum totum occupet. Arguatur igitur ſi infinitum eſſet,extra infinitum nihil eſſet.Si extra infinitum nihil eſſet,non eſſet principiatum,quoniam extra principium eſt principiatum.igitur a primo ad vltimum ſi infinitum eſſet,non haberet rationem principij.In contrarium eſt Ariſtoteles hic &.3.phyſico.qui vult illam hypoteticam Diſtõ infiniti. eſſe neceſſariam. ℙ Pro quæſtionis ſolutione debes ſcire q; quadruplex eſt infinitum.Aliud quidem duratione vt motus,cœlum,& omne quo tempore æterno,permanet.Aliud vero magnitudine,vt corpus infinitum extra quod nihil ẽ, nec eſt intelligibile eſſe. Aliud multitudine, vt numeris lapidum infinitus,vel aliorum talium.Quartum eſt infinitum Reductio diuiſiõe ad duo membra. virtute,vt deus. Vnde hæc diſtõ poteſt ſic reduci,quia omne infinitum aut eſt quantitate,aut qualitate. Infinitum qualitate eſt infinitum vigore,vel virtute,vt deus.infinitũ quãtitate,eſt iterum duplex,vel continua vel diſcreta. Si diſcreta,ſic eſt numerus rerum infinitus. Si cõtinua vel ſucceſſoria,vt motus,& cœlum,& omne quod eſt in tempore eterno.vel permanente,& ſic eſt corpus extra quod nullũ corpus eſt,nec poteſt eſſe,nec intelligi eſſe.Sic igitur patet quadruplex eſſe infinitum,& non multifariam. ℙ Tunc de in- Soł.qõnis. finito qualitate nemo dubitat,omnes enim dicunt illud infinitum ſi eſſet,habere rationem principij. Immo catholici tenet illud eſſe,& eſſe cauſam primam atq; primum omnium principium,quod fortaſſe eſt peripateticum.De infinito vero duratiõe,dicerẽ q; ſi tale infinitũ eſſet,haberet ratio nẽ principij,ſed nõprimi principij ſimpliciter in omnibus,nã

Quęſtio. G

H

I aliquod tale haberet rationem primi principij: vt primus motor, aliquod vero rationē principij non primi, vt motores orbium, & motus, & cœlū. tamē hypothetica eſt neceſſaria: quoniā eſſe non pōt aliquod infinitū duratione: qn ſit
Quæ Ioā. principium vel primarium, vel ſecundarium. ℣ Reſtat videre de infinito magnitudine atq; multitudine. Ioānes Gādauēſis inquit. infinitum tale trifariam poſſe cōſiderari, vel quo ad quantitatē ipſam, que eſt terminis carēs, vel quo ad priuationē terminorum, quibus caret, vel quo ad re ſubſtantiam ꝯtitati & priuationi, quę ſunt ſubſtātia ſubiecta quātitati, & priuationi. Modo dicit tria ad queſtionem. primo dicit ꝙ ſi infinitum ſumitur ꝑ accidēte illo, quo ſubſtantia denominatur actu infinita, ſic tale infinitum nō habet rationem principij, quoniam nullum accidens ſolū habet rationē principij. at infinitū illo mō eſt accidens. Secundo dicit ꝙ ſi infinitū ſumitur pro priuatiōe terminorū, ſic minime habet rationē principij, cū vt ſic ſit nō ens. Tertio dicit ꝙ vbi infinitū accipitur tertio mō pro ſubſtātia ſubiecta infinitudini, ſic habet rationē principij, quoniā per ſufficiētem diuiſionē,
K vel haberet rationem principij, vel rationē principiati. non principiati, quia tunc eiuſdem modi ſubſtantia haberet principiū, quod eſt falſum, eſſet. n. illud aut intrinſecū, aut extrinſecū. extrinſecum eſſe nō poteſt, quia omne tale eſſet agens, vel igit nouū, vel antiquū. ſine dubio nouum eſſe nō poteſt. Tum quia infinitum fieret de nouo, & ita eſſet finitū. Tum quia agens de nouo eſſet corpus, & ita extra infinitū eſſet aliquod corpus. nec ęternū, quia ab ęterno nō prouenit nouum. Vnde ſi infinitū eſſet, nec poſſet fieri in tēpore: nec ab ęterno. reſtat ꝙ principiū extrinſecū habere non poteſt. Sin autem habet intrinſecū ꝙ principium, oportet habere materiam & formā, non. n. materia cauſat aliquid ſine forma, nec forma ſine materia, vt Philoſophus vbiq; aſſerit. igit eē finitū, qppe cum forma ſemper finiat materiam. & materia
Obiectiones contra Ioannem. formam. hęc Ioānes. ℣ Sed pace ſua dixerim hic errat multa fariā. primo errat cū dicit infinitū ſumptū ꝑ accidente non habere rōnē principij, quia nullū accidens habet rōnē principij. Hoc falſum eſt, Tū primo quia motus cœli eſt accidēs,
L & eſt primus motus, e quo depēdēt omnes motus. Tū ſecundo. quia ſaltem accidens poteſt eſſe principium inſtrumentariū. Vnde in lib. de ſenſu dicit Ariſtoteles nullā ſubſtantiā eſſe immediatū principium ſuę operationis, ſed mediāte accidente, ignis enim non calefacit, vt ignis, ſed vt calidus. Prę terea ſemen nō generat vt ſubſtātia, ſed vt in ſe detinet virtutem patris, quę eſt qualitas quedā, vt Ariſtoteles dicit in lib. de animalibus. Melius igitur Ioānes dixiſſet infinitum ſumptū hoc pacto pro quantitate nō habere rationem principij, quia quantitas nō eſt de principijs actiuis. ℣ Secundo errat, quia dicit infinitum ſumptum pro priuatione non habere rationem principij quia priuatio non habet rationem principij, errat enim quia per hanc rationem priuatio non enumeretur inter principia rerum naturalium, & ſic incideret in opinionem Platonis, quam Ariſtoteles enititur confutare in lib. phyſicorum. Melius igitur dixiſſet ꝙ ſi infini-
M tum accipitur pro priuatione, nō habet rōnem principij aliquo pacto, quia non opponitur forme, nec poteſt eſſe agēs, nec aliquod tale. ℣ Tertio errat quia vbi infinitum acciperetur pro ſubſtātia, nec haberet rationem principij, nec principiati, principij non, quia ageret in nō tempore, & ita motus in nō tempore, conſequens eſt impoſſibile. igitur & antecedens. principiati minime, quia tunc eſſet finitū. Omne enim factum, finitur ab agente. Agens enim non agit niſi intendat finem. omnis autem finis intentus cum ponitur in eſſe. habet eſſe limitatum, & terminatum. Vnde repugnat
Poſitio ꝑpria. aliquod eſſe infinitum, & fieri. ℣ Quibus mihi videtur eſſe dicendum ꝙ ſi infinitum accipitur magnitudine vel multitudine, tale nec habet rationē principij, nec principiati. Cauſa autē eſt quia impoſſibili poſito in eſſe, ſequitur ſemper impoſſibile. infinitum eſſe eſt impoſſibile igitur ad illud ſequitur impoſſibile. videlicet eſſe aliquod quod nec habet rationem principij, nec principiati, hoc autem impoſſibile ſequitur ad illud impoſſibile. igitur quouis modo accipiatur N
infinitum magnitudine, vel multitudine, tale ſi ponatur in eſſe, ſemper ſequitur ipſum nec habere rationem principij, nec principiati, vt deductum eſt. Tunc ad Ariſtotelem dico ꝙ ille loquitur ſecundum opinionē antiquorum, qui poſuerunt infinitū ex parte materię, vt Anaxagoras. vel ex parte motoris, vt Plato. Vnde ſecundū exiſtimationem antiquorum ſi infinitum eſſet, illud haberet rationem principij. ſecū dum tamen rei veritatem, quia antecedens eſt impoſſibile, ideo illud nec haberet rationem principij, nec principiati, & ita conſequens eſſet impoſſibile. ℣ Tertio phyſicorū aliter Alia ſolo. quæſtionem hanc diſſoluimus, diximus enim illā hypothe ticam eſſe neceſſariam a primo ad vltimum hoc pacto. Si infinitum eſſet, infinitum eſſet ſubſtantia ſeparata. Aliter. n. eſſe nō poſſet. ſi eſſet ſubſtantia ſeparata, eſſet actus purus. Si eſſet actus purus, eſſet agens. Si eſſet agens, eſſet principium. igit e primo ad vltimum ſi infinitum eſſet, infinitum eſſet principium. Quia ſi perſtringas queſtionem vtrum ſi infinitum magnitudine eſſet, eſſet principium, dico ꝙ ad hanc queſtionem ſic reſtrictam valet ſolutio preſens, dicerem enim ꝙ ſi infinitum magnitudine eſſet, illud nec eſſet O
principium. nec principiatum, & hoc quia antecedens eſt impoſſibile, oportet & conſequens eſſe impoſſibile. Quare colligendo hęc cum illis que diximus tertio phyſicorum, perfectam poteris habere ſolutionem.

℣ Neceſſe igitur eſt omne corpus aut ſimplex eſſe: aut cō Simplex. Simplicīū cōpoſitū. compoſitorum. poſitum. Quare & infinitū ipſum aut ſimplex, aut compoſitum erit. Atqui patet etiam ſi ſimplicia ſint finita: compoſitum neceſſario finitum eſſe: quod enim ex finitis & multitudine, & magnitudine conſtat: ipſum & multitudine, & magnitudine eſt finitum. Tantum enim erit: Quāta ſūt ex qbus. quanta ſunt, ex quibus componitur. Reſtat igitur videre Ex quātis Reſtat. vtrum aliquod ſimplicium corporum infinitum contin Reliquū. pertractantes. gat eſſe magnitudine: an hoc impoſſibile ſit. pertractātes itaq; de primo corpore: ſic & de reliquis conſideremus.

℣ Probauit hactenus ꝙ de infinito erat in naturali ſcientia P
agendum, & in hoc libro maxime, at nunc de illo perſequitur, prius tamen dicendorum tangit ordinem. eſt autem in tractatu de infinito hic ordo ſeruandus, vt primo videatur ſi ſit aliquod ſimplicium corporum infinitum magnitudine. Secundo ſi aliquod compoſitū ex ſimplicibus. & in tractando de finitate corporum finitorum, prius adhuc diſputabit ſi primum corpus, vtpote cœlum ſit finitum, poſtea de præargumētantes. reliquis pertranſibit. Ad concludendum igitur hunc ordinem procedit compoſitorie ponendo concluſiones, quarum prima eſt, omne infinitum aut ſimplex aut compoſitū Conſidere mus. eſt Syllogizat ſic, omne corpus aut ſimplex eſt aut compoſitum. Omne infinitum eſt corpus, hanc minorem ſupponit, igitur concludit omne infinitum aut ſimplex eſſe, aut compoſitum. Secunda concluſio ſi ſimplicia corpora ſunt magIntēdemus nitudiue, & multitudine finita, compoſitum omne ex illis conſtans eſt magnitudine, & multitudine finitum. Syllogizat, omne conſtans ex finitis magnitudine & multitudine, Q
eſt magnitudine et multitudine finitum. omne compoſitum ex finitis magnitudine & multitudine conſtat ex finitis ma Speculemur. gnitudine et multitudine. igitur omne compoſitum ex finitis eſt finitum. Maior patet, quia conſtans ex finitis tantum eſt, quanta ſunt ea, ex quibus ipſum conſtat. his duabus cōcluſionibus ſumptis infert ordinem, & inquit. Reſtat igitur videre vtrum aliquod ſimplicium corporum infinitum cō tingat eſſe magnitudine, an hoc ſit impoſſibile, poſtea hoc idem reſtat videre de compoſitis, cauſa autem ex concluſionibus patet: quia finitudo vel infinitudo compoſitorum ex finitudine vel infinitudine ſimplicium dependet. Secundo patet ex dictis de finitate vel infinitate ſimplicium pertractantes, debere prius agere de finitate atq; infinitate primi corporis. Nam elementorum finitas atq; infinitas ex finitate illius perfici videtur, hec Ariſtote, de ordine dicēdorum.

Debes

A DEBES ſcire q̃ Auer. in ſuis translationibus habet que
Que auer. com. 34 dam verba, que in codicibus græcis non reperimus, & ideo Auer. laborat circa illa, vbi tria colligit, primo quidē ex verbis illis colligit cauſam quia vult nunc agere de infinito, & ait hoc velle agere propter oppoſitiones antiquorū, que dif
prima ſup poſitio. ferunt valde. ℣ Secundo colligit antiquorum poſitiones differre, quia alij dixerunt aliud eſſe ſubſtantiam in ſe cōſiſtentem, vt Plato, qui voluit eſſe ſubſtantiā ſeparatā. Alij dixerunt illud eſſe corpus. Omnes tamē aſſerunt illud eſſe, & magnificarunt ipſum aſſerētes eſſe principium. ℣ Tertio dicit q̃ tractatus de infinito nō completur, niſi refellantur poſitiones veterum, nō tamen oportet eum: qui de infinito agit, contradicere poſitionibus antiquorū, & propterea hic agit de infinito, & nō contradicit poſitionibus illorum, tamen in lib. phyſi. & in lib. metaphyſice cōtradicit. Hęc tria Auer. ex verbis illis colligit, que licet ſint vtilia, in noſtris codicibus
Dubō. illa verba non legimus. ℣ Secundo debes ſcire q̃ Auer. aliter
B hunc locum introducit q̃ nos fecimus, vult. n. q̃ Ariſt. de infinito nunc proſequat̃, & q̃ in, p̃ſequendo ſtatuat ſuppoſitiones neceſſarias ad propoſitum, & q̃ factis ſuppoſitionibus, ponat ordinē, deinde q̃ poſito ordine, proſequatur vtendo dictis ſuppoſitionibus, que expoſitio mihi nō diſplicet. Fortaſſe. n. illæ ſuppoſitiones ad duo ſeruiunt, quia ad ordinem
Solutio. dicendorū ſtatuēdum (vt nos expoſuimus) & ad ipſum infinitū refellendū, quod eſt propoſitū in ordine. ℣ Tertio debes ſcire q̃ Auer. per ordinē examinat ſuppoſitiones, quas putat Ariſtotel. ponere. Prima igitur ſuppoſitio ſecundum ipſum eſt omne corpus eſſe aut ſimplex, aut compoſitū. Examinādo hāc, dicit illam eſſe aut per ſe manifeſtam, aut ratione deductā. Immo (vt verius loquar) & manifeſta eſt per ſe, & ratione deducitur. Senſu q̃dem conſtat, quia patet ſenſu omne corpus quod ē apud nos eſſe aut ab vno corpore, aut e pluribus corporibus, aut eſſe vnum corpus, vbi ſit ab vno vel pluribus corporibus, eſt compoſitū, vbi unū ſit cor
C pus, erit ſimplex, ſenſu igit̃ cōſtat omne corpus eſſe aut ſim
Dubō. plex aut compoſitū. ℣ Sed occurres et optime, quonam modo ſenſu cōſtet hęc ſuppoſitio, nō. n. aliquo ſenſu patet om-
Solutio. ne corpus eſſe ab vno vel pluribus, itē nec ſenſu patet corpus eſſe vnum. ℣ Dici poteſt q̃ omne corpus eſſe miſtum, vel ſimplex patet ſenſu tactus, vtpote ex actione corporis in tactoriū ipſum. patet. n. tactu aliquod corpus calefacere tantum, aliquod principaliter infrigidare tantum, aliquod humectare, aliquod exiccare. ℣ Itē patet tactu aliquod corpus exiccare & hūectare, aliquod frigefacere, & calefacere, aliquod omnia hęc agere, igit̃ ex operationibus, que tactu ſentiuntur poſſumus quodam modo cōcludere corporum aliquod eſſe ſimplex. aliquod miſtū. ℣ Nec intelligit hoc patere ſenſu tantum, nulla cōcurrente ratione, quod vero hæc ſuppoſitio cōſtet ratione, declarat reſolutio miſti in elemēta. nam nos videmus aliquod corpus reſolui elementa, vt lignū in ignem, & in cinerem, & tādem in elementa, & cum
D in reſolutione nō ſit ad infinitum ire, ſtandum erit ad ſimplicia, igit̃ aliquod eſſe miſtū, quod reſoluitur. Aliquod ſimplex ad quod ſtat reſolutio. ℣ Pręterea hæc ſuppoſitio patet ratione, quia probauimus ſupra duplicem, motum ſimplicem & compoſitum, & ſimplicem triplicem a medio, in medium, et circa medium, igitur cōſtat ratione omne corpus eſſe miſtū, vtpote quod mouetur motu miſto, aut ſimplex, quod mouetur motu ſimplici, & propterea concludit ſup-
Secūda ſup poſitio. poſitionem hanc eſſe aut per ſe notam, aut ratione cōſtare. ℣ Secūda ſuppoſitio eſt, omne infinitum ſi eſſet, eſt ſimplex aut compoſitum hāc Auer. examinando cōcludit ex dictis, quia ſi omne corpus ſit aut ſimplex, aut cōpoſitū, & omne infinitum ſi eſſet, eſt corpus, iure aut ſimplex: aut miſtum
Tertia ſuppoſitio. neceſſe eſt ipſum eſſe. ℣ Tertia ſuppoſitio, omne cōpoſitum ex finitis ſimplicibus, eſt finitum, hac examinando probat Auer. quia trifariam compoſitū aliquod eſſe poteſt infinitum, aut quia vnum componentiū eſt infinitum magnitudine, aut quia plura ſunt magnitudine infinita, aut quia cō ponētia ſunt magnitudine, quidem finita. Multitudine vero infinita, quare patet miſtum non eſſe infinitum niſi propter E
ſimplicia, hanc eandem probat Auer inductione. Nam miſtū eſt duplex, aliud cuius cōponentia ſunt in eo actu, vt dictio ex literis, & oratio ex dictionibus. Aliud cuius cōponētia ſunt in eo in potētia, vt miſtū exquatuor elemētis, patet igitur in his miſtū nō poſſe eſſe infinitū niſi ꝓpter cōponētia, ex his patet ſuppoſitio. hæc Auer. in p̃ſenti textu. ℣ Sed Dubō. occurres, quia elementa nō manēt in miſto ſecūdū eorū dimenſiones, elementa. n. in miſto aut manent ſecundū virtutes tantum, aut ſecundū mediū inter purum actum & purā potentiam, & quouis mō maneant, certū eſt illa non remanere ſecundum eorū dimenſiones. Quare finitudo miſti vel infinitudo ex elementis proficiſci non pōt, cum ex non quātis fieri quātū ſit impoſſibile. ℣ Dici poteſt elementa mane- Solutio. re in miſto ſecundū eorū magnitudines in potentia, & hoc ſufficit. Nam eſſe nō poteſt aliquod miſtum actu infinitum, niſi miſcibilia actu ſint infinita, vel fuiſſent iam infinita, vel poteſtate ſint infinita. Vnde Ariſtoteli ſufficit miſtum infinitum eſſe non poſſe, niſi miſcibilia ſint actu infinita, vel F
fuerint iam actu infinita, & hoc ſupponit Ariſto. vel eius ſuppoſitio hoc pacto ſaltem eſt intelligenda.

℣ Quod igitur corpus quod circulo fertur neceſſe ſit omne finitum eſſe: ex his perſpicuum eſt.

Expō. ℣ His acceptis, tanquā bonus mathematicus quē immitari conatur quantum pōt, ponit concluſionē, cōcluſio eſt omne corpus quod circulo fertur, eſt finitum, inquit. Quod igitur corpus quod circulo fertur, neceſſe ſit omne finitum eē, ex his perſpicuū eſt. Hęc eſt concluſio, dixit autem ex his, non quidem quæ dicta ſunt, ſed quæ mox dicentur. ℣ Debes ſcire q̃ dupliciter corpus circulo latum poſſumus probare eſſe finitū, ſimpliciter & ſecūdū quid. ℣ Secūdū quid quidē quoties ſupponitur finitū eſſe ex parte centri atq; concaui, & probatur ex parte conuexi atq; continentis eſſe finitum, ſimpliciter vero, quoties vtraq; ex parte probaretur eſſe finitum. Ariſt. igitur probat omne corpus circulo latum, eē, G
finitum ex parte conuexi atq; continentis, & ſupponit omne tale ex parte centri, atq; concaui eſſe finitum, hoc autē ideo ſupponit, quia nemo vnquā dubitauit, & ſenſu perſpicuum eſt. Illud quæritur, quia & aliqui dubitarunt aſſerentes cœlum ex parte conuexi eſſe infinitum, & nō patet ſenſu. Concluſio igitur eſt omne corpus quod circulo fertur, ex parte conuexi continentis eſt finitum. ℣ Secundo debes ſcire q̃ licet concluſio ſit vniuerſalis de omni corpore, quod circulo fertur, tamen illa proprie non niſi de cœlo intelligēda eſt. De cœlo enim quęſitum eſt vtrum conuexū ſit ambitu infinitum, cum illud ſenſu non pateat, concauum vero eſſe finitum, nemo dubitauit, cum ſenſu conſtet.

℣ Nam ſi corpus quod circulo fertur: ſit infinitum: infini- Protrahūtur. Egredientes exeuntes Verbum illud lineæ non eſt in græco, ſed vis ſenſus illud expoſcit.
te erunt quę e medio protrahuntur linee.

℣ Poſita concluſione, nunc intendit illā probare, & more boni mathematici facit primo ſuppoſitiōes, deinde ex illis ꝓbat cōcluſionem. Prima igitur ſuppoſitio eſt, ſi corpus quod circulo fertur, ſit infinitū, & intelligas ex parte conuexi continentis, lineæ rectæ quæ protraheretur e medio erūt infinitæ protēſione, exemplum, ſit corpus quod circulo fertur. a. e. b. cuius centrū ſit. c. dico q̃ ſi ex parte conuexi. a. e. b. tale corpus eſt ambitu infinitūlinea. c. a. eſt infinita protenſione, & linea. c. b. etiā & ita omnes lineæ quæ pro-



Quæ auer. com. 35.

traherentur,erunt protenſione infinitæ. ℣ Suppoſitionē hanc Ariſto.non probat. Auer.autē optime illam deducit, & arguit illę lineę e centro ,ptractę ſunt infinitę,ptēſione,quę ad nullam finiuntur terminanturq; circunferentiam. At lineæ c.a.&.c.b.ſunt eius,ut ex caſu aduerſarii conſtat,qui cœlū ait ex parte conuexi infinitum eſſe,& ſic patet ſuppſitio.

Itemq;. ℣ Itemque & infinitarum talium interuallum erit infinitum etiam.


Autem, vero,ſed Verbum illud Talium, ſupple tum eſt ſenſus. Verbum illud Etiam nos ſuppleuimus. Quę auer. com.35. ℣ Secunda ſuppoſitio ſi corpus quod circulo fertur, ſit infinitum, interuallum linearum infinitarum a medio protractarum erit etiam infinitum,verbi cauſa,ſpatium.a.b.quod eſt inter.c.a.&.c.b.lineas eſt infinitum. ℣ Nec hanc probat Ariſto. ℣ Sed Auer.nā quāto lineæ exeūtes ab aliquo cētro magis ac magis ab illo elongantur,magis ac magis diſtant, ita vt ſi aliquantulum elongentur,aliquantulum diſtabunt, & ſi ad duplum elongantur,ad duplum diſtabunt, & ſi ad triplum alongantur,ad triplū diſtabunt. Sed huius lineę ad infinitum elongantur,igitur in infinitum diſtabunt. ℣ Quod

K autem quanto magis ab illo centro elongantur,tanto magis diſtent,probatur,quia ubi magis elongantur,vel ęquali ter ſemper diſtabunt,vel minus ſemper diſtabunt, vel ſemper magis diſtabunt,non quanto magis elongantur,ſemper ęqualiter magis diſtabūt,quia eſſent paraleſæ,ſeu ęquidiſtā tes, nec quanto magis elongātur, minus diſtabunt ſemper quia tandem concurrerent, & ita duæ.lineę rectę clauderēt ſuperficiem,contra geometras,igitur quanto magis elongā tur,magis ac magis diſtabunt,& per conſequens. Si in infinitum elongabuntur,in infinitum diſtabunt, & ita linearum.c.a.&.c.b.interuallum quod eſt .a.e.b. erit infinitum, quod eſt ſuppoſitio ſecunda.

Interuallū ℣ Dico autem linearum interuallum , extra quod nulla magnitudo lineas tangens ſumi poteſt.

Diſtantia ℣ Refellit & nunc cauillum, poſſet enim aliqs dicere ſuppoſitionem ſecundā eſſe falſam, ſupponit enim Ariſtot.

L interuallum.a.e.b. eſſe infinitum , quod intercipitur inter lineas.c.a.&.c.b.egredientes e cētro.c. quod probatur, nā infra interuallū.a.e.b. poteſt ſumi prope centrum.c. interuallum.l.m.quod eſt finitum vt omnibus patet , & interuallum.d.f.quod etiam eſt finitum,vt etiam omnibus conſtat,& interuallum.g.h.quod etiam eſt finitum,vt etiā perſpicuum eſt, igitur & interuallum.a.e.b.per eandem rationem erit finitum. ℣ Reſpōdet Ariſto.ſe per interuallum linearum egredientium e centro intelligere illud extra quod nulla magnitudo ſiue nullum aliud interuallum lineas.c.a.&.c



Poteſt. Eſt contingit.

M b.tangens ſumi poteſt,& ita videtur concedere quodlibet interuallum dictarum linerarum infra.a.e.b.interuallū eſſe finitum,vt cauillus indicat , tamen interuallum.a.e.b.cum ſit vltimum,extra quod nullum aliud accipi poſſit,eſt infinitum. ℣ Debes ſcire q̄ refert dicere interuallum vltimum, & interuallum extra quod nullum aliud poteſt ſumi dictas lineas tangens. Vltimum interuallum nō eſt dabile,quoniā lineæ illæ e centro in infinitum ducuntur,& ita non eſt deuenire ad vltimū interuallum inter dictas lineas iacens , bene tamen dicere poſſumus in infinitum eſſe aliquod interuallum inter dictas lineas iacens,extra quod nullū aliud eſt dabile,& propterea Ariſto. excludendo omnia interualla ſignata,vel ſignabilia infra illud extra quod nullum aliud accipi poteſt,dixit,dico autem linearum.c.a.c.b.egrediētium e centro interuallum.extra.quod nulla alia magnitudo,ſiue nullum aliud interuallum vlterius eaſdem lineas tangens ſumi poteſt,innuit enim per hęc verba quodlibet interuallum inter illas lineas ſignabile eſſe finitum,tamen in infinitū eſſe aliquod vnū interuallum extra quod nullum aliud eſt,quod

Declaratio hęc eſt.

ſit infinitum,hæc ſolutio cauilli,& ſuppoſitionis expoſitio. N ℣ Hoc itaq; infinitum eſſe neceſſe eſt:quippe cum finitarum ſemper finitum ſit.

℣ Nunc dicta ſuppoſitionem illo modo expoſitam probat, & ſyllogizat loco e contrario ſic quaruncunq; linearum finitarum e centro egredientium interuallum eſt finitum, vt linearum c.l.&.c.m.interuallum.l.m.eſt finitum , & linearum.c.d.&.c.f.interuallum.d.f.eſt finitum, & linearum c.g.&.c.h.interuallum g.h.etiam eſt finitum , & ſic de cæteris,quæ infinite e centro.c.protraherentur,igitur quaruncunq; linearum finitarum e centro.c.egredienrium interuallum eſt finitum igitur per locum e contrario , quaruncunq; infinitarum linearum e centro.c.egredientium interuallum erit infinitum,& ita interuallum.a.e.b.linearum c.a.&.c.b erit infinitum,cum ſit linearum infinitarum e centro.c.egredientium,& ita patet ſuppoſitio, v3 q̄ interuallum extra quod nullum poteſt eſſe aliud,vtpote.a.e.b.eſt infinitū,quæ O Sol.dubi, erat ſuppoſitio. ℣ Nec mireris ſi ſuppoſitionem dictam probauerit loco e contrario,quia illa eſt quaſi per ſe nota parua agens innuitione. Modo ait Auer.ſecundo phyſicorum Comē.3. propoſitiones per ſe notas non probari niſi topicis medijs, cum indigeant parua innuitione.Hæc Auer.& recte.

AVERROES vero textum illum.[Dico autem linearum]Aliter exponit, velle.n.videtur Ariſtotelem probare ſuppoſitionem ſecundam,quę fuit q̄ ſi corpns circulare ſit infinitum , interuallum linearum e medio egredientiū erit infinitum etiam . Ad probationē illius velle videtur q̄ Ariſto.acciperet definitionem infiniti , quæ eſt q̄ infinitum eſt quantitas maior omni quantitate data , & propterea Ariſto.vt Auer.exponit,inquit. Dico autem linearum interuallum ſupple tu eſſe infinitum,quia eſt ſpatium ſiue interuallum,ſupple extra quod nulla magnitudo lineas tangēs maior ſupple ſumi poteſt , ecce quomodo Apud Auer.ſup- P poſitionem probare videtur per definitionē infiniti. ℣ Definitionem vero illam infiniti vult Auer.eſſe probatam ab Ariſto. in textu primo per locū a contrario,vtpote per diffinitionem finiti,v3 quia finitarum diſtantia ſemper eſt finita,igitur infinitarum erit infinita.Hec Auer.de illius loci expoſitione,quæ non diſplicnt,licet aliquantulū verba Ariſto. corrumpant.

Quę auer. com.31.

℣ Preterea ſemper dato:maius accipi contingit.

℣ Secundo probat illammet ſuppoſitionē illo modo expoſitam,vel definitionem dictam infiniti ſecūdum Auer.& ſyllogizat ſic omne illud cuius quouis accepto vel dato , ſemper ex eo poteſt maius accipi,eſt infinitum,vt tertio phyſicorum eſt dictum.Sed interuallum linearum egredientium e centro corporis circularis infiniti eſt cuius quouis accepto.poteſt maius ex eo accipi,igitur eſt infinitum.

℣ Quare quemadmodum numerum ex eo dicimus infinitum:quia maximus non eſt:eadem ratio & de ſpatio. Q

℣ Tertio probat eandem ſuppoſitionem,vel dictam definitionem,per locum a ſimili in numeris, & ſimul ponit rationem tertiam , concluſionem.q̄ propterea vſus eſt nota illatiua quare,& arguit ſic,ſicut in numeris & diſcretis , ita in cōtinuis, cauſatur enim diſcretum ex diuiſione continui. Sed in numeris infinitus numerus non eſt ille,qui eſt maximus,ſed qui omni dato eſt maior , & qui cuius quouis acceepto ſemper reſtat maius accipere , igit̄ in ſpatijs ſpatium infinitum erit,non quod eſt muximum,ſed quod omni dato eſt maius,& cuius quouis accepto ſemper reſtat maius acceptabile,& ſupple tu minorē , ſed interuallum linearū.c.a. &.c.b.eſt illud cuius quouis accepto ſemper reſtat accipiēdum maius,igitur tale interuallum eſt infinitum, & ſic patet ſuppoſitio. ℣ Auer.vero ait q̄.Ariſto.non induxit niſi Quę auer. cōmē.31. conuerſum vt oſtenderet nobis definitionem conuerti cum definitio.vbi debes ſcire q̄ hæc propoſitio infinitum eſt quātitas,quæ eſt maior quauis data,conuertitur ſic , quantitas que eſt maior quauis data , eſt quid infinitum . Ariſtoteles igitur non poſuit ſecundum Auerroem primā, quæ eſt propoſitio

A positio conuertibilis, sed secundam quam vocat conuersum siue conuertentem, & causam ait Auerroes, vt indicaret definitionem infiniti esse bonam, quia conuertitur cum eo. Hæc Auer. quę sunt non necessaria, tamen syllogismus componatur hoc pacto apud Auer. quod est quantum omni dato maius est infinitum. Dicta linearum distantia est quantum omni dato maius, igitur est infinita.

¶ Si igitur infinitum pertransiri non potest: interuallum necessario infinitum est cum cœlum infinitū sit: non igitur circulo moueri potest. At cœlū circulo moueri cernimus: rationeq; definiuimus circularem motum esse alicuius.

Cœlum est verbum suppletū in textu.

¶ Ex his componitur demonstratio hoc pacto, nullum infinitum potest pertransiri, interuallum dictarum linearum c.a. & c.b. est infinitum, vt ex suppositione secunda perspicuum est & rationem breuem adĩcit, & inquit. Cum cœlū ipsum infinitum sit, conclusio debet esse, igitur interuallum

B linearum c.a. & c.b. pertransiri non potest. Verum non posuit hanc conclusionem principalem, sed conclusionem, quę huic subaccipitur, vȝ non igitur cœlū circulo moueri potest. Hęc enim conclusio sequitur ad principalem conclusionem, nam si internallum illud pertransiri non potest, cœlum moueri non potest circulo, quoniam circulo si moueretur, oporteret interuallum illud pertransiri, vt omnibus cõstat. ¶ Destruit consequens per sensum, & rationem, & inquit. At cœlum circulo moueri cernimus, vt solem. 24. horis vniuersam terram circuire, preterea ratione definiuimus circularem motum esse alicuius corporis, quod tali motu p̃ se mouetur, igitur conclusio subaccepta est impossibilis, & ita cõclusio principalis erit impossibilis. Et non propter syllogismum, igitur propter propositiones, & non propter maiorem, qnæ omnibus constat, igitur propter minorem, minor est q̃ interuallum dictarum linearum est infinitum, igitur

C hæc minor est falsa. Et hæc minor nõ est falsa, nisi propterea quia prima suppositio est falsa, hęc enim minor sequitur ex suppositione secunda, quę sequitur ex suppositione prima, quę suppositio prima tenet si cœlum ipsum est infinitum. igitur a primo ad vltimum cœlum non potest esse infinitum, quod est propositum. ¶ Siquis vero voluerit rationem componere hypotetice, sic arguet, si cœlum est infinitum, lineæ egredientes centro erunt infinitę, tenet argumentum ex prima suppositione, si lineæ egredientes e centro erunt infinite, interuallum dictarum linearnm erit infinitum, per secundam suppositionem etiam. Si interuallum dictarum linearum erit infinitum, interuallum eiusmodi pertransiri non poterit. Si interuallum eiusmodi pertransiri non potest, cœlum moueri circulo nõ poterit, igitur a primo ad vltimum si cœlum est infinitum, cœlum non mouebitur. Consequens vltimum est contra sensum, & contra rationem, & impossibile, igitur primum antecedens erit impossibile, at primum antecedens est impossibile, igitur eius oppositum est necessarium, & ita cœlum erit finitū, quod est eius oppositum, hęc

D de prima ratione Aristotelis.

Alia syllõ forma.

AVERROES vero ingt. Inducamus ergo hmõi rationẽ spectabilem hoc ẽ describẽdo figurã in puluere more perspectiuorum. Vnde Auer. ducit ad quedam impossibilia, vltra illa, quæ Aristo. tangit, descripta enim figura, deducit non solum ad hoc q̃ vnum interuallum infinitum pertransiretur, sed q̃ infinita a numero, & quantitate pertransirentur, nam e centro. c. vel. h. corporis circularis infiniti possunt egredi non modo duæ lineę, vȝ. c.a. & c.b. sed infinitæ, inter quas omnes semper interuallum erit infinitū, & ita erunt interualla linearum infinitarum & numero & diuersione infinita. Quare cum cœlum. in 24. horis circuat, vnus punctus in cœlo descriptus omnia illa interualla infinita numero & dimensione ptransibit. ¶ Vnde formando ea quę Auer. dixit, possumus arguere, si cœlum quod in 24 horis mouetur ab ortu in occasum redeundo in ortum, esset infinitum, sequeretur primo q̃ infinitum spatium tempore finito pertransiretur, deducitur supponendo q̃ c.a. sit linea recta mota ad motum totius corporis sphærici infiniti versus .c.b. lineam rectam quiescentem egredientem ab eodem centro. c. in quo ambæ concurrunt, tunc secundum istam imaginationem patet aliquando lineam. c.a. fore superpositam. c.b. lineæ, & aliquando vltra fore, igitur cum distantia inter illa sit infinita, vt suppositum, in tempore finito spatium infinitū erit pertransitū. ¶ Sequitur secundo q̃ spatia infinita pertransirentur tempore finito, quod deducitur etiam, quia a cẽtro. h. vel. c. illius corporis infinitæ lineę p̃t egredi inter quarum quaslibet duas semper spatiū erit infinitum, tunc supponatur omnes quiescere pręter vnam, quę moueatur ad motum corporis infniti, vtpote. c.a. & sequitur q̃ illa pertransibit infinita spatia tempore finito, & tunc ex his sequitur si cœlum esset infinitum, q̃ una linea pertransibit infinita spatia magnitudine, & multitudine, hęc Auerroes.

E

F

SOLET ADDVBITARI si corpus sphęricũ esset infinitum, an haberet centrũ, & videtur q̃ non. Nam vbi infinitum esset, non haberet circunferentiam vltimam, caret enim vltimo infinitum ipsum. Vbi autem vltimam circunferentiam non haberet. proculdubio nec centrum, cũ centrum sit e quo lineę ad circunferẽtiam ductæ sunt equales. ¶ Prętera centrum medium est corporis sphærici circunferentia extremum, at infinitum est sine medio & extremis. ¶ Iuniores dicunt aliud esse centrum motus, aliud magnitudinis, & ita concedũt vbi sphęricum esset infinitũ, illud habere motus centrum, non autem centrum magnitudinis. ¶ Sed solu. hęc non est intelligibilis. Primo quia motus et magnitudo quo ad diuisionẽ, & extensionem sese consequuntur, vt in sexto physicę auscultationis dictum est, & dicemus, non igitur est intelligibile motum habere cẽtrum, magnitudinem vero, cui coextenditur, non habere, cum omne quod in motu ipso est signabile & in magnitudine signari possit. ¶ Secundo nunquam legi in motu esse centrũ nisi ratione eius magnitudinis, quæ illo mouetur. Quare nõ potest aliquis intelligere centrum esse in motu dabile, quod non sit dabile in magnitudine, quæ illo mouetur motu. ¶ Tertio videtur q̃ hęc centra sint idem centrum, nã centrum magnitudinis secũdum illos est e quo omnes lineę ductæ ad circunferentiam sunt æquales. Si igitur esset dabile centrum motus, tale non essent nisi in medio motus, vt supponit Aristo. & si in medio, ab eo omnes lineæ ductę erunt equales, & ita centrum motus erit centrum corporis, quare erit idem centrum motus, quod centrum magnitudinis. ¶ Quarto si tale sphęricum infinitum haberet centrum motus, tunc haberet motum, quia sicut si haberet centrum magnitudinis, haberet magnitudinem, ita si habet centrũ motus, habet motum, hoc autem est falsum, quia tunc Aristo. supposuisset tale corpus habere motum, quod ipse destruit. ¶ Ioannes vero dicit corpus ipsum sphęricum bisariam cõsiderari & quo sphęricum & quo infinitum, quo quidem sphęricum, habet centrum, vt eius ostẽdit definitio, est enim sphęra e cuius centro omnes lineę ad circunferentiam ductę sunt æquales. Quo vero infinitum, caret & medio & fine. ¶ Sed hęc Ioannis solutio vera est, sed non est ad propositum, erat enim dubitatio si corpus sphæricum esset infinitum, vtrum haberet centrum, modo hoc nihil aliud est quæ rere q̃ vtrum corpus sphæricum infinitum, vt corpus sphæricum infinitum, habeat centrum, & sic solutio non est ad propositum. ¶ Propterea dicerem rationem in se falsam inferre contradictoria, vt. 5. metaphysice dicitur, hæc est ratio in se falsa sphæricum infinitum, nã eoipso quod intelligitur sphæricum, intelligitur habere centrum, vt eius definitione constat. Eoipso quod intelligitur infinitum intelligitur carere centro, quare sphęricum infinitum est ratio in se falsa, quia infert habere centrum, & non habere centrum. ¶ Ex hoc soluo ea solutione, quam ipse negat, & dico q̃ vbi daretur corpus sphæricum infinitum, sequitur ipsum habere

Quę auer. com. 35.

Dicta Auer. ad formam reducuntur.

Quęstio.

Sol. Gaie.

Confutatio.

G

Sol. Io.

H

Confutatio.

Solutio propria.

centrum, non tamen dicendum illud carere centro, quia sequitur vtrumq;. ℣ Sed occurres et docte, si in ratione spherici intelligitur finitudo, igitur Aristoteli suffecisset probare cœlum esse sphęricum, nam mox haberet intentum, ad quid igitur tantopere laborauit probare cœlum esse sphæricum finitum. ℣ Dicerem aliquā rationem esse in se falsam apud sapientes, que non videtur in se falsa. Aliquā videri in se falsam, que apud sapientes non est in se falsa. ℣ Solem esse maiorem terra apud sapientes nō est falsa, tamen apparet falsa, cœlum sphęricum esse infinitum apud sapientes est ratio in se falsa, non tamen videtur, falsa, quia videtur quasi apparens cœlum e parte conuexi esse infinitum, e parte nostra finitum Aristo. occurrit non modo his quę videntur sapientibus, sed contra apparentia falsa, & ita laborauit, vt etiam occurreret his quæ apparent, & non sunt. ℣ Consueui etiam alias dicere ad principale q̄ Aristo. ex concessis arguit, supponit enim tanq̄ notum ad sensum ex parte concaui cœlum ipsum esse finitum, hoc enim & sensui patet, ab aduersarijs conceditur, sed quia ambiguum est de conuexo cœli, ideo supponit centrum saltem ex parte concaui cœli, & ex his concessis arguit, vt patet. ℣ Albertilla captiunculatorum precipuus dicit positionem illam esse impossibilem, quę vel let sphęricum corpus esse infinitum, quia impossibile est illud, ad quod propositiones sequuntur contradictoriæ, modo ad dictam positionem sequitur tale corpus habere cētrum, quia sensu patet ipsum moueri circulariter, & ita circa centrum, & sequitur ipsum non habere centrum, quia ex quo est infinitum: caret medio, & ita cētro. Quare positio est impossibilis, quod Arist. multifariam probat. ℣ Sunt etiā qui dicunt, corpus sphæricum infinitum carere medio positiue, quod. ſ. æqualiter distet ab extremis, cum non habeat extremum. Potest tamen habere medium negatiue, immo quelibet pars infiniti posset dici medium negatiue, quia ipsa nō magis appropinquat vni extremo q̄ alteri. ℣ Sed quicquid sit de solutionis veritate, solutio non est ad propositum, quia siue habeat medium positiue, siue negatiue, medium sphęrici esse nō potest centrum, nisi hoc pacto sit medium, quod ab eo ad circumferentiam omnes lineæ ductæ æquales sint, & hoc pacto de centro loquitur Aristo. quare dicendum vt diximus.

Dubō. Solutio. Alia sol. K Sol. Alb̄ti, que est solutio ꝓpria. Alia Oluis. Quæstio. L

SECVNDO principaliter dubitatur, quia Arist. ducit ad hoc impossibile, vz q̄ infinitū spatium in. 24. horis pertransiretur. Modo hoc videt possibile, vt si aliquod moueretur in partibus proportionalibus horæ futuræ minoribus terminatis ad finem super partibus proportionalibus vnius pedalis colūnalis, incipiendo a maioribus, & in qualibet parte proportionali horę pertranseundo pedale lineæ gyratiue infinite tale corpus gyrantis, tunc. n. in vna hora, quę est tempus finitum, pertransiret tota dicta linea gyrans omnes partes proportionales illius corporis, quę est infinita, cum sit composita ex infinitis partibus pedalibus nō communicantibus. ℣ Iuniores dicunt dictum casum esse imaginarium, non autem possibilem naturaliter, quia tunc infinitum intenderetur talis motus localis, quod est naturaliter impossibile. ℣ Sed hi viri admittunt casum tanq̄ possibilē ad imaginationem, quod videtur falsum, nam ex possibili secuudum imaginationem nunq̄ sequitur impossibile secundum imaginationem, modo ad tale concessum sequitur tale pertransitum esse finitum, & non esse finitum, quod est impossibile secundum imaginationem, igitur & casus est impossibilis secundum imaginationem, & quod illud sequatur, deducitur, quia illo casu posito dictum spatium esset infinitum, quia ex partibus infinitis non communicantibus resultat, & posito vltra quod tempore pertrāsirentur finito, esset finitum ex sexto Auscultatiōis physicæ. Quare tale spatium lineale esset infinitum, & esset finitum, & ita finitum, & non finitum, quare esset īpossibile secundum imaginationem. ℣ Nonnulli diligentius, & magis peripatetice dicunt totum casum esse impossibilem & simpliciter, & secundum imaginationem, quia ex eo posito sequitur impossibile ad imaginationem, vt dictum est. Tamen quelibet pars casus est possibilis nā pertransiri potest hæc & hæc pars lineę tempore finito, tota tamen pertransiri non potest. ℣ Ego vero miror hos omnes, videntur enim obliti eorum, quæ Aristo. ad Zenonē scribit, in. 6. physicæ auscultationis, omnes enim hi cauilli procedunt ex magnitudine diuisa in potentia ad eam actu diuisam. Aristoteles enim concedit spatium infinitum secundum diuisionem in potentia posse pertransiri, in actu vero minime. Modo dico q̄ diuisio horæ in partes proportionales infinitas est in potētia, & non in actu. Similiter diuisio pedalis columnæ per lineam circungyrantem est in potentia, & non in actu, & ita sequitur talem lineam infinitā in potentia pertransiri posse tēpore actu finito, potētia tamen infinito, quoniam eodem modo & tempus, & motus, & magnitudo diuidi possunt. ℣ Qua ratione mirari debemus captiūculatores, quia per diuisiones semper proficiscuntur, & nunq̄ ad solutiōes peripateticas animaduertunt, omnes enim eorum cauilli ex ignorantia doctrinę peripateticæ proficiscuntur, vt deo duce in disputationibus metaphysicis ostendemus.

N Solutio propria. O

TERTIO principaliter dubitatur, quia Aristote. videtur supponere dictas inter duas lineas spatium esse infinitum, quod est falsum, nā tale spatium lineis clauditur. & ita terminis, igitur videtur finitum, & ita Aristoteles supponit falsum. ℣ Præterea. Aristoteles videtur supponere ibi esse spatium, quod est falsum, cum ibi nullum sit spatium, vbi enim esset tale spatium infinitum supra quod motus sphærici infiniti fieret, ex quo corpus tale sphæricum sua infinitudine totum occuparet locum. ℣ Has rationes recte soluit Albertilla, quia propositionem intelligit, vt nos diximus. Vnde cō cedo vbi tale corpus sphæricum infinitum circulariter motum daretur, & in eo essent tales due lineæ intellecte infinite vz egredientes e centro intereas spatium interceptum esset infinitum, quia vt ratio concludit esset terminis clausum, itemq; & spatium tale esset infinitum, vt ratio Arist. probauit, quia cum illæ lineæ egredientes e centro procedant in infinitum, & non procedant paralelliter, & non claudantur ad vnū punctum, quia tunc non essent duæ lineæ, sed vna, tandem ad infinitum procedentes infinitū spatium illæ cōcludent, & ita sequitur illarum spatium esse finitum, & infinitum, causa autem est quia antecedens est impossibile, & implicat contradictionem, sphæricum enim infinitum circulariter motu esse est impossibile implicans cōtradictionem, quia ad ipsum sequuntur oppositа. Sequitur. n. a primo ad vltimum spatium illud esse finitum, & non esse finitum, vt deductum est. ℣ Ad secūdum recte Albertilla soluit, quia Arist. supponit tale spatiū esse saltem possibile ad imaginationem, modo arguit more boni prioristici ex hoc possibili ad imaginationem, & ex illo, vz corpus, sphęricum esse infinitum, inferendo vnum impossibile ad imaginationem, vz q̄ spatium infinitum pertrāsiretur tempore finito, hoc enim est impossibile simpliciter, & secundum imaginationē. Modo ex regula prioristica, cum hoc impossibile sequatur, & non ex possibili ad imaginationem, quia ex possibili nunquam sequitur impossibile, sequetur ex illo coassumpto, vz sphęricum circulariter motum est infinitum quare hoc est omnino impossibile, & secundum imaginationem, & secundum rem. ℣ Quarto dubitant, quia ratio Aristote. hoc pacto potest impediri q̄ tale corpus sphęricum circulariter motum mouetur non quidem tēpore finito vt supponit Aristo. sed tempore infinito. ℣ Potest dici q̄ Aristo. arguit ex concessis, supponit enim cœlum moueri in. 24. horis vt sensu patet. Preterea Albertilla aliter ostendit, & tu considera, quæ dicit.

Tertia quæstio. Solutio. P Q

℣ Preterea a finito tempore finitum si abstuleris, & reliquum finitum esse: & principium habere necesse est.

℣ Hęc est secūda ratio, que (Vt expositor iquit, et recte) differt a prima, quoniam prima processit ex hoc quod distantia quæ est inter duas illas lineas e centro egredientes erat infinita,

Quę expositor do rō num differentia.

A infinita,& ipertrãſibilis. At hęc ſecũda,pcedit ex eo,quia lineę deſcriptæ in corpore infinito ſiue in eius loco non poſſunt ſeſe interſecare, vt dicetur. Verum more boni mathematici, antequam ad rationem accedat, facit ſuppoſitiones,ſupponit igitur primo illud quaſi principium,vȝ ꝙ ſi a tempore finito tempus finitum abſtuleris,reliquum quod remanet neceſſe eſt eſſe finitum,& habere principium & etiã finem,hoc eſt quaſi principium in hac ſcientia, quia in geometria fuit deductũ,nam ſi quod remanet, eſſet infinitum, tunc pars eſſet maior toto,nam temporis quod ponebatur finitum,due erant parres,vȝ ablatum,& quod remanet,modo ſi quod remanet,eſt infinitum,cum ſit illius totius pars, toto pars eius eſſet maior,patet igit̃ ſuppoſitio. ℣ Quo vero ad verba attinet,videtur mihi ꝙ particula illa, & teneatur expoſitiue,ita vt ſi ſenſus neceſſe eſt & reliquum eſſe finitũ, & pro ideſt & habere primum & finem,quia ſic finitum deſcribitur.3.phyſicæ auſcultationis. ℣ Addit autẽ Auer.hanc eſſe diſpoſitionẽ cuiuslibet finiti, quod intelligo ꝙ hęc ſuppoſitio Ariſto.ẽ diſpoſitio ideſt definitio cuiuslibet finiti.Solet enim definiri ſic,finitum eſt quod ſi ab eo remoueatur ſi nitũ remanet finitum. ℣ Vel poteſt intelligi ꝙ hęc ſit diſpoſitio ideſt proprium conuenienſ omni finito, vt finito magnitudine,& multitudine, hæc Auer.& recte dicit, quouis modo intelligatur.

Verborũ conſidera tio.

Quę auer, com,36.

B

℣ Si autem ambulationis tempus principium habet, & motus principium eſt: quare & magnitudinis,qui ambulauit.Similiter autem hoc & in ceteris.

℣ Secundo ſupponit tempus motum & mobile ſeſe quo ad finitudinem infinitudinemue conſequi,ita vt ſi tempus principiũ finemꝙ habuerit, motus & mobili ipſum etiam principium finemue habebunt, & ſi tempus principio fineꝙ caruerit,motus atꝙ mobile principio fineꝙ carebunt, contra etiam ſeſe habent vt in ſexto eſt diſputatum. ℣ Quo vero ad verba attinet animaduerſione dignum,Ariſt.in preſenti textu vti mirabili arte,quia ponit ſuppoſitionem, & illius

C quaſi probationem per exemplum,dicit enim ſi autem ambulationis tempus principium & ſupple finem habet,et motus ſupple ambulatiui ipſius principium eſt,ſic igitur hypotetica eſt ſi tempus menſurans ambulationem eſt finitum, ambulatio ipſa finita eſt. Ex hoc infert,quare & magnitudinis,que ambulauit ideſt ipſius mobilis ambulatiui erit principiũ et finis. ℣ Sic igit̃ ex hisverbis habemus tps ambulationis,ambulationem ipſam,& mobile ambulatiuum ſeſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinemue. Inferens vero ſuppoſitionem quaſi vniuerſalem, inquit. Similiter autem hoc & in cæteris,quaſi dicat ſicut igitur in tempore ambulatione & ambulabile ſeſe habent finitudo & infinitudo, ſic & in omnibus motibus cuiuſuis rationis.Quare vniuerſaliter & patet ſuppoſitio ꝙ motus mobile & tempus ſeſe conſequuntur quo ad finitudinem infinitudinemꝙ,hęc erat ſuppoſitio, vbi mirum artificium patet, nam Ariſto. ſimul

D ſuppoſitionem,& quaſi rationem per exemplum attulit.

Quę expoſitor.

℣ Expoſitor velle videtur per ambulationem ſeu inceſſum, vt ipſe in ſuis habet translationibus,motũ cœli,& ita velle videtur Ariſto.arguere a motu cœli ad alios motus, vnde dicit & ſicut hoc dicimus ī motu cœli, ſimiliter oportet ſe habere in aliȝs motibus & mobilibus. ℣ Sed hoc qđ expoſitor dicit pace tanti viri dupliciter non videtur conſonum. Primo quia græce inceſſus legit̃ βαδισεως modovadiſis græce eſt ambulatio,qua homines ambulant,& animalia profiſciſcuntur,non igitur ad cœli motum poteſt applicari. ℣ Secundo eſſet in eius probatione petitio quedam principij̃, nã Ariſto.intendit probare motum cœli, & tempus illius, & cœlũ ipſum eſſe finita,& nunc velle videt Expoſitor Ariſt. ſupponere illud,& ab illa ſuppoſitione inferre in omnibus, & ſic videtur quaſi idem queſitum & conceſſum, quod eſt

Confutatio

Quę auer, com,36.

vna petitionis principij̃ ſpecies. ℣ Auer.vero per vadiſim intelligit motum vniuerſaliter ſumptum,& ita vult Ariſto. ponere ſuppoſitionem hoc pacto, ſi tempus eſt infinitum, & motus erit finitus: & ſi motus eſt finitus, mobile eſt finitum,& tunc vult ꝙ Ariſto.ſuppoſitionem reddens vniuerſalem addat,& vt dixi de tempore,motu,& mobili, ita ẽt in aliȝs.i.loco et ſpatio itelligatur vel in aliȝs,vȝ motu recto, & alteratione,non igitur vult Auer. Ariſto. dediſſe ſuppoſitionem & eius probationem,ſed ſupppoſitionem in tempore motu & mobili,addidiſſe vero hoc idem & in aliȝs.i. loco & ſpatio,vel aliȝs,vȝ motu recto et alteratione,vt vniuerſaliorem redderet ſuppoſitionem,hæc Auer. ℣ Que ſunt plena errore, nã vadiſis græce eſt ambulatio ſeu inceſſus,& propterea Ariſto.arguere videtur ab ambulatione ad alios motus,vt dictum eſt. ℣ Sunt quidã qui per magnitudinem hic intelligunt,non mobile ipſum ſed ſpatium ſupra quo fit motus,nam magnitudo eſt duplex quę mouetur,et per quã fit motus,intelligunt igitur tempus ambulationem, & magnitudinem ſuper qua fit,ſeſe conſequi quo ad finitudinem infinitudinemue. Auer.autem & Expoſitor et Simplicius intelligunt de mobili, quod græcis verbis conſonat, dicit ὡς τε, καὶ τοῦμε τεθοῦ ὁ ἐφ᾽ ᾧ ἐκεῖνον.i. quare & magnitudinis quę ambulauit, dicit.n.quod eſt relatiuum neutri generis ī caſu nominatiui,referens Megetos,quod eſt neutri generis apud græcos. Tu vero conſidera,nam etiã in.6.phyſicorum perſæpe Ariſto.vſus eſt pro accuſatiuo,vt pro per quod, vt non taui illic,ſed vtcunq; ſit ſuppoſitio ſecunda eſt tempus,motum & mobile,atq; ſpatium ſeſe conſequi quod ad finitudinem infinitudinemꝙ,hæc eſt ſuppoſitio, quæ his ex verbis colligitur.

Error. Auer.

Biſantius

E

F

Epilogus ſuppoſitionis.

℣ Si itaq; .a.g.e.linea infinita ea ex parte : in qua eſt.e que autem.b.b.vtraq; ex parte infinita. Si igitur a.g.e linea ſecans ab.a.centro circulum deſcribat : quandoq; .a.g.e.linea per.b.b.lineam circulo mouebitur finito in tempore: omne enim tempus in quanto cœlum ipſum circulo latum eſt finitum eſt: & id ergo tempus: quod eſt ablatum: in quo ſecãs linea ferebatur : finitum erit:erit igitur principium quoddam quo primum.a.g.e linea.b.b.lineam ſecuit:quod quidem eſt impoſſibile, non igitur contingit circulo moueri infinitum. Quare nec mundum ipſum ſi infinitus eſſet.

Linea verbum ẽ ſuppletũ, quia non eſt in greco, ſed ī omnibus ītelligatur. Tempus verbum ẽ ſuppletũ ad ſenſum Ariſto.

G



℣ Conſtitutis igitur ſuppoſitionibus, nunc Ariſt.demonſtrat concluſionem predictã, vȝ ꝙ cœlum quod circulo mouetur.in.24.horis,non fit infinitum, & more geometrę deſcribit exemplum in puluere, in quo vis omnis demonſtrationis conſiſtit,& inquit.Sit itaq;.a.g.e.linea infinita tantum ex parte, vȝ illa,in qua eſt.e.vtpote finita ex parte centri,e quo proficiſcitur,infinita ex parte cõuexi ſiue dorſi ipſius cœli verſus quod ducirur per imaginationem, hoc conſtat per aduerſarium veritatis,qui aſſerit cœlum ex parte noſtra finitum eſſe, ex parte vero dorſi in infinitum protendi, hæc linea.a.g.e.in tota demonſtratione preſenti ab Ariſto.appellatur linea ſecans ſiue incidens,propter cauſam quam dicemus. ℣ Secundo dicit ſit vna alia linea,quę dicatur.b.b.vtraq; ex parte infinita, nam ad imaginationem tranſeat per centrum.a.& producatur vtraq; ex parte ad immẽſum verſus.b.b.ꝙ hæc ſit infinita vtraq; ex parte, patet ad imaginationem aduerſarij̃, qui ex parte noſtra cœlum aſſerit finitum ex parte dorſi infinitum,hæc linea in demonſtratione preſenti dicitur inciſa,ſiue ſecta,quia ponitur ſtans ac immobilis,vt dicemus. ℣ Tertio vult ꝙ.a.g.e.linea ſuper centrum.a.mota.in.24.horis orbẽ.e.b.b. totum deſcribens ab e.puncto lineam.b.b.totam pertranſeat,patet quia ſi ſuo motu totum orbem.e.b.b.ab ortu per me-

H


I ridiem & per occaſum in ortum rediens deſcribat, neceſſe eſt vt totã lineam.b.b.ſecet cum ſit ea, ſuper qua medietas orbis deſcribitur & poſita ſit ſtans ac imobilis, quibus patet lineam.a.g.e.dici ſecantem ſeu incidentem, quia ſecat.b.b immobilem, lineam vero.b.b.dici ſectam ſeu inciſam, quia ab ipſa.a.g.e.linea quæ mouet inciditur, hæc eſt tertia pars exempli, quæ non deſcribitur in puluere, ſed ſumitur tanq̃ deſcripta, vt patet in ſuo modo loquendi. ℣ Tunc ſyllogizat hypotetico ſyllogiſmo a primo ad vltimum ex deſtructione conſequentis inferendo oppoſitum antecedentis, in quo ſyllogiſmo ſupponatur vnum, quod in omnibus ſyllogiſmis huius partis ſupponitur: vȝ ꝙ cœlum ipſum, de quo eſt diſputatio nunc, in.24.horis ſaltem motu diurno moueatur: Intelligendo per cœlum totum ex omnibus orbibus aggregatũ, hoc enim Ariſto. ſupponit, vt conceſſum ab aduerſario, quia ſenſu perſpicuum eſt, tunc arguit, ſi igitur a.g.e.linea, quę dicitur in pręſenti demonſtratione linea ſecans ſeu incidens propter cãm dictam, ab.a.centro deducta K ad.e.partem per immenſum protenſa, circulum deſcribat.e b.b quia per aduerſarium in.24 horis orbẽ, perficit ab ortu per meridiẽ rediens ad ortum, vt etiam ſenſu patet, quandoq̃.a.g.e.linea per.b b.lineam circulariter mouebitur finito in tempore deſcribendo ſemicirculum.b.b.oppoſitum ſemicirculo.b.e.b.per punctum, quod ipſi.e.opponitur.

℣ Probat conſequentiam, vȝ ꝙ tempus quo.a.g.e.linea per tranſit.b.b.lineam ſit finitum ex ſuppoſitione prima, nam dicebatur a finito tempore finitum ſi abſtuleris, quod remanet.eſſe finitum. Cum igitur totum tempus quo.a.g.e.linea vniuerſum orbẽ deſcribit ſit finitum, quia in.24.horis, igitur pars huius temporis, qua pertranſit hanc lineã ſuper qua deſcribitur medietas orbis, erit finita, vt per ſuppoſitionem primam patet, hæc pars temporis eſt ablata a toto, mõ ſi totum eſt finitum, & ablatum, & quod remanet poſt ablationem finita erunt. Vltra ex hoc arguit, igitur erit aſſignare principium ex parte lineę tangentis & ſectæ, in quo L primum linea.a.g.e.lineam.b.b.ſecuit, tenet argumentum per id quod addebatur primæ ſuppoſitioni, vȝ ꝙ omne finitum habet principium & finem, eſt igitur totus ſyllogiſmus, ſi cęlum eſt infinitum, linea.a.g.e.pertranſibit lineam b.b.infinitam tempore finito Si tempore finito, igitur illius lineæ.b.b.dabitur principium & finis, tenet argumentum ex ſecunda ſuppoſitione, nam hęc tria quo ad finitudinem, infinitudinemue, ſe conſequuntur, vȝ tempus mobile & ſpatium, quare ſi tempus quo.a.g.e.linea pertranſit.b.b.ſit finitum, linea.b.b.habebit principium & finem.quod eſt impoſſibile, quia ponebatur infinita, cuius neq; principiũ neq; finem eſt aſſignare. ℣ Ex hoc infert propoſitũ et inquit. Nõ igitur poteſt infinitum moueri circulariter, & ita nec mundus poteſt moueri circulariter, ſi eſſet infinitas, hęc Ariſto.

℣ Quo vero ad verba attinet, debes ſcre in grȩcis codicibus ſcribi ſic, ſi igitur.a.g.e.linea incidens ab.g.centro circulum deſcribat, & reliqua, & puto eſſe corruptũ, quia cẽtrũ ponebatur.a. & nõ.g. ideo ſcripſimus nos, a cẽtro.a. alĩ vero textum enitũtur ſaluare, quod friuolũ ẽ, nihil faciens ad rem. M

AVERROES vero paucis mutatis format rationem ſic, & deſcribit circulum in puluere.b.t.h.qui ex parte

Quę auer. com. 36.



cõcaui et noſtra intelligatur finitus, ex parte vero dorſi atq; N cõuexi intelligatur infinitus ad imaginationem aduerſarij, qui cœlum hoc pacto aſſerit, huius centrum ſit.a.e.centro eiuſmodi linea deducatur.a.c.h.ex parte concaui atq; cẽtri finita, ex parte vero conuexi dorſiq; infinita, vt aduerſarius aſſerit. Secundo deſcribit aliam lineã extra centrum.a ab ipſo.b.in.t.quæ linea eſt.b.t.hæc non diuidit orbem in ſuas medietates, ſed in portiones, quarũ minor eſt.b.t. Maior vero.t.h.b.hanc Auer.chordam, vt vtatur modo loquendi geometrarum, qui lineas ſtabiles appellare ſolent chordas, hanc enim Auer.vult eſſe immobilem vel ſaltem motam non motu lineæ: a.c.h ſed contrario motu, que in noſtra expoſitiõe dicebatur ſecta, linea vero.a.c.h.appellatur ab Auer. linea exiens a centro ducta ad partem circuli in qua non eſt linea infinita omni ex parte quę dicitur chorda, ſed eſt ducta ad.h partem oppoſitã.t.b.parti.hanc Auer. intelligit moueri motu orbis, vȝ ab.h puncto verſus.b.& t rediens in.h.punctum, habes igitur in exemplo orbem.b.t. h.ſecundo chordam, quę eſt.b.t.immobilem, tertio lineam. O a.c.h.quæ mouetur motu orbis ab.h.per.b.& t.in.h.rediẽs.

℣ Tunc caſu deſcripto ſupponit vt conceſſum tam ab aduerſario, q̃ ad ſenſum notum, orbem ſic deſcriptũ, qui ponitur loco totius cœli, in.24 horis perficere ſuam reuolutionem. Item etiam lineam.b.t.infinitam eſſe vtraq; ex parte, quia ex quo cœlum ex parte dorſi eſt infinitũ, linea illa quæ ad oppoſita dorſa deducitur, vtraq; ex parte infinita relinquetur, his ſic acceptis deducitur ſyllogiſmus hypoteticus a primo ad vltimum hoc pacto. Si cœlum ſit infinitũ, quod. 24. horis circulariter ſuam agit reuolutionem, tunc linea.a. c.h.que circulariter motu cœli mouetur verſus.t.pertranſibit lineam.t.b.infinitam vtraq; ex parte tempore finito.

℣ Deducitur quoniam linea.a.c.h.redit ad eum punctum e quo incepit vtpote ad.h.24.in horis, vt ſuppoſuimus, ſed tempus quo pertranſitur maius, eſt maius tempore quo pertranſitur minus ab eodem mobili eodemq; motore regulariter mouente & eodem modo vt ex prima ſuppoſitione deducitur, igitur ſi linea.a.c.h.pertranſit totum orbem.24. P horis, pertranſibit portionem circuli.t.b.minori tempore, igitur tempore finito. Vltra quod pertranſitur tempore finito, eſt finitum per ſecundam ſuppoſitionem, quia tempus ſpatium & mobile ſeſe conſequuntur quo ad finitatem infinitatemue, igitur linea t.b.eſt finita, quia eſt pertranſita tempore finito, ſed omne finitũ habet principiũ atq; finẽ. Quare linea.t.b.quæ ponebatur infinita ẽ finita. Sed poſita erat infinita, igitur deductũ eſt ad impoſſibile. Quare primum antecedens eſt impoſſibile quod erat ponere cœlum infinitum, hæc Auer. ℣ Et addit Ariſto. vſum eſſe exemplo in puluere quod eſt argumentum notum ad ſenſum, & particulare, vt daret intelligere ſyllogiſmum vniuerſalem notum ad intellectum, dixit autem hæc Auer. quia poſſet opponi Ariſto. eum eſſe vſum demõſtratione ex ſingularibus, cui reſpõdet Auer. accepiſſe ſingularia loco vniuerſalium. Animaduerte ꝙ Auerroes aliter probat. t. b. pertranſiri tempore finito arguit enim ſic, pars temporis finiti, Q eſt finita, tẽpus quo.c.h.ptrãſit lineã.t.q.eſt pars tpis finiti quia eſt pars totius temporis quo pertrãſitur cœlum, quod tempus eſt finitum, quia.24.horis continetur. igitur tempus quo linea.a.c.h.pertranſit lineam.t.b.eſt finitum. ℣ Sed tunc Auer. remouet dubium, quia poſſet dici ꝙ Ariſtoteles vſus eſſet alia ſuppoſitione ab ea, quã poſuit ab initio, poſuit enim a finito tempore, finitum ſi abſtuleris, quod remanet, eſt finitum. at nunc accipit pars finiti eſt finita, quę eſt ſuppoſitio alia ab illa. Reſpondet ꝙ ſunt propinque, & quaſi vna virtute, & verum dicit. nam ex prima ſequitur ſecunda, a finito.n. finitum ſi auferas, quod relinquitur Vide.t. eſt finitum, hoc eſt quia pars finiti eſt finita. ℣ Tertio ani- cõ.40. maduerte Auerroem in calce commenti aliter deducere ſyllogiſmum. vt poſtea deducet Ariſto. arguit enim ꝙ his ſtantibus, tunc cœlum nunq̃ compleret reuolutionem ſuam contra ſenſum. deducitur, quia non poteſt cœlum cõplere

A plere reuolutionem ſuam, niſi linea.a.c.h.pertranſeat lineã t.b.ſed hanc pertranſire non poteſt,deducit,quia ſi pertranſiret, oporteret dare punctum primum in quo linea.a.c.h tangeret lineam.t.b.Sed hic punctus talis concurſus non eſt aſſignabilis,quia in magnitudine infinita nullus eſt dabilis primus punctus, & minime vltimus.igitur talis linea.t.b non eſt pertranſibilis, & per conſequens cœlum nunquam complebit reuolutionem ſuam, & dicit Auerroes hanc eſſe aliam demonſtrationem a predicta ideſt ab ea quam prima forma cõpoſuit, & vtetur illa Ariſtoteles poſtea, vt dicemus.Ecce q̃ Auer. quaſi trifariam demonſtrationem formauit.tamen Ariſtoteles(vt mihi videtur)proceſſit, vt nos deduximus.

Textu cõmenti.40.

¶Preterea & ex his perſpicuum erit infinitum moueri non poſſe. Sit enim linea.a.finita lata iuſta.b. lineam finitam, neceſſe igitur &.a.ab ipſo b.&.b.ab.a. B abſolui ſimul. Quantum.n.alterius altera occupabit, tantundem etiam altera illius.

Mota finita ſuperpoſita A

B Suppoſita quieſcens finita

¶Nunc ponit tertiam demonſtrationem,& more geometræ proponit concluſionem,& inquit.Præterea & ex his, quæ modo adijciemus perſpicuum erit infinitum corpus moueri nõ poſſe,hæc eſt concluſio. ¶In quibus verbis Aue. dicit demonſtrationem hanc tertiam eſſe vniuerſaliorem, cum Ariſtoteles intendat probare non ſolum moueri non poſſe infinitum corpus ſphęricum circulari motu, ſed vel nec aliquod corpus infinitum quouis motu Et ita demonſtratio hęc vniuerſalior eſt cæteris duabus.Deinde more geo C metræ etiam conſtituit ſuppoſitiones, & prima eſt vt ſint duę lineę.v3.a.&.b.ſintq; ambę finitæ.ſitq;.a.linea ſuppoſita.b.vero ſuppoſita,&.a.moueatur prope.b.quieſcentem, vel.b.moueatur &.a.quieſcat.hoc enim nõ refert,quo caſu ſtante ſuppoſitio eſt q̃ ſimul & a.linea ab ipſa linea.b.&.b ab ipſa linea a.abſoluetur,ita q̃ ſimul inuicem ſeparabuntur.Cuius ſuppoſitionis cauſa eſt, quia quantum altera alterius occupabit ſuo motu,tantundem altera illius ſua quiete occupabit etiam.quare tandem diſiungentur.hæc eſt ſuppoſitio,hęc etiam & concluſio.

Aue. Quę cõ.37.

¶Si igitur ambæ in contrarium moueantur: citius diſiungentur. Sin autem prope manentem feratur: tardius. Modo quæ prope mouetur, eadem celeritate feratur.

Finita mota. A

D B Finita mota.

¶Sed poſſet queri ſi linea.a.mota.prope.b.ſimul abſoluentur b.quieſcente nunquid vtriſq; motis econtrario, vtpote a.verſus.b.&.b.verſus.a.ęque ſimul abſoluentur.hoc enim non temere eſt dubitatione dignum, quia non videtur in ſimultanea abſolutione magis & minus inueniri, & ita videbitur illas ęque ſimul abſolui ſiue ambæ econtra moueantur, ſiue altera moueatur. Altera vero maneat. Reſpondet Ariſtoteles q̃ vna conditione ſeruata tales lineæ ſic in contrarium motę citius abſoluentur quàm ſi ſolum altera moueretur, & altera maneret, dico vna conditione ſeruata. v3 q̃ altera quæ mouetur, vniformiter ſemper, & æque celeriter moueatur, vbi enim.a moueatur ęque celeriter ſemper &.b. maneat, tardius.a &.b.lineæ abſoluentur. Vbi ambę moueantur in contrarium etiam ęque celeriter citius abſoluentur, non ſeruata vero vniformitate eſſet imaginarium altera mota & altera manente abſolutionem fieri ęque velocem ei que fieret vtriſq; etiam motis. Quare vtriſq; motis in contrarium modo ſeruetur regularitas in motibus, citius abſoluentur ſemper. Citius dico in duplo, quia.a.manente.b.abſoluetur ab ipſo.b.verbi cauſa.in hora.vbi vero.b.ipſum moueretur æquali velocitate qua mouetur.a. abſolueretur in medietate horæ.vt patet calculanti, & licet ſolutio huius dubij non ſit ſatis neceſſaria ad propoſitum, tamen eſt res hęc dubitatione digna, propterea obiter dubium huiuſmodi Ariſtoteles remouit. Ex quibus patet aliqua poſſe citius tardius ſimul abſolui.quare ſtat aliqua ſimul abſolui, quæ citius & tardius poſſunt ſimul abſolui. ¶Quo vero ad verba attinet Ariſtoteles locutus eſt illatiue dicens. Si igitur in contrarium moueantur & reliqua,quia iſtud quod adiecit, eſt ad ſuppoſitionem ſequens. Sequitur enim ſi.a.mouetur prope.b.lineam quieſcentem vniformiter in hora.b pertranſeundo atq; ab ſeſe diſiungendo,vbi ambę æqua celeritate ferantur,in dimidio horę abſoluentur,& propterea vſus eſt illationis nota.

Neceſſitas dubij. Excerptum.

E

F

¶Verum illud eſt perſpicuum impoſſibile eſſe vt finito in tempore quicq̃ tranſeat infinitum. Tranſibit igitur in tempore infinito.demonſtratum eſt enim hoc prius in his:quę de motu.

¶Sunt qui volunt Ariſtotelem hic ponere ſecundã ſuppoſitionem,quod diſſonat modo loquendi Ariſtotelis, qui aduerſatiue loqui videtur. ¶Propterea melius Simplicius (vt Expoſitor ſectatur)vult Ariſtotelem ſuppoſitionem quam fecerat in lineis finitis, transferre ad lineas infinitas. fuit enim ſuppoſitio q̃ ſi ſint duæ lineę.a.&.b.ſuperpoſitæ,&.a. iuſta.b.feratur,hæ inuicem abſoluent.transfert igitur ſuppoſitionem hanc ad lineas vel ambas infinitas, vel ad eas quarum una ſit finita,altera infinita et dicit ſi fuerit.a linea finita &.b. infinita, feraturque.a.prope.b. quieſcentem, etiam ſimul diſiungẽtur. ſuppoſitio igit̃ dicta habet locũ in lineis ſiue finitis, ſiue infinitis, non tamen eadem ratione,quia linea.a.finita pertranſibit .b. finitam, ab ea ſe diſiungendo tempore finito,linea .a. finita pertranſibit.b.infinitam tempore infinito ab ea ſe diſiungendo. Quare ſuppoſitio eundem locum habet in vtriſque, licet non ſeruato eodem tempore, vt dictum eſt. Ariſtoteles igitur non explicat hanc ſuppoſitionem in lineis infinitis quia vult illam intelligi,ſed tantum addit differentiam inter dictam ſuppoſitionem quando applicatur lineis finitis, & quando applicatur infinitis,& lege ſic dico ſuppoſitionem dictam eſſe veram in lineis finitis & infinitis,verum illud eſt perſpicuum impoſſibile eſſe vt finito in tempore quicquam .i. linea finita tranſeat infinitum .i. lineam infinitam, tranſibit igitur in tempore infinito,ut in .6. demonſtratum eſt phyſicorum.ſic igitur dicta ſuppoſitio locum habet utriſque in lineis & finitis & infinitis,modo ſeruetur dicta differentia ex parte temporis.hęc eſt Simplicij & expoſitoris(ut mihi videtur)expoſitio, licet obſcure loquantur. ¶Siquis autem ſuppoſitiones haſce duas eſſe voluerit,dicerem eiuſmodi ſuppoſitiones eſſe vnam generatim, duas vero ſpeciatim, generatim quidem, accipiendo lineas, & non deſcendendo ad ſpecies linearũ,ſpeciatim vero deſcendẽdo ad ſpecies,nam deſcendendo ad finitas, erit potentia ſuppoſitio,deſcendendo ad infinitas erit ſecunda ſuppoſitio.

Quę Gaietanus. Alia expoſitio.

G

H

Queſtio prima expoſitio habet locũ.

¶Intereſt autem nihil finita prope infinitam feratur. An infinita prope finitam nam cum hæc prope illam moueatur.Et illa per hanc tranſibit, ſimiliter & ſi moueatur,& ſi non moueatur.

¶Occurres dicta ſuppoſitio habet locum in lineis finitis, & in lineis infinitis, vtrum eodem modo abinuicem diſiungantur,ſi finita moueatur prope infinitam,infinita manente,an infinita moueatur prope finitam finita manẽte. Se-

I cundo occurres vtrum abſoluantur vtriſque motis, ſicut al tera mota tantum. Reſpondet & inquit. Intereſt autem ni hil finita prope infinitam feratur infinita quieſcente. an infinita prope finitam finita v3 manente. nam cum hæc infinita prope illam moueatur, & illa per hanc tranſibit, igitur refert nihil ad abſolutionem dictarum linearum ſiue finita moueatur, ſiue infinita modo ſemper altera maneat. ¶ Secundo reſpondet ad ſecundum, & inquit. Similiter ſi moueatur, & ſi non moueatur, ſiue enim vterque moueantur, ſiue altera dumtaxat, ſemper tandem altera ab altera abſoluetur. Refert igitur nihil quo ad dictam linearum ſeparationem, ſiue finita moueatur, ſiue infinita ſiue vtraque contra ferantur, ſiue altera tantum. ſemper enim tandem abinuicem abſoluentur, ſed (vt dictum eſt) non eodem modo de finitis, & de infinitis dicta abſolutio intelligitur, de finitis ſiquidem tempore finito, de infinitis vero tempore infinito intelligitur. hæc Ariſtoteles vt exponunt græci &
K docte vt mihi videtur.

¶ Verum ſi moueantur ambæ citius abſoluentur.

¶ Dixit dictas lineas abſolui ſi vterq; moueãtur, et ſi altera tantum. dices vtrum eadem ratione. Reſpondet q̃ non eadem ratione. Nam non æque ſimul, vbi enim altera mouetur tantum, tardius altera ab altera diſiungetur, vbi vterque contraferantur citius abinuicem abſoluentur, & ita non eadem ratione.

¶ Quanq̃ nihil prohibet eã interdum quæ prope quieſcentem mouetur: citius pertranſire: q̃ prope contra motam, ſiquis eas quidem quæ contra mouentur: vtraſq; ferri tarde poſuerit, eam vero quæ prope quieſcentem mouetur: multo celerius illis ferri. nullum igitur ad rationem impedimentum erit: ſi contra quieſcentem altera moueatur: ex eo quia contingit motam quidem eam quæ eſt. a. prope motam eam quæ eſt. b. tardius pertranſire.

L a finita


b finita

¶ Occurres & recte, pono per caſum q̃. a. moueatur velocitate vt octo ſupra. b. quieſcentem, centrum eſt q̃ certo breui tempore. a. pertrãſibit. b. Vlterius pono per caſum q̃ ſi vtraque cõtraferãtur. a. moueatur velocitate vt duo. b. ſimiliter velocitate vt duo, totus motus abſolutiuus erit velox vt quatuor. patet q̃ iſte ſic motę in duplo tardius abſoluentur. igitur ſtat cõtra latas tardius abſolui, q̃ ſi altera moueatur tantum. Quare. que dicta ſunt non recte dicta ſunt. ¶ Reſpondet concedendo totum. Nam ſiquis ſic imaginatus fuerit, etiam debet concedere. a. citius abſolui a. b. quieſcente, q̃ a. b. motu. intelligebatur enim dicta ſuppoſitio (vt dictum eſt) ſeruata ſemper paritate in velocitate. Vbi autẽ non ſeruetur paritas in velocitate, totum quod dictum eſt, erit concedendum. & proptera. reſpondendo dicit nullũ igit ad rationẽ impedimentũ erit, ſi cõtra quieſcentẽ altera mo
M ueatur, dico nullũ impedimentũ ad rationẽ eẽ ex eo quia cõtingit motũ quidẽ eã quę eſt. a. ppe motã eã quę ẽ. b. tardius pertranſire. nam ſiue. a. tardius ſiue celerius ab ipſo. b. abſoluatur, ſemper ſuppoſitio facit ad rationem dicendam, modo ſupponatur illas aliquando fore abinuicem abſoluẽdas. Hæc de ſuppoſitione.

Finitum.

Minimũ. Circunferentiam ẽ verbũ additũ ad ſenſum Ari.


¶ Si igitur tempus quo finita linea mota abſoluitur: infinitum ſit & tempus quo infinita perfinitam moueba-tur: infinitum eſſe etiam neceſſarium ſit. Impoſſibile erit profecto infinitum moueri penitus. Nam tempus fiat infinitum & neceſſe eſt etiam ſi per finitum moueatur. At cœlum circuit atq; conuertitur totum in orbem finito in tempore, vt totam eam tranſeat circumferentiam quæ eſt intus. v3. a. b. finitam. Impoſſibile igitur eſt, infinitum eſſe: quod circulo mouetur.



¶ Vt diximus, Ariſtoteles vnam fecit ſuppoſitionem, quæ, ſpeciatim poteſt ad duas reſolui. nunc ſupponit tertiam vel melius, quæ dixit in lineis rectis, applicat ad circulares. & vt intelligatur hæc ſuppoſitio in circularibus, ſit orbis. d cuius cõuexum ſit infinitum, vt tenet aduerſarius veritatis. & circumferentia. a. b. finita, quia aduerſarius veritatis tenet cœlum eſſe finitum ex parte concaui. Tunc ſit ſuppoſitio q̃ orbis. d. circuendo circa centrum. c. pertranſibit. a. b circunferentiam finitam tempore infinito, ſiue talis circunferentia intelligatur immobilis, ſiue contra moti, vt eſt veritas. Nam. inuentũ eſt orbes inferiores contra moueri primo mobili. hæc ſuppoſitio patet per precedentes, nam linea infinita non poteſt abſolui a finita niſi tempore infinito. & e contra etiam, ſiue illa moueatur, ſiue quieſcat. quare orbis. d. peragrabit nunq̃ circunferentiam. a. d. niſi tẽpore infinito. Hęc eſt tertia ſuppoſitio, vel (vt rectius dicam) eſt vna, P
que infinitis circularibus eſt applicata. His habitis. Ariſtoteles arguit hypothetice deducendo ſyllogiſmum cõtra ſenſum, & inquit. Si igitur tempus quo finita linea mota abſoluitur ſupple ab infinita, ſit infinitum, vt ſuppoſuimus, & tempus etiam quo infinita perfinita mouebatur, infinitum eſſe neceſſarium ſit, vt etiam ſupponebamus, impoſſibile erit profecto infinitum corpus moueri penitus. Nam ſiue ſit corpus rectum, vt elementum. ſiue ſit circulare, vt cœlum. tempus que tale corpus moueretur, fiat infinitum neceſſe eſt, etiam ſi infinitum moueretur per finitum, quanto magis ſi per infinitum moueretur. Conſequentia tenet ex ſuppoſitionibus, nec illam probo aliter. Oſtẽdit hoc aduerſarij ſenſibus, & inquit. At cœlum circuit, atq; conuertitur in orbem totum finito in tempore. vtpote ſpatio. 24. horarũ, vt ſenſus oſtendit. dico q̃ conuertitur in orbem. 24. horis, ita vt orbis ſupremus, quod eſt principium mobile, totam eam tranſeat circunferentiam, que eſt intus. v3. a. b. finitam Q
dicto tempore de corpore recto non oſtendit aduerſari ſenſi Ratio breuis
bus. quia conſtat. Si. n. cœlum. 24. horis conſtat moueri, etiã ſenſibus patet elementum nullum poſſe ferri niſi tempore finito, cum omne elementũ intra cœlum cõtineatur. ¶ Tunc vltimo. addit ppoſitũ et inquit. Impoſſibile igit eſt infinitũ eẽ: quod circulo moueẽ. et tota ratio deducit ad breuia ſic: ſi, cœlũ ex parte orbis ſupmi eẽt infinitũ, & ex pte orbiũ cõtẽtorum finitum, vt dicit veritatis aduerſarius, orbis. d. ſupremus tempore infinito peragraret. a. b. orbes contentos, ſiue illi intelligantur mobiles contra primum, ſiue immobiles, ſed hoc eſt contra ſenſum. nam cœlum orbes illos immobiles peragrare. 24. horis conſtat ſenſibus, quare cœlum omni ex parte finitum eſſe neceſſe eſt. videtur igitur ex dictis vnam tantum Ariſtotelem feciſſe ſuppoſitionem, quæ primo fuit declarata in lineis rectis finitis, poſtea in lineis rectis infinitis, & demum in circularibus. Contra Gaie.

A AVERROES vero hunc locum confuſit, verũ quia noſtro tempore homines nimium barbarie ipſius affi-
Que Aue. com. 38. ciuntur, eſt etiam in his quę dicit non nihil fructus, pro-
pterea quæ hic dicit, clarioribus verbis, quibus poſſumus, referre enitemur. Auerroes itaq; mul-
Prima ſup poſitio. tas facit ſuppoſitiones, quarum prima eſt in prę cedenti commento videlicet, linea ſeu magnitudo finitã pertranſit finitam tẽpore finito. Secunda eſt cõuertens p contrapoſitionẽ vtpote linea non finita ptranſit finitã tempore non finito, quæ æque pollet huic videlicet, linea ſeu magnitudo infinita pertranſit finitam tempore infinito. Hæc igitur ſuppoſitio tenet, vt dicit Auerroes, quia eſt
Secunda ſuppoſitio. ex conuerſione per contrapoſitionem primæ. Quare ſi con-
B tingit lineã infinitam moueri prope finitam illam peragrando, ab illa non contingit ſeparari niſi tempore infinito. non contẽtus Auerroes dicta probatione, quæ fit per contrapoſitionem, probat ſecundo illam ſecundam ſuppoſitionem ſyllogiſmo diuiſiuo, ſic, Si linea infinita peragrabit finitã, aut tempore finito ab illa diſiungetur. aut tempore infinito. non tempore finito, vt. 6. phyſicorum eſt probatum igitur tempore infinito. ℣ Auerro. obiter aſſignat tres cauſas cur
Cur liber phyſicorũ dicitur de motu liber phyſicorum ſolet dici de motu liber. prima eſt, quia
C omnia ordinantur ad motum vt ad finem. quia primus & ſecundus ſunt præparationes ad tertium, cum ſint de principijs motus. tertius vero eſt de definitione motus. atq; infinito, quod eſſe mobile exiſtimatur quartus de loco, qui eſt finis motus. de tempore, quod eſt menſura motus, de vacuo, quod eſt finis exiſtimatus motus. quintus eſt de diuiſione & ſpeciebus motus. ſextus de paſſionibus atq; proprijs motus. ſeptimus de motu æterno atq; efficiente motum. octauus demum de motu ęterno, atq; primo motore. finis igitur libri phyſicorum eſt motus. cum quicquid in illo conſideretur, ad motum ſpectet. Secunda cauſa eſt, qa maior pars eſt de motu, vtpote a tertio libro vſq; ad finẽ, quia (vt Themi. dicit) primus & ſecũdus nõ de motu, ſed de principijs motus ſunt. inſcribitur igitur totus liber de motu, quia a p̃dominãte fieri debet denominatio. tertia cauſa qua re liber phyſi. eſt de motu, eſt propter hæc duo, vtpote, & qa maior pars eſt de motu, et quia omnia quę in eo libro tractã
Dubtatio. Solutio. tur, admodũ habent rationẽ. ℣ Occurres quia non videt poſſe ſeparari lineam infinitam a finita, quia quod ſeparatur
D tempore infinito, non ſeparatur. Intelligas ſuppoſitionẽ hypothetice, vtpote ſi contingat talẽ infinitã lineam ſeparari. Nã vbi cõtingat ſeparari, ſeparabitur tẽpore infinito. Sic. n. hypothetice intellecta hęc ſuppõ deſeruit demonſtrationi dicendę, vt videbitur. Ex his patet ſecunda ſuppoſitio. Quo vero modo Auer. ſyllogizat, nõ clare conſtat. ℣ Verum anteq̃
Cõſideratio verborum Auerrois in ſuis trãſlatiõibus, ſyllogiſmũ conficiat, verba Ariſ. perlibrat, dicunt. n. eius trãslationes. Reuertamur ergo & dicamus ſi illud tẽpus eſt infinitũ, in quo pertranſit motus finitus in motũ infinitũ, & ſeparabitur ab eo, & quo iuit motus infinitus, & pertrãſiuit motũ finitũ. Tunc partes eius ſunt infinitæ neceſſario. Hæc ſunt verba ſuę trãslationis. Vbi primo dicit Ariſ. per motũ intelligere mobile, non. n. motus ptranſit in motũ, ſed eſt quo mobile pertrãſit ſpatiũ, & per immotũ intelligit ſpatiũ permanẽs. Secũdo per partes intelligit partes motus uniuerſaliter, eſt igitur ſenſus verborũ apud Auer. ſi tẽpus eſt infinitũ, quo mobile finitũ pertranſit ſpatium infinitũ permanens diſſecando E
ſe ab illo, & quo mobile infinitum ſpatium peragrat finitum, tunc partes eius ideſt motus erunt infinitæ. tenet conſequentia (licet ipſe non probat) quia infinitum non reſultat niſi ab infinitis numero et magnitudine. Si igitur tempus eſt infinitum, motus etiam illorum erit infinitus, & ſi motus eſt infinitus, partes eius motus erunt numero & quantitate infinitæ. Hæc eſt prima expoſitio videlicet q̃ per partes eius, intelligat partes motus. ℣ Aliter exponit, & vult per partes eius, partes mobilis. Si enim mobile ẽ infinitum, partes eius erunt numero, & magnitudine infinitę. Quod ſi dicas non eſſe verum in cœlo. Reſpondet q̃ ſecundum aduerſarios cœlum ex parte conuexi eſt infinitum ſaltem, licet finitum ex parte concaui. Quare partes mobilis ſaltem aliquæ ſunt infinitæ, quod ſufficit ad rationem. ℣ Ex his expoſitionibus col
Tertia ſup poſitio. ligitur tertia ſuppoſitio, videlicet q̃ ſi aliquod mobile eſt in
F finitum, partes eius motus, vel eius mobilis ſunt infinitæ, & quia hæc ſuppoſitio eſt gemina, prout verbum illud partes eius, poteſt referri ad partes motus, & ad partes mobilis, propterea bifariam deducit rationem Ariſtotelis iuxta igitur ſecundam interprætationem qua verbum illud partes eius referebatur ad partes mobilis, ſyllogizat ſic, ſi cœlum eſt infinitum, partes cœli ſaltem cõuexales erunt infinitę, iuxta tertiam ſuppoſitionem ſecundo loco expoſitam. Cœlum eſt infinitum & aliquæ eius partes ſaltem conuexales. igitur totum cœlum, & eius conuexum pertranſibunt orbem medium intra ipſum intellectum vel conuexum terræ, tempore infinito. Immo totum cœlum pertranſibit totum illum orbem intracluſum vel totam terram tẽpore infinito, & pars cœli vtpote conuexum partem illius orbis vel terrę puta illius conuexum etiam tempore infinito. Vltra ſequitur q̃ totus mundus erit infinitus, & quęlibet eius pars, quod intelligo quo ad motum, hoc eſt contra ſenſum. nam ſenſu videtur cœlum & eius conuexum. 24. horis peragrare orbem intra cluſum, vel terram, ſi ille eſt immobilis, vel ſaltem ſi mobilis G
in contrarium in paulo maiore tempore. Addit q̃ hęc expoſitio qua per partes eius intelligit partes mobilis eſt conuenientior poſtea dicendis. Prima vero qua per partes eius intellexit partes motus eſt conuenientior verbis textus. Addit autem verba poſtea dicenda quę ſunt illa videlicet. Manifeſtum eſt igitur q̃ corpus. Et reliqua, quibus ſecunda expoſitio videtur valde conuenire. Hæc Auerroes quo ad primum modum legendi verbum illud partes eius, et de primo ſyllogiſmo iuxta illius expoſitionem. ℣ Si vero verbum partes eius referatur ad motum, tunc ſyllogizat ſic, ſi cœlum eſt infinitum, tunc corpus infinitum ſecabit finitum tẽpore infinito. ſi ſic ergo pars corporis infiniti ſecabit partem illius finiti tempore etiam infinito, vtputa conuexum infiniti tum ſecabit conuexum intracluſi orbis vel terrę tempore infinito. Nam proportio infiniti ad totum orbem intracluſum & ad eius partem videlicet eius conuexum eſt eadem proportio. Vltra igitur motus totius cœli eſt in tempore infinito. & motus eius partis videlicet eius conuexi. at hoc eſt con H
tra ſenſum, cum totus motus & eius pars non ſit maior. 24. horarum. differunt autem hic ſyllogiſmus a primo, quia hic deducit ad infinitatem totius motus, & eius partis. & per hoc deducit ad illud quod eſt contra ſenſum. Primus vero deducit ſine hoc ad id quod eſt contra ſenſum, quæ eſt parua differentia. & iuxta hunc ſecundum ſyllogiſmum legit literas Ariſtotelis ſatis bene, replicando ſyllogiſmum factum iuxta primam expoſitionem. demum notat ſyllogiſmum literę poſſe vniuerſaliter, & particulariter confici. Vniuerſaliter quidem conficitur, ſi concludetur vniuerſaliter nullum corpus infinitum poſſe moueri, & per conſequens nullum corpus infinitum eſſe. particulariter vero ſi concludetur cœlum non poſſe moueri ſi eſt infinitum. demonſtrationem uniuerſalem nec Ariſtoteles fecit, nec per ſe expreſſit. poteſt tamen ex dictis ſic confici, ſi aliquod corpus infinitum daretur vel eſſet rectum, vel circulare. Si rectum, oportet vt moueatur, vel igitur tempore finito, vel tempore infinito. Si tẽpo-





Primus ſyllogiſmus.

re infinito moueretur. igitur etiam tempore finito mouebitur. ſicut omne quod moueretur in anno. etiam in die mouebitur, & quod in die, etiam in hora. igitur quod tempore infinito: etiam tempore finito mouebitur. Sed hoc eſt impoſſibile, quia infinitum totum occupans tempore finito moueri non poteſt, vt. 6. phyſi. eſt dictum. nec dari poteſt tale corpus moueri motu & tempore finito, quia tunc moueretur ſupra ſpatio finito, quod eſt impoſſibile. non poteſt igitur eſſe corpus rectum. quod vero non ſit circulare, deductum eſt, quia cœlum eſſe non poteſt infinitum, nam pertranſiret aliquam magnitudinem tempore infinito, quod eſt contra ſenſum. Nam. 24. horis moueri videtur. Sic igitur vniuerſaliter & particulariter patet nullum corpus infinitum poſſe moueri, & ita nullum corpus infinitum eſſe. ¶ Sed occurres, quia cœlum mouetur tempore infinito, quia æterno motu. & tamen eſt mobile finitum. igitur non oportet motum correſpondere mobili quo ad finitatem infinitatem ve. Præterea imaginor circa terram & omnes orbes: quos ponit Ariſtote. orbem moueri ab occaſu in ortum in duplo tardius. 9. orbe, et alium adhuc in duplo maiorem moueri in duplo tardius. 10. & 12. adhuc in duplo maiorem moueri in duplo tardius, & ſic in infinitum igitur poteſt aduerſarius dicere eſſe orbem ex parte conuexi cœli infinitum qui proprio motu infinite tarde moueretur. ¶ Ad hæc dico ꝙ licet motus diurnus ſit infinitus replicatione et ſecundum ſpeciem. tamen eſt finitus ſecundum indiuiduum, eſt enim in. 24. horis. In his. n. cœlum prꝯciſe complet reuolutionem diurnam. & ſuper hoc Ariſtoteles fundauit demonſtrationem, nam ſi cœlum. 24. horis complet reuolutionem, non poteſt moueri niſi ſupra ſpatio finito & tempore finito. igitur eſt finitum. Ad ſecundum dicerem illud eſſe imaginarium, ſed non verum, quia ſecundum rei naturam omne quod mouetur, aliquando erit motum illo motu, quo mouetur ſaltem ſecũdum indiuiduũ. aliter motus ille eſſet fruſtra: cum nunquam ad finem veniret. Prꝯterea talem motum tardiſſimum in infinitum phyloſophi non poſſunt ponere, quia omnem motum cœli ponũt propter motum ſtellæ. at nulla ſtella eſſe poteſt faciẽs ad uniuerſi conſeruationem, quę motu infinito mouetur. igitur licet illud ſit imaginarium, tamen in re nihil eſſe poteſt. Hęc colliguntur ex commento. ¶ Tu vero ſcias ea quę Auerroes hic dixit eſſe nugas, nam ea perlibrat in textu, quæ in codicibus græcis non inuenimus. Præterea multiplicat ſyllogiſmos & ſuppoſitiones & expoſitiones ad ea, quæ non reperiũtur in codicibus grꝯcis. propterea tu conſidera quæ diximus: nam ſunt dicta ad mentem grꝯcorum expoſitorum.

¶ Præterea quemadmodum linea ex ea parte qua finis eſt: infinita eſſe non poteſt: niſi ad longitudinem. & ſuperficies ex ea parte qua finis ſimiliter infinita eſſe nõ poteſt. Cum autem fuerit terminata: nulla ex parte eſt infinita: veluti nec quadratum nec circulum nec ſphæram infinitum dixeris: quemadmodum nec pedale infinitum.

¶ Hæc eſt quarta demonſtratio, cuius ſupponit nullum circulum & nullam ſphæram eſſe infinitum, & ſyllogizat ſic, nullum terminis clauſum eſt infinitum. Circulus & ſphæra eſt omni ex parte terminis clauſus. igitur nec circulus, nec ſphęra eſt infinita. Maior deducitur, nam linea ex ea parte qua ipſis terminis clauditur, non eſt infinita. ſuperficies ſimiliter ex ea parte qua terminis clauditur minime eſt infinita, & de cæteris id genus ſimiliter. igitur vniuerſaliter nullum terminis clauſum eſt infinitum. Minorem non poſuit, videlicet ſed ſphæra terminis clauditur, quia intelligitur, ſed ſubſcribit concluſionem per verbum, veluti quod eſt nota ſimilitudinis. Tu vero lege per verbum illationis, nam verbum illud, veluti, vim habet illatiuam. lege igitur, nec quadratum nec circulum, nec ſphæram infinitum dixeris quemadmodum nec pedale infinitum dices. eſt igitur concluſio. ſphæra non eſt infinita. ¶ Animaduerte tu me multa mutaſſe, & plura adiiciſſe, ad ſenſus explicationem, quæ quia notaui in lateribus textus, tu conſidera. Quo vero ad verba attinet, circulus & ſphęra differunt. nam circulus eſt in ſuperficie. ſphæra in corpore propterea circulus eſt ſuperficialis & ſphęra corporea figura relinquitur igitur ex his ſuppoſitio. v3 ꝙ ſphęra non eſt infinita.

¶ Si igitur neq; ſphæra, neq; quadratum, nec circulus eſt infinitus: atq; ſi circulus non eſt: latio circularis non eſt: & ſimiliter ſi circulus infinitus non eſt: latio circularis infinita non erit. Sed circulus infinitus non eſt. igitur corpus infinitum circulo mouebitur nunq;.

¶ Hac ſuppoſitione ſtante ſyllogizat hypothetice ſic, ſi ſphæra & circulus & quadratum non eſt infinitus. Motus circularis non poteſt eſſe infinitus. probatur in textu, quia ſicut ſi non eſt circulus non poteſt eſſe motus circularis, ita ſi non ſit infinitus circulus, non poteſt eſſe infinitus motus circularis. igitur valet ſi ſphęra & circulus non eſt infinitus. Motus circularis non poteſt eſſe infinitus. Tunc ponendum eſt antecedens ſed circulus infinitus non eſt, vt ex ſuppoſitione habetur. Immo nec ſphæra, nec quadratum. igitur motus circularis infinitus eſſe non poteſt. Tunc vltra. Si circularis motus non poteſt eſſe infinitus, nullum corpus infinitum poterit moueri motu circulari infinito. Hæc patet, quia motu qui nec eſt, nec poteſt eſſe, nullum corpus moueri poteſt. Probatum eſt autem motum circularem infinitum nec eſſe, nec poſſe eſſe. igitur tali motu nullum corpus mouebitur. Tunc ſequitur concluſio videlicet ꝙ nec cœlum poteſt tali motu infinito moueri, quod erat intentum. dicit ſi igitur neq; ſphæra, neq; quadratum, neq; circulus eſt infinitus. hoc eſt antecedens, cui deberet coniungi illud conſequens videlicet, latio circularis infinita non erit. verum interponit probationem. & dicit atq; ſi circulus non eſt, latio circularis non eſt. igitur ſimiliter ſi circulus non eſt infinitus, latio circularis infinita non erit. ecce hæc eſt maior hypothetici ſyllogiſmi, & eius probatio. dat Minorem, & inquit. ſed circulus infinitus non eſt. Huic minori deberet addi concluſio v3. igitur motus circularis non eſt infinitus. ſed non addit ſed ſubiungit conſequens ad illam concluſionem videlicet. igitur corpus infinitum circulo mouebitur nunquam. ſequitur enim ſi motus circularis non eſt infinitus, corpus infinitum non poteſt moueri motu circulari infinito, vt fuit deductum. tacuit vero concluſionem principalem videlicet cœlum non poſſe eſſe infinitum, quia eam poſuit a principio. ¶ Quo vero ad verba attinet debes ſcire ꝙ ſermo Ariſtotelis eſt abundus, addit enim ſphæram & quadratum non eſſe infinitum, quod ſuperfluit ad ſyllogiſmum. verbum illud additum eſt ad pleniorem intelligentiam, vt habeatur omne figuratum, eſſe finitum. & quaſi poteſt fieri alius ſyllogiſmus hoc pacto omne figuratũ finitũ. Cœlum figuratum. Cœlum finitum. Qua ratione Ariſto. dediſſet vnam rationem, & alteram indicaret. ¶ Auerro. autem rationem hanc aliter componit. Ad cuius euidentiam ſupponit duo, ſed ut ſuppoſitiones intelligantur, notat in commento ꝙ duplex eſt figura ſuperficialis, v3, & corporalis, ſuperficialis clauditur vna linea, vt circulus, vel pluribus, vt triangulus, vel quadrãgulus, & cæteri id genus. Corporalis vero clauditur ſuperficie vna, vt ſphæricum ſolidũ, vel pluribus, vt corpus quadratum, vel cubicum. ¶ Hoc notato, ſupponit primo ꝙ tam linea q̃ ſuperficies poteſt eſſe una ratione finita, altera vero infinita, ex parte quidem generis infinita, nam ratione longitudinis, quæ eſt genus lineę, & latitudinis quæ eſt genus ſuperficiei, non repugnat lineę infinitudo, & ſuperficiei, ratione vero differentię, repugnat, eſt. n. differentia lineæ, cuius extrema ſunt duo puncta, ſuperficiei vero, quæ lineis clauditur, & ſic ex parte generis nulli horũ repugnat infinitudo, ex parte differentiæ vero repugnat. ¶ Secundo ſupponit nullum figuratum poſſe eſſe infinitum, niſi ex parte generis, vtpote vt quantum, nam vt figuratum infinitum eſſe non poteſt, quoniam ſiue figuratũ ſit ſu-

Dubõ.

K

L

Qualis ſunt quę Auerro. dicit hic.

Ex ea parte qua Cuius.

niſi

M

Sed ſi qui dem

Infinita uerbũ ſupletum.

Nec, non eſt in græco ſed ſenſui intelligitur

dixeris eſt verbũ ſupletum.

Ex ea parte qua vel cuius.

Infinita ẽ verbũ ſupletum.

N

Circulus, ſphęra.

Sed Latio circularis verbũ eſt additum.

O

P

Quæ aue. cõmẽ. 39.

Q


A ſit ſuperficiali, ſiue corporali figura, quatenus figuratum, terminis ſemper clauditur, ponitur autem ſecunda ſuppoſitio apud Auerro. in textu ſuo parte illa. Tūc.n.eſt impoſſibile. ℣ Ex his duabus ſuppoſitionibus vult Auer. Ariſto. ſyllogizare ibi. Si ergo neq; orbis. Et ſyllogiſmus (vt mihi videt) apud ipſum ſic componitur nullum figuratum eſt infinitū. Cœlum eſt figuratum, quia ſphęricum igitur cœlum nō eſt infinitum. Maior patet ex ſuppoſitionibus, dictum eſt.n. figuratum, vt figuratum, non poſſe eſſe infinitum, niſi ratione generis. Vltra, ſi cœlum non eſt infinitum, ſequitur nullū infinitum eſſe mobile motu circulari, quia ſi aliquod eſſet, maxime eſſet cœlum vt dictum eſt. Hęc eſt demonſtratio, ut Auer. exponit, quod qualiter valeat, ex noſtris commentationibus perſpicuum eſt. ℣ Sed occurres, quia poſſet dici rationem Ariſ. probare cœlū quod mouetur. 24. horis eſſe finitum, vt motus finitudo denotat, tamen vltra primum mobile eſt dabile orbis infinitus, qui mouetur motu infinito, quē

B orbem non perceperunt aſtronomi, qui ſolum obſeruarunt orbes, qui mouentur motibus finitis. ℣ Reſpondet Auer. ex textu, & dicit q̄ propterea addita eſt quarta ratio, quia per illam remouetur iſte cauillus, quoniam talis orbis vltra alios conceptus, eſſet orbis, igitur corpus figuratum. Modo nullū figuratum eſſe poteſt infinitum. ℣ Sed dubitatur circa hæc, & primo, quia non videtur valere conſequentia Auer. rotū dum eſt finitum, igitur eius motus eſt finitus, quia licet valeat mobile eſt infinitum, igitur motus eſt infinitus, non valet econtra mobile eſt finitum, igitur motus, quia cœlum eſt finitum, quod tamen mouetur tempore infinito. ℣ Diximus ſuperius q̄ propoſitio Ariſto. & Auerrois debet intelligi ſecundum indiuiduum. Omne.n. mobile finitum motu vno numero finito mouetur, cœlum vero non mouetur vno motu infinito numero, ſed ſpecie, quoniam reuolutio cœli eſt finita. ℣ Secundo occurres, quia figura non videtur de prædicamento quantitatis, ſed qualitatis, igitur tam genus q̄ differentię ſunt de prędicamento qualitatis, & ita genus non vi

C detur eſſe de prędicamento quanti ℣ Dici poteſt q̄ particulæ poſitæ in definitione figuræ non ſunt propriæ genus, & differentia, ſed circūlocutiue ponuntur, & propterea verum genus, & vera differentia eſſe videntur in prædicamēto qualis. ℣ Tertio videtur infinitum corpus eſſe poſſe, quia aliquātum corpus eſſe poteſt, & aliquanto maius, & ſic infinitum. ℣ Sorticolæ dicunt infinitum corpus poſſe eſſe, quia ſyncategorematice, non tamē corpus infinitū, quia non categorematice. Tu vero lege dicta noſtra. 3. phyſi.

Ipſa. g. d. ē uerbū ſupplerum. Aīaduerte in græco. g. e. eē qu. d ſtare non poteſt ſed tranſtuli. a, b, ut alii trāſtulerunt.

℣ Præterea ſi ſit. g. centrum a. b. vero ſit infinita: &. e. ad rectum infinita: &. g. d ſit mota: nunc̄ ipſa. g. d. ab e. abſoluetur. Sed ſemper quemadmodum. a. b. ſeſe habebit, incidit enim ei: quod eſt. z. non igitur circuit circulum: quæ eſt infinita.




℣ Hęc eſt quinta demōſtratio, quæ parū differt a ſecūda vt E dicemus. tamē more boni geometrę, ponit primo exemplū in puluere, et q̄ſi dicat, ſi per aduerſarū veritatis detur corpus ſphæricum infinitum mobile, ſit illius dati corporis. g. centrum, linea vero. a. b. ſit infinita vtraq; ex parte, &. e. ſupple. z. ſit. e. recta ad angulos rectos infinita ſecans. a. b. in. z. puncto, & linea. g. d. exiens a centro. g. lateraliter ſit linea, quę mouetur motu corporis ſpherici infiniti mobilis dati, in caſu iſto patet lineas. a b. &. e. z. immobilis intelligi, lineam vero. g. d. moueri motu corporis ſphęrici dativ3. d. a. e. b. Dico g. d moueri motu corporis ſphærici dati, quia intelligit Ariſtoteles illam moueri verſus. z. e. &. a g b. lineas immobiles, hic ē caſus deſcriptus in puluere. Tunc arguit ſi ita eſt, vt prędcedens caſus dicit, nū quā linea ipſa. g. d. ab e. z. abſoluetur, quoniam. z. e. ponebatur infinita immobilis. Modo infinitum pertranſiri non poteſt, vt toties dictum eſt, abſoluetur igitur nunc̄ d. g. ab. z. e. F ſed ſemper quemadmodum. a. b immobilis ſeſe habebit, quę immobiliter ſecat. e. z. in. z. puncto, non quod ſimilitudo curat quatuor pedibus, ſed dico. d. g. ſeſe habere ad. z. e. ſicut. a. b. ad. z. e. quia ſicut. a. b. nunc̄ derelinquit. z e. ſic. d. g. nunc̄ derelinquet. z. e. at hoc eſt impoſſibile, quia ponebatur. g. d. Moueri motu totius ſphærici dati, igitur quæ eſt. g. d. infinita nunc̄ circulum complebit, & ita ſphęricum, & datum Minime, & per conſequens impoſſibile eſt dari ſphæricum infinitum mobile, ex his apparet, quod eſſentialiter hæc quinta demonſtratio non differt a ſecunda, ſed ſolum, quia in hac aſſumit illud videlicet q̄ g. d. ita ſeſe habebit. ad. z. e. vt. a. b. ad. z. e. quod non aſſumebatur in ſecunda demonſtratione, tamen fundamentalis vis vtriuſq; eadem eſt.

AVERROES autem licet aliqua ex parte aliter rationem componat, tamen vtitur eodem exemplo, licet in illo literas aliquantulum mutat, quia in exemplo noſtro p. g. centrū intelleximus, ipſe veroper. c. ſignat centrum, noſe. z. ſignauimus lineā immobilem pertranſeundam. Ipſe illam vocat. h. z. tamen exēplum omni ex parte eſt idem. ℣ Præterea Auerro. declarat, quod Ariſto. ſuppoſuit. Ariſtote. enim ſphæricum infinitum d. h. b. ſupponit habere centrum. c. Aue. H

Quæ aue. cōmē. 40.

G


Exemplū Auerro.



ſuper hoc inquit, manifeſtum eſt cum poſuimus q̄ corpus rotundum mouetur circulariter, neceſſe eſt vt habeat centrum, ſiue ſit infinitum, ſiue finitum, quod veritatem habere aſſerunt iuniores de cētro motus, non autē de centro magnitudinis. ℣ Nos vero diximus illud eſſe verū hypotetice, nā ſi ſphæricum corpus infinitum circulariter mouetur, neceſſe ē habere centrū, licet ſimpliciter non ſit neceſſe habere centrū quia infinitū caret extremis & medio, ſed de his ſupra. ℣ Deſcripto exēplo Auer. arguit aliqua ex parte aliter, arguit. n. Si linea. c. d. quę apud nos dicebatur. g. d. ſepararetur a linea z. h. quę apud nos dicebatur. z. e. talis ſeparatio nō eſſet niſi in vltimo puncto lineæ. z. h. ſed talis ſeparatio fieri non pōt in vltimo puncto. z. h. quia infinitū non habet vltimū, igit talis ſeparatio fieri non poteſt. Maior probatur ab eo, quia ſi non eſſet ſeparatio illarū linearū ab inuicē in vltimis pū-

I ctis,tunc alia puncta adhuc supereſſent, ſecundum quæ deberet ſeparari,& ita nondum eſſent ſeparatæ & ex alia parte erant ſeparatæ,quare cõtradictio propterea ait Auer. ſed ſecundum q̃ eſt infinita,non habet vltimum punctum.ſ. in parte.d.& ſupple tu nec in parte .h. ſed oportet in hoc caſu c.d.ſecare arcum ſimilem arcui .d.z. quaſi dicat oportet vt linea.c.d.ſemper ſit in ſecando.z.h.arcum deſcribendo.d.z. dico in ſecando arcum ſimilem.d.z.quia lineam.z.h. ſemp in puncto.z.vel illa æquiualenti ſecabit, nunq̃ ſe ſeparando a tota linea.z.h.Vocat aũt.z.d.arcum , quia deſcribit arcũ circa vltimam lineam videlicet. d.a.h.b. Vult igitur dicere Auer.q̃ linea.c.d.taliter mouebitur ſuper lineã.z.h.q̃ nunq̃ ſeparabitur ab illa,ſed ſemper in puncto.z. vel illi æquualẽti illam ſecabit,cũ quo puncto ſemper ſeruabit deſcriptionẽ ſemilineę.z.d.quę arcus dicitur apud ipſum:propter cauſam datam.Hæc credo Auer.voluiſſe, & ſi non voluit hæc,non curo ſuam barbariẽ intelligere,quia non eſt ad rem quod dicit. ¶ Demum in calce commenti ipſe ſyllogizat dupliciter
K concluſionem,primo motus infinitus non perficitur.Motus cœli perficitur, ergo ſupple motus cœli non eſt infinitus, q̃ motus corporis infiniti non perficiatur patet, quia linea .c. d.nunquam ſeparabitur a linea.z.h.conſtat autẽ lineã .c. d. moueri motu corporis infiniti dati, q̃ vero motus cœli perficiatur,patet,quia uiginti quatuor horis completur. ¶ Vel ſic, motus corporis infiniti eſt infinitus , vt patuit per caſum . Motus cœli eſt finitu, igitur cœlum eſſe non poteſt infinitum. Hæc forma parum differt a prima. Hæc Auerro.tu vero ex noſtris commentationibus facile intelligere potes expoſitionem Ariſtotelis , & quantum illa Auerrois conueniat textui.

¶ Ad hæc ſi cœlum eſt infinitum: & circũuoluitur : infinitum finito tempore erit pertranſitum:ſit.n.cœlum quidem : quod manet:infinitum:id autem: qđ in hoc moue tur æquale. Quare ſi circumuolutum fuerit: quod eſt infinitum:equale ſibi infinitum tempore finito peragrabit :
L at hoc erat impoſſibile.



M

¶ Hæc eſt ſexta demõſtratio , in qua Ariſtoteles imaginatur cœlum quod ponitur infinitũ mobile ab aduerſario veritatis.d.e.m.f.moueri.24.horis,hoc.n.ad ſenſum patet. ponit ſecũdo cœlũ quodam immobile eſſe.a.b.l.c. in quo cœlum mobile cõtineẽ vt in loco ſibi ęquali,tunc arguit ſi cœlũ mobile.d.e.m.f.eſt infinitũ,cũ poſitũ ſit ad ſenſum illud cõplere reuolutionem ſuam.24.horis,ſequitur illud pertranſire cœlum illud immobile intra quod intelleximus contineri vȝ N
a.b.l.c.uiginti quatuor horis,ſed cœlum illud immobile ponitur infinitum , quia continet cœlum mobile infinitum, igitur cœlum mobile tempore finito peragrabit ſpatium infinitum , quia . d . e . m.f.cœlum mobile.24. horis peragrabit . a . b . l . c . ſpatium immobile , quod ponebatur infinitum.

AVERROES vero per cœlũ manens intelligit va- Quę Aue. cõmẽ.41.
cuũ,quod ponitur extra cœlũ ſecundũ aduerſarios veritatis & per cœlũ mobile intelligit cœlum corporeum quod mouetur(vt patet ad ſenſum,) 24. horis. Tunc ad ſyllogiſmũ vult Ariſ.ſupponere duo primo q̃ cœlum vacuo neceſſario eſt infinitũ,quia continet cœlũ mobile infinitũ , ſecundo q̃ cœlũ mobile.24.horis cõplet reuolutionem ſuam. Tũc vult ſyllogiſmum eſſe ad hominẽ.Nam ſi cœlum mobile eſt infinitũ,oportet dari vacuũ in quo continetur infinitum,igitur (vt ſuperius eſt deductũ)cœlũ mobile.24. horis pertranſibit O
illud vacuũ infinitũ. Ex quibus videtur q̃ tota ratio Ariſt. conſiſtat in duabus propoſitionibus,prima, cœlum mobile eſt infinitum. Secunda,datur vacuum in quo cœlum contineturinfinitum,ex his ſequitur ſpatium infinitum pertranſiri tempore finito, quia vacuum datum. 24. horis a cœlo mobili pertranſibitur,Conſtat autem tale vacuum eſſe infinitum,cum cœlum mobile contineat infinitum. ¶ Sed du- Dubõ,
bitat Auerro.quia ratio Ariſto.eſt ad impoſſibile,modo tale impoſſibile non videtur ſequi ad propoſitionem quæ dicit cœlum mobile eſſe infinitum,ſed ad propoſitionem dicentẽ eſſe vacuum infinitum extra cœlum, & ita per conſequens impoſſibile non habetur niſi q̃ vacuum infinitum ſit impoſſibile,nõ q̃ cœlum infinitum ſit impoſſibile, aduerſarius n. veritatis dicet ſyllogiſmum hunc ducere ad impoſſibile ex propoſitione quæ ponit vacuum infinitum, non ex propoſitione quæ ponit cœlum mobile infinitum . ¶ Reſpondet Solutio.
Auer.q̃ ratio eſt ad hominem,modo pro ratione hac oportet ad hominem ſupponere q̃ omne corpus habeat locum in quo eſt,& q̃ locus corporis ſit ſpatiũ continens,quod diminuitur & augetur ſecundum quod augẽtur,& diminuun P
tur corpora in eo contenta,hoc eſt oportet vt locus ſit ęqualis locato ſecundũ continentiã,& commenſurationem , hæc conceduntur ab aduerſarijs. ¶ Modo ex conceſſis arguitur , ſi cœlum mobile eſt infinitum,oportet dare per eos locum infinitũ,quem deſcribet cœlũ ipſum tẽpore finito,vltra igitur ſpatium infinitum erit pertranſitum tẽpore finito hoc conſequẽs eſt impoſſibile,& nõ pro cõceſſis ab aduerſarijs, igitur pro eo quod addunt,vȝ q̃ cœlum mobile ſit infinitũ , quare cœlũ mobile eſſe infinitũ eſt impoſſibile , & ſic patet qualiter illud impoſſibile nõ ſequit ad cõceſſa, ſed ad poſitionem corporis ſpherici infiniti. ¶ Ego vero iuxta expoſitionẽ Sim Quæ auplicij & expoſitoris per cœlũ manens non vacuũ intelligerẽ,ſed ſpatiũ imaginariũ qđ cœlũ mobile continere imaginaret.Modo tale ſpatiũ non eſt in re,ſed poſſibile ad imaginationẽ modo ex poſſibili ſecundũ imaginationẽ non ſequi tur impoſſibile ſecundũ imaginationẽ,ſed ſequitur ſpatiũ in finitũ pertrãſiri tẽpore finito,qđ eſt impoſſibile ad imagina Q
tionẽ,igitur nõ ſequitur ad poſſibile ſecundũ imaginationẽ, vȝ ad ſpatiũ infinitũ datum,quod licet non ſit in re,eſt poſſibile ad imaginationẽ,igitur ſequitur ad poſitionẽ vȝ ad hoc q̃ cœlum eſt infinitũ,vnde breuiter ſpatiũ infinitũ pertrãſiri tẽpore finito eſt impoſſibile ad imaginationẽ,vel igitur ſequitur ad hoc quod ſpatiũ ponebatur infinitum, vel ad hoc qđ cœlũ eſt infinitũ,nõ primũ , qa illud eſt poſſibile ad imaginationem,modo impoſſibile ſecundum imaginationem nõ ſequitur poſſibile ad imaginationem , igitur ſequitur ad ſecundum vȝ cœlum eſt infinitum,igitur nec ſecundum re nec ſecundum imaginationem cœlum eſſe poteſt, & hoc pacto exponendo tollitur confuſio Auerrois in hoc loco. Hæc de ratione Ariſtote.

¶ Eſt autem & cõuertibiliter dicere:nã ſi tẽpus:in quo circumuolutum eſt:finitum eſt: etiam magnitudinem quæ

pertranſita

A pertranſita eſt:neceſſe eſt finita eſſe:at equale ſibi pertranſiuit::gitur finitum eſt,& ipſum.

¶ Quod per impoſſibile ſyllogizauit,nunc oſtenſiuæ ſyllogizat,& reſoluitur textus in duos ſyllogiſmos,primus ſi tempus in quo ſupple cœlum circũuolutum eſt, finitum eſt,etiã magnitudinem,quæ pertranſita eſt, ideſt ſpatium neceſſe eſt finitum eſſe,tenet hæc conſequentia ex ſexto lib.phyſicę auſcultationis,quia ſpatium & tempus regulariter ſibi reſpondent quo ad finitatem infinitatem ve.Tunc ſuppleas ſyllogiſmo ſic,ſed tempus quo cœlum circũuolutum eſt,finitum eſt,quia.24 horarum,igitur ſpatium deſcriptum a cœlo erit finitum. ¶ Secundus ſyllogiſmus eſt cœlum æquale ſibi pertranſiuit,ęquale ſibi eſt finitum ſupple tu,igitur cœlum eſt finitum. Vnde poteſt ſic reduci,omne tranſiens æquale finito eſt finitum,cœlum pertranſiuit ęquale finito, quia pertranſiuit ſpatium ęquale tempori & mobili finito , igitur cœlum
B ipſum eſt finitum,de ſecundo ſyllogiſmo tangit vim minoDubitatio ris,& concluſionem. ¶ Sed occurres, quia videtur Ariſ.petere in hoc ſyllogiſmo,ſupponit.n.cœlum eſt finitum in maiore,arguit.n.omne pertranſiens ęquale ſibi ideſt cœlo eſt finiSolutio. tum,igitur ſupponit cœlum eſſe finitum. ¶ Animaduertendum verbum illud ęquale ſibi græce eſſe ἴσον δυνατω,& poteſt latinæ exponi ęquale ipſi vel illi,& tunc ſyllogiſmus ſic cõponeretur,omne pertranſiens æquale illi eſt finitum, & tũc poſſet intelligi æquale illi ſpatio vel tempori, & ſic maior ẽ vera v3,omne pertranſiens ęquale tempori & ſpatio finitis eſt finitum.Minor eſſet,ſed cœlum pertranſit æquale ſpatio & tempori finitis(vt deductum eſt in priore ſyllogiſmo,)igitur finitum eſt. ¶ Sed quia textus videtur verbum illud ſibi, referre ad cœlum ipſum,poſſet dici Ariſtotelem ſupponere tanquã notum ad ſenſum ſpatium intracluſum , quod cœlũ ipſum pertranſit,eſſe æquale cœlo finito ſaltem quo ad illius concauum,nam aduerſarius veritatis concedit cœlum eſſe finitum quo ad concauum,ſed de eius conuexo eſt quęſtio,
C & iuxta hoc ſyllogiſmus eſſet,omne pertranſiens æquale finito eſt finitum.Cœlum pertranſit ęquale ſibi hoc eſt ęquale ſuo concauo , quod eſſe finitum patet ad ſenſum , & aduerſarij concedunt,igitur cœlum eſt finitum . ¶ Sed replicabis hoc arguere finitatem concaui tantum,reſpoudeo ꝙ arguit finitatem totius , quia cœlum mouetur non ſolum quo ad concauum,ſed quo ad conuexum. Mouetur enim ſecundum ſe,& quodlibet ſui,& eius motus reſpondet ſpatio intracluſo,& non ſpatio excluſo,quia ſpatium excluſum nihil
Quę auer. com.42. eſt. Tu vero ſi melius habes, dic vt placet . ¶ Quo vero ad verba attinet,debes ſcire ꝙ verba illa,eſt autem & conuertibiliter dicere,Auerroes exponit ſecundum conuerſionem per contrapoſitionem. Vbi animaduerſione dignum ſecundum eũ ꝙ primus ſyllogiſmus ad impoſſibile proximo textu factus continet vnum alium poteſtate & virtute,qui ducit ad impoſſibile etiam,& eſt,cœlum eſt mobile infinitum, igitur ſpatium ab eo deſcriptum eſt infinitum, ſpatiũ eſt in-
D finitum,igitur & tempus quo ſpatium illud deſcribitur, modo hoc conſequens eſt impoſſibile,& contra ſenſum,vult igitur Auerroes hunc ſyllogiſmum eſſe potentia contentum in ſyllogiſmo proximi textus,vbi patet ex infinitudine mobilis eſſe deductam infinitudinem temporis. ¶ At prẽſens ſyllogiſmus oſtenſiuus arguit econtra ex finitudine temporis finitudinem mobilis hoc pacto v3,tempus eſt finitum,quo cœlum ſpatium deſcribit,igitur ſpatium deſcriptum eſt finitũ, ſpatium deſcriptum eſt finitum,igitur et cœlum eſt finitum, hic igitur ſyllogiſmus ex finitudine temporis arguit mobilis finitudinẽ,vult igitur Auerroes ꝙ prẽſens ſyllogiſmus oſtẽſiuus ſit conuerſus ſyllogiſmo priori per impoſſibile,non quidem priori expreſſo,ſed ſyllogiſmo in priori contento in potentia. Nam ſyllogiſmus potentia in illo contentus per infinitatem mobilis ſyllogizat infinitatem temporis,hic contra per finitatem temporis finitatem mobilis, igitur hic ſyllogiſmus eſt conuerſus ſyllogiſmi potentia contenti in priori , & videtur hęc conuerſio per contrapoſitionem,quia primus arguit cœlum eſt infinitum,igitur tempus eſt infinitum , præ- B
ſens arguit tempus eſt finitum,igitur cœlum eſt finitũ . Vbi patet eſſe ſyllogizatum ab oppoſito conſequentis per terminorum mutationem de infinitis ad finitos, quod videtur conuenire conuerſioni per contrapoſitionem. Et hoc inquit Auerroes in verbis ſuis obſcuris, hoc non eſt conuerſum ſermonis prædicti hoc eſt ſyllogiſmi formaliter expreſſi , ſed conuerſum ſuæ potentiæ ideſt ſyllogiſmi, qui poteſtate continetur in ſyllogiſmo expreſſo. ¶ Deinde ponit ſyllogiſmum conuerſum,& inquit,ſermo.n. ꝙ ſi tempus in quo pertranſiuit illud corpus inane , fuerit finitum , neceſſario erit illud inane & corpus,quod eſt in eo finitum , eſt conuerſum ſermonis ſeu ſyllogiſmi non formaliter expreſſi , ſed poteſtate contenti in ſyllogiſmo formaliter expreſſo , quem ſyllogiſmum poteſtate contentum explicat dicens,ſi corpus & inane in quo eſt fuerit infinitum, neceſſario erit tempus in quo pertrãſit ipſum infinitum.Sic igitur prẽſens ſyllogiſmus non F
eſt conuerſum ſyllogiſmi expreſſi,ſed virtute contenti in illo,& hoc dicit,v3 & hoc quidem,hoc eſt iſte ſyllogiſmus cuius præſens eſt conuerſum,non fuit poſitum in demonſtratione prędicta,quę formaliter exprimebatur , & inducebatur in forma hypothetici ad impoſſibile , & non in forma recta,quoniam hęc demonſtratio proximo textu ędita cum inducitur hoc pacto in forma hypothetici a primo ad vltimum habetur ſyllogiſmus virtute contentus,in quo cum deſtruximus conſequens,relinquetur oppoſitum antecedentis, erat.n.conſequens , v3 cœlum pertranſit ſpatium infinitum tempore infinito, quod cum deſtruxerimus, quia ſenſu patet cœlum vigintiquatuor horis moueri,relinquetur corpus inane,in quo cœlum eſt non eſſe infinitum, quod eſt oppoſitum antecedentis.Propterea in ſyllogiſmo oſtenſiuo prẽſenti ſumit tempus quo cœlum deſcribit ſpatium eſſe finitum, vt inferatur & ſpatium & cœlum eſſe finita.Sic igitur (vt dicit)ex ſyllogiſmo poteſtate contenti in proximo ſyllogiſmo concluditur cœlum moueri tempore infinito. Ariſ.vero G
ſumit contradictorium huius pro antecedente , v3 tempus quo cœlum fertur,eſt finitum,& infert cœlum eſſe finitum , quod eſt contradictorium primi antecedentis in ſyllogiſmo virtute contento. ¶ Vnde per omnia hæc vult habere Auer. in his ſyllogiſmis eſſe duplicem conuerſionem ordinis videlicet,& terminorum. Ordinis quidem, quia quod in ſyllogiſmo potentia contento eſt antecedens primum, in oſtenſiuo eſt vltimum conſequens,& quod in oſtenſiuo eſt conſequẽs vltimum,in illo eſt primum antecedens. ¶ Terminorum vero,quia mutantur termini de infinitis ad finitos.Exemplum ſyllogiſmus potentia contentus eſt , ſi cœlum eſt infinitum inane infinitumeſt.Si inane eſt infinitum:tempus,quo inane deſcribitur,eſt infinitum.Cõuertitur ad oſtenſiuum ſic,tempus quo inane deſcribitur eſt finitum,igitur inane eſt finitũ. Inane eſt finitum,igitur cœlũ eſt finitum . Vbi patet duplex mutatio ordinis,videlicet & terminorum, hęc Auer. ¶ Sed Quæ aue. expoſitio.
quoniam hec expoſitio pace Auer.eſt potius confuſio,& ob H
ſcuritas q̃ declaratio,clarius videtur mihi eſſe dicendũ hunc ſyllogiſmum oſtenſiuum dici conuerſum prioris, quia prior ſyllogiſmus,& præſens ſunt quodam modo oppoſitarum rationum,quoniam ſyllogiſmus prẽſens eſt oſtenſiuus,prior vero ducẽs ad impoſſibile,igitur præſens videtur quodammodo oppoſitus priori ſecundum rationem generis,non autem ſpeciei,quia præſens non correſpondet formaliter priori ſecundum regulam datam primo poſteriorum,& ſecũdo priorum. ¶ Propterea dixit Ariſtoteles eſt autem & conuertibiliter dicere,ideſt contingit ſecundum eandem vim idem deducere ſub diuerſa forma.

¶ Quod igitur id quod circulo mouetur, non ſit immenſum,neq; infinitum:ſed finem habeat perſpicuum eſt. Immensũ Interminatum.

¶ Epilogat,& ait eſſe perſpicuũ cœlum quod circulo mouetur,nec eſſe immenſum nec infinitũ,ſed habere finem. Dixit nec eſſe immẽſum,quo ad cõuexũ,dixit nec infinitũ,quo ad Quæ auer. com.43.
cõcauuũ. ¶ Aue,ait per rõnes dictas patere nõ tantũ de cœ-

I lo ipſo finitudinē, ſed de omni mobili ſphærico, & vt ſermo ſituniuerſalis ad omne corpus ſimplex, addit etiam de elemē tis idem. ¶ Vbi animaduerſione dignum ſeptem rationibus eſſe probatum nullum mobile ſphęricum eſſe infinitum. Verum omnes eadem vi firmantur, quia omnes ſumunt illud ſenſu perſpicuum, videlicet cœlum motum ſuum complere vigintiquatuor horis, præter quartam, quæ ſimpliciter probat nullum mobile ſphæricum eſſe infinitum.

Quæſtiōes Prima. SED CIRCA hęc tres emergūt quęſtiones, quarū prima eſt ſi corpus mobile circulo ſit, vel poſſit eſſe infinitū, & videtur cp ſic. ¶ Primo, motor primus eſt infinitus, igitur primum mobile illi ęquatum eſt infinitum, quia ſi non, tunc exceſſus quo primum mouens excederet primum mobile, eſſet infinitus, igitur moueret in non tempore. ¶ Secundo arguit ſolet infinitum paruum corpus eſt circulo mobile, igit infinitū magnum corpus eſt mobile circulo, tenet argumentum a ſimili, antecedens vero probat, quia medietas cœli eſt

K circulo mobilis, & medietas medietatis eiuſdem, & ſic in infinitum, igitur infinitum paruū corpus eſt circulo mobile.

¶ Tertio arguit Albertillus ſi impoſſibile eſſet infinitū corpus. mobile circulo, hoc eſſet, quia infinita velocitas nō poteſt eſſe in tempore finito, at falſum eſſe videtur hoc, quia in finita tarditas tempore finito eſſe poteſt, igitur & infinita uelocitas, nam ſi vnum contrarium eſt poſſibile, & alterum, & antecedens deducitur, quia partes circūferentiales polorū vel mole fabri mouentur aliqua tarditate, & aliquæ verſus polos vel centrum in duplo tardius, & aliæ adhuc magis uel verſus polos vel centro in quadruplo tardius, & ſic in infinitum, igitur de facto in infinitum tarde mouetur aliqua pars, & in tempore finito. ¶ Quarto, in infinitū eſt diffuſiua lux cœli, igitur in infinitum eſt cœli conuexum ad quantū. n. lux cœli diffunditur, ad tantum cœlum diffundi neceſſe eſt, antecedens probatur, quia per quantum obſtaculum ſiue opacū eſt vmbræ productiuū, per tantū lux eſt luminis multiplicatiua, ſed opacum eſt vmbrę in infinitū productiuum, igitur

De titulo. L lux in infinitum eſt luminis multiplicatiua. ¶ In oppoſitum ſunt Ariſt. & omnes peripatetici, vt Simpli. Thomas, Auer. & Auicen. ¶ Sed circa titulum debes ſcire corpus mobile circulo eſſe illud in propoſito, quod mouetur circa medium, omne. n. corpus ſimplex aut a medio, aut ad medium, aut circa medium fertur.

Quę Aue. cōmē. 43. ¶ Auer. tamen in cōmē. velle videtur corpus mobile circulo eſſe rationē vniuerſaliorē cœlo, nam oē cœlum eſt corpus mobile circulo, & nō conuertitur, rota. n. figuli circulo fertur, quæ tamen non eſt cœlum. Sed hoc ſtare non poteſt nam Ariſto per mobile circulo intelligit, quod circa mediū fertur mundi, tale autē omne cœlū eſt, & omne cœlum eſt mobile circulo hoc pacto, & quod additur de rota figuli, clarū eſt hanc non moueri circulo hac ratione, qa non circa mediū mundi. Præterea motus illius eſt miſtus ex aſcenſu & deſcenſu, & non ſimplex. ¶ Ex his ſequitur titulus quęſtionis, intelligitur. n. quęſtio de cœlo, quaſi quæratur ſi cœlum ſit, vel poſſit eſſe infinitum mobile, hæc de titulo.

Prima pō ¶ Et de poſitionibus agamus, veterum quidam credentes

M imaginationi dixerūt cœlum quōd circulo mouetur, ex parte quid eſt conuexi infinitum eſſe, ex parte vero concaui at que centri finitum. Primum probant, quia imaginationi debet correſpondere aliquid in re, at imaginatio vltra cœli cōcauum ad infinitum ſe extendit, & citra non, niſi vſq; ad cē trum, igitur ex parte conuexi erit infinitum ex parte concaui finitum, hæc veteres.

Quę Ariſ. contra ueteres. ¶ Sed hanc poſitionem Ariſtoteles ſex, vel ſeptem rationibus confutauit, quas in expoſitione textus diligenter examinauimus. ¶ Auicenna vero in ſuo libro de cœlo capite quinto, adiecit alias rationes non leues pro Ariſtotelicæ poſitionis confirmatione, quas referre ſuperfluum puto, cum ſatis explicate ab eo ponantur.

Pō Alber tilli ſcda. ¶ Alber tillus non ignarus peripateticus in ſuis quæſtionibus, ſuppo nit primum, ipſum infinitum poſſe intelligi categorematicæ, & ſyncategorematice. Ipſum infinitum categorematicę æquiualet huic orationi res non habens finem, iuxta quam expoſitionem Albertillus negat hanc, continuum eſt diuiſibile in infinitum, eſſet enim ſenſus continuum eſſe diuiſibile N in rem quę non habet finem, modo hoc videtur falſum, quęlibet enim partium in quas continuum eſt diuiſibile, habet finem. Simili ratione & in numeris infinitum categorematice eſt, quod nō habet finem nec principium. ¶ At infinitum ſyncategorematicæ in continuis quidem exponitur per hāc orationem aliquod vel aliquantum & quantulum maius. In numeris vero per hanc aliquot, & quantūlibet plura. Iuſta quam expoſitionem Albertilla negat Socratem infinitū pondus poſſe portare, nam aliquod vel aliquantum pondus poſſet portare, & quantūlibet maius, quod eſt falſum. Similiter negat infinitam partem eſſe in hoc pedali, quia tunc ali quanta pars, & quantumlibet maior. ¶ At in diſcretis concedit infinitas partes eſſe in hoc continuo, quia aliquot partes, & quantūlibet plures, hęc diſtinctio non eſt aliena a peripateticis. Nam Ammonius inter peripateticos clarus in li O bro de interpretatione vtitur illa aperte. ¶ Ex his ſequitur de Excerptū Albertilli cum. mente Albertillæ infinitum teneri ſyncategorematice quando totaliter terminum ſupra quem habet vim præcedit, categorematice vero quando ex parte poſtponitur. Propterea hæ ſunt impertinentes infinitum corpus eſt, & corpus eſt infinitum, quia ſecunda nec ſequitur, nec repugnat primæ. Cum in prima ipſum infinitum teneatur ſyncategorematice. In ſecunda vero categorematice. ¶ Verum excerptum iſtud eſt voluntarium, peripatetici enim dicerent propoſitiones tales eſſe æquinotas, & ita de ſitu termini non nimis curarent, vt patet. ¶ Secundo ſupponit ipſum impoſſibile bifariam dici, vel ſimpliciter, quo plures deos eſſe ſimpliciter dicimus impoſſibile, vel ſecundum quid, quo aliquid dicimus eſſe impoſſibile potentia naturali, quod non eſſet impoſſibile potentia ſupernaturali, vtpote cœlum quieſcere. ¶ Tertio ſupponit infinitum cœlum, vel corpus mobile circulariter eſſe poteſt bifariam intelligi, aut ſuppoſita multitudine orbium, vt ſupponit Ariſtoteles, aut imaginando cœlum eſſe vnum corpus continuum ad infinitum circulariter protenſum. Snppoſita multitudine orbium poteſt intelligi vno P modo imaginando vnum orbem moueri certa velocitate, & ſupra illum eſſe alium ad duplum velociorem, qui ſit duplus ad primum, & ſic in infinitum, vel econtra ſupra illum eſſe orbem duplum & in duplo tardiorem, & ſic in infinitum, & hoc rnrſus bifariam, quia vel imaginando omnes moueri vno motu diurno, & etiam proprijs motibus, vel ſolum illos moueri proprijs motibus, & nullo communi.

¶ His viſis tenet Albertilla multas concluſiones, quarum prima eſt cp loquendo de poſſibili, quod deducitur a potentia naturali, infinitum corpus circulariter mobile non eſt poſſibile eſſe ſiue ſupponatur orbium multitudo, ſiue teneatur omnes orbes eſſe vnum cœlum, patet quia nulla potentia naturalis eſt, quæ poſſet facere orbes infinitos alterum ſupra alterum nec primo nec ſecundo modo. Itemq; nec eſt potentia naturalis, quæ poſſet facere vnum cœlum continuum infinitum. Sinautem loquimur de poſſibili deducto a potentia ſupernaturali, aut loquimur in ſenſu diuiſo, aut in ſenſu compoſito, ſi in ſenſu diuiſo, infinitum corpus mobile circulariter poteſt eſſe ſuppoſita orbium multi- Q tudine tam primo, quam ſecundo modo, deducitur, quia de ſenſu diuiſo ſic exponitur, aliquod corpus mobile circulariter poteſt eſſe, immo de facto eſt, & duplum ad illud poteſt eſſe ſaltem per potentiam ſupernaturalem, & triplum, & quadruplum, & ſic in infinitum, igitur infinitum corpus circulariter mobile per potentiam ſupernaturalem poteſt eſſe. Confirmatur, quia infinitum ſyncategorematice etiam ſic exponitur, vt dictum eſt. ¶ Si in ſenſu compoſito, infinitum corpus circulariter mobile, ſuppoſita orbium multitudine ſiue primo, ſiue ſecundo modo eſt impoſſibile, deducitur', quia tunc de facto hæc eſſet poſſibilis, infinitum corpus eſt, at hoc nunquam eſſe poteſt. Sinautem loquimur de infinito, non ſuppoſita orbium multitudine, impoſſibile eſt eſſe corpus infinitum circulariter mobile, deducitur quia ſi eſſet, haberet centrum,

& non

A & non haberet centrũ,quod eſt impoſſibile,igitur & antece dens eſt impoſſibile,eſt.n. impoſſibile ad quod ſequitur impoſſibile . ℣ Poſſunt autẽ omnes hæ concluſiones reduci ad duas,prima potẽtia naturali infinitũ corpus circulariter mobile nullo pacto eſſe poteſt,ſiue teneatur infinitum ſyncategorematice,ſiue categorematice , item ſiue teneatur ipſum poſſibile diuiſe,ſiue compoſitæ. Amplius ſiue teneatur cœlum vnum,ſiue multiplex ſecundum orbes. ℣ Secũda potentia ſupernaturali infinitũ corpus circulariter mobile eſſe poteſt,ſiue teneatur cœlũ vnũ,ſiue plures orbes. Modo teneat̃ infinitũ ſyncategorematice,& poſſibile diuiſe. ℣ Alĳ non recedentes ab Albertilla dicunt,infinitum corpus mobile circulariter actu eſſe omni potentia impoſſibile,infinitũ corpus mobile circulariter in potentia ſecundũ ſenſum datũ ſalẽ potẽtia ſupernaturali eſt poſſibile,quia poteſt potẽtia ſupernaturali eſſe orbis qui moueẽ certa velocitate , & eadẽ potẽtia põ eſſe orbis duplus ad illũ, qui moueret̃ dupla velocitate,vel dupla tarditate vt deus vellet, & eadẽ potentia poſſet eſſe triplus,& quadruplus,& ſic in infinitũ. Pręterea dato ꝙ cœlũ eſſet vnũ,potẽtia dei poſſet eſſe cœlũ certa quãtitate,& eadẽ potentia ampliari ad duplũ,& ad triplũ,et ſic in infinitũ. Quare infinitũ in actu eſſet ſimpliciter impoſſibile.Sed in infinitũ in potentia eſſet poſſibile. ℣ Alĳ reprehendunt hos,& quærunt vtrũ infinitũ corpus mobile circulariter eſſe poſſet ſuppoſita multitudine orbiũ omni ratione. Videtur.n.ꝙ nõ,quia deus nõ poſſet facere orbẽ duplũ ad primum,& aliũ triplũ , & ſic infinitũ faciendo illos vno motu moueri.Propterea vltra dictas concluſiones addunt,ꝙ tenẽdo infinitũ in potentia deus poteſt facere corpus mobile circulariter infinitum ſuppoſita multitudine orbium, modo illos non faciat moueri vno motu communi . Nã motus ille cõmunis non eſſet niſi finitus. ℣ Alĳ dicunt ꝙ quouis modo ſumatur infinitũ,ſiue in actu,ſiue in potentia,deus poteſt facere corpus circulariter mobile infinitũ. Potentia vero naturalis nullo pacto id facere poſſet.Quod quidem infinitũ corpus circulariter mobile potentia naturali nullo pacto ſit poſſibile , ex dictis perſpicuũ eſt . ℣ Quod vero infinitũ corpus circulariter mobile & potentia & actu & categorematice, & ſyncategorematice potentia ſupernaturali fieri poſſit,ꝓbatur ex hoc,quia infinitũ in actu eſſe non repugnat, deus autẽ ſecundum catholicos poteſt facere,quicquid non repugnat. ℣ Quod autẽ infinitũ in actu non repugnet eſſe, facile deducitur ab eis,quia ſi repugnaret eſſe,hoc eſſet,quia repugnaret enti ſimpliciter,vel enti creato,vel enti quanto, vel enti quanto naturali.Sed infinitas non repugnat enti ſimpliciter,nã inter entia eſt aliquod infinitũ,vt deus,nec enti creato, nam inter entia creata de facto eſt aliquod infinitũ , vt gratia quæ fuit in Chriſto redẽptore ſecundum catholicos. Illa.n.eſt de facto infinita,& creata, igitur infinitas non repugnat enti creato,nec repugnat enti creato quanto.Primo quia dimenſio nõ limitatur ſua natura ad certũ gradum extenſionis,igitur eſt productibilis ſub quouis extenſionis gradu,& ita ſub infinito. ℣ Secundo, ſi dimenſio non poſſet effici ſine certo termino, eſſet vel quia talis terminus eſſentialiter conſequeretur dimenſionem,uel quia dimenſio haberet eſſe per talem terminũ, vt materia per formã.Sed ſecundũ dici non poteſt,qm̃ dimenſio indifferenter ſtare poteſt cum quouis termino.Minime primũ, quia dimenſio in ſui eſſentia non includit terminũ, igitur nec in ſui eſſe , & ita omni termino extenſionis ſubtracto,poteſt dimenſio participare eſſe dei,& ita poterit eſſe dimenſio ſine termino . ℣ Tertio, terminus extenſionis non eſt eſſe dimenſionis,quia vna eademꝙ dimenſio manens eadem numero poteſt terminari diuerſo extenſionis termino,igitur terminus extenſionis ſupponit exiſtentiam dimenſionis, igitur dimẽſio eſſe poteſt ſine termino. ℣ Quarto,differentia non repugnat generi. Sed quantũ diuiditur per finitum & infinitum,igitur eſſe poteſt quantum infinitum. ℣ Quinto, ſecundum Auerroem dimenſio eſt materiæ coæterna,& nullus terminus dimenſionis eſt materię coæternus,ſed coæternum alicui eſt æternus,æternũ vero eſt quod omni differentiæ temporis coexiſtit , igitur a primo ad vltimum dimenſio coexiſtit abſqꝫ termino,& per conſequens poteſt eſſe & exiſtere ſine termino, & ita poteſt eſſe infinita ſecundum ſui rationem.Sic igitur patet ꝙ infinitas non repugnat enti vt quantum eſt. ℣ Quod vero , nec enti vt ens eſt naturale,deducunt multifariam, quia aut ratione materię,aut ratione formę naturalis, aut ratione motus naturalis,quia forma proficiſcitur,aut ratione naturalium virtutum,quę formam conſequuntur naturale,non ratione materiæ,quia deus agere poteſt non præſuppoſita materia,ĩmo poteſt agere formã,& ad illã,nouam materiã producere, igitur non ratione materiæ,nec ratione formæ,quia forma naturalis limitationem eſſendi habet ab agente , vel ab vnione materiæ,ſed ratione agentis ſupernaturalis nõ habet limitationem,quia agens infinitũ põt illimitate producere,nec ratione vnionis materię, ꝙa deus agens agere põt nõ ſuppoſita limitatione materię.Pręterea materia eſt infinitæ potentię ſubiectiuæ,igitur poteſt ſecundũ ſe recipere formã infinitã nec ratione motus,quia vt dicitur.5.phyſi.& in textu & in cõmẽ.motus vt motus poteſt velocitari in infinitũ, igitur motui vt motus non repugnat infinita velocitas,igitur forma e qua proficiſcit̃,non repugnabit infinitudo vigoris,nec ratiõe virtutũ naturaliũ,quia(vt dicit Aue.4.phy.) caliditas vt caliditas & vniuerſaliter omnis virtus naturalis poteſt creſcere in infinitũ. ℣ Præterea per infinitatem extenſionis non tollitur limitatio virtutis naturalis, quia dato ꝙ eſſet uirtus in corpore infinito,adhuc illa eſſet limitata ad actiones naturales,non.n. ſe extenderet niſi ad actiones ſuę ſpeciei.Caliditas.n.in quanto infinito non poſſet niſi calefacere,igitur haberet limitationem ſui generis,licet in illo haberet infinitudinem.Ex his concludũt infinitũ categorematice,& ſyncategorematice fieri poſſe a deo,quare & infinitum corpus etiam fieri poterit.Et infinitum corpus quod eſſet circulariter mobile etiam fieri poſſet ab eadem virtute. Quam poſitionem ſequitur Eſculanus in libello 16. queſtionum,& multi alĳ catholicorum. ℣ Ego vero diſtinguerem, nam de veritate queſiti aliter eſt loquendum peripatetice,et aliter catholice . ℣ Si loquimur peripatetice , ſolutio queſiti eſt perſpicua.Nam ſecundum peripateticos deus nihil immediate de nouo agit ad extra, niſi mediante cauſa particulari,& agente naturali. Si igitur a potentia naturali infinitum non eſt effectibile,neqꝫ a potentia diuina erit producibile.Qua ratione fit,vt infinitum quouis modo ſumptum a nulla potentia fieri poſſit.Quare nec infinitum corpus circulariter motum erit poſſibile eſſe ſecundum peripateticos, & hoc deduxerunt rationes Ariſtotelis & Auerro.atqꝫ Auicennę,vt doctus Expoſitor bene declarauit. ℣ Si vero loquimur catholice,vt eſt ſentiendum,non clara eſt quæſiti diluci datio.Nam alĳ catholicorum tenuerunt infinitum categorematice & actu eſſe factibile,vt ratione proxime deducunt. Alĳ dixerunt infinitum categorematice & actu non eſſe factibile , ſed bene infinitum ſyncategorematice & in potentia , vt Albertillus nos monuit . ℣ Iuxta primam poſitionem infinitum corpus circulariter motum & categorematice , & ſyncategorematice , & ſuppoſita orbium multitudine in proportione dupla , & nou ſuppoſita etiam eſt poſſibile eſſe . Modo non ſupponatur omnes illos orbes moueri vno motu communi diurno . Nam ſic implicaret contradictionem . ℣ Iuxta ſecundam poſitionem infinitum corpus circulariter motum ſyncategorematice , tantum eſt poſſibile , & de ſenſu diuiſo , vt dictum eſt , quia ſuppoſita orbium multitudine in proportione dupla , vt ſuperius docuit Albertiſſus . Aliter vero implicat contradictionem . ℣ Ego vero in tam graui quæſito ſaluo meliori iudicio , cui ſemper me remitto , dicerem primo ꝙ infinitum corpus categorematice & in actu repugnat enti factibili , ſyncategorematice vero & in potentia non. ℣ Secũdo dicerem ꝙ infinitum corpus circulare circulariter uni co motu mobile,vnum v3 & continuum in actu,etiam repugnat enti . ℣ Tertio dicerem infinitum corpus circu-

Poſitio.3.

Poſitio.4

Poſitio.5

Dilucidatio.

I lariter motũ etiã ſuppoſita orbiũ multitudine in proportione dupla ordinatorũ repugnat enti ſyncategorematice, & categorematice tentũ, ſi vnico motu illos velis moueri diurno. Implicat. n. in obiecto. ℣ Vltimo dicerem ꝙ infinitũ corpus circulariter motum ſyncategorematice non repugnat enti, ſic intelligendo ꝙ ſit dabilis orbis certus certa velocitate circulariter mobilis & duplus ad illum in duplo vel tardius vel velocius mobilis, & ſic in infinitum. Ex his patet quo modo infinitum corpus circulariter mobile ſit a deo factibile, eſt. n. a deo factibile quo modo non repugnat enti. ℣ Quomodo vero repugnat, nõ cadit ſub factibilitate, & ſic ſecundo & tertio modo non eſt a deo factibile, ſed vltimo modo eſt factibile. ℣ Et tenendo hanc dilucidationem facile ad rationes oppoſitę poſitionis reſpondetur. Dicerem. n. primo ꝙ infinitum corpus circulariter mobile in actu repugnat enti, non in eo ꝙ ens, ſed in eo ꝙ corpus, & in eo ꝙ corpus naturale, & in eo ꝙ corpus circulare. Quod quidem infinitas repugnat enti corporeo, ideſt in eo ꝙ corpus, Auerroes hic commen. 39. declarauit. Inquit. n. ſimiliter corpus nõ poteſt intelligi eſſe infinitum, niſi propter magnitudinem, quæ eſt in eo quaſi genus, propter illud vero quod eſt in eo quaſi forma, & eſt numerus dimenſionum. ſ. ꝙ deſcriptio corporis eſt, quia magnitudo eſt diuiſibilis in tres dimenſiones, nõ poteſt intelligi habere quartam dimenſionem neq; habere dimenſiones infinitas, & ſic concludit non eſſe poſſibile intelligi in illo infinitum niſi ex parte generis, quod eſt magnitudo, patet itaq; de mente Auerrois ꝙ ſicut linea, vt longitudo, poteſt eſſe infinita, vt linea vera non, quia vt linea terminis clauditur, & ſuperficies vt latitudo poteſt eſſe infinita, vt ſuperficies non, quia lineis clauditur, ſic corpus vt magnitudo poteſt eſſe infinitum, vt vero corpus non, quia vt corpus ſuperficiebus, lineis, & punctis, & profunditate clauditur. Quare apud Auerroẽ implicat contradictionem corpus vt corpus eſſe in infinitum. ℣ Auicenna vero in libro ſuo de cœlo capite quarto, inquit, dico etiam ꝙ non poteſt opinari quis cœlum eſſe infinitum, quia ſi quis cœlum mente concipit, ſtatim cogitat corpus. Corpus autem inducit ſuperficiem, ſuperficies vero infert finem, & ſic nullum corpus excogitari poteſt infinitum, ecce ꝙ Auicenna vult infinitũ repugnare enti, quatenus eſt corpus, & ſic perſpicuum erit infinitum corpus circulariter mobile non eſſe de numero factibilium, quia repugnat eſſe in eo ꝙ corpus. ℣ Quod vero repugnet enti naturali, patet apud philoſophos, quia omnis res naturalis ſuapte natura determinatur ad maximũ & ad minimum, omniũ. n. natura conſtantiũ determinatus eſt numerus magnitudinis, & augumenti. ℣ Tunc ad rationes cõtra hoc dico ꝙ infinitas repugnat enti naturali ratione formæ naturalis, & quando dicitur ꝙ limitatio formæ naturalis eſt ab agente, concedo effectiuæ, & ſubiectiuę a materia, & eſſentialiter merito ſui, ſicut rationalitas hominis effectiuę eſt a ſole et ab homine, formaliter ab anima intellectiua, ſubiectiuæ a materia. Et quando dicitur ratione agentis ſupernaturalis non habet limitationẽ, cõcedo, & propterea ex parte dei nõ eſſet illud repugnans, ſed ex parte rei, quę illius non eſt capax. ℣ Quod etiã repugnet enti corporeo circulari, deducitur, quia figurato, repugnat infinitas, figura enim termino vel terminis clauditur, at infinitum ab omnibus abſoluitur terminis. Ex his igitur perſpicua eſt dilucidatio.

Dubitatio ℣ Sed occurres, pono ꝙ deus efficiat vnum orbẽ ſupra omnes in duplo maiorem, vtrũ poſſet efficere vt ille moueretur etiã motu diurno, & patet ꝙ ſic, quia nec eſſet repugnãtia ex parte orbis facti, vt illo motu moueretur, neq; ex parte dei facientis, vt illo motu moueret. ℣ Vlterius quęro, ſi deus poſſet facere adhuc vltra hunc orbem alium in duplo maiorem illo, qui rurſus moueretur motu diurno, & patet ꝙ ſic, quia ex parte nullius eſſet repugnantia. ℣ Et eadẽ ratione poſſet facere tertium, & quartum, & ſic in infinitum, quorum quilibet moueretur motu diurno, igitur ad hunc intellectum deus poſſet facere infinitos orbes qui moueretur motu diurno, & ita infinitum corpus circulariter motũ deus poſſet facere, cuius omnes orbes mouerentur motu diurno, quod eſt contra dilucidationem. ℣ Poteſt dici infinitum corpus circulariter motum deum poſſe facere, cuius omnes orbes mouerentur motu diurno, diuiſiue tenendo verbũ omnes, non autem collectiuę, qa ſic deus poſſet facere orbes in finitos categorematice & in actu, & ſic non eſt contra dilucidationẽ. ℣ His dilucidatis ad rationes patet ſolutio, ad primã patet, quia deus agit libere ſecundũ catholicos & contingenter. Et propterea, ſi efficit orbem finitũ, illũ poteſt mouere velocitatẽ quã ipſe vellet, ſecus ſecũdum phyloſophos, vt dictum eſt. ℣ Ad ſecundam patet ſolutio ex tertio phyſi. nam infinitum poteſt eſſe in diminuendo, non autem in agẽdo, & ideo negatur cõſequentia. ℣ Eodem modo ſoluit Albertillus tertia, quia tarditas eſt diminutio quędam motus, velocitas vero augumẽtatio, & ideo licet tarditas poſſit ire ad infinitum velocitas minime. ℣ Ad vltimam dicerem, ꝙ lux cœli in infinitum non eſt luminis, quia lux eſt virtus finita, luminoſi. n. virtus finita eſt igitur luminis multiplicatio eſt finita. Ad probationem nego antecedens, quia pręciſe eo vſq; vmbra cauſari poteſt reſpectu corporis luminoſi, quo uſq; multiplicari poteſt lumen, & quia ad finitam diſtantiam multiplicari poteſt lumen, & non vltra, igitur & vmbra, hęc peripatetice.

QVÆRITVR ſecundo ſi ſit verum ꝙ corpori circulariter mobili in eo ꝙ quantum non repugnat infinitas vt Auerroes dicit, & videtur ꝙ non repugnat, quia quantũ diuiditur per finitum & infinitum, ſed differentia non repugnat generi, igitur infinitum non repugnat quanto. ℣ Secũdo infinitum non repugnat quali, igitur nec quanto, antecedens patuit de facto de gratia redemptoris vt ſacri teſtantur, etiam per Auerroẽ. 4. phyſicę auſcultationis cõ. 72. de ſubtilitate, quæ poteſt in infinitum creſcere, & ibidem etiam de raritate & denſitate cõmen. 84. quibus non repugnat infinitas in eo ꝙ qualitates, igitur nec corpori circulari in eo ꝙ quantum repugnabit. ℣ In contrarium eſt, quod dicitur in topicis, quod nõ repugnat generi, reperitur in aliqua ſpecie, & quinto metaphyſicæ videre non repugnat talpę, vt talpa eſt animal, quia aliquod animal videt. ℣ De præſenti quæſito Auerroes commento. 39. opinatus eſt de linea, ſuperficie, & corpore idem, vt ꝙ nulli illorum repugnat infinitas ſub ratione generis, lineę enim per rationem lineę, repugnat infinitas, non autem per rationem generis, quæ eſt longitudo, ſuperficiei per rationem ſuperficiei repugnat infinitas, non autem per rationem latitudinis, quæ eſt genus eius. Corpori ſimiliter per rationem corporis repugnat infinitas, non autem per rationem magnitudinis atq; quanti, quod eſt ſuum genus. Nam quanto vt quanto non repugnat infinitudo, hęc Auerroes. ℣ Poſitionem hanc Iuniorum quidam confirmarunt bonis rationibus, prima, duorum oppoſitorum ſi alterum competit alicui, & non eſt de ratione illius, alterum eidem non repugnat, verbi cauſa, quia rationale & irrationale ſunt duo oppoſita, & alterum, vtpote rationale competit animali, & non eſt de ratione animalis, irrationale poteſt animali competere, vel ſaltẽ nõ repugnare. Sed finitum & infinitum ſunt duo oppoſita, & finitum competit quanto, & non eſt de ratione quanti, igitur infinitum ſaltem quanto non repugnabit. Minor patet quo ad primam partem, nemo enim dubitat finitum competere quanto, ꝙ vero non ſit de illius ratione, probatur, quia quantum vt quantum de ſui ratione non limitat pręciſe ad certum extenſionis gradum. ℣ Secundo probatur eadem poſitio. Si. n. infinitum repugnabit quanto, vt quantum, hoc erit, vel quia finitum conſequitur eſſentiam quãti, vel quia conſequitur eſſe illius, ſed finitum non conſequitur eſſentiam, quia quantum poteſt ſtare cum quolibet gradu finito, igitur nullus gradus finiti conſequitur eſſentiam quanti, & ita infinitum non conſequitur eſſentiam quanti. Præterea ſi finitum conſequeretur eſſentiam quanti, eſſet de definitione quanti. Conſtat autem quantum non definiri per finitum ipſum, nec conſequitur eſſe illius, quia

eſſe eſt

K

L

M

N Solutio.

O

Scꝫa qõ.

P

Põ Auer. & Iuniorũ

Q

A esse est actus essentiæ, igitur si non est finitum de ratione quanti secundum essentiam, nec est de ratione quanti secundum esse. Præterea saltem quãto secundum eius essentiam non repugnabit infinitas, igitur nec corpori secundũ rationem essentialem quanti. ℣ Tertio eadem dimensio numero potest stare sub diuersis terminis, & propter hoc dicitur dimensio interminata. igit̃ terminus nõ est de essentia nec de esse quanti, & ita nullum finitum erit de essentia vel de esse quanti, & per cõsequens quãto, vt quantum est, non repugnabit infinitudo. Ex his tribus rationibus videtur probabile infinitum non repugnare quanto secundum rationem

Secũda positio. quanti. ℣ Alĩ non parui viri tenuerunt totum oppositum, dixerunt enim infinitum repugnare quanto secundum eius essentiam, & secundum esse, & sic dixerunt omne quantum esse finitum, & omne finitum esse quantum. persuadent po

B sitionẽ bonis motiuis. Primo si infinitum nõ repugnat quanto, saltem secundum eius essentiam sibi potest cõpetere, igitur infinitũ quantum est possibile. ℣ Prima consequẽtia patet, quia omne nõ repugnans alicui inesse, potest inesse, non n. datur medium inter possibile, & impossibile, quare si infinitum nõ repugnat quãto, possibile est illi inesse, quia si nõ possibile est illi inesse, impossibile erit inesse. Si impossibile est illi inesse, repugnabit ei. Quare a primo ad vltimũ si non repugnat q̃to, infinitum possibile erit inesse quanto. vltra, si erit possibile inesse quanto, erit possibile aliqua potẽtia, vel finita & naturali vel supnaturali. nõ supernaturali, quia licet hoc esset fortasse catholicũ, non videtur physicũ, & maxime peripateticũ, vel auerroicũ. nec potest esse potentia naturali, quia nulla est illa. vt omnibus constat. ℣ Secũdo si infinitũ non repugnat quanto secundũ eius essentiã, poterit sibi inesse saltẽ secundũ eius essentiã, vt deductũ est. Si potest sibi inesse secundũ eius essentiã poterit reperiri de facto aliquid, cui de inesse illud competit. ℣ Tertio quod est impossi

C bile inesse alicui, est illi repugnãs. Sed infinitũ est impossibile inesse quãto, quia secundũ Arist. 1. priorũ impossibile est, quo posito inesse sequit̃ impossibile. modo posito ꝙ quantũ sit infinitũ, innumera sequunt̃ impossibilia, quare impossibile est infinitũ inesse quãto. Maior patet, ꝙa impossibile inesse videtur repugnãs. Ex ijs rõnibus deducunt corpori repugnare infinitũ tã secundũ rationẽ corporis, q̃ secundũ rationẽ quãti, tã secundũ essentiã, q̃ secundũ esse. ℣ Ego vero diu arbitratus sum secundã positionẽ cõtra Auer. Nũc vero aliter sen-

Dilucidatio. Inesse possibile in esse non repugnans inesse. tirẽ, dicerẽ. n. esse differentiã inter inesse seu cõpetere possibile inesse, & nõ repugnãs inesse. Sicut inter nõ inesse, impossibile inesse, et repugnãs inesse. Nã inesse ꝑ positionẽ efficit de inesse. ut homo currit, dato ꝙ currat. possibile inesse est quo posito inesse nõ sequitur impossibile, nõ repugnãs inesse, est quo intellecto nõ sequit̃ repugnãs intellectui. Inesse igit̃ restringitur tantũ ad id, quod est. Possibile inesse ampliatur ad id quod est, & põt inesse, nõ repugnãs vero ad id qđ ẽ. & potest inesse, et ad id qđ potest intelligi. uerbi causa de inesse homo currit et potest homo currere, & nõ repugnat hominem currere. Potest sedens moueri, ꝙa si id qđ nũc sedet, postea

D mouet̃, nullũ sequitur impossibile, & nõ repugnat quod sedet, moueri. nõ repugnat corpus eẽ sine loco, ꝙa dato ꝙ corpus intelligat̃ esse sine loco, nõ sequitur repugnans apud intellectũ, & tamẽ nec corpus est sine loco, nec potest esse sine loco. secundũ aliquos non repugnat materiã esse sine forma

Repugnãs impossibile inesse. quę tamẽ non potest esse sine forma nec est sine forma. ℣ Ex his patet differentia inter nõ inesse, impossibile inesse, & repugnans esse, quia per regulam topicã, si in affirmationibus aliqd est cõmunius in negationibus efficiet̃ minus cõmune. Quare repugnãs est in minus q̃ impossibile, & q̃ inesse. id. n. ꝑprie repugnat, quod nec est, nec potest esse, nec intelligi esse, immo quo posito, seq̃tur contradictio apud intellectum. Tunc facilis esset dilucidatio quęsiti. Dicerẽ igitur infinitũ non inesse quãto, nec corpori in eo ꝙ quantũ, & impossibile inesse quãto, & corpori in eo ꝙ quantũ, quod tamẽ nõ repugnat quãto nec corpori in eo ꝙ quãtũ, ꝙa si intellectus intelligeret corpus in eo ꝙ quantũ sine fine, nõ sequeret̃ repugnans intellectui. Corpori vero in eo ꝙ corpus repugnat in finitũ, quia sequitur contradictio intellectui. Nã eo ipso qđ intelligitur corpus esse, intelligitur figuratũ esse, & tribus terminis terminatum esse, & sic eo ipso ꝙ intelligitur figuratum esse vel terminatum, non intelligitur infinitum, vt dicit Auicẽna. igitur contradictio apud intellectum. ℣ Tunc ad rationes oppositę positionis, ad primam negatur prima cõsequentia, infinitum enim (vt dictũ est) nõ repugnat quãto, nec corpori in eo ꝙ quantum, quod tamen nec cõperit seu inest, nec potest cõpetere, nec ineẽ, & cõceditur impossibile ineẽ illi, quod tamen nõ repugnat. vt dictũ est. hoc enim impossibile est inesse alicui, cui tamen nõ repugnat. Nã nõ repugnare est ꝑ intellectũ, impossibile eẽ ꝑ aliquã potẽtiã esse ctiuã realem, per idem ad secundã, infinitum. n. nõ repugnat quãto, nec corpori in eo ꝙ quantũ, quod tamen nec illi inest, nec possibile est inesse, nec oportet ꝙ non repugnat alicui reperiri de facto in aliquo illius, quia non repugnare est

F per intellectũ, & nõ secundũ esse. ℣ Ad tertiam patet solutio, licet. n. omne repugnans sit impossibile, nõ tamen oẽ nõ repugnans est possibile (vt dictũ est) quia non repugnas est quod si intelligatur esse, nõ sequitur repugnans intellectui. ℣ Ex his perspicuum est, corpori per rationem quanti non repugnare infinitatẽ. licet bene sibi repugnat per rationem corporis, & consequenter etiam patet corpori circulariter mobili in eo ꝙ quantum minime repugnare infinitudinem, cui tamen & ꝑ rationem corporis circularis, & per rationẽ, corporis repugnat, vt toties dictũ est. per hęc patet ad rationes factas in principio, sunt enim pro nobis. Similiter & rationes primę positionis sunt pro nobis, ad rationẽ post op positũ, patet solutio. regula enim topica est per verbum est, vel reperitur, & non per verbum non repugnat. nam omne quod est in genere vel reperitur in genere est. vel reperitur in specie, sed nõ quod non repugnat alicui per rationem generis, est. vel reperitur in specie. Sed sufficit quod per intellectũ non repugnat speciei alicui. hæc de secunda quęstione.

Conclusio dilucidationis.

G

TERTIO quęrit̃ vtrũ lineæ & superficiei vt tales, repugnat infinitas. videtur ꝙ nõ, nã in omnibus his rationibus Arist. supposuit lineas infinitas. igitur lineę vt linea nõ repugnat infinitudo, aliter. accepisset in rationibus aliquid repugnãs intellectui. ℣ In contrariũ est Auer. cõ. 39. qui vult lineę et superficiei nõ repugnare infinitatẽ ex parte lõgitudinis, quę est genus lineę, & latitudinis, quæ est gẽus superficiei. ℣ Qui dam magis mathematici q̃ physici arbitrati sunt, nec lineę nec superficiei quatenus tales & per rationem speciei repugnare infinitudinem. Minime per rationẽ generis. probant primo per Aristotelem, qui vtitur illis vt infinitis in suis rationibus. Scẽdo terminus nõ cadit in definitione illarũ. est. n. linea longitudo sine latitudine & altitudine. superficies latitudo sine altitudine. Tertio Auer. & Auic. & Arist. dicũt corpori per rationem corporis repugnare infinitudinem, quia de ratiõe corporis est figura, quę terminis clauditur. igitur per cõuersionẽ per cõtrapositionẽ, de cuius ratione nõ est figura, de eius rationẽ nõ est finitudo. ex his dixerũt lineę, & superficiei per rationẽ speciei nõ repugnare infinitudinẽ, ve luti nec per rationẽ generis. ℣ Auerroes vero cõ. vbi supra voluit lineę, vt lineę et, superficiei, vt supficies, repugnare infinitudinem nõ autem per rationem generis. lineæ enim vt longitudo quedam nõ repugnat, nec superficiei, vt latitudo. Et licet positio hęc vix probari possit, tamen sic videtur mihi esse probanda, vel linea vltra longitudinem includit aliquid vel nihil. si nihil, tunc longitudo nõ esset genus lineæ, et ita lõgitudo, & linea essenti nomia multiuoca ceu ensis et gladius, quod est contra physicos & geometras. Sin autem linea vltra longitudinẽ addit aliquid, non videtur nisi terminus. est enim linea longitudo sine latitudine & profunditate, cuius extrema sunt duo puncta. igitur addit terminum. Vnde in hac definitione lineę longitudo ponitur pro genere lineæ. Illa particula sine latitudine & profunditate est definitio longitudinis. Nam lõgitudo est quantitas cõtinua sinẽ latitudine & profunditate sic igitur in definitione lineæ po-

Tertia quæstio

Prima positio.

H

Positio Auer.

nitur longitudo pro genere & definitio vel principalis differentia illius vt definitio ſit verior & expreſſior, vt dicitur in topicis, quare ſi vltra longitudinem linea dicit aliquid, illud eſt terminus. Quare lineæ vt linea repugnat infinitas, non autem vt longitudo quędam. Eodem modo poteſt dici de ſuperficie. quia ſuperficies ſuperaddit aliquid latitudini, uel nihil. & ſi nihil, tunc latitudo & ſuperficies eſſent nomina multiuoca, & ſi aliquid illud eſt terminus, vnde definitur ſuperficies ꝙ ſit latitudo ſine profunditate, cuius extrema ſunt duę lineę igitur ſuperficiei vt ſuperficies repugnat infinitudo, non autem vt latitudo, & tunc patet poſitio Auer. quæ non ſolum videtur vera, ſed mathematica, e qua poſitione deducitur ꝙ diuiſio quę datur de linea, ꝙ quædam ſit finita, quædam infinita, non eſt vera diuiſio, ſed ſecundum extimationem. ¶ Ad rationes oppoſitę poſitionis dico ꝙ Ariſ. vtitur illis vt infinitis non quatenus intelliguntur infinite per rationem ſpeciei ſed per rationem generis, vt ex verbis Ariſt. deducit Auer. Ad ſecundam patet ſolu. nam in completis illarum definitionibus neceſſario cadit terminus, vt viſum ē. Ad tertiam dico ꝙ Auer. & Auic. dicunt corpori per rationem corporis repugnare infinitatem per hoc ꝙ de ratione corporis eſt figura non tamen volunt figuram eſſe cauſam præciſam, & adęquatam illius, & propterea non licet contraponi. Sed cauſa præciſa eſt quia de ratione corporis ē terminus cū ſit trina dimenſio, & ſic licet inferre in omnibus, quod de cuius rōne nō eſt terminus, de eius rōne nō eſt finitudo. ¶ Ad rationem in principio patet ſolutio ex his. Multæ aliæ quæſtiones emergerent, ſed quia poſſunt cadere etiam in ſequentibus, poſtea pertractabuntur.

Solutio rationum

K

¶ At vero neꝙ id quod ad medium, neꝙ id quod e medio fertur: infinitum erit.

¶ Cum Ariſ. de corpore circulariter mobili demonſtrauit infinitudinē, nunc de corpore quod mouetur motu recto, demonſtrat idem, & hoc proponit dicēs, at vero neꝙ id quòd ad medium, neꝙ id quòd e medio fertur, infinitum erit. hoc eſt, ꝙ neꝙ leue, neꝙ graue, infinitū ſit, manifeſtum erit ex dicendis. Quod vero ad verba attinet. Debes ſcire ꝙ leue definitum eſt per hoc quod eſt corpus quod a medio fertur. Graue vero per id quòd ad medium fertur, & qm̄ quod a medio fertur, competit leui ſimpliciter, & leui in reſpectu, & quod ad mediū fertur, graui ſimpliciter, & graui in reſpectu, ideo intentio intelligatur de omnibus. quaſi dicat, at vero neꝙ id quòd ad medium vt graue ſimpliciter, & in reſpectu, neꝙ id quòd e medio fertur. vꝫ leue ſimpliciter & in reſpectu, infinitum erit. Quare de omnibus elementis proponit demonſtrare infinitudinem. hæc de intentione.

L

Pergitur verbū eſt textui ſupplētum.

¶ Contrariæ enim lationes ſunt: qua ſurſum: & qua deorſum pergitur. Contrariæ vero ſunt ad contraria loca.

¶ Propoſita intentione proſequitur, et primo de graui leuiꝙ ſimpliciter, quæ contraria ſunt in extremo, quę dupliciter, ꝓbat eſſe finita ex parte locorum, & ex parte qualitatū, ſecūdo de graui leuiꝙ in reſpectu, in ſyllogiſmo qui ex parte locorū procedit. ſumit duas ſuppoſitiones more boni geometræ. Prima eſt, locus ſurſum & locus deorſum ſunt contraria & hāc ſyllogizat ſic loca ad quæ ſunt lationes cōtrarię ſunt contraria. locus ſurſum & locus deorſum ſunt loca, ad quæ ſunt lationes contrariæ. igitur locus ſurſum & locus deorſum ſunt contraria. de ratione tangit vim minoris. dicens, contrarię. n. lationes ſunt, qua ſurſum, & qua deorſum ꝓgitur. & per hanc vult habere minorem. vꝫ ꝙ locus ſurſum et locus deorſum ſint loca ad quæ ſunt lationes cōtrariæ. vim maioris indicat per id quòd ſubdit. contrariæ vero ſunt ad contraria loca. quaſi velit habere loca eſſe contraria, ad quę lationes ſunt contrarię. Sic igitur habeť ſuppoſitio prima. vꝫ ꝙ locus ſurſum & locus deorſum ſint contraria, cuius breuis probatio eſt, quia ſunt termini ipſorum mōtuum contrariorum. Hæc de prima ſuppoſitione.

M

¶ Atꝙ contrariorum ſi alterum definitum eſt: & alterū definitum erit. Medium vero eſt definitum. Nam ſi vndeuis deorſum feratur: quod ſubſtat non contingit vltra medium progrediatur. Cum igitur medium definitum ſit: & ſuperum locum definitum eſſe neceſſe eſt.

N

Vltra. Longius. Vlterius.

¶ Secunda ſuppoſitio, locus ſurſum & locus deorſum ſunt definita. ꝓbat ſic, contrariorū ſi alterum definitū eſt, & alterum definitum erit. medium ſiue locus deorſum, & locus ſurſum ſunt contraria. vt proxima ſuppoſitione patuit. igitur ſi alterum definitum eſt, & alterū. de ratione tangit maiorē dicens atꝙ contrariorum ſi alterum definitū eſt, & alterum definitum erit. dimittit minorē, ſed eius probationem ſumit, dicens. medium vero eſt definitum, nō. n. mediū mundi eſt abiſſus in infinitū a nobis diſtans. & hoc probat, id eſt definitum ſecundū diſtantiā a nobis, ad quod cū graue pueniť nō vltra progreditur. Tunc tangit minorē. d. vnā ſiv nde uis deorſum ferať, quod ſubſtat hoc eſt graue ipſum, quod omnibus ſubſtat, peruenienſ ad mediū nō cōtingit vltra medium progrediatur. Tunc quaſi epilogādo rationē inquit. Cum igitur medium definitum ſit ſecundum diſtantiā a nobis, & ſuperum locum ſecundum diſtantiā ab illo & a nobis definitum eſſe neceſſe eſt. Sic igitur patet ſecunda ſuppoſitio, ꝙ vꝫ locus ſurſum, & locus deorſum ſunt definita. animaduerte tamen primā ſuppoſitionem nō deſeruire ſyllogiſmo, ſed ponitur vt habeatur hæc ſecunda ſuppoſitio, in qua tota vis ſyllogiſmi conſiſtit. ¶ Nam prima ſuppoſitio eſt minor ſyllogiſmi, quo probatur ſecunda ſuppoſitio, vt patuit.

O

¶ Si igitur loca ſunt definita, atꝙ finita: & corpora erunt finita.

¶ Ex vi ſuppoſitionis vltimę ſyllogizat ſic, ſi loca naturalia aliquarū corporum ſunt finita & definita, corpora locata erunt finita. per ſecundam ſuppoſitionē locus ſurſum & locus deorſum quæ ſunt loca grauium & leuiū. naturalia, ſunt finita & definita. igitur corpora grauia & leuia ſunt finita, quod eſt ꝓpoſitum. ¶ Sed occurres, quia videtur aliquid eē acceptū in ſyllogiſmo quod nō accipiebatur in ſuppoſitionibus. in ſuppoſitione enim accipiebatur loca eſſe definita per diſtantiam vnius ab altero, & a nobis. at in minore huius ſyllogiſmi accipitur ꝙ loca illa ſint definita, & finita. de finita quidē ſecundū diſtantiam vnius ab altero. finita vero ſecundum continentiam, quia continentia loci deorſum eſt finita & continentia loci ſurſum etiam. Modo licet primū ſit in ſuppoſitione ſumptū, ſecundū vero non, & ita aduerſarius veritatis poſſet dicere ꝙ loca ſunt definita ſecundum diſtantiā vnius ab altero, & tamen vterꝙ illorum eſt ambitu atꝙ continētia infinitus. ¶ Qua ratione corpus contentum poſſet intelligi infinitum. quare Ariſtoteles plus in ſyllogiſmo q̄ in ſuppoſitionibus accepit. pōt dici ꝙ ex vno habetur alterū, ſi enim acceptum ſit loca illa eſſe definita ſecundum diſtātiam alterius ab altero reliquetur vtrūꝙ illorum eſſe finitū ambitu atꝙ continentia. Nam ſi locus deorſum eſſet ambitu infinitus, & locus ſurſum ſimiliter. ꝓcul dubio centra locorum quę petunt corpora, diſtarēt in infinitum. hoc autē reprobatū eſt, per hoc quia graue petens medium nō vltra ipſum amplius fertur. quę ratio docet nō modo loca illa diſtare inter ſe finite, ſed vtrūꝙ illorum eſſe cōtinentia et ambitu finitum. ꝓpterea Ariſtoteles accipit hoc, quia licet in ſuppoſitionibus nō ſit aperte ſumptū, eſt virtualiter preſuppoſitum. Tu vero cōſidera, ſi videbitur aliter.

P


Dubita.

Q

¶ Aue. vero ſyllogizat ſic hypothetice, ſi loca ignis & terræ ſunt finita locata. vꝫ ignis & terra ſunt finita at loca ignis & terre finita ſunt. igitť ignis & terra finita erunt. maior ſyllogiſmi omnibus conſtat. at minor probatur ex eo quia locus terrę finitus eſt, vt dicetur. Sed ſi vnum contrarium finitum eſt, alterum etiam finitum erit. Quare ſi locus terræ eſt finitus, locus ignis, qui terre eſt contrarius, finitus erit. vt igitur hæc ratio perſpicua ſit. Auer. ex textu Ariſto. facit ſuppoſitiones, prima eſt loca ignis & terrę ſunt contraria. probatur. quia motus ad illa cōtrarꝝ ſunt. igitur loca erunt cōtraria. Secunda radix ſeu ſuppoſitio contrariorū. Si alterum eſt finitum,


Quę Aue. cōmē. 44.

A eſt finitum,& alterum neceſſario finitum erit.probat Aue. hanc radicem primo, contraria ęqualia eſſe debent ſecundum qualitatem.Nam ſi alterum erit infinitum,& alterum finitum,infinitum ſuperabit finitum a proportione infinita, & ita vnum illorum erit tantum.Infinitum enim totum occupat.& cum dicit Auer.contraria eſſe ęqualia, nō intelligas de ęqualitate punctuali,ignis enim cōtrariatur terrę,& tamen eſt terra maior ignis ipſe.nec de æqualitate virtutis, quia tunc inter illa nō eſſet actio,ſed de equalitate proportionis,ſic vȝ ꝙ alterum alterū non exuperet proportione infinita. Nam tūc alterum corrumperet alterum,& in rerum natura non eſſet niſi unum tantū. ℣ Secundo ꝓbat idem ibi & manifeſtum eſt ſi cōtraria nō eſſent ęqualia in gradu cōtrarietatis,alterū eſſet altero fortius.at hoc eſt impoſſibile, nā alterū alterum deſtrueret,& ita tolleretur cōtrarietas.& hęc ratio non multū differt a prima. ℣ Tertio ꝓbat idem ibi & poſſibile eſſet addere,& arguit ſic,ſi alterū cōtrariorū eſ
B ſet finitum,& alterum infinitū,tunc eidem plura eſſent cōtraria.deducitur, nam ſit.a.cōtrarium infinitum.b.vero finitum.reſecetur igitur ab.a.aliqd,& addatur ipſi.b.tunc.a. adhuc remanebit infinitum, quia quouis ablato ab infinito ſemper remanet infinitū.aggregatū vero ex.b.& eo quod addebatur ſibi ſit.c.tunc b.contrariebatur.ipſi.a.per aduerſarium &.c.etiam eidem.a.quia ad huc inter.c.&.a.remanet diſtātia infinita.igitur vni erunt plura cōtraria. ℣ Quarto ꝓbat idem ibi[& illud quod]& arguit ſic, cōtraria ſunt quę maxime diſtant.10.metaphyſicę.igitur, contraria ſunt æqualia.probatur cōſequentia,quia ſi.a.ſit infinitum &.b. finitum,ſi.b.ipſi adderetur quicq̄, ipſi.b.ab.a.magis diſtabit.igitur.b.&.a.prius non fuerunt contraria,vel ſi fuiſſent cōtraria nō fuiſſent maxime diſtātia. ℣ Quinto ꝓbat idē ibi et etiam:arguit quia cōtrarietate extremi ad extremā,oportet cōtraria eſſe ęqualia,nam ſi nō,& dicas ꝙ alterū eſt finitum,& alterū infinitum, cū finitum reſpectu infiniti habeat rationem medij,tunc inter.a.b.eſſet cōtrarietasmedij ad extremum cōtra poſitionem,ex his patet ſuppoſitio ſecunda.
C Tertia radix apud Auerroem eſt ꝙ mediū eſt finitum atq; terminatum.& per medium intelligit vt dicit Auer.locum ſimpliciter deorſum, ad quem mouetur ſimpliciter graue. probatur primo quia locus terrę eſt medium mundi.Sed medium eſt finitum,quia ęqualiter diſtat ab extremis.igitur locus terrę eſt finitus.ſecundo omnes lapides.i.portiones terrę quando deſcendunt vndeuis,ęqualiter petunt medium.igitur medium eſt finitum. Immo indiuiſibile aſſumptum patet,quia ſi aliqua portio terrę vltra medium progrederetur. Tunc recederet a medio,quare aſcenderet.



℣ Tertio hoc probat per exemplum & deſcribatur circulus.a.b.c.d. cuius centrum ſeu mediū ſit circellus paruus o.tunc patet ꝙ ſi
D vna portio terræ in a ipſo.a.ponatur, & ſuæ naturę relinqueretur ad .o. circellum moueretur & ſi alia poneretur in b.etiam moueretur ad idem.& ſi in.c. etiam ad idem.& ſi in.d.etiam ad idem ſemper moueretur. & nulla harum pertranſiret punctum medium circelli: alter moueretur a medio, & ſic aſcenderet.igitur medium eſt finitum. In hac ratione patet primo ꝙ portiones terræ deſcendūt per lineas cauſantes in puncto medio angulos rectos,quod punctum medium eſt centrum ſuperficiei rotundæ ſiue circelli medij. Secundo patet (vt antiqui dixerunt) hoc nō eſſe verum niſi ſupponendo cœlum eſſe ſphæricum. Nam ſic circellus ille ęqualiter diſtat a cœli omnibus partibus,per hoc igitur exemplū patet locum mediū eſſe finitū. E

℣ Sed occurres vtrum dato ꝙ cœlū ſit alterius figuræ.vȝ triangulæ, vel quadrangulæ, portiones terrę deſcendentes a partibus cœli ad mediū,cauſarent angulos rectos. ℣ Reſpondet ꝙ nō,& probat,quia ſi cœlum nō eſſet ſphæricæ figuræ, ſit gratia exempli quadrangulæ,patet ꝙ ſi portio terræ ponatur in.d.cœli parte, non deſcendet ad.o.centrum, ſed ad.a.ſimiliter ſi alia portio ponatur.c.cœli parte, deſcendet ad.b.& non ad.o.ſed.a.&.b.recedunt a cētro.o.igitur portiones illæ non concurrerēt ad.o.medium.ſed mouerentur.ad puncta,que recedunt ab.o.igitur aſcenderent, quia recedere a centro eſt moueri ſurſum atq; aſcendere. Quare ſi locus terræ deum eſſe vnus & determinatus, cœli partes debent eſſe ſphęricæ.aliter qua ratione portio terræ in.d.deſcenderet ad.a.alia portio in.e.deſcenderet in.f.& ſic in infinitum eſſent partes ipſius cœli e quibus poſſent deſcendere per lineas rectas verſus.b.o.a.f.puncta inferiora. Preterea Auer.probat hanc propoſitionē ſenſu,quia ſenſu.patet. Cœlum totum eſſe ſphæricum,aut ſaltem eius mediū quod.ſupra orizontem apparet,eſſe ſphęricū.Nam cum mouetur, videtur ſphæricæ moueri,quia ab ortu in occaſum.quare lapides ſi ponerentur in cœli partibus.& derelinquerētur ſuis naturis,ad mediū cœli mouerentur,oportet enim illos ęqualiter recedere a cœlo,& æqualiter accedere ad mediū, quod eſſe nō poſſet,niſi deſcenderēt per lineas cōcurrentes advnū punctum medium.patet igitur locum deorſum eſſe determinatum,atq; finitum.His ſuppoſitionibus ſtantibus,patet ratio Auer. ℣ Sed dubitat Auer.& ſatis docte quia videtur in ratione petitio eius quod eſt in principio.Nam Ariſtoteles probauit ipſum medium eſſe finitum,per hoc quod cœlum eſt ſphæricum.Sed ponere cœlū eſſe ſphæricum eſt ſupponere locum ignis eſſe finitum,eo.n.ipſo ꝙ cœlum eſt ſphęricum,locus ignis eſt finitus.igitur petitio. ℣ Reſpondet ꝙ locus ſurſum poteſt dupliciter accipi pro loco corporum leuium.vtpote pro ſpatio,quod eſt inter cœlum & centrum. alio modo pro ſpatio quod eſt inter centrum, & vltimum cœli conuexum. Vult igitur ꝙ Ariſtoteles non probet locum ſurſum eſſe finitum accipiendo locum ſurſum pro loco leuium hoc eſt primo modo,quia ſic vt ratio cōcludit peteret.Sed probat locum ſurſum eſſe finitum ſumendo ſecūdo modo pro toto ſpatio a centro ad conuexum vltimi cœli.et ſic non petit,poteſt enim ſupponi cœlum eſſe ſphęricum,& tamen dubitari ſi tota regio ſuperna ſit finita, cœlum enim ſpęricum eſſe conſtat ſenſu.regio tamen ſuperna ſi finita ſit non conſtat ſenſu. ℣ Sed pace. Auer. dixerim, hęc que dicit, ſunt ſua,& non Ariſtotelis. Nam Ariſtoteles & ſi ſyllogizauit, vt ipſe ſyllogizat.tamen ad ſyllogiſmum non ſecit niſi vnam ſuppoſitionem.altera autem ſuppoſitio nō ad ſylogiſmum accepta eſt,ſed ad ſuppoſitionem ſecūda. Ptæterea ſolutio hęc quam dubitationi dedit, non videtur ad mentem Ariſtotelis,quoniam Ariſtoteles probat graue & leue ſimpliciter eſſe finita,vt Simplicius dicit,per hoc quia loca grauis ſimpliciter & leuis ſimpliciter ſunt finita. Conſtat autem locum leuis ſimpliciter eſſe concauum lunæ,quare non de loco ſurſum omnium corporum citra grauia loquitur, ſed de loco leuium ſimpliciter duntaxat.Secundo uel Ariſtoteles loquitur de loco ignis vel de loco ſuperiori non contracto ad locū ignis.Si de loco ignis, tunc eſſet petitio ut dicit. ſi de loco ſuperiori communiter accepto, tunc non probaret leue tantum eſſe finitum,vt propoſuit, ſed omne quod in ſuperiori regione collocatur,quod eſt contra intentionē, quam propoſuit.Tertio de eo loco loquitur, qui contraria tur loco grauium.ac locus ignis contrariatur loco grauiū,



Dubitatio

Solutio.

F

Dubitatio

G

Solutio.

Reprehen dit Auer.

H

I & non locus ſurſum communiter acceptus. Quare videtur expoſitio Auer. & falſa, non ad mentem Ariſtotelis Ariſtoteles enim probat locum eſſe finitū per hoc ꝙ locus terræ eſt finitus. probat autem locum terrę eſſe finitum, quia a nobis diſtat finitę, ut probatum eſt, & quia vltra centrum motus non dicitur deſcenſus, ſed aſcenſus. Vbi patet nullā eſſe petitionem quo probato, infert locum ignis eē finitum, per hoc quia ſi vnum contrarium eſt finitum, & alterum eſt finitum. ꝓ Sed occures, quia dictum eſt ſecundum Auer. locum inferum eſſe centrum. Centrum vero eſt punctum indiuiſibile. at indiuiſibile non eſt finitum, nec infinitum. poteſt dici ꝙ centrum eſt finitum negatiue, quia vꝫ non finitum. vel quia ſumit locum inferiorem pro toto ambitu a ſuperficie aque concauam vſq; ad centrum, & ſic eſt finitum, & ad hoc procedit ratio Ariſto.

Dubitatio. Solutio.

ꝓ Prętерea ſi ſurſum & deorſum definita ſunt, & id quod eſt inter hęc definitum eſſe neceſſe eſt. Nam ſi definitum K non ſit, motus infinitus erit profecto: quod quidem impoſſibile prius demonſtratum eſt. Medium ergo ipſum definitum erit. Quare & id corpus, quod in hoc eſt: aut eſſe poterit.

Eſſe fieri fore.

ꝓ Hactenus de finitate extremorum corporum, nunc ꝙ corpora intermedia finita ſint, demonſtrat. & ſyllogizat ſic, ſi loca ſurſum & deorſum definita ſint, & id ſiue locus ſit, ſiue ſpatium, quod eſt inter hæc extrema loca, definitum eſſe neceſſe eſt. ſupple tu ponatur antecedens. vꝫ ſed locus ſurſum & locus deorſum definita ſunt. igitur et loca media. Minor eſt proximo textu deducta. Maior quę eſt hypothetica conditionalis, probatur dupliciter, primo quia ſi non detur oppoſitum conſequētis. vꝫ ꝙ medium nō ſit finitum, tunc hæc copulatiua erit vera, vꝫ locus medius non eſt finitus, & loca extrema erunt finita, igitur motus qui erit ab vno extremo loco ad alium extremum locum, etiam erit infinitus tenet conſequentia, quia ab extremo ad extremum venire L nō poſſet, niſi tranſiret medium illud infinitum. conſequens eſt impoſſibile, vt proximo textu deductum eſt. igitur medium eſt finitum. et ſic patet maior. vꝫ ꝙ ſi extrema loca ſurſum & deorſum ſint finita, media loca etiā erunt finita, huius ſyllogiſmi tacuit minorem, ſed poſuit maiorem, & eius probationem. Ex hoc infert propoſitum, & ſyllogiſmus eſſe debet, quæcunq; corpora ſunt, quorum loca ſunt finita, ipſa ſunt finita. corpora grauia & leuia intermedia ſunt corpora quorum loca media finita ſunt, vt dictū eſt. igitur graue & leue media ſunt finita.

Verborū cōſideratio.

ꝓ Quo vero ad verba attinet, dixit aut eſſe poterit, ſiue fieri poterit, ſiue fore poteſt, quia multi viſu ſuaſi negant in hac regione media eſſe aerem actu, propterea Ariſtoteles adiecit, vel eſſe, vel fore, vel fieri poterit, quia ſi in hac media regione actu aer non ſit, poteſt ibi aut eſſe aut fieri inquit. Prętерea ſi ſurſum & deorſum definita ſunt, & id quod eſt inter hęc, vtpote loca media, definitum eſſe neceſſe eſt. hæc ē maior ſyllogiſmi primi quam probat M per oppoſitū more boni logici, & inquit. Nam ſi definitum non ſit, & ſupple extrema loca definita ſit, motus ſupple ignis vel terrę, qui eſſet de extremo ad extremum, infinitus erit profecto, quod quidem impoſſibile eſſe prius demōſtratum eſt. Concludit igitur concluſionem. & inquit Medium igitur ipſum definitum erit. ecce quod de primo ſyllogiſmo tetigit maiorem, & probationem illius, & concluſionem, dimiſit vero minorē.

Dubitatio.

ꝓ Sed occures, quia nō videtur ſequi medium nō eſt definitum igitur motus ab extremo ad extremū eſt infinitus, diceret enim aduerſarius nullū eſſe inter illa extrema medium, quo in caſu motus ab extremo ad extremum non eſſet infinitus. Immo eſſet nullus.

Solutio.

ꝓ Dico ꝙ Ariſteles ſupponit ad ſenſum conſtantiam ſubiecti, & propterea dicit ſic in ſyllogiſmo procedi, ſi ſurſum & deorſum definita ſunt. Medium definitum eſt, quia per oppoſitum ſi non ſit definitum, & ſupple inter hęc extrema medium eſſe ſenſu conſtat, igitur erit infinitum. ex negatiua enim non ſequitur affirmatiua, niſi cum cōſtantia ſubiecti. Vltra medium erit infinitum, igitur & motus ab extremo ad extremum, ſic igi N tur Ariſtoteles. ſupponit medij cōſtantiam. & hoc pacto ſyllogiſmus eius valet. cum per ſyllogiſmum primum deduxit medium eſſe finitum, concludit corpus quod in hoc medio actu eſt, vel eſſe poteſt, eſſe finitum. & vis ſyllogiſmi poteſt eſſe cathegorica, vt dictum eſt, & hypothetica ſic ſi loca media finita ſint: corpora media finita erunt. ſed loca media finita ſunt. vt ſyllogiſmo proximo patet. igit & corpora media finita erunt. Hæc de primo.

ꝓ Inſuper etiam id corpus, quod ſurſum, & deorſum fertur: poteſt in hoc eſſe: hoc enim a medio quidem: illud vero ad medium moueri aptum eſt. ex his igitur perſpicuum eſt corpus infinitum eſſe non poſſe.

ꝓ Secundo probat maiorem primi ſyllogiſmi, quæ fuit illa conditionalis. vꝫ ſi extrema definita ſunt, & medium definitum eſt. & iterum hęc ſecunda probatio more boni logici per oppoſitum deducitur ab eo. arguatur ſi igitur extrema definita ſunt, & medium definitum eſt, ſi nō, igitur medium O inter illa extrema erit infinitum, vt per conſtantiam ſubiecti prius deduci poteſt. Si medium eſt infinitum, igitur corpus quod ſurſum & deorſum fertur, nunc; eſſe poterit ſurſum vel deorſum, aliter infinitum pertranſiretur. at conſequens eſt contra ſenſum. patet igitur medium eſſe finitū. de ratione tangit oppoſitum conſequentis, & quaſi dicat ſi inter medium eſt infinitum, corpus quod ſurſum vel deorſum fertur, nunc; poterit ſurſum aut deorſum eſſe deſtruit conſequēs. & inquit. Inſuper eſſe id corpus, quod ſurſum, et deorſum fertur, poteſt in hoc. i. ſurſum aut deorſum eſſe. Hæc eſt deſtructio cōſequentis. vel deducatur facilius & in idem textus ſic inſuper etiam id corpus quod ſurſum aut deorſum fertur, poteſt ſurſum aut deorſum eſſe. probatur hæc conſequentia, omne corpus aptum natū moueri ad aliquem locum, quandoq; eſt in illo, aliter illa aptitudo naturalis eſſet fruſtra. at omne corpus eſt aptum natum moueri vel e medio, vel ad medium. igitur omne corpus eſt quandoq; vel in medio, vel ſurſum a medio de hac probatiōe ponitur mi- P nor tātum, cum dicitur, hoc enim a medio, illud vero ad medium aptum natum eſt moueri. Sic gitur per hęc vult Ariſtoteles habere, quod omne corpus quod moueri poteſt ſurſum vel deorſum, poteſt illic quandoq; eſſe, & tunc vult vt compleatur ratio at vbi mediū eſſet infinitum, corpus quod eſſet aptum natū moueri ſurſum, nunc; eſſet actu ſurſum, aliter infinitum illud medium pertrāſiretur. Quare reſolutorie procedēdo ſi extrema finita ſunt, medium finitum eſt, quia ſi medium infinitum ſit, corpus quod eſſet aptum natū moueri ſurſum vel deorſum, nunc; eſſet actu ſurſum, vel deorſum, & ſic duplici ratiōe patet illa cōdicionalis. demum epilogat, & patet quod dicit.

Quę Aut comē. 45.

ꝓ Auer. autē quo ad vim rationis nō differt a noſtra expoſitiōe, deducit enim ſic, rationē, ſi extrema ſint finita, & medium infinitum, motus elementi extremi. vtpote ignis, eſſet perpetuus et infinitus, cuius oppoſitum eſt deductum. 8 phyſicorum &. 6. quia dictum eſt nullum motum eſſe perpetuū & infinitum, niſi circularem, & Q probat conſequentiam, quia ſi ignis ponatur in terra, nunc; attingeret ſuum locū naturalem, quia mediū per quod moueretur, eſſet infinitum, quod nō eſſet pertranſibile: niſi tempore infinito. differt vero a noſtra expoſitione, quia ipſe hypoteticā illā, quę eſt maior primi ſyllogiſmi, nō probat niſi vna ratione. nos ex textu duabus ratiōibus ꝓbauimus, quarum ſecunda ponebatur ibi, inſuper etiam & cauſa eſt quia eius translationes nō ſunt fideles.

ꝓ Quo vero ad verba attinet notat Auerroes Ariſtotelē ęquiuocaſſe de medio hic, & ſuperioribus textibus. Medium enim trifariam dicitur, quia pro medio mundi, pro centro alicuius ſphærę, & pro eo quod inter extrema mediat. ſuperioribus lectionibus pro medio mundi accepit. Hic pro eo quod inter extrema mediat. Hęc Auer.

ꝓ At hęc etiam ſi grauitas non eſt infinita: neq; aliquod horum corporum erit infinitum: infiniti namq; corporis

infinitam


A infinita etiam esse grauitatem necesse est. Eadem autem erit ratio & in leui. Nam si grauitas est infinita: erit & leuitas: si id infinitum sit: quod supereminet.

℣ Quod nec graue nec leue sit infinitum: nūc ostendit ratione accepta ex grauitate leuitateue. & sumit duas conditionales: prima est si aliquod corpus grauium est infinitum: grauitas est infinita. Secunda est si aliquod corpus leuium est infinitum. leuitas est infinita, primam ponit sub ratione contraria, dicit. n. ad hæc etiam si grauitas non est infinita, neq; aliquod horum grauium corporum erit infinitum, per hanc vult habere conuersam. vȝ ꝙ si aliquod grauium corporum est infinitum, grauitas est infinita. cuius conuersæ rationem assignat: & inquit. Infiniti nāque corporis infinitam etiam esse grauitatem necesse est. causa autem quare posuit illam conditionalem ordinem mutato est vt ostenderet illam esse conuertibilem cum sua conuersa. Secunda conditionalis est si corpus quod supeminet .i. leue est infinitum, leuitas est in
B finita. & hanc ponit sub hac forma, eadem aūt erit ratio & in leui. Nam si grauitas est infinita erit & leuitas etiam infinita, dico erit leuitas infinita si id infinitum sit quod supereminet id si leue sit infinitum. In qua secunda conditionali posuit duo antecedentia nam dicit si grauitas est infinita, & leuitas est infinita, vbi patet primum antecedens. Secundū patet cum ait si leue ē infinitum leuitas est infinita. Sequitur enim leuitatem esse infinitam, tā ad grauitatem esse infinitā q̄ ad leue ipsum esse infinitum. aliter tamē & aliter. sequitur enim leuitatem esse infinitas ad grauitatem esse infinitam per hoc quia si alterum contrarium est infinitum, & alterum. sequitur leuitatē esse infinitam. ad leue esse infinitū per hoc quia si subiectum est infinitum, forma per quam subiectum est etiam est infinita. patet igitur rectę Aristotelem duo antecedentia adiecisse, verum in textu non prosequetur nisi secundā conditionalem. vȝ si leue esset infinitum, leuitas
Quę Auer. com. 46. est infinita. Hæ sunt duæ conditionales de quibus prosequetur Aristoteles ℣ Auerroes vero dicit demonstrationē Aristotelis hanc fundari in tribus propōnibus. prima est omne
C corpus quod recto motu mouetur, hebet grauitatem aut leuitatē. Secunda debet poni sic si corpus quod mouetur motu recto est infinitū habet grauitatem vel leuitatē infinitā. Tertia est impossibile est grauitatem aut leuitatem esse infinitam. In quibus patet vis tota syllogismi. Nam propositio secunda est maior. tertia est minor. prima est probatio maioris. Vnde syllogismus est hypoteticus sic si corpus aliquod quod mouetur motu recto: est infinitum grauitas aut leuitas est infinita. Minor est destructio consequentis huius conditionalis. videlicet sed non est grauitas nec leuitas infinita. igitur nullum corpus quod mouetur motu recto, erit infinitū. Maior fuit secunda propositio, & probatur per prima quia omne corpus quod mouetur motu recto, necessario habet grauitatem aut leuitarem. Minor fuit tertia propositio, & probabitur in sequentibus. tamen probat eam sic motus rectus non est infinitus. igitur nec grauitas nec le-
D uitas est infinita. Iuniores deducunt & recte quia principio actiuo existente infinito ex eo debet prouenire effectus infinitus. quare si motus rectus qui est effectus grauitatis vel
Dubitatio. leuitatis, nō sit infinitus, pculdubio nec grauitas nec leuitas quæ est principium actiuum illius poterit esse infinita. ℣ Sed occurres quia grauitate vel leuitate existente infinita, sequi
Sol. tur motum rectum grauis vel leuis corpis esse in non tempore vt postea videbit. igit nō sequitur motū rectū esse infinitum & perpetuum, sed magis subitarium & momentarium. ℣ Dici potest ex impossibili sequi quodlibet vt sorticolę tradunt, vel ut peripatetici dicatur ꝙ vno dato impossibili plura sequuntur dato. igitur ꝙ grauitas vel leuitas alicuius corporis, quod recto motu mouetur, esset infinita sequeretur motus in nō tempore, vt deducetur & sequeretur motus infinitus & perpetuus, quod deducitur, quia si grauitas vel leuitas esset infinita, corpus graue aut leue esset infinitum, vt in calce huius commenti ait. Auer. non enim potest forma aliqua esse infinita, nisi extēdatur in corpore infinito. vltra, corpus graue, aut leue est infinitum. igitur mouetur in spatio infinito. Sed spatium infinitum pertranstri non potest nisi tempore infinito. igitur moueretur tempore infinito. quare si grauitas aut leuitas esset infinita, motus rectus esset infinitus & perpetuus, & sic patet sequi vtrūq;. E

℣ Hoc autem ex his patet. Sit enim finita: sumaturque infinitum quidem corpus in quo. a. b. grauitas autem ipsius in quo. g. ab infinito igitur magnitudo auferatur finita: in qua. b. d. atque grauitas ipsius sit in quo. e. ipsa igitur. e. grauitas minor erit grauitate. g. Siquidem minoris magnitudinis grauitas minor nimirum sit. Minor itaque grauitas maiorem mensuret numero aliquo repetitam, atque vt minor grauitas sese habet ad maiorem, ita. b. d. ad. b. ȝ. sese habeat. quippe cum ab infinito quantumuis auferri contingat.

Grauitas verbū est suppletū. & ā verbum grauitate suppletum. Magnitudinis verbū est supplerū Numero aliquo repetitā græce ē ὁ πσακι σουρ i. quotiescūque vel quātūus. F

Infinitum corpus.




℣ Quia syllogismus Aristotelis est conditionalis, & sumpsit vnam conditionalem, quæ erat, si aliquod corpus grauium est infinitum, grauitas est infinita, probat nunc hanc con- G
dōnalem, quia ex probatione huius patet veritas secundæ conditionalis. Vtitur autem probatione prioristica per oppositum, quæ probatio est fundata in primo principio. & repetatur conditionalis. videlicet si aliquod corpus grauium est infinitum, grauitas est infinita. quia si non, tunc grauitas erit finita, sequitur enim grauitas corporis grauis infiniti non est infinita, & est grauitas, igitur est finita a negatiua enim ad affirmatiuam de prædicato infinito valet cum constantia subiecti. consequens falsum, quia eo dato, tunc esset dabile aliquod corpus finitum, in quo tanta & æqualis esset grauitas, quanta & æqualis est in corpo
re infinito, quod est absurdum & hoc intendit deducere in toto hoc textu, vbi primo ordinat casum, & suppositiones, demum infert hoc impossibile. Inquit. Hoc autem ex his patet. i. hæc conditionalis patet, quia si non sit grauitas infinita, cum sit grauitas erit finita. demonstratione itaque hoc esse impossibile ducens ad hoc. videlicet ꝙ cor- H
pus finitum erit æqualis grauitatis cum corpore infinito. ad cuius deductionem format casum, & suppositiones, vt diximus. & inquit. Sumaturque infinitum quidem corporis in quo. a. b. & cum huius grauitas per aduersarium sit finita, sit illa vt octo & .g. est igitur prima pars casus ꝙ corporis infiniti. a. b. eius finita grauitas vt octo est. g. ℣ Deinde ponit secundam partem atque secundam suppositionem, quæ est ab hoc infinito corpore. a. b. rescindatur corpus finitum b. d. cuius grauitas sit. e. & quoniam .e. grauitas est minor. g. grauitate, sit illa vt quatuor, ita vt ipsius g. grauitatis ad e. grauitatem sit proportio dupla huius secundæ suppositionis, ratio est, quia in minori corpore semper est minor virtus quare si a. b. sic infinitum & graue ut octo, fieri potest vt ab ipso resecetur corpus minus, cuius grauitas sit ut quatuor, & ita subdupla ad grauitatem. a. b. inquit. Ab infinito igitur magnitudo auferatur finita in qua. b. d. atque grauiSuess. de cœ. & mun. E iij

tas ipſius ſit in quo e. probat nunc ꝙ .e. grauitas ſit minor grauitate. g. & inquit. Ipſa igitur. e. grauitas minor erit grauitate. g. Siquidē minoris magnitudinis grauitas minor nimirum ſit. & hoc ſupponatur eſſe declaratum .8. phyſicæ auſcultationis, illic enim dictum eſt ſemper in maiore quāto maiorem eſſe virtutem. & quia hæc grauitas minor vtpote. e. per repetitionem menſurat maiorem, ſubdit minor itaque grauitas. videlicet. e. maiorem menſuret quotieſcunque libuerit, hoc eſt numero aliquo repetitam, ita vt bis ſumpta reddat. g. grauitatem qua ratione vult habere ꝙ. e. ſit ſubdupla ad. g. ita vt. g. ſit verbi cauſa vt. g. &. e. vt quatuor. Sic igitur patet ſecunda ſuppoſitio ꝙ videlicet ab. a. b. infinito graui vt octo extractum eſt corpus. b. d. grue, vt quatuor, cuius proportio ad primam grauitatem ſit ſubdupla, & ſi non ſit ſubdupla, ſit quanta libuerit, quia idem eſt iudicium. ⁋ Tertia ſuppoſitio eſt, vt ab eodem corpore. a. b. extrahatur ſecundum corpus. b. 3 .i. grue videlicet ad duplum ad ipſum. b. d. probat quia ab infi-
K nito poteſt extrahi quantum libuerit, quare poſſum extrahere vnum corpus ſecundum grauius ipſo. b. d. & quia eſt grauius, poteſt eſſe vt octo, quia in maiori quanto eſt ſem per uirtus maior, & ita poſſum extrahere ab a. b. corpus maius atque maius, vt ſit in tanta proportione maius. b. d. corpore, in quanta. g. grauitas eſt maior. e. grauitate. inquit. Atque vt minor grauitas ſeſe habet ad maiorem ita. b. d. ad ſecundum corpus, quod ſecundo loco extractum eſt ab. a. b. infinito. quaſi dicat vt ſit proportio. b. d. ad. b. 3. corpus ſubdupla. probat ſuppoſitionem & inquit. Quippe cum ab infinito quantumuis auferri cōtingat, & ita poſſum extrahere corpus duplum ad primum, & triplum, & quadruplum, & ſic in infinitum. ſit igitur. b. d. corpus ſubduplum ad. b. 3. Hæc eſt tertia ſuppoſitio.


Grauitas ē verbū ſup pletum. ⁋ Si igitur magnitudines grauitatibus proportionem habeant, ita vt minor grauitas magnitudinis ſit minoris: & maior etiam ſit maioris: æqualis erit profecto finiti ac infiniti grauitas.

L ⁋ His ſuppoſitis, arguit impoſſibile nunc hoc pacto. b. 3. corpus eſt graue ut octo, vt ex ſuppoſitionibus cōſtat, quia
Syllogiſmus ad. e. grauitatem eius grauitas eſt dupla. a. b. corpus etiam eſt graue vt octo, ut ſupponebatur. igitur corpus finitū & corpus infinitum erunt ęqualis grauitatis. vnde ſyllogiſmus poteſt ſic cōponi qualis eſt proportio corporis ad corpus in q̄titate, talis ē ꝓportio corporis ad corpus ī grauitate. Sed corporis. b. 3. ad corpus. b. d. eſt proportio dupla in quantitate. igitur grauitatis. b. 3. corporis ad grauitatem. b. d. corporis eſt proportio dupla. Sed ponebatur grauitas corporis. b. d. vt quatuor, igitur grauitatis. b. 3. erit vt octo. Sed corporis infiniti. a. b. erat grauitas vt octo. igitur finiti corporis. v3. b. 3. & infiniti. videlicet. a. b. grauitas eſt æqualis. & hoc erat abſurdum ſequens ad oppoſitum con-
M ſequentis dictæ conditionalis, & ſic conditionalis patet. Inquit. Si igitur magnitudines grauitatibus proportionem habeant, ita vt minor grauitas magnitudinis ſit minoris, & maior etiam ſit maioris, quaſi dicat ſi qualis eſt proportio corporis ad corpus in quantitate, talis eſt corporis ad corpus in grauitate, æqualis erit profecto finiti ac infiniti grauitas, vt deductum eſt, quare in corpore. a. b. grauitas non eſt finita, ſed infinita, & ita patet prima cō
Que Auer. cōm. 47. ditionalis. Hæc de ratione prima. ⁋ Auerroes vero non aliter literam hanc exponere videtur. Inquit. enim vult declarare ꝙ omne corpus graue aut leue infinitum neceſſario habet grauitatem aut leuitatem infinitam, & hoc per ſyllogiſmum hypotheticum, qui ſic componitur, ſi corpus quod recto motu mouetur, ſit infinitum neceſſario habet grauitatem aut leuitatem infinitam. Sed nec grauitas nec leuitas eſt infinita. igitur nec corpus quod recto motu mouetur eſt infinitum. & addit, ſed quia conſtructio hoc eſt conſequentia, & deſtructio ſcili-

Corpus infinitum. N



cet conſequentis non ſunt per ſe manifeſtæ. Incipit deducere conſequentiam, quæ vocatur continuatio per viā ducentē ad impoſſibile. & demū declarat deſtructionē conſequentis, ecce quod Auer. non aliter textum hunc exponit, quām nos declarauimus. deinde ſumit caſum totum per partes, vt nos accepimus, ſumit enim corpous infi- O
nitum deſignatum per. a. b. lineam, ſiue figuram eius grauitatem per. c. lineam. Præterea ſumit corpus. b. d. e. corpore infinito. a. b. extractum, cuius grauitas ſit. h. Item & tertio ſumit aliud corpus. b. 3. duplum ad. b. d. cuius grauitas ſit dupla ad grauitatem. b. d. v3. h. ita vt ſi. h. ſit vt quatuor grauitas. b 3. vt octo. Hic eſt caſus in quo dicit duo primum ꝙ accipit loco grauitatis lineam, quoniam linea eſt diuiſibilis, & ita ſumpſit lineam, vt augeret & diminueret pro neceſſitate rationis. Secundum eſt ꝙ corpus finitnm extractum ab infinito, vocat partem infiniti, non quia ſit vera pars, ſed quia eſt minor illo, eo modo quo pars eſt minor ſuo toto. Tunc Auer. intendit hanc rationem grauitas. c. eſt grauitas totius. b. a. vel igitur finita vel infinita. Si infinita, habetur intentum. ſi finita, ſit certo numero denominata vtpote vt octo, quia quouis numero denominetur, idem ſequitur. Tunc arguit a permutata proportione ſic ſicut ſe habet. h. ad. c. ita. b. d. ad. b. 3. Nam vtrobique P
eſt proportio ſubdupla, eſt enim. h. grauitas ad. c. ſubdupla. & b. d. ad. b. 3. etiam ſubduplum, vt in tertia parte caſus accepit. igitur permutatim vt. h. ad. b. d. ita. c. ad. b. 3. ſed. h. eſt grauitas totius. b. d. vt quatuor igitur. c. eſt



Q.

grauitas totius. b. 3. vt octo. & hæc ponebatur grauitas corporis infiniti. a. b. igitur corporis finiti, & corporis infiniti eadem atque æqualis erit grauitas, & ſic patet deſtructio conſequentis, & conſequentia. Hæc Auerroes. ⁋ Præterea ſi maioris corporis maior eſt grauitas: ipſius i. b. maior erit grauitas q̄ ipſius. 3. b. Quare finiti grauitas maior erit q̄ infiniti.

⁋ Probauit Ariſtoteles ꝙ corporis infiniti. quod recto a. infinita
mouetur motu, grauitas vel leuitas eſt infinita, quia b.
ſi non, tunc finiti & infiniti corporis grauitas vel leuitas eſſet equalis. Nunc deducit ad ſecundum impoſſibile, v3

ꝙ ſi

A nibus vero, quas expoſitor exponit, legitur verbū illud Mouet. & vtrunque eſt bonum, quia virtus materialis in mouendo mouetur per regulam Ariſtotelis in octauo phyſicę auſcultationis. Immaterialis vero mouet, & non mouetur, quia igitur grauitas eſt virtus motiua materialis, in mouendo neceſſario mouetur, & ita vtroque modo verbū grecum κινητικὸν poteſt ad nos venire.

Verbum illud tempore mouetur ſuppletum ē. ſuppleti eſt etiam verbū mouebitur.

¶ Atque quam rationem habent grauitates, eam modo contrario tempora habebunt. veluti ſi dimidia grauitas hoc in tempore moueretur: dupla in dimidio illius mouebitur.


¶ Secunda ſuppoſitio qualis proportio eſt grauitatum mouentium, talis modo contrario eſt temporum verbi cauſa ſi ſemipedale grauitatis moueret a mobile ī hora, pedale grauitatis mouebit ī medietate horę Sequit aūt hęc ſecūda ſuppoſitio ex prima. nā ſi maior grauitas mouet in minore tēpere, ſequitur ꝙ qualis eſt proportio grauitatū mouētium, talis modo contrario erit proportio temporū, vt correſpōdenter per augumentum grauitatis in proportione ſi proportionalis temporum diminutio.

B ¶ Præterea finita grauitas omnem finitam intercapedinē finito quodam in tempore tranſit.

Quę Auer. cō. 51. & 52.

¶ Tertia ſuppoſitio finita grauitas omnem finitam intercapedinem atque diſtantiam finito quodam tempore tranſit. Hęc tertia ſuppoſitio deducta eſt ſexto phyſicę auſcultationis. vbi probatū eſt virtutem ſpatium & tempus ſeſe conſequi quo ad rationem finiti infinitiue. ¶ Auerroes vero etiā vt nos expoſuimus exponit. Verum. vbi nos in grecis codicibus habemus grauitatem, quę grece eſt βαρὺτης Ipſe in ſuis translationibus habet graue, quod quidem non eſt valde diſſonum, & tunc iuxta eius translationes prima ſuppoſitio eſt ꝙ graue maius in minore tempore mouetur. patet, quia velocius mouetur. Secunda ſuppoſitio, quę ex hac ſequit, eſt ꝙ qualis eſt proportio grauitatis ad grauitatē vel grauis ad graue in maioritate talis eſt temporis ad tempus modo ecōtrario in minoritate. Nā ſit. a. graue aliquod vt quatuor

C .b. uero graue vt octo. c. ſit tempus quo mouetur. a. graue,



& ſit hora, dico quòd .d. erit tempus, quo mouebitur. b. graue. & erit medietas horę nam qualis eſt proportio ip

D ſius. a. grauis, ad .b. graue, talis mō cōtrario. c. tpis ad. d. tempus. ipſius enim. a. ad. b. ꝓportio eſt ſubdupla. Ipſius vero c. ad. d. dupla. quare. ſi. a mouebitur in. c. tempore. b. mouebitur in. d. tempore Hęc eſt ſecunda ſuppō. Tertia eſt graue oē finitū mouebit finito ī ſpatio atq; finito ī tpe animaduerſione dignum ꝙ Auerroes addit ī ſecunda ſuppōne, & vult ꝙ ſecundum proportionalē auctionē grauitatis in infinitū, ſit proportionalis minoratio temporis in infinitum, verbi cauſa, ſi. a. graue augeatur ad duplum. b. tempus diminuetur ad ſubduplum, & ſi in triplo augeatur. a. etiam in triplo diminuetur. b. tempus ſemper regulariter ſecundum contrariam proportionem, modo ſint cætera paria ex parte ſpatij. & figuræ, & cæterorum, quæ ſolent addi ad hæc ſupputatoribus, vt ſexto auſcultationis libro deduximus. ¶ Sed occurres per dubitationem Albertillæ in

Dubita.

quampluribus locis. Sit grauitas vt quatuor. a. quæ mo- E
ueat. b. reſiſtentiam vt tria in certo dato ſpatio vtpote octipedo, & in certo dato tempore, quæ ſit hora, & volo quod a. dupletur & fiat graue vt octo, quæro vtrum .b. reſiſtentiam vt tria mouebit in ſubduplo tempore vtpote in dimidio horæ ſuper eodem ſpatio, & videtur quod non, quia octo ad tria eſt proportio maior quàm dupla. Nam octo continent tria bis, & vltra adhuc continent illius totius duo igitur mouebit. b. reſiſtentiā magis quàm in ſubduplo temporis, & tamen graue vt octo eſt duplum ad graue vt quatuor. igitur proportionali auctioni grauitatis non correſpōdet proportionalis diminutio temporis, quippe cum graue ſit auctum ad duplum, & tempus non ſit diminutum ad duplum, ſed ad magis quàm ad duplum. ¶ Hanc dubitatio Quę Auer. nem in ſeptimo phyſicæ, auſcultationis ptractauimus, vbi diximus Albertillam propter hanc rationem voluiſſe proportionem velocitatum in motibus non ſequi proportionē potentiarum motiuarum ad ſuas reſiſtentias, ſed proportio F nem proportionum potentiarum mouentium ad ſuas reſiſtentias, vtpote ſi. a. mouet. b. reſiſtens a certa proportione. c. mouebit. b. in duplo velocius ſi eius proportio ad. b. ſit dupla ad proportionem ipſius. a. ad. b. & ſic per grauitatē duplam peripatetici non intelligunt qualitatem duplam, ſed proportionem duplam grauitatis ad illam quā habuit prior grauitus reſpectu eiuſdem reſiſtentiæ, verbi cauſa. a. mouet b. ſibi reſiſtens a certa proportione vincendo & ſuperando reſiſtentia ipſius. b. dico ꝙ grauitas dupla ad grauitatem. a. ideſt grauitas. c. cuius proportio ad proportionem qua. a. ſuperat reſiſtentiam. b. eſt dupla Mouebit idem. b. ſuper idem ſpatium in ſubduplo temporis. igitur proportionalis temporis diminutio ſequitur proportionalem auctionem grauitatis ideſt proportionalem auctionem proportionum grauitatis ad ſuam reſiſtentiam. tunc ad propoſitum, licet graue G
vt octo ſit duplum ad graue vt quatuor, non tamen proportio octo ad tria, erit præciſe dupla ad proportionem quatuor ad tria, quare ſi debet tempus ſubduplari, debet graue creſcere ad tantum, vt eius proportio ſit præciſe dupla ad proportionem priorem, verbi cauſa, quia prior proportio fuit ſexquitertia nam quatuor continent tria ſemel, & tertiam. igitur debet creſcere grauitas illa in tantū, vt eius proportio ad dictam reſiſtentiam, ut tria, efficiatur dupla ſexquitertia, & tunc in ſubduplo tempore moueret dictam reſiſtentiam. quando igitur peripatetici dicūt ad proportionale augumentum virtutis ſequi proportionalem diminutionem temporis, debet intelligi ad proportionale augumētum virtutis, vt proportionalis diminui proportionaliter tempus. Hæc tamen lege curioſius in ſeptem lib. phyſicæ auſcultationis. H

¶ Neceſſe eſt igitur ex his, ſi Aliquid eſt infinita grauitas: moueri ipſam: & non moueri. Moueri quidem: quo tantum quantum finita & adhuc. non moueri autem: quo quidem moueri oportet ſecundum exceſſius proportionabiliter; ſed econtrario maior in minori. Infiniti autē ad finitum proportio nulla eſt. temporis autem minoris ad maius finitum eſt: ſed in minore ſemper minimum autem non eſt.

Totū hoc deficit grecis codicibus videlicet Moueri: & non moueri: vt in alijs tralationibus legitur. Nō hoc verbū deſiit codicib' grecis Proportio rario. Expoſitio Quæ verba deſunt codicibus græcis.

¶ His tribus ſuppoſitionibus ſtantibus deducit dictam conditionalem quæ erat minor, & inquit. Neceſſe eſt igitur ex his ſi aliquid eſt finita grauitas, vel vt melius iaceret, ſi aliquod corpus eſſet infinite graue, moueri ipſum, & non moueri. verba autem hæc videlicet. Moueri ipſam, & non moueri codicibus græcis, quos habemus, deficiunt. & etiam translationibus noſtris, tamen verba hæc habent translationes aliorū, & expoſitores græci. Illud conſequens eſt impoſſibile ſimpliciter, cū ſit vnū copulatū, vel vna copulatiua facta de ptibus cōtradictorijs. ꝙ qdē ſequat illud moueri dato ꝙ ipſum infinite graue eſſet, patet ex prima ſuppōne, vñ inquit, moueri quidē ſupple ipſum ſi eſſet, ſequitur, qd dictū

I est in prima suppositione infinitam grauitatem moueri tantum quantum finita mouetur,& adhuc velocius,& in minore tempore. Hæc de prima parte. ℙ Quod uero sequitur ipsam non moueri, deducit ex alijs duabus suppositionibus, et inquit. non moueri autem supple ipsam si esset sequitur per duas suppositiões quas ponit dicens, quo quidē moueri opꝫ maius supple secūdū excessus proportionabiliter, hęc est prima, sed econtrario maior grauitas in minori tempore, hæc ē secunda, ex quibus colligitur ꝙ graue infinitum non mouetur, quia ubi moueretur, oportet habere certam proportionē ad graue finitum in mouendo. Infiniti autem ad finitū nulla est proportio. temporis autem minoris ad maius finitum est supple proportio, sed in minori semper,& quia posses dicere dari minimū tempus, quo infinite graue moueretur, addidit minimum autem non est. Quarto enim physicorū probatum est non dari minimum tempus, vel verba hæc retulit ad proportionem, quia quis posset dicere esse minimum in proportionibus,& ita infinitum mouet per tempus redactū
K ad minimam proportionem. Respondet nullam esse proportionem minimam. Sic igitur si graue infinitum esset. Illud moueretur, quia per primam suppositionem moueret quātum mouebatur finitum & adhuc amplius.& non moueretur, quia in tempore ita paruo, quod ad tempus quo moueretur graue finitum, nullam haberet certam proportionem, quod est contra naturā motus, omnis enim motus est in certo tempore,& comparabilis alteri motui in uelocitate. hæc
Quę Auer. cōmē. 52 ex translationibus nostris facile patent,& Auerroes exponit hoc modo, vt legenti patet, licet verba cōmenti sint ualde corrupta. Colligitur autem facilius ꝙ si graue esset infinitum. illud non moueretur, quia vel in tempore, vel in non tempore, vt dicit Auerroes. non est dicendū illud moueri in non tempore, quia omne quod mouetur, in tempore moueť, vt sexto physicæ auscultationis probatur, nec est dicendū illud moueri in tempore, quia cuiuslibet temporis ad quodlibet tempus est quædam proportio, at infiniti grauis ad finitum graue nulla est proportio in excessibus,& ita dato gra
contra logicos ui infinito, illo nullatenus moueretur,& hæc Auerrois deduL ctio est facillima. ℙ Ex his sequitur cōtra logicos, qui volūt aliquod infinitum moueri in infinitū velociter,& ita in infinito paruo tempore,& nō sequitur illud moueri in tempore. nam licet moueatur in infinito paruo tempore, non propter hoc sequitur illud moueri in aliquo tempore. Quæ. (vt mihi uidetur) non sunt peripatetice dicta. Aristoteles enim ubique destruens infinitum vsus est hac suppositione, ꝙ si ipsum esset in nullo tempore moueret,& quod in nullo tempore mouetur, non mouetur. Quare hæc non sunt peripatetice dicta.

Proportio nē rōne. Quod quidem Sed Alla, ℙ Neque si esset utilitas vtique aliqua esset. Sumeretur enim contra. Aliud finitum in eadem proportione: in qua infinitum esset maius ad alteram. Quare inęquali tēpore per ęquale infinitum atque finitum mouerentur: quod quidem est impossibile.

Expositio. ℙ Vt dictum est, Aristoteles remouet dubitationem contra
M dicta, nam dici posset tale infinitū graue, nec moueri in instanti, nec in tempore magno, sed in tempore minimo. Obiecit contra hunc cauillum primo, quia non datur tale minimum in tempore. nunc secundo obijcit, ꝙ si daret tale minimum in tempore, nulla esset vtilitas illius. nam (vt ait) sumeretur contra aliud finitum graue in eadem proportione superans illud primum ad quod infinitum cōparabatur, in qua infinitum graue esset maius secundū tale tempus, quod ponitur minimum ad alterum ideſt ad illud finitū primo positum,& ita illud finitum acceptum vltimo moueretur in eodē minimo tempore. Verbi causa, sit. a. grauitas infinitas, quæ moueatur supra. c. spatio finito in hora, nam ex quo mouetur in minimo tempore,& ita in tēpore, sit illud minimū tempus hora. Sit que. b. grauitas finita, quæ moueatur supra spatio ęquali. c. in tēpore maiori ad illud vtputa in proportione decupla ad minus, cum subiecti sit proportio finita,& ita tempus sit decem horarum vel quouis alio numero mo- N
do sit proportionale priori. igitur. a. in. c. spatio mouebitur in hora. b. vero in horis vndecim in eodem vel æquali spatio, tunc accipio vnum aliud graue, quod superet. b. in tāta ꝓportione in quanta tempus ipsius. b. superat tempus ipsius. a quibus. a.&. b. mouebantur,& sit. d. tunc arguitur qualis est proportio temporis ad tempus, talis est velocitas ad velocitatem, sed tempus quo mouetur. a. supra. c.& tēpus quo mouetur. d. sunt in æquali proportione. igitur velocitates erunt æquales,& ita idem spatium. c. vel ęqualem est ęquali velocitate pertransiretur a graui. finito & infinito, quod quidem (vt dicit) est impossibile, breuiter igitur tale minimum est inutile, quia non posset poni ita paruū quin ꝓ multiplicationem grauitatis finitæ posset mouere eo tempore grauitas finita, vt deductum est,& sic Auerroes intelligit. Quantouis qualicūq;. Distantia ē verbū supletum. Expositio.

ℙ Adhuc autem si in quantouis tempore, finito tamen mouetur a infinita grauitas, per aliquā finitam distantiā: necesse est etiam aliam infinitam in eodem ipso moueri. O

ℙ Secundo dicet quispiam (vt exponit diuus expositor) an sequatur illud inconueniens in quocunque tempore, etiam non minimo, quasi respōdet illud incōueniens sequi in quocunque tempore ponamus grauitatem infinitam mouere etiam non minimo, sequitur enim finitam in eodem tempore moueri per eandem finitam supple distantiam, possumus enim imaginari super finitam grauitatem addi grauitatem semper quousque mouebitur in tanto tempore super tantū spatium, vt mouebatur infinita. Hæc expositor & Simplicius. vel fortasse dicit hæc propter sophistas, qui tenent infinitam grauitatem moueri super spatium finitum in quātouis paruo tempore,& ita non in minimo tempore, propterea replicat Aristoteles dicens adhuc autem si in quantouis tempore, finito tamē, mouetur infinitas grauitas per aliquā finitam distantiam, necesse est etiam aliam finitā in eodem ipso tempore, super eodem etiam spatio moueri imaginando finitæ grauitati fieri additionem eousque quousque mo- Quęsophi, P
ueatur in tanto tempore,& tanto spatio. ℙ Debes scire aliquos sophistas voluisse infinitum moueri in quantouis paruo tempore. Finitum autem non in quantouis paruo tempore, sed in certo dato tempore. Aristoteles obijcit, si in quantouis paruo tempore mouetur infinitum graue, modo illud tempus sit finitum, sequitur finitum moueri in eodem per eandem distantiam. Atsi infinitum mouetur in infinito paruo tempore. tunc mouebitur in non tempore. Infinitū enim tempus paruum est non tempus. Hæc Aristoteles contra sophistas. ℙ Ex his sequitur nihil esse illud sophisticum vꝫ in infinito paruo tempore moueri aliquid,& moueri in tempore infinito paruo, apud enim Aristotelem hæc nō differunt. nam omne tempus quod non est determinatum vel determinabile, est non tempus secundum Aristotelem, quo fit vt suppositio, quam dicunt confusam, nulla sit, vt in nostris logiculis diximus.

Expositio. ℙ Impossibile est ergo grauitatem infinitam esse. Similiter autem & leuitatem esse est impossibile.

ℙ Quasi epilogat conclusionem,& inquit. Impossibile est Q
ergo ex his rationibus grauitatem infinitam esse. similiter autem etiam impossibile est leuitatem esse infinitam, ut eisdem rationibus probari potest. ℙ Quo vero ad verba attinet, in antiquis translationibus habetur. Et corpora infinitam grauitatem leuitatem ve habere impossibile est. Fortasse hæc verba sunt extra textum de glossa, sed vt cūque sint, patet textus conclusio.

ℙ Quia quidem igitur infinitum corpus non sit: perspicuum est,& per ea quæ particularia sunt hoc modo speculantibus:& vniuersaliter considerantibus non solum se Libris est verbum additum. cundū rationes quæ dictæ sunt a nobis in his qui de principijs sunt libris. (Determinatum est enim illic de infinito uniuersaliter prius quo modo ē & quo modo nō est.) sed etiam non alio modo.

ℙ Aliqui

A ¶ Aliqui dicunt Aristotelem hic recapitulare, expositor autem ait Aristotelem dixisse de singulis corporibus naturalibus nullum eorum esse infinitum vȝ nec graue, nec leue, nec neutrum. nunc vero cõmuni ratione idem demõstrare, & ita eum nunc proponere ait de quo est intentio, & vtrun que bene dicitur. Vnde inquit. ꝙ quidem igitur infinitũ corpus nõ sit, perspicuũ est. & per ea quę particularia sunt hoc modo speculãtibus. Particularia, hoc est vel ꝑ particulares rationes, vel per particularia corpora, quia probauit nec cœlum, nec graue vel leue esse infinitum. & patet etiam vniuersaliter cõsiderantibus nõ solum secundum rationes, quæ dictæ sunt a nobis in his libris supple, qui sunt de principijs, vt tertio physicæ auscultationis (determinatum est enim illic de infinito vniuersaliter prius quo modo ẽ. & quomodo nõ est.) sed etiam nunc alio modo, et etiam per rationes, vniuersales, vt dicemus. ecce quo modo partim recapitulat, & partim proponit ad dicendam intentionem.

Quæ Aue. comẽ. 54. AVERROES aut in presenti commen. vult ꝙ Aristoteles recapitulat et inquit. recapitulat ea quæ dixerat sci
B licet ꝙ nulla est grauitas infinita, & ꝙ eandem demonstrationẽ habet grauitas & leuitas, & ita sicut nõ datur grauitas infinita, ita nec leuitas propter eãdẽ demõstrationẽ. Præterea patet ẽt non dari corpus graue aut leue infinitũ, sunt enim duo fundamenta vel due propositiones categoricę per notam conditionis coniunctæ, vȝ si corpus graue aut leue infinitum est, grauitas aut leuitas infinita est, hoc est principium. ¶ Secũdum, sed nec grauitas, nec leuitas infinita est. igitur a destructione consequentis ad destuctionem antecedentis patet tertio nõ dari corpus graue aut leue infinitum. Nam hæc propositio quę est oppositum consequentis si cõiũgitur hypotheticæ, quæ dicta est, vȝ ꝙ si corpus infinitum graue aut leue est, grauitas aut leuitas infinita est. Iam relinquitur oppositum antecedentis vȝ ꝙ non datur corpus infinitum graue aut leue. ex his infert Auerroes ꝙ omnia corpora mundi sunt finita, nam corpora simplicia tria sunt vȝ
C grauæ, leue, & neutrum, quorum omne finitum esse patet, et ita omne corpus est finitum, infert etiam ex hoc ꝙ mũdus ipse est simpliciter finitus, quia constat ex simplicibus finitis quantitate et numero, quãtitate quidem, quia omne corpus simplex est finitum, numero vero, quia corpora simplicia sunt tantum tria. ¶ Sed mox occures, nam tertio physicę Dubita. auscultationis dictum est de infinito, & hic etiam. igitur videtur superfluum. soluit Aristoteles, & soluit Auerroes assignãs duas differentias inter tractatum de infinito illic, & in hoc libro. prima, quia illic demonstratio est vniuersalis, nam illic declaratur quomodo infinitum est, & quomodo non est, quia infinitum ptãte est, infinitum actu non est. hic vero particularis, quia de cœlo, de graui & leui in particulari. Secunda differentia est, quia res demonstrata est vniuersalior illic q̃ hic. nam illic declaratur simpliciter nullum corpus esse infinitũ cuiuscunq; naturæ sit. Hic autem particulariter de mundo vel elemento. igitur duæ tantum sunt differentię, prima ex parte propositionum vel demonstrationũ, ex quibus demonstratur, nam propositiones vel demon
D stratio tertij libri physicorum est vniuersalior. arguit enim illic ꝙ si daretur corpus infinitum illud nõ esset mobile, quoniam omnẽ locum occuparet. Secunda ex parte rei demonstratæ, nam illic agitur vniuersaliter ꝙ nullum corpus est infinitum. Hic vero de mundo vel elemento, & sic tractatus Prima du. iste non superfluit. ¶ Sed Auerroes videtur sibi contrarius, nam tertia phy. cõ. 48. & 49. ait demõstrationẽ tertij physi. esse non simpliciter vniuersalem, sed secundum apparentiã, quia illic nondum apparebat numerus omnium corporum, quia nondum patebat dari corpus neutrum. cõment. vero. 49. inquit. & hoc significat perscrutatio eius hic est de hac natura, quoniam non apparuit hic aliam naturã esse, & sic videtur Auerroes sibi contrarius. ¶ Potest dici demonstrationem tertij dici vniuersalem, non per affirmationem de omnibus corporibus, quia cũ illic nõ erat notus numerus corporum, non poterat sciri de omnibus nullum illorum esse infinitum. hic vero ait illam esse vniuersalem per indifferen- E
tiam, quoniam quouis dato, cum illud sit mobile, oportet eȝ se finitum. ¶ Secundo occurres vtrum demonstratio vniuersalis sit perfectior demõstratione particulari. Respondet ex- Secunda.
positor, probatio enim quæ est per medium cõmune perfectiorem scientiam causat. Auerro. autẽ supra. cõ. 33. inquit & perscrutatio vniuersalis de esse infiniti in actu firmior est hic q̃ in tertio phy. & reliqua. potest dici ꝙ vniuersalis demõstratio est perfectior ex parte modi cognoscẽdi, quia vniuersaliora sunt certiora. nõ autem ex parte rei cognitæ, quia vniuersaliora sunt cõfusiora, cum plura cõtineant. sed quia minus resolubilia, ideo sunt secundum modum cognoscendi certiora. Tu vero lege commenta hæc.

¶ Post hæc autem considerandum est, si infinitum qui dem vniuersum corpus non sit, tantum tamen sit, vt plures sint cœli, forsitan enim quispiam hoc dubitabit. nam
F vt hic qui circa nos est mundus Constat: nihil obestt, & plures alios esse quidem vno, non tamen infinitos. Prius autem vniuersaliter de infinito dicamus.

¶ Ostẽdit quid potest hæc sit immediate dicẽdũ quasi inter eius dicta ponẽdo ordinem, & inquit. post hæc autẽ scilicet quę de infinito dicemus, considerandum est, si infinitũ quidẽ vniuersum corpus nõ sit, ideſt si mũdus ipse, qui dicitur pan πᾶν nõ sit infinitus, tãtum tamen sit, vt plures sint cœli. vel possint esse, forsitan enim quispiam in hoc dubitabit. vtrũ plures possint esse cœli vel mundi, cũ enim sint quãtitate finiti, ideo emergit de mundorum pluralitate. Nã vt hic qui circa nos est mundus cõstat, ita supple nihil obstet & plures alios huic similes esse, plures dico quidem vno, non tamen infinitos, sed (vt dictum est) prius de infinito ipso dicamus vniuersaliter. quare quęstio post tractatum de infinito pertractanda, erit de mundorũ pluralitate, quæ videtur rationalis pro quanto vt hic noster mundus constat, ita plures cõstare alios nihil videtur impossibile.

AVERROES autem primo colligit mundũ esse fi- Quæ Aue.
nitum, & inquit. cum declaratum sit ꝙ partes istius mun- comẽ. 55.
di sint terminatæ numero, & etiam finitæ q̃titate. declara- G
tum est necessario, ꝙ iste mundus est finitus. ¶ Secũdo Aue. declarat quæ quæstio est post hoc desiderata, & inquit. & quia anima nõ desiderat magis post illã quęstionem de infinitate mundi q̃ de numero vtrum sit vnus aut plures, ideo post tractatum de mundi finitate proponit dicere de mũdi pluralitate. ¶ Tertio declarat qualis est quæstio de mũdi pluralitate, & inquit. & vult studere in ea primo propter nobilitatẽ illius quęstionis in se, est enim quæstio quæ est ex parte sui nobilis, & in se digna pertractatione: velut & cæterę huius libri. Secundo quia per hanc soluitur quæstio de vnitate & pluralitate primi principij, qui est deus. Nam si mundus est vnus, vnus erit motor primus, & si plures, plures erunt primi motores. sic igitẽ patet quæstionẽ hanc esse in se desiderabilem. ¶ Quo uero ad uerba attinet, Auerroes ait cœlum trifariam accipi, ut Aristoteles dicet post, videlicet de toto T. cõ. 96. & 76.
mundo, de toto cœlo ex omnibus orbibus cõgregato, & de H
vltimo cœlo. Hic autem ait acceptum esse pro toto mundo. Prętera Aristoteles in textu dicit. Nam ut hic qui circa nos est mũdus constat, & ita plures alios esse nihil obstabit. Vbi Auerrois ait Aristoteles tangere quandam rationẽ extrinsecam, qua non nulli probãt plures esse mundos videlicet de indiuiduis inuenitur plus vno in eadem specie. Hic mũdus est indiuiduus. igitur de eo inuenitur plus vno in specie, & ita erũt plures mundi. Addit vulgus & antiquos philosophos differre, quoniam vulgus existimat plures mundos esse possibile, philosophi antiqui per hanc rationẽ dicũt plures fuisse de facto. Sed cur hęc ratio dicitur accepta extrinsecus & non per se. non est clarum. ¶ Albertus ait hanc rationẽ esse per extrinseca, quia per uerisimilia et falsa, quoniam licet maior sit verisimilis, est falsa. non enim est vniuersaliter verum de omnibus indiuiduis ꝙ sint plura vno in specie. alij dicunt hanc accipi ab extrinsecis, quia nõ acci-

pitur ab his quæ cœlo competunt, vel mundo. ¶ Dici potest & tertio quia alia ratio firmior dicetur pro hac parte, probarunt enim quidam mundos esse plures, quia constat ex materia, & omne constans ex materia est multiplicatum in specie, & ita ad differentiam huius rationis illam vocat per extranea. Hæc Auerro.

Specie Speciebus.

¶ Omne igitur corpus aut infinitum aut finitum necesse est esse. Et infinitum, aut similare omne aut dissimilare: & si dissimilare, aut ex finitis specie: aut ex infinitis.

Expositio.

¶ Prosequitur, & proponit tres diuisiones, & inquit. Omne igitur corpus aut finitum aut infinitum necesse est esse. Hęc prima diuisio patet, quia finitum & infinitum sunt primæ differentiæ quanti saltem secundum existimationem, vt in libris physicorum dictum est, & ita hæc est prima diuisio. Secundam ponit dicens, et infinitum, aut similare omne, aut dissimilare. Prætermisit subdiuidere finitum, quoniam si ponitur omne corpus esse finitum, habetur intentum. et per dis

K similare intelligit mistum vel compositum ex partibus diuersarum specierum, vt animal, quod grẹce dicitur anomiomeres. animal enim dicitur dissimilare, quia eius partes differunt numero, & specie. per similare autem intelligit corpus compositum ex partibus numero differẽtibus, sed eiusdem speciei, vt aqua, vel ignis. Nam quælibet pars aquę est aqua, & quęlibet pars ignis est ignis. Hęc est secunda diuisio. Deinde ponit tertiam & inquit. & si dissimilare, supple sit corpus ipsum infinitum quod ponitur, aut partes differentes specie ex quibus constat, sunt numero finitæ aut numero infinitæ, potest enim infinitum corpus dissimilare dupliciter intelligi, aut ꝙ eius partes specie differentes sint numero finitæ sed magnitudine quælibet sit infinita, sic enim partes differentes specie essent numero finitę, sed quoniam sunt magnitudine infinitę, totum esset infinitum. Aut potest intelligi quamlibet eius partem esse finitam magnitudine, sed numero omnes infinitas, sic enim totum esset infinitum, & sic

Quę Aue. cõ. 56.

patet tertia diuisio. ¶ Auerroes duas causas assignat cur iterum hic vult probare non esse corpus infinitum. Primo qui-

L dem vt eadem veritas probetur dupliciter vniuersali & particulari demonstratione, id enim quod pluribus modis demonstratur, certius cognoscitur, & quia hic vniuersaliter et particulariter probatur eadem veritas ideo iterum de illo pertractat. Secundo vero quia demonstratio tertij libri physicorum supponit corpora simplicia esse finita, & motus illorum esse finitos, & loca etiam. at hę suppositiones hic probantur, & ita certius hanc veritatem hic tangit. ¶ Secundo Auerro. ponit vim syllogismi Aristotelis in toto hoc processu, & vult illum esse hypotheticum diuisiuum hoc modo, si daretur corpus infinitũ, aut similare aut dissimilare, sed nec similare, nec dissimilare. igitur non datur corpus infinitum, sed omne corpus est finitum, aut infinitum. igitur omne corpus est finitũ. Hic est totus syllogismus hypotheticus, cuius partes cum erunt destructæ, habebitur propositum.

M ¶ Quia quidem igitur ex infinitis non sit possibile esse, perspicuum est, si quispiam nobis primas suppositiones manere sinat. Nam si primi motus finiti sint: species quoque simplicium corporum finitas esse necesse est. Simplex quidem. n. motus est, qui simplicis est corporis simplices autem motus finiti sunt. omne autem corpus naturale necesse est semper habere motum.

Expositio.

¶ Nunc incipit destruere partes, & primo probat ꝙ corpus infinitum datum non potest esse dissimilare, quia vt dicebatur. aut esset ex partibus finitis, aut infinitis. Ostendit igitur primo ꝙ partes differentes specie dati corporis infiniti non possunt esse infinitæ. & hoc proponit dicens quod quidem igitur ex infinitis non sit possibile esse supple tale corpus datum infinitum dissimilare, perspicuum est, si quispiam nobis primas suppositiones manere tanꝫ veras sinat. sunt autem primæ suppositiones tres, prima ꝙ simplex motus sit corporis simplicis, & supple mistus sit misti corporis. Secunda suppositio fuit ꝙ motus simplices sunt finiti, quoniam tres, aut N ad medium, aut a medio, aut circa medium. Tertia suppositio fuit, ꝙ omne corpus naturale habet motum aliquem simplicem, ita vt nullum possit esse, quin habeat motum simplicem. ex his deducitur tale dissimilare corpus non posse esse ex partibus simplicibus differentibus specie infinitis. Nam si primi motus finiti sunt, vt secũda suppositio est. Species quoque simplicium corporum, ex quibus tale dissimilare corpus infinitum constabit, finitas esse necesse est. Deducit per duas suppositiones alias repetendo primam & inquit. simplex quidem enim motus est, qui simplicis est corporis, hæc est prima suppositio, simplices autem motus finiti sunt, vt dicit secunda suppositio. Omne autem corpus naturale necesse est semper habere motum, vt dicit tertia suppositio. Ex his sequitur corpora simplicia non esse infinita. Addit autem tertiam suppositionem, quoniam quis dicere posset dari corpora naturalia sine motibus, & ita essent corpora infinita sine motibus, vel saltem posset intelligi illa esse. quare his stantibus sequitur species corporum simplicium esse O tantum tres, videlicet eorum quę mouentur a medio, eorum quæ mouentur ad medium, & eorum quæ mouentur circa medium, & cum nullum sit corpus naturale immobile, omnia igitur corpora simplicia differentia specie, sunt numero finita. Ex his sequitur dissimilare corpus non posse esse ex partibus differentibus specie infinitis, & sic destruitur primum membrum.

¶ At vero si infinitum erit ex finitis: & vnamquãqꝫ partium infinitam esse necesse est. dico autem vt aquam aut ignem: at hoc est impossibile. demonstratum est enim neque grauitatem neqꝫ leuitatem infinitam esse.

¶ Nunc ostendit ꝙ tale corpus dissimilare non possit esse ex partibus specie differentibus finitis, & arguit, quia oporteret vnamquãqꝫ partium esse magnitudine infinitam, vt omnibus patet. dico autem vt aquam, aut ignem, aut supple terram, vel aerem, at hoc est impossibile, quia demonstratum est neqꝫ grauitatem, neqꝫ leuitatem infinitam esse supple in rerum natura, & ita neqꝫ graue, neqꝫ leue corpus erit P infinitum, & per consequens non potest tale dissimilare corpus infinitum esse ex partibus finitis. ¶ Sed dices Aristotelem esse insufficientem, quia posset dici infinitum dissimilare esse imaginando vnum simplicium tantum esse infinitum & cætera finita, potest dici ꝙ idem est, nam probatum est nullum simplex posse esse infinitum, & ita non potest tale infinitum constare ex vno infinito, & alijs finitis, quia cum nullum sit infinitum, hoc igitur dici non potest.

Expoſitio.

Dubitatio Solutio.

AVERROES autem sic introducit hunc locum dicens cum dixit modos omnes destruendi sui syllogismi. idest cum enumerauit omnia membra destruenda. Incepit destruere quemlibet eorum, vt concluderet hoc quod intendit, ecce quomodo Auerro. introducit hunc textum, vt diximus nos. Addit tamen duo tacuisse Aristotelem, alterum quod patet esse destructum ex se. Alterum quod iam est iteratum. Hoc est tacuit hanc diuisionem videlicet omne corpus est aut finitum, aut infinitum. Nam ex dicendis patet Q quid destructum relinquetur, tacuit etiam id quod iterauit videlicet suppositiones illas, quia licet seruirent ad propositum, satis pręposuit. ¶ Vlterius Auerro. declarat qualis syllogismus Aristotelis, & inquit. & hoc non est vnus syllogismus, sed plures hypothetici. Et primum ponit dicens. q. ergo dicat ꝙ omne corpus aut est finitum, aut infinitum. Manifestum est ꝙ si impossibile fuerit esse infinitum, necessario erit finitum. Hic est primus syllogismus. Secundus est si fuerit infinitum, aut erit simplex, aut compositum id est mistum sed simplex impossibile est esse. igitur erit mistum. Hic est secundus. tertius est, si est simplex, aut est graue, aut leue. aut neutrum. Declaratum est autem quodlibet eorum esse finitum. igitur nõ potest poni simplex. Hic est tertius. quartus est, si infinitum positum est compositum id est mistũ, aut erit ex simplicibus differentibus specie finitis, aut infinitis, non

Quę Aue. cõ. 57.

A tis.non ex ſpecie differentibus infinitis,quia corpora ſimplicia ſpecie ſunt tria.igitur non erunt ſimplicia , ex quibus eſt infinita.Hic eſt quartus ſyllogiſmus, fieri pōt & quintus vꝫ ſi ex finitis, vel magnitudine infinitis omnibus vel vno,aut magnitudine infinitis,& cum nullum tale ſit magnitudine infinitum . igitur ſimplicia ex quibus eſt tale miſtum , non poteſt eſſe niſi magnitudine finita,& hic poteſt eſſe quintus ſyllogiſmus , & quia in textu noſtro fit hoc enthymema ſiue conſequentia videlicet,ſi primi motus ſimplices ſunt finiti , ſpecies corporum ſimplicium ſunt finitę,ideo Auerro.inquit . deinde dat cauſam conſequentiæ.d. motus enim ſimplicium corporum ſunt ſimplices.ideſt quoniam neceſſe eſt vt quilibet modorum ſimplicium habeant motum ſimplicem,cum omne corpus naturale habeat motum & in corpore ſimplici non inueniatur motus compoſitus , & addit & cum dedit cauſam iſtius continuationis ſiue conſequen-

B tię,poſuit antecedens, & concluſit conſequens & dixit,motus enim ſimplices ſunt finiti , quia tres tantum . igitur corpora ſimplicia ſunt finita , eſt igitur ſecundum Auerroes ſyllogiſmus hypotheticus a poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis , hoc modo . Si motus ſimplices ſunt finiti,ſimplicia corpora ſunt finita . Hæc conſequentia eſt probata , vt dictum eſt , quia omnis motus ſimplex eſt corporis ſimplicis & nullum eſt naturale corpus, quin habeat aliquem motum naturalem , quare ſi motus primi ſimplices ſunt numero finiti, & ſimplicia corpora ſunt numero finita . Deinde ponatur anteeedens. ſed motus primi ſimplices ſunt finiti , quia tres . igitur & corpora ſimplicia erunt tria. ꝑ Ex his apparet Ariſtotelem per corpus ſimilare voluiſſe corpus ſimplex , cuius partes ſunt eiuſdem ſpeciei , & per diſſimilare , accepiſſe corpus miſtum, cuius partes miſcibiles ſunt corpora alterius ſpeciei,& hoc pacto exponit Aue. & eſt optima expoſitio . ꝑ Deinde Auerro. remouet vnum dubium, nam Ariſtoteles ſumpſit hanc propoſitionem om-

C ne corpus naturale habet aliquem motum ideo poſſet quęri cur hanc propoſitionem Ariſtoteles ſumpſit. ꝑ Reſpondet Auerroes illam eſſe ſumptam ad remouendum cauillum , nam poſſet dici , ꝙ non tantum quatuor ſunt corpora ſimplicia . Immo infinita , & ita concederetur tres eſſe motus primos ſimplices,et negaretur tria tantum eſſe corpora ſpecie differentia,quia poſſent fingi alia infinita,quę non mouentur, propterea Ariſtoteles addit omne corpus naturale habere morum aliquem,quia impoſſibile eſt eſſe corpus ali quod in natura ſimpliciter quieſcens vel ſimpliciter immobile, vt probatum eſt ſecundum fundamenta poſita in hac arte. ꝑ Sed occurres,quia terra eſt corpus naturale.& tamen eſt ſimpliciter immobile,immo(vt Ariſtoteles ait in libro de cauſa motuum animalium)omnes dij omnes deæ non poſſent mouere terram totam , quoniam ſi cœlum neceſſario mouetur,terra neceſſario eſt quieſcens. ꝑ Reſpondet Auerroes ꝙ licet terra non moueatur ſecundum totum , mouetur ſecundum partes,vnde non oportet omne corpus natu-

D rale moueri ſecundum ſe totum,ſed ſufficit ipſum moueri ſecundum partes omne igitur corpus naturale habet motum,

Opſa du. vel ſecundum ſe, vel ſecundum partes. ꝑ Sed occurres , & optime , quia a pari poſſem dicere eſſe reperibile corpus grae infinitum,& conſequenter ꝙ eiuſmodi non mouetur ſecundum totum, ſed bene ſecundum partes,& ita non in inſtanti,& ſic ratio Ariſtotelis nulla. ꝑ Poſſet dici ex impoſſibili ſecundum imaginationem non ſequt impoſſibile ſecundum imaginationem,modo ſi daretur corpus graue infinitum,ſaltem eſſet mobile ſecundum imaginationem ſecundum ſe totum,at hoc eſt impoſſibile ſecundum imaginationem, ad ipſum enim ſequitur impoſſibile ſecundum imaginationem,quia ſequitur ipſum moueri in inſtanti , quod eſt falſum impoſſibile ſecundum rem & imaginationem.igitur infinitum graue non eſt dabile . ꝑ Sed vtrum tota terra ſit mobilis. ſolet dici ꝙ ſic, quia continue partes ſuperficiales corrumpuntur . igitur continue oportet ita moueri vt ſiat eius centrum , centrum mundi . igitur tota terra continue mouetur localiter , & naturaliter . Prętera partes centra- E
les ſunt corruptibiles . igitur oportet illas aliquando venire ad ſuperficiem, vbi corrumpuntur, & ita oportet terra tota moueri , ita vt partes ſuperficiales fiant centrales , & econtra,& naturaliter.Secus eſt in alijs tribus elementis, nā poſſunt partes centrales venire ad locum ſuæ corruptionis, & totum non moueri, quia graue facta parte quadā ignis, illa veniet ad locum aeris , vbi corrumpetur . Illud vero quod dicebatur de libro de cauſa motus animalium , iam Ariſtoteles ſoluit omnes deos non poſſe mouere terram motu , quo mouent cœlum , quia omne quod mouetur , indiget quieſcente hoc eſt eo , quod non mouetur motu illius. ꝑ Deinde Auerroes ibi quoniam ſi corpus compoſitum fuerit finitum, declarat infinitum conceſſum ab aduerſarijs nō poſſe eſſe miſtum , & ſumit primo qualiter miſtum poteſt intelligi finitum , & inquit . miſtum ex graui & leui dupliciter poſſe intelligi finitum , aut ſecundum commiſtionem F
partium paruarum id eſt minimorum , aut ſecundum iuſta poſitionē illorum, & quia nondum veritas hæc patuit,ideo ſub dubio loquitur , & tantum ſumit miſtum fieri ex miſtione minimorum . vel ex iuxta poſitione illorum . ꝑ Sed dices nunquid tale miſtum infinitum , ſit ex cœlo , tanquam ex vno miſcibilium.Reſpondet Auerroes ꝙ non , quia corpus cœleſte nulli eſt elementum, ſicut ex nullo eſt elemento, quaſi cœlum nec eſſe elementum alicuius miſti, nec ex elemento,& dixit non eſſe elementum alicuius miſti vniuoce, quia æquiuoca miſtione dici poteſt elementum totius mundi . ꝑ Secundo occurres quia poteſt dici miſtum eſſe infinitum , cuius non omnia miſcibilia ſunt magnitudine infinita , ſed vnum tantum , eſſet enim miſtum infinitum ſi ſola terra eſſet infinita,ſicut eſſet animal infinitum ſi ſolumcaput eſſet infinitum . Reſpondet & ſubtiliter dicens de lege miſtionis eſſe ſi aliquod miſcibilium eſt infinitum , omnia eſſe infinita,nam miſtio eſt alteratorum vnio . Alteratio eſt in- G
ter contraria.igitur omnia miſcibilia ſunt contraria, ſed cō traria oportet eſſe ęqualia in miſtione . Aliter non eſſet miſtio, ſed corruptio, quod illud contrarium, quod poneretur infinitum. omnia alia corrumperet. patet igitur omnia miſcibilia eſſe infinita , ſi vnum tantum eſſet tale . ꝑ Tertio ſoluit Auerro. aliam dubitationem , & primo tangit illam d. Si igitur aliquis dixit ꝙ impoſſibile eſt inueniri corpus compoſitum infinitum ex elementis infinitis in forma ſiue ſpecie & magnitudine . ſed infinitis in numero , quia indiuidua ſunt infinita in eadem ſpecie , verbi gratia , terræ infinitę . eſt igitur dubitatio , quia aliquis dicet miſtum eſſe infinitum , non quia ex infinitis ſpeciebus , ſed ex infinitis indiuiduis eiuſdem ſpeciei, quorum quodlibet eſt finitum , quod non eſt impoſſibile ponendo illa diuiſa , & non continua . ꝑ Reſpondet Auerro. & inquit , dicemus reſpondendo ꝙ deſtructio iſtius ſermonis apparet poteſtate in ſermone modo dicto , dictum eſt enim non poſſe eſſe terram infinitam in ipſo miſto , quia omnia alia miſcibilia erunt infinita . modo ex hoc apparet falſitas iſtius ſermonis,nam H
ſi indiuidua terrę erunt infinita poſſet eſſe ex illis additis, & contactis vna terra,& ita poſſet inueniri grauitas infinita , quare ſi non poteſt eſſe infinita terra vna & continua , nec poſſunt eſſe infinitę eiuſdem ſpeciei. Addit Auerro. Ariſtotelem poſtea hoc declarare,vbi declarabit locum elementorum eſſe vnum numero.Hęc ex commen.

ꝑ Prętera loca quoꝙ ipſarum magnitudine infinita eſſe T.cō.59.
neceſſe eſt:quare & motus omnium infinitos eſſe , hoc autem impoſſibile eſt : ſi primas ſuppoſitiones poſuerimus veras eſſe , & neꝙ id quod deorſum neꝙ id quod ſurſum fertur ſecundum eandem rationem in infinitum moueri poſſit.Impoſſibile eſt.n.fieri quod eſt impoſſibile eſſe factum:ſimiliter in tali:& tanto:& vbi.dico autem ſi impoſſibile eſt factum eſſe album:aut cubitale : aut in ęgypto:& fieri horum aliquid impoſſibile eſt : impoſſi-

bile igitur eſt & illuc ferri, quo nullum corpus, quod fertur, poteſt peruenire.

Expoſitio. ¶ Hæc eſt ſecunda ratio, & componitur hypothetice ſic, ſi partes totius infiniti ſunt infinitę ſecūdū magnitudinē, oportet etiā ꝙ locа eorū eſſent infinita ſecundum magnitudinē tenet cōſequentia, quia loca oportet eſſe æqualia locatis. 4. phyſicę auſcultationis. Hoc autem eſt falſum, & probatur, quia ſi loca eſſent magnitudine iufinita, tunc & motus illorum omnium erunt infiniti, tenet conſequentia, qm̄ motus menſurantur ſecundum loci magnitudinem 6. phyſicorum. Sed hoc eſt impoſſibile & oſtendit Ariſto. dicens, ſi primas ſuppoſitiones poſuerimus veras eſſe. & exponit illas dicens et pro ſcilicet ꝙ neq; id quòd deorſum, neq; id qđ ſurſum fertur ſecundum eandem rationem in infinitum moueri poſſit hę ſunt prime ſuppoſitiones, ſi enim verę ſint, impoſſibile ē motus primos ſimplices eſſe infinitos ſecundum locum.

K ¶ Secūdo probat id eſſe impoſſibile per id qđ commune eſt omnibus motibus, impoſſibile eſt. n. fieri quod eſt impoſſibile eſſe factum, & ita videmus in tranſmutatione ſubſtantiali fieri non poſſe, quod factum eſſe nequit, non. n. fieri poteſt equus rationalis, quia factum eſſe tale nequit. Similiter in tali ideſt motu ad qualitatem, & tanto ideſt motu ad quantitatē, & vbi ideſt motu locali. dico autem ſi impoſſibile eſt factū eſſe albū vt coruū impoſſibile eſt quod fiet albus, aut cubitale, vt ſi formica nō poteſt eſſe cubitalis, non poteſt fieri cubitalis, aut in ægypto, vt ſi danubius non poteſt eſſe in ęgipto, nec poteſt ad ęgyptū moueri. Sic igitur per rationem cōmunē patet impoſſibile eſſe illuc aliquid ferri, quo nullū corpus quod fertur, poteſt peruenire, vel iam eſſe peruentū, & ita per rationē cōmunē patet, nō eſſe motus primos infinitos ſecundum menſuram loci infiniti, & ita nec loca, & p conſequens nec partes ex quibus miſtum ipſum eſt.

Quę Aue. cō. 58. AVERROES autem aliter hunc locū exponit, ait. n. vult declarare in hoc capitulo ꝙ impoſſibile ē aliquod corpus ſimplex ſit infinitum in magnitudine per aliam demonſtrationem. Addit tamē differentiā inter hanc demonſtrationē, & illā dicens q̄uis ſit vniuerſalior prędicta. Nā prædicta

L fuit de graui, ꝙ non poteſt eſſe infinitū. Secunda vero eſt ex locis, eſt autē locus mediū vniuerſalius. Deinde Auerroes ordinat rationem, & inquit. ſi formæ ſimplicium corporū ſunt infinitæ in magnitudine, neceſſe eſt vt loca eorum ſint infinita, & ſi loca eorū ſunt infinita, tunc motus eorū erūt infiniti. ¶ Sed occurres, quia vbi totū graue eſſet infinitū, illud non moueretur, quia totū occuparet. Reſpondet Auer. et inquit. aut in ſeipſis aut in ſuis partibus, neceſſe eſt. n. ꝙ partes corporum ſimpliciū mobiliū moueantur in infinitū non. n. moueretur niſi ad locū totius. cū igitur locus totius ſit infinitus, continget ꝙ partes mouebuntur in infinitū. motus autē (vt dicit) illius quod eſt corpus infinitum, neceſſario eſt infinitus quare ſaltē motus partis illius corporis infiniti erit infinitus.

Dubitatio. ¶ Sed occurres contra hæc, quia graue partiale perfecte locatur, ſi partem concaui aquæ attingit. igitur non oportet partē corporis infiniti moueri per totū locū infinitū, ſed ſufficit vt illius partē attingat, quæ non eſt infinita. ¶ Quidā dixerunt partē elementi non quieſcere donec replet totū locū.

M vbi totum aptum eſſet manere, ſi ibi non maneret. ¶ Melius tamen dicerem, ſaltē ſequi de poſſibili partē moueri per totum locū. Vnde poteſt argui ſic. ſi locus eſt infinitus, pars ſaltem poſſet per totum locū motu recto ferri. quia a moto toto, pars poſſet in omnē partem loci moueri motu recto naturali. Hoc conſequens deſtruetur, vt videbis, & ſic dabitur oppoſitum antecedentis. ¶ Secundo occurres, quia non videtur partē poſſe moueri ad locū totius, niſi illic ſit ipſum totum, cuius ipſa eſt pars. ¶ Reſpondet Auerro. pars. n. mouetur ad totū non ſecundū ꝙ eſt totū, ſed ſecundum quod eſt in ſuo eſſe naturali. Verbi cauſa gleba terrę non mouetur ad totam terrā, vt eſt totū illius, ſed vt mouetur ad mediū, in quo eſt ipſa terra. Vnde ſi tota terra eſſet in cœlo, adhuc pars terræ moueretur ad mediū mundi. Similiter ſi ignis mouetur ad concauum cœli lunæ, non mouetur ad illud vt lunæ eſt, N vel veneris, ſed vt locus ille eſt in tanta diſtantia ad mediū mundi, huius ſolu. Auerroes dat cauſam, quia in his quæ ſunt ſimilaria, idem eſt locus totius & partis, medium enim mundi eſt pars locus totius terræ, & partis terræ, ita enim pars naturaliter quieſceret in medio ſi illic poneretur, ſicut illic quieſcit tota terra, & ſi dices, tunc partes terrę non eſſent naturaliter locatæ, quia nunquam ſunt in medio mundi. Dicas eſſe naturaliter locatas per accidens, quatenus ſunt partes illius, quod eſt in medio naturaliter locatum. ¶ Ex his patet ꝙ ſi locus eſſet infinitus motus rectus totius infiniti, vel eius partis eſſet infinitus, hoc autem eſt impoſſibile. igitur id ex quo ſequitur, & notanter dixit motus rectus. quia circularem eſſe infinitum nihil prohibet, nam ad ipſum non ſequitur mobile eſſe infinitum, nec locum eſſe infinitum. ¶ Quo vero ad verba textus, quæ ſunt in arabicis translationibus ſi conceſſerimus primas propoſitiones, O Auerro. dupliciter exponit primo ꝙ Ariſtoteles velit per hęc verba innuere ꝙ propoſitio illa nullus motus rectus eſt infinitus, ſit pars nota, ad cuius oppoſitum ducit ratio, quaſi dicat ſequitur hoc impoſſibile, quod eſſe impoſſibile patet. ſi conceduntur prima principia, videtur enim ꝙ naturaliter eſt nobis notum (vt dicit) ꝙ omne motum ſecundum rectitudinem non mouetur niſi ad aliquid, ad quod cum peruenerit, quieſcat niſi motus eius eſſet ocioſus, & ideo Auerroes infert & cum ita ſit, manifeſtum eſt ꝙ cum videmus lapidem motum deorſum & ignem ſurſum, ſciemus ꝙ non mouentur niſi ad loca extra quæ ſunt, & terminata & ſtabilita, ad quæ cum peruenerint, quieſcent. Sic igitur per verba illa. Si conceſſerimus & reliqua, intellexit impoſſibile ad quod deduxit, eſſe per ſe notum, vt primæ propoſitiones ſunt. ¶ Secundo modo exponit Auerro. ꝙ illud ad quod deduxit ratio. probatur in textu per propoſitiones primas ſcilicet quę fuerunt aſſumptæ in fine ſexti libri phyſicorū, & hanc expoſitionem ait eſſe verbis conuenientiorem, quia P certe illud eſſe impoſſibile probatur in textu primo per ſuppoſitiones factas in hoc libro. Secundo per rationem communem, quæ dicta eſt ſexto phyſicorum, vt nos expoſuimus. Vnde hæc Auerrois ſecunda expoſitio conuenit noſtrę expoſitioni, quam expoſiror, & Simplicius dederunt. Ambiges forſitan quam ob cauſam in motu recto ſequitur ſi ipſe eſt infinitus, ꝙ ſit ocioſus, & non in circulari, quam dubitationē in ſexto libro phyſicæ auſcultationis ſoluimus.

Textu cō menti. 92.

¶ Præterea & ſi ſeiuncta ſunt nihil minus ex omnibus infinitum ignem contingit eſſe.

¶ Hic (vt mihi videtur) remouet dubitationem, poſſet enim quis dicere, ꝙ infinitum non eſt vnum continuum, ſed ſunt partes ſeiunctę infinitæ, vel (vt Democritus ait) corpora infinita atoma, vel (vt Anaxagoras) partes infinitas conſimiles. Obiicit Ariſtoteles adhuc dictum inconueniens ſtare, quia nihil prohibet illas continuari, ex infinitis partibus ignis fieri ignem, & ex infinitis partibus terræ fieri terram vnam, quare adhuc relinquetur corpus infinitum. ¶ Hoc pacto exponit Auerro. dicens aliquis poteſt dicere forte eſt impoſſibile inuenire vnum corpus continuum infinitum. diſcretum autem paruum eſt impoſſibile, vt antiqui dicebant de corporibus indiuiſibilibus, vt Democritus. & ita erunt indiuidua ignis infinita, & eorum vnumquodq; finitum. Ecce quomodo Auerro. exponit modo noſtro, ſecundum Auer. Ariſtote. Reſpondet & licet ſint ignes infiniti ſeparati, poſſibile eſt eos continuari, quo poſito in eſſe, ſequitur dari corpus infinitum, & ita grauitas aut leuitas infinita. Hæc concluſio eſt falſa, & non pro minori, quia ex falſo poſſibili non ſequitur falſum impoſſibile. igitur pro maiori, videlicet ꝙ dentur corpora infinita, quare hæc ſolutio Democriti, vel anaxagoræ nulla eſt.

Expoſitio.

Que Aue. cōmē. 59. Q

¶ Præterea corpus erat id quod omni ex parte dimenſionem habet. Quare quomodo fieri poteſt; vt plura quidē

Præterea ſed

A quidem ſint diſſimilia: vnũquodque aũt ipſorũ ſit infinitum: omni.n.ex parte vnũquodque infinitũ eẽ oportet.

Expoſitio. ℣ Secundum expõnem Simplicij quam ſequimur. hoc eſt tertia rõ, quæ ponit in forma enthimematis, hoc mõ, corpus ẽ quod omni ex parte dimenſionem habet, igit fieri nõn põt, vt plura quidem ſint diſſimilia ſupple in vno miſto, vnum quodque autem ipſorum ſit infinitum, eſt igitur enthimema, corpus eſt diuiſibile ſecundũ cõmunem dimenſionẽ, quia ſecundum longitudinem, latitudinem, & altitudinem, igitur miſtum non poteſt conſtare ex pluribus corporibus ſimplicibus diſſimilibus in ſpecie, quorum vnumquodque eſt infinitum, Deducit cõſequentiam, & inquit. Omni.n.ex parte vnunquodque illorũ corporum ſimplicium, ex quibus conſtat miſtum infinitũ eſſe oportet, & ſic erit infinitũ ſecundũ longituditem, latitudinem, & profunditatem, quare oẽ ſpa-

B cium occupabit, vꝫ ſecundũ longum, latum, & profundum, & ita non patietur ſecum aliud corpus, & per conſequẽs implicat contradictionem miſtum fieri ex ſimplicibus corporibus, quorum quodlibet eſt infinitũ, & hoc pacto exponit

Quę Auer ro. cõ. 60. expoſitor. ℣ Auerroes autem extorquet textum ꝓpter malas, quas habuit translationes, legitur.n. in ſuis codicibus, & iam diximus ſuperius ꝙ corpus vadit per oẽs menſuras, & reliqua. Vbi Auer. per omnes menſuras intelligit tres dimẽſiones quæ ſunt ad medium, & a medio, & circa mediũ. ita vt cum declaratum eſt ꝙ motus ſunt tres, & non plures, ſequitur corpora ſimplicia eſſe tria, & non plura. ℣ Quod vero motus ſint tres patet, quia tres ſunt dimenſiões. Sic igit patet miſtum non poſſe conſtare ex infinitis. ℣ Animaduerte ꝙ Auer. in illa parte, & quia in demõſtratione prædicta, ſoluit pulchras. q. prima eſt cur in declarando ratione cõi infinitum non eſſe, cœpit a miſto, & probauit miſtum nõ eſſe infinitum, facilius.n. probaſſet hoc de miſto, ſi de ſimplicibus prius idem probaſſet. Secundo cur prætermiſit declara

C re hoc de cœlo cũ cœlũ ſit corpus ſimplex. ℣ Soluit primã ꝙ cœpit a cõpoſito ſeu miſto, quia in eo eſt deſtructio corporum ſimpliciũ, & ita quaſi bis probat nullũ corpus ſimplex poſſe eſſe infinitum ſemel probando miſtum nõ eſſe tale, & ſemel ꝓ ſe. Ad ſecundam rñdet ꝙ de cœlo non prætermittit hanc declarationem, ſed declarat de ſimplicibus & de cœlo, nullum tale eẽ infinitum. Ex his ſequit ꝙ non recto ordine proceſſit Ariſto. in hac demonſtrattone, quia ordo debuiſſet incipere a ſimplicibus.

℣ At vero neq; ſimilare infinitũ cõtingit eſſe oẽ. Prio q= dẽ: quia nõ eſt alius p̃ter hos motus. habebit igitur horũ vnũ. Si aũt hoc eſt: cõtinget aut grauitatem eſſe infinitã: aut leuitatem eſſe infinitã. Nam corpus quod circulo fertur: ipoſſibile eſt eſſe infinitũ. Impoſſibile eſt.n. quod cir=

Nã, at vero alla men. culo fertur: eſſe infinitum: nihil enim intereſt hoc dicãtur. an cœlum infinitum eſſe dicatur. hoc autem impoſſibile eſſe demonſtratum eſt.

D ℣ Probauit infinitum non poſſe eſſe diſſimilare ſiue miſtum, nunc probat illud non poſſe eſſe ſimilare vel ſimplex, & hoc

Expoſitio, proponit, & inquit. At vero infinitũ ipſum quod ſupple ab antiquis dicit omne, nõ cõtingit eſſe ſimilare id eſt ſimplex. Ptobat primo, & ſumit ſuppoſitionem poſitam, ꝙ vꝫ nõ eſt alius p̃ter hos motus. vꝫ a medio, ad mediũ, & circa mediũ. Ex hac infert, habebit igit ſupple corpus illud infinitum horum trium motuum vnum. Vlterius arguit, ſi autem hoc eſt ꝙ ſupple illud corpus infinitum habeat horũ trium motuũ vnum, continget eſſe aut grauitatem infinitam, aut leuitatẽ eſſe infinitam. Nam ſi habet motum ad medium, eſt graue infinitum, ſi a medio erit leue infinitum, neq; ſupple põt habere motum circa medium, nam corpus quod circulo fert, impoſſibile eſt eſſe infinitum. cauſa autem eſt vt ait, ꝙ qđ circulo fertur. vꝫ cœlum ipſum impoſſibile eſt eſſe infinitũ, & ita ſequit ſi cœlum quod circulo fertur non eſt infinitum corpus quod circulo fert non eſt infinitũ, valet.n. quia nihil differt cœlum & hoc cœlum nihil etiã corpus quod circulo fert. & cęlum ipſum, quare ſi impoſſibile eſt cęlum eſſe infinitum, impoſſibile erit corpus quod circulo fert eſſe infinitũ. E quod autem cœlum nõ poſſit infinitum eſſe, ſuperioribus lectionibus eſt probatum multipliciter. & hoc inquit. Nihil enim intereſt hoc. ſ. corpus quod circulo fert infinitũ eſſe dicatur, an cœlum infinitum eſſe dicat, quia idem eſt corpus quod circulo fertur, & cœlum, ſicut idem eſt, cœlum & hoc cęlum. Hoc autiem impoſſibile eſſe demonſtratum eſt. Si igitur non põt illud infinitum moueri aliquo motu illorũ, igit non poteſt eſſe in rerum natura aliquod corporum naturalium. Auer. autem vult ꝙ Ariſto. nunc cõponit demonſtrationem ordine recto, & hoc fuit cã, quare iterauit illã, nã primo formauit eam ordine indirecto, nunc autem ordine re- Quæ Auer. cõmẽ. 61.

cto. Secunda cã eſt quia ibi non comprehenderat cœlum, eſt igitur demonſtratio ſecundum Auerroẽ, ſi corpus eſt infinitum, erit aut ſimplex, aut miſtum, ſiue compoſitum, nõ miſtum, vt ſupra probatũ eſt. nec ſimplex, qa vel mobile motu recto, aut mobile motu circulari. non mobile motu recto, qa vel ad medium, vel a medio. nõ ad medium, quia tunc dare F tur grauitas infinita, nec a medio, quia dareť leuitas infinita. quæ ſunt contra declarata. nec eſt mobile motu circulari, qa tunc eſſet ſimile corpori rotundo. i. eiuſdem ſpẽi cum corpore, quod mouetur circa medium. At impoſſibile eſt corpus circulare moueri motu infinito. Nam corpus circulare ẽ finitæ reuolutionis, quia vnica reuolutione fertur in. 24. horis, vt probatum fuit. motus autem corporis infiniti eſt ĩfinitus, & ita in ſecunda figura tale corpus non põt eſſe circulare, et ita patet ꝙ licet cœlum moueat motu infinito ſecũdũ replicationem, tamen non moueť niſi motu finito vnica motiõe. & ꝓpterea qui dicit motum circularẽ eſſe infinitum, nõ loq tur proprie, ſed ſermo ſuus eſt ſimilis in poteſtate vel virtute ſermoni dicentis corpus mobile circulariter ut cœlũ eẽ infinitum, ſunt. n. ſermones ſimiles, ſed non in vniuoco, qa ſermo dicens motum cęli eſſe infinitum, & cœlũ eſſe infinitũ, G intelligit ſecundũ durationẽ. ſermo aũt dicens cœlũ eſſe infinitum ſimpliciter. intelligit ſecundum molẽ. ℣ Quo vero ad verba attinet, cum Ariſto. ait. Hoc aũt ipoſſibile eſſe demõſtratũ eſt. dupliciter exponit Auer. vno modo per hoc cœlũ. quia demonſtratum eſt ſupra cœlum non poſſe eſſe infinitũ, quia nullo modo poſſet moueri. Alio modo intelligit per hoc, corpus infinitum in vniuerſali, quia demonſtratũ ẽ corpus infinitum nullo modo poſſe moueri.

℣ Præterea nec omnino infinitũ moueri cõtingit. Nã aut ſecundum naturam, aut ui mouebitur. & ſi ui: ęt ſibi ineRæterea, At vero, rit ſecũdũ naturam. Quare & locus proprius alius erit: ad quẽ feretur. Hoc autem impoſſibile eſt.


℣ Secundo arguit ex cõmuni rõne motus localis, & inquit. Præterea nec omnino aliquo motu infinitum moueri contingit, & probatur per rõnem cõem, quæ ſumitur ꝑ diuiſio Expoſitio. nem motus in naturalem & violentum, & inquit. Nam aut H ſecundũ naturã, aut vi mouebiť. probat aũt ꝙ quouis modo moueatur, ſemper mouetur motu naturali, nam ſi motu naturali mouetur, moueť motu naturali, & ſi motu violento mouetur, etiam moueť motu naturali, quia ſi aliquis motus cui competit alicui corpori, oppoſitus illi competit naturaliter, vt ſuperius diximus, quare quouis modo mouetur, non niſi motu naturali fertur. Quare ſequitur ꝙ locus proprius alius erit, ad quem fereť, alius dico proprius & æqualis illi. Hoc autem impoſſibile eſt, ſupra.n. demonſtrauimus talem locum nõ eſſe propriũ, qa ĩfinitũ oẽm locũ occuparet, ſi eẽt.


AVERROES autem ait. hæc eſt demonſtratio alia Quæ Auer. cõ. 62 a prædictis, & eſt ꝓpria corporibus motis recte, vt etiã expoſitor ait, & ſic differt hæc demonſtratio quatenus ꝓcedit per diuiſionem cõem motus quæ eſt per violentum & naturalem. Hæc eſt prima differentia. Deinde tangit ſecundam, & inquit. Et quaſi laborat in ea demonſtratione, quam nunc facit, ad perficiendum ex diuiſione motus illud quod non fuit poſitum in demonſtrationibus prædictis, & ſic differentia eſt ꝙ præſens demonſtratio eſt ſup-

I pletiua eius quod deficit in prioribus, et declarat quomodo, & inquit. Demonstrationes enim prædictę fundatę sunt super hoc ꝙ corpus infinitum mobile in rectum impossibile est moueri motu naturali. si enim moueretur motu naturali, non mouebitur nisi per grauitatem vel leuitatem, quæ dicitur declinatio siue vis inclinatiua. declarat autem illud ꝙ si moueatur per grauitatem aut leuitatem, necessariū est inueniri illic grauitatem aut leuitatem infinitam, vbi demonstrat hoc esse impossibile. Hæc fuit demonstratio, & quia quis posset dicere forte illud tale mouebitur violenter, propterea dixit respondendo, ꝙ etiam sequitur ipsum moueri naturaliter. ecce igitur quomodo demonstratio hec est completiua priorum, & vniuersalior, & quia Aristot. in textu. Dubi. Auer. inquit, Quare & locus proprius alius erit, ad quem fertur. Vbi patet Aristot. per locum per quem, intelligere spatium per quod mobile fertur. Ideo dubitat, & non inuenitur in corporibus simplicibus hæc locorum differentia, sed videmus ꝙ locus in quo mouetur terra siue per quem mouetur terra violenter, est idem cum loco in quo mouetur naturali
K ter, quia motus naturalis & violentus non differunt penes spatium, sed penes modum tantum. i. terminos ad quos. Nam motus terræ violentus & naturalis in aere sunt, sed si fuerit ad superius, erit violentus, si ad inferius, erit naturalis, & sic non est verum ꝙ locus per quem est motus violentus differt a loco per quem est motus naturalis, cum ille sit Solutio. vnus scilicet medium aere plenum. ꝑ Soluit Auerro. & inquit. Sed tantum visum est ꝙ non intendebat, per locū motus, locum in quo mouetur ideſt spatium, quod dicitur locum per quem vel in quo mouetur. Sed locum quo mouetur ideſt terminum ad quem, quasi igitur diceret. erit igitur alter locus quo mouetur naturaliter supple a loco quo mouetur violenter. nam locus quo terra naturaliter fertur est medium mundi vel concauum aque. locus vero quo ipsa fertur violenter est concauum lune, & supple hoc est impossibile, nam infinitum omnem locum occupat, & omnia loca erunt vnus locus. Hæc ex commento præsenti.

L CIRCA CALCEM capitis præsenti solet dubitari an impossibile factū sit possibile fieri hoc est vtrum quod est impossibile esse factum, sit impossibile fieri. & videtur ꝙ Quæstio si impossibile factū sit impossibile fieri. sic, nam motus cęli est impossibile factum, quia nunquam erit verum de eo ꝙ sit factus, cum sit æternus, & tamen potest fieri, immo esse suum constitit in fieri. ꝑ Præterea arguit Ioannes, fieri est prius & vniuersalius facto, igitur stat aliquid fieri quod non est, nec erit factum. ꝑ Insuper dantur instantiæ, nam continuum potest diuidi in infinitum, & tamē nunquam potest esse diuisum in infinitum. ꝑ Adhuc gigantes cęperunt turrim construere, vt Iouem debellarent, vt poetę & philosophi etiam concedunt, nunquam tamen talis turris fuit facta. ꝑ Rursus aliquis mouetur ad omnes scientias, & tamen ad eas omnes nunquam potuit esse motus. ꝑ Vltimo omne quod fit potest impediri. igitur non om
Quæ Ioā. in qōnibus M ne impossibile factum est impossibile fieri. ꝑ Quidam respondet propositionem Aristotelis esse intelligendā in actionibus naturalibus, & artificialibus, & ijs quæ fiunt secundum rectam imaginationem. Quod in actionibus naturalibus declaratur, vt inquit expositor. quia natura nihil facit frustra. esset autem frustra si moueretur ad id, ad quod est impossibile peruenire. ꝑ Auerroes autem com. 58. inquit. Omne motum secundum rectitudinem non mouetur nisi ad aliquid, ad quod cum peruenerit, quiescat, nisi motus eius esset ociosus. Ex his colligitur hæc ratio, in actionibus naturalibus si finis est impossibilis, ordinata etiam in fi- N nem sunt impossibilia, & econtra. nam si ordinata in finem essent possibilia, & finis impossibilis, tunc esset frustra quod in finem ordinatur, in quem non potest peruenire. vt secū do physicorum colligitur, & quia factum esse est vt finis, & fieri, vt ordinatum in finem. si igitur aliquid est impossibile esse factum, erit impossibile fieri. Quod etiam valeat in artificialibus actionibus declarant ex eo quia actio artificialis imitatur actionem naturalē. & ita videt eodem modo in vtrisque, ꝙ si aliquid est impossibile factū erit impossibile fieri. Simili mō patet propositio in actionibus, que proficiscuntur imaginatione recta, est enim imaginatio recta velut ars, quare si in artificiarijs actionibus aliquid est impossibile factum, etiā erit impossibile fieri. Sed in erronea imaginatione propositio non valet, quia talis imaginatio potest incipere ꝙ non pōt perficere, vt gigantes credentes scādere olympum cęperunt turrim cōponere, quā non perfecerunt. ꝑ Ego vero dico propositionem habere locum in actionibus naturalibus, vt recte isti dicunt & Auer. com. 58. verificat hāc in O omnibus prædicamentis, est enim hic sermo susceptus ęqualiter in qualitate, quantitate, loco, & situ, oībusque prędicamentis. ꝑ Secundo dico hāc valere in arte cuius finis est opus, & non operatio, incipit enim rhetor psuadere & si nunquam persuasit, & tñ non frustra egit, quia nihil prętermisit de requisitis in arte, cā est quia eius finis non est opus, sed bene dicere, quod est operatio. similiter medicus non frustra egit, si non induxit sanitatem, & tñ cępit curare. quia finis medici non est sanitas, sed bene curare. patet igitur propōnem non habere locum in omnibus artibus, sed quarum finis est opus, & non operatio, simili modo de imaginatione est dicendum, est. n. imaginatio velut ars. ꝑ Sexto physicorum vero Arist. aliter uerificat propositionem. ait. n. dupliciter aliquid esse impossibile fieri, aut ratione fieri, vt cęlum dicitur diuidi, quia id fieri nequit per se rōne fieri. Aut ratione P facti, vt si diametrum cōmensuratum esse costę esse posset, iam commensurari posset. Verum solutio prior est clarior. Te. cō. 92 ꝑ Ad rationes ad primam dico ꝙ motus cęli secuudum numerum est possibile fieri & possibile factum, quia reuolutio diurna potest fieri, & potest esse facta. Sed secundum speciē est impossibile fieri. ꝑ Ad secundum dico ꝙ prius est 2ˣ absolutum, & ordinatum ad posterius, tunc dico prius absolutum posse fieri fine posteriori, non aūt prius ordinatū in posterius quale est fieri respectu facti. ꝑ Ad tertium dico ꝙ continuum potest diuidi in infinitum secundum actum imperfectum & potest esse, diuisum in infinitum secundum actum imperfectum. ꝑ Ad vltimum patet solutio. nam gigātes cęperūt facere turrim imaginatione corrupta, & nō imaginatiōe recta, iō nō puenerūt ad factū. Hęc pauca de qōne.

ꝑ Quod autem oīno impossibile sit infinitū pati aliquid a finito, vel agere in ipsum finitum, ex hisce perspicuum erit. Sit igitur infinitum i quo est a finitum vero in quo est. b. tempus autem in quo mouet aliquid, aut est mo- Q tum, in quo est. g. si igitur ipsum. a ab ipso. b calefactum est, aut pulsum, aut aliud quid passum, aut etiam quodcunque motū in tempore in quo est. g. Sit illud. d. ipso. b. minus. Atque minus æquali in tempore minus moueat. sit aūt in quo est. e. ab ipso. d. alteratum. Quod igitur est ipsum. d. ad ipsum. b. ipsum. e. erit ad aliquid finitum.






ꝑ In hac

A ℣ In hac parte probat non dari infinitum ratione communi
Expoſi. .ſ.accepta ab actione & paſſione,quæ ſunt in alteratione,& cõponitur ſic in barocco,omne corpus ſenſibile eſt actiuum vel paſſiuum,vel vtrũq;. Infinitum non eſt actiuũ nec paſſiuum,nec vtrũque, igitur infinitum nõ ẽ corpus ſenſibile, & ita non datur. Quod infinitum nõ ſit paſſiuum,oſtenditur. & primo ꝙ finitum non agat in corpus ſenſibile infinitum, quia ſequeretur aliquid finitum in eodem tempore mouere corpus finitum,quo mouet infinitum,& probatur ponendo infinitum paſſum eſſe.a.finitum quod agit,eſſe .b. & volo ipſum.b. agens eſſe virtutis actiuę vt octo, per quam agat in.a.in tempore.g.eſt enim oĩs actio in tempore,quare illud ſit.g. Vlterius accipio aliud agens quod in virtute ſit minus ipſo.b.vel eius pars v3 vt quatuor,ita vt.b.ſit duplũ ad d.ſitque etiam aliud paſſum ipſi.d.correſpõdens.e. quod Auer. appellat .h. ſitque virtutis paſſiuę vt quatuor ẽt in eodẽ tempore.g.Rurſus ſumo aliud paſſiuum v3.z.vt Aue. ĩquit. quod ſit in tanta proportione ad.b.in quanta eſt.b.ad.d.hoc eſt in dupla,ita ꝙ ſit virtutis paſſiuę vt octo.His ſumptis ar-
B guitur,vt.b.ad.d.ita.z.ad.e.igitur cõmutatim vt.d.mouet. e.in tempore.g.vt ſumptum eſt,ita .b.mouebit.z.in eodem tempore.g.Sed in hoc eodem tempore poſitum erat .b.mouere.a.igitur finitum eodem tempore aget in corpus ĩfinitũ, quo agit in corpus finitũ,& ita aget in.a.&.z.quod erat probandum, hũc ĩ modum expoſitor et Simplicius expoſuerũt. Auer.aũt diminute cõmentatur.Inquit Quod autẽ oĩno impoſſibile ſit infinitum pati,aut agere aliquid in corpus infinitum,ex hiſce,q̃ dicemus, pſpicuum erit,& primo probat ꝙ corpus infinitum non poſſit pati a corpore finito.& inquit. ſit igitur infinitum in quo eſt.a.finitum uero ſup.agens, in quo eſt b.& quia oĩs actio eſt in tempore,ſit tempus in quo finitum mouit aliquid,& infinitum eſt motum ab illo,ĩ quo eſt.g.Vlterius inquit.ſi igitur ipſum.a.ab ipſo.b.calefactum eſt,aut pulſum,aut aliud quid paſſũ, aut etiam qualitercũq;
C vel quodcunque motum in tpe in quo.g.ſit illud.d. ipſo.b. minus,uidelicet vel eius pars,vel aliud,modo ſit minus,& ſupple volo ꝙ ipſum.d.minus ipſo.b. moueat aliquid aliud minus ſibi correſpondens,& ſit illud.e.ab ipſo d.alteratum, vel alio modo motum . quibus arguit,quod igitur eſt ipſũ d.ad.ipſum.b. ipſo.e.erit ad aliquid aliud finitum.v3.z.igitur permutatim vt ſe h3.d.ad .e. ita.b.ad.z.ſed.d .mouet.e. in.g.tẽpore,igitur.b.mouebit.z.in.g.tempore,& in hoc mouebat.a.corpus infinitum.igitur eodem vel ęquali tempore mouebit .b. corpus finitum, quo mouit infinitum. ℣ Auer.
Quæ Auer. com. 63. autem primo introducit textum , & ordinat demonſtrationem,& inquit.hec eſt demonſtratio vniuerſalis oĩbus corporibus rectis, & rotundis, & ſimplicibus,et cõpoſitis ſeu mixtis, & componit illam dicens. Omne enim corpus, aut E eſt agens,aut patiens,aut vtroque participans.Hac propoſitione ſuppoſita potuit declarare corpus infinitum nõ eſſe. Nam compoſuimus ꝙ omne corpus, aut eſt actiuum, aut paſſiuum,aut actiuum & paſſiuum ſimul,& cum poſuit ꝙ corpus infinitum ĩpoſſibile eſt agere, aut pati,concludetur in ſecunda figura ꝙ nullum corpus eſt infinitum. ℣ Deinde declarat quales ſint propoſitiões huius ſyllogiſmi. & ĩquit. & quia propoſitio dicens, ꝙ omne corpus,aut eſt actiuum, aut paſſiuum, manifeſta eſt per ſe, nam corpora cęleſtia videntur agere in ea,quę ſunt hic ſub eis.hæc aũt videntur agere & pati inter ſe, & ſic maior patet, qualis autẽ maior ſit. inquit. & altera propoſitio non eſt manifeſta .ſ.dicens, ꝙ infinitum ĩpoſſibile eſt aut agere aut pati, ideo ſupple declarabit maiorem, & ponit ordinem, & inquit.Hęc aũt propoſitio diſſoluitur in duas, quarũ vna eſt ꝙ infinitum ĩpoſſibile eſt pati. Alia ꝙ infinitum ĩpoſſibile eſt agere in rem finitam, ideo incipit declarare propõnem dicentem ꝙ corpus infinitum ĩpoſſibile eſt pati a finito. Addit ꝙ vtriuſq; F queſtionis vel propoſitionis diuiſe.i prime propoſitionis & ſecunde accipit eadem exempla,hoc eſt eaſdem litteras vniuerſales,non dico numero eaſdem.& diuiſit demõſtrationẽ. ℣ Hęc Auer.quo ad demõſtrationis ĩtroductionem,& quia Auer.ponit ordinem in demõſtratione,& vtitur quibuſdam verbis obſcuris, ideo lege uerba eius ſic, & cum poſuiſſet propoſitionem,quã intentabat deſtruere, coniungit illi propõnem poſſibile hoc .ſ. vt aliud corpus ſit finitum, & minus corpore finito quod eſt.b.quod aũt ſit d. & ſic vult Auer.ꝙ prima verba Ariſtotelis ſonent propõnem quam intendit deſtruere v3 ꝙ infinitum patiatur ab ipſo finito, & vult ꝙ hinc addat vnam poſſibilem. v3 ꝙ .d.minus ipſo .b. agat in.e.vel.h.vt exponit ipſe,& vult hanc poſſibilem eſſe talem ꝙ non cõtingat ex illa per ſe.accepta aliquod impoſſibile,aliter eſſet impoſſibilis,& addit ꝙ cum poſuit hoc poſſibile,poſuit,quod ſequitur ex illo, poſuit enim ꝙ qualis eſt propoſitio ipſius.b.ad.d. talis ẽ proportio ipſius.z.ad.h. vel .e. quo ſuppleto patet tota demonſtratio, ex quibus G patet ſecundum Auerro.ꝙ demõſtrationi Ariſtotelis eſt ſupplendum,& ſic textus prẽſens diuiditur a ſequenti.

℣ Sit igitur æquale quidem in æquali tẽpore alterãs æquale.Minus autem in æquali minus.Maius etiam maius tantum videlicet quantum maius proportionale eſt ad minus.Nõ ergo ĩfinitum ab aliquo finito in aliquo tempore mouebitur.Nam aliud minus in æquali a minori mouebitur:ad quod quidem finitum proportionale eſt. infinitum enim ad finitum in nulla proportione eſt.



Expoſi. ℣ Textus iſte eſt obſcurus, & quid velit facere, non ſatis patet, fortaſſe enim textus diminutus eſt, & dependens a priori textu,qui deficit in lib.græcis quos habemus. Sed vtcunque ſit, expoſitor reſoluit textum in duas ſuppoſitiones, ex quibus deducit rationem ſuperius inceptam. Ego vero reſoluo textum in vnam ſuppoſitionem, & ex illa deduco aliam rationem ſuppoſitio eſt ſi aliquid agẽs ęquale mouet aliquod paſſum ſibi ęquale in ęquali tempore,hoc eſt in certo tempore,quod ſit æquale a prĩo actionis in finem. Minus agens illo ęquali mouebit paſſum minus eo quod mo-

I uebatur ab agente ęquali in eodem æquali tẽpore,& agens maius etiam illo agente æquali mouebit passum maius eo passo æquali, quod mouebatur ab agente æquali in eodem æquali tempore. Addit modo . v3 agens maius hẽat eandem proportionem ad suum passum,quam habebat agẽs minus ad suum,& sup. agens ęquale ad suum. Nã si proportio omnium illorum ad sua passa sit ęqualis tempus quo mouebunt illa,erit æquale,est igitur suppositio tribus agentibus existentibus,quę ad sua passa habeant proportionem ęqualem omnia illa mouent in æquali tempore. ℣ Quo vero ad verba attinet,dubitabis primo quo modo æquale potest alterare ęquale. cum ab æqualibus non perueniat actio. ℣ Secũdo æquale ẽt inæquale dicuntur ad aliquid. Ideo quę res respectu quorum dicetur æquale. ℣ Dici potest ad primũ per ęqualia non intelligere Arist. secundum gradum,et virtutem,sed secundũ genus. v3 ꝙ ambo sint ęqualia secundũ rationẽ finiti,ita vt non sit agens finitum & passum infinitum,vel ecõtra. ℣ Ad secũdã dico ꝙ dicitur æquale respectu maioris & minoris, & sic Aristo. imaginatur ꝙ si aliquod finitum mouet aliquod finitum in æquali.i. finito tempore, agẽs maius illo mouebit passum maius passo priori, modo habeat ad ipsum æqualem proportionem, & agens minus mouebit ẽt passum minus, modo vt supra seruet proportio ęqualis, & hoc ait. sit igitur equale quidem in æquali tempore alterans æquale. verbi cã. b. alterans z. in tempore . g. hæc enim æqualia sunt quoniam omnia sunt finita, minus autẽ in æquali mouebit minus, vt. z. mouebit. f. & maius etiam maius in ęquali tempore, vt. d. mouebit . e. tantum. videlicet dico maius quantum maius proportionale est ad minus i. ad suum passum, quod est respectu agentis minus, quasi dico suppositionem hanc veram eẽ modo seruetur ęqualis proportio agentis ad passum in omnibus, & ideo potest exponi tantum. v3 dico maius,quãtum agens maius ꝓportionale est ad agens minus, & sic debet seruari proportio æqualis ex parte agentium, & similis est parte patientum, ita vt qualis proportio sit agentis maioris ad agens minus talis sit patientis maioris ad patiens minus, seruata enim ęquali in omnibus proportione omnia mouebunt in ęquali tempore. v3 ĩ g. tempore. Ex hac suppositione infert. non ergo infinitum ab aliquo finito in aliquo tempore mouebitur. v3. a . ab ipso. b. Nam si in aliquo tempore mouebitur, sit illud. g. hoc autẽ quod sit impossibile, ostendit, nam aliud minus illo infinito mouebitur in ęquali a minori agente,ad quod quidem finitum proportionale est. deductum est hoc superius, quia accipi potest vnum agens minus ipso. b. & suum passum mouebit in g. tempore,vt per suppositiones patet,& ita sequitur aliquod finitũ mouere aliquod finitum in æquali tempore,quo finitum mouet infinitum. Hoc autẽ esse impossibile ostendit, quia inter duo finita ẽ proportio, sed infiniti ad finitum nulla est proportio, & sic patet infinitum non posse pati ab agente finito, hoc pacto utdetur mihi textus clarus.

Quę Aue. cõm. 64. M

Que Aue. cōmē.73. AVER. autem in præſenti commento primo ponit cō tinuationem.& inquit. Cum declarauit ꝙ corpus infinitum impoſſibile eſt eſſe,hæc fuit concluſio repetit rationem ſummatim.& inquit.Quoniā ſi fuerit tale infinitum,aut eſt ſimplex,vt elementum,aut compoſitum ut mixtum,& declarauit ꝙ ſi fuerit mixtum,oportet dare ꝙ in eo ſit ſimplex aliquod infinitum in magnitudine aut plura, vel ſpecie infinita,vel eadem ſpecie,& numero infinita. Mixtum.n.non poteſt eſſe infinitum,niſi vel quia vnum ſimplicium componētium eſt infinitum,vel quia plura ſimplicia ſunt infinita,& hoc vel quia ſunt ſpecie eadem,& numero infinita,uel quia ſunt ſpecie infinita,aliter(vt ait)nullus modus eſſet propter quem compoſitum atque miſtum eſſet infinitum. ¶ Deinde addit quid velit nunc facere Ariſt.& inquit.Et quia aliquis poſſet dicere ꝙ poſſibile eſt compoſitum miſtum eſſe infi- N nitum ex corporibus finitis magnitudine, finitiſque ſpecie, ita ꝙ ſint indiuiduo ac numero infinita, vt corpora atoma, quæ ponit Democritus, ille enim poſuit hęc corpora omnia eiuſdem naturæ ac ſpeciei. Sed numero infinitas.Immo ponit illa vacui interpoſitione diſtincta, ideo incepit contradicere huic poſitioni.hęc eſt continuatio,& intentio. ¶ Deinde ponit Auerro. qualiter Ariſtoteles arguit contra hos, & primo ſic,hæc atoma ſola figura differunt,igitur non differunt ſpecie,tenet argumentum,quia differentia accidentalis ſola non eſt ſpecifica. Vltra, non differunt ſpecie. igitur ſunt eiuſdem ſpeciei, tenet conſequentia ex conſtantia ſubiecti. Hæc enim ſpecie non differunt & ſunt, igitur ſunt eiuſdem ſpeciei. Vltra, igitur omnia hæc ſunt eiuſdem motus ſpecie, & ita omnia vel erunt grauia vel leuia, quare ſolum vnum ſimplex corpus daretur, ita vt ſi illud ſit leue, graue non erit.ſi graue, non erit leue. ¶ Deinde Auerro. parte illa & hoc quod dixit. Intendit reducere opinionem O horum ad contradictionem, vt Themiſtius ait, quia ex hac poſitione ſequitur vnum elementum ſpecie tantum eſſe, & plura elementa ſpecie eſſe. Primum valet, quia omnia hæc ſunt eiuſdem naturæ ſecundum eos. ſecundum vero,quia tres ſunt motus ſpecie, & ita plura ſimplicia ſpecie. Vnde inquit. & hoc quod dixit. vȝ plura eſſe elementa,& non ſequitur poſitionem, quę dicit hæc atoma eſſe infinita, ſed ſequitur poſitionem Ariſtotelis quæ dicit hæc atoma eſſe elementa totius ideſt mundi, quia enim ſunt elementa mundi ſequitur quatuor eſſe elementa, & quintum corpus. & propterea exiſtimatur ꝙ non ſequitur proprie eorum poſitionem, ſed magis illud quod dictum eſt, quia ſunt elementa totius. habetur igitur vna pars ꝙ non tantum vnum ſit elementum. ¶ Deinde oſtendit ex poſitione eorum, ꝙ vnum eſt elementum, & inquit. & hoc ſcilicet vnum eſſe elementum ſequitur ex poſitione eorum, quæ dicit illa atoma eſſe infinita numero, ſpecie eadem. Nam P cum fuerint infinita, nihil reperitur extra illa, nam extra infinitum nihil eſt, & quia differunt figura tantum, ideo omnia ſunt eiuſdem ſpeciei, & ita omnia ſunt ſpecifice vnū elementum, & propter hoc dixit Themiſtius in hoc loco non ſequitur concluſio quam intendebat concludere. videlicet ꝙ omnia atoma eſſent vnum elementum, immo ſequitur atomorum naturam non eſſe vnam, quia ex quo ſunt elementa mundi,oportet illa eſſe ad minus quinque.vȝ quatuor corruptibilia,& quintum corpus,patet igitur illos ſibi contradicere.

¶ Præterea ſi grauitatem habēt:aut leuitatem: ipſius vniuerſi erit aliquid,aut vltimum,aut medium. Hoc autem eſt impoſſibile:ipſo exiſtente infinito.

¶ Secundo arguit contra eoſdem enthimematice.& inquit. Expoſitio Præterea ſi ſup. atoma corpora haberent grauitatem, ita vt omnia eſſent grauia, aut leuitatem, ita vt omnia eſſent leuia,ipſius vniuerſi ſup. infiniti, cuius ſunt elementa inter- Q poſitione vacui diſtincta, erit aliquid aut ultimum. ſup. ſi illa omnia eſſent leuia, ad quod mouerentnr,omne enim leue mouetur ad ultimum,quod eſt cœli concauum, aut erit medium,ſi illa atoma omnia erunt grauia, ad quod ipſa mouerentur.deſtruit conſequens dicens. hoc autem eſt impoſſibile ipſo uniuerſo exiſtente infinito, infiniti enim, neque medium, neque ultimum ſecundum naturam dari poteſt. patet igitur atoma ipſa nec poſſe eſſe grauia omnia, nec leuia ſola.

¶ Præterea omnino vbi non eſt medium aut vltimum: præterea et nullus erit lationis locus corporibus:hic quidem ſurſum: ille autem deorſum. at hic ſi non ſit: motus non erit: neceſſe eſt enim moueri, aut præter naturam, aut ſecundum naturam. hæc autem definita ſunt proprijs alieniſque locis.

¶ Sed quia ꝓxima rō erat magis ad hoīem, ideo ſimpliciter Expoſitio

A oſtendit vniuerſum non eſſe infinitum, quia vbi vniuerſum eſſet infinitum, illic non eſſet medium, quod eſt grauium locus, nec vltimum, quod eſt leuium locus. Immo omnino ſequitur vbi non eſt medium, aut vltimum, nullus erit lationis locus corporibus, hic quidem ſurſum, ille autem deorſum at hic locus ſi ſupple nullus ſit, motus non erit, deducit, quia omne quod mouetur, aut præter naturam, aut ſecundum naturam mouetur. Hæc autem proprijs alieniſque locis deſcripta ſunt. nam ea mouentur natura, quę ad propria loca ferũ tur, ea mouentur præter naturam, quę ad aliena loca mouen tur, patet igitur ꝙ ſi vniuerſum ſit infinitum, in eo nec erit medium, nec vltimum. vbi nec medium, nec vltimum, nullus erit locus, vbi nullus locus, nullus erit motus, quia nec naturalis qui eſt ad proprium locum, nec præternaturalis, qui eſt ad alienum locum. ¶ Quo vero ad verba attinet, debes ſcire ꝙ Ariſtoteles preſupponit eſſe deductum ad hoc ꝙ dato infinito, nec eſſet vltimum, nec medium, & poſtea arguit
B ubi omnino nullum horum ſit, nullum locum eſſe, nec motum. Hunc textum igitur ſic intellexerunt Alexander, &
Quę Aue. cõmẽ. 74 Simplicius. ¶ Auerroes autem reſoluit hos text. in ſyllogiſmos & uis primi eſt in cameſtres ſic, omne corpus, aut graue, aut leue eſt contentum ab aliquo extrinſeco corpore, graue quidem, quia eſt in medio continetur a leuibus, leue autem quia eſt in ultimo, continetur a cœlo, infinitum non eſt contentum ab extrinſeco corpore. igitur infinitum corpus nec eſt graue, nec leue. ¶ Secundo arguit Auer. ſi uniuerſum eſſet infinitum, illius nullum eſſet medium, et ita nec cir cũferentia, & ita nullus eſſet illic locus, & ita nec motus, cum omnis motus ſit ad locum. Vnde hæc propoſitio corpus infinitum eſt in loco, implicat contradictionem, quia ex prædicato infertur oppoſitum ſubiecti & ex ſubiecto infertur oppoſitum prædicati, & probatur in commento, nam ſi corpus infinitum eſt in loco. ergo loco circũſcribitur, & ita erit finitum, quare ex prædicato infertur oppoſitum ſubiecti, item ſubiectum infert oppoſitum prædicati, nam ſequi-
C tur eſt infinitum, igitur nullo circunſcribitur, & ita non erit in loco. patet igiť propõnẽ hanc implicare cõtradictionẽ.

¶ Præterea ſi vbi præter naturam manet aliquid: aut fertur, neceſſe eſt cuiuſdam alterius eſſe locum hunc ſecundũ naturam, quod quidem ex inductione credibile eſt, neceſ
Habere verbũ ad dium. ſe erit profecto non omnia, aut grauitatem, aut leuitatem habere: ſed alia quidem habere: alia autem non.

Expoſitio ¶ Vltimo arguit, & facit talem conſequentiam, ſi locus præternaturalis vni, eſt naturalis alteri, ſequitur non omnia atoma eſſe leuia, aut omnia grauia, ſed quædam leuia, quædam grauia. Vnde inquit. Præterea ſi vbi præter naturam manet aliquid, aut fertur aliquid, neceſſe eſt cuiuſdam alterius eſſe locum hunc ſecundum naturam, quod quidem ex inductione patet, nam locus qui eſt leuibus præternaturalis, eſt grauibus naturalis, & econtra, ſi inquam ita eſt, neceſſe erit profecto non omnia, aut grauitatem, aut leuitatem habere. Sed alia quidem habere, alia autem non habere, vnde ſyllogiſ-
D mus hypotheticus erit ſic, ſi erunt loca naturalis & præternaturalis, corpora erunt non eiuſdem naturę, ſed ſunt loca naturalis & præternaturalis, quia leuia deorſum videmus præternaturaliter ferri. grauia vero ſurſum violenter moueri. itẽ videmus grauia deorſum natura ferri, leuia ſurſum, ſequitur non omnia eſſe eiuſdem ſpeciei.

¶ Vniuerſi quidem igitur corpus infinitum non eſſe: ex hiſce perſpicuum eſt.

Expoſitio ¶ Vltimo epilogat, dicens. vniuerſi quidem igitur corpus in
Quę Aue. cõmẽ. 75. finitum non eſſe. ſup. nec numero, nec magnitudine, ex hiſce perſpicuum eſt. ſup. rationibus naturalibus, & logicis. ¶ Auer. autem aliter præcedentem textum introducit, ait. n. videtur ꝙ ſermo iſte eſt ad affirmandum quaſdam propoſitiones, quas diximus ante, accepit enim ꝙ omnis motus, aut ẽ a medio, aut ad medium, & aliquis poſſet dicere hoc eſſe uerum in motibus naturalibus, & non in accidentalibus ſiue violentis. nam ſuperius & inferius eſt loca motus naturalis, inferius quidem grauium, ſuperius autem leuium, & ita ſequitur ꝙ qui negat ſurſum & deorſum, negat motus naturales, non autem prę ternaturales, qua ratione dici poſſet infinitum moueri motu præternaturali, non autem naturali, quia ad ipſum eſſe ſequitur ſurſum & deorſum loca non eſſe, & ita ſequitur naturalem motum non eſſe, cum quo tamen ſtat eſſe motum violentum. ¶ Obiicit autem huic cauillo Ariſtoteles ſecundum Auerroem, quia omnis locus prę ternaturalis eſt naturalis, & econuerſo omnis naturalis eſt præternaturalis, & intellige reſpectu diuerſorum, nam cœli concauum eſt locus grauibus præternaturalis, leuibus autẽ naturalis. Medium autem eſt grauibus naturalis locus. leuibus vero prę ternaturalis, quare ſi eſſet corpus infinitum, illud moueri non poſſet, quia non motu naturali, quia nullus eſſet locus, aut ſurſum, aut deorſum, nec motu violento, qa eſſet locus violentus. igitur illemet eſſet naturalis, et per conſequens eſſet aut ſurſum aut deorſum. Hęc de infinito ſcribit Ariſtoteles reliquum eſt accedere ad quęſtionem de vnitate & pluralitate mundorum. F

¶ Nunc autẽ & cur plures cœli non ſint: dicamus: hoc. n. conſiderandum diximus eſſe: ſi quis de corporibus vniuerſaliter demonſtratum eſſe non arbitretur extra mundum hunc nihil ipſorum eſſe poſſe. Sed ſermonem dũtaxat dictum eſſe putet de his corporibus, quæ indefinite ponuntur.


¶ Nunc vero an plures numero cœli ſiue mundi ſint, vult ag Expoſitio
gredi, duę enim de mundo ipſo (vt dicebamus) eſſe poſſunt quęſtiones, & circa molem, an vꝫ mole ſit infinitus, & circa numerum, utrum numero ſint ipſi mundi infiniti, quod nunc proponit agere, hoc enim in octaua ſumma præſentis libri tractare propoſuit, vt dixit Auerroes. Sed videtur hæc quæſtio quaſi inutilis atque ſuperflua, declarauit enim cœlum ſiue mundum omni ex parte eſſe mole finitum, extraque cœlum nec eſſe vacuum nec plenum, hinc videtur ſequi vnum G
tantum numero eſſe mundum, igitur preſens octaua ſumma de mundorum numero videtur ſuperflua. Reſpondet Ariſtoteles ꝙ ſermo dictus fortaſſe probauit extra mundum nullum eſſe corpus vacuum infinitum, & ſic videtur ſermo ille ſolum locum habere de corporibus infinitis, at poteſt dici ꝙ licet extra mundum non ſint corpora infinita, tamen ſunt alij mundi numero quidem infiniti, & plures, mole vero finiti. vt dixit Anaximander Mileſius Thaletis diſcipulus & Anaximenis doctor. hic. n. innumeros mundos eſſe ſuaſit, & ſic nunc de numero mundorum aggredi non videtur ſuperfluum, cum ex determinatione quęſtionis dictæ, adhuc non ſit quæſtio de numero mundorum ſoluta, quia cum illius quęſtionis ſolutione, ſtat quęſtio preſens, Inquit. Nunc autem & cur plures cœli ſiue mundi non ſint, dicamus. Vranos. n. apud græcos non tantum pro mundi parte, quę eſt corpus cœleſte, accipi ſoleт, ſed etiam pro vniuerſo. ¶ Quo vero ad verba græca attinet verbum illud nunc, græce dicti quod licet ſonet ad nos propterea vel quapropter, in noſtro H
ſermone ſonat vt tranſtuli, poſita intentione ſoluit quęſtionem dictam de inutilitate præſentis ſummę. & inquit. Hoc enim conſiderandum diximus eſſe, ſiquis vniuerſaliter de corporibus demonſtratum eſſe non arbitretur extra mundum hunc nihil ipſorum eſſe poſſe, ſed ſermonem dũtaxat dictum eſſe putet de his corporibus, quæ indefinite ad immẽ ſum ponuntur, et ſic quęſtio hæc eſt utilis ſupponendo ſolum eſſe probatum extra mundum non eſſe aliquod corpus infinitum. quia adhuc reſtat quæſtio, ſi ſint plures extra hunc mundi mole finiti.


¶ Omnia itaq; & vi & natura, & manent & etiam mouentur. Quo quidem in loco non vi manent: in eum ſecundum naturam feruntur: & ad quem non vi feruntur in eo quoq; natura manent. Quo vero in loco vi manent: ad eum etiam vi feruntur: & ad quem vi feruntur

tur in eo quoq; vi manent. Præterea si hæc latio vi ineſt: contraria competet ſecundum naturam.

Expoſitio ¶ Nunc de propoſita intentione exequitur, & ſumit ſuppoſitiones, prima eſt omnia mouentur & quieſcunt, & vi & ēt natura mouentur & quieſcunt. Deinde hanc ſuppoſitionem exponit. & inquit. Quo quidem in loco non vi manent, in eum mouentur ſecundum naturam, vt quia terra non vi manet in medio, ad medium natura fertur. contra etiam ad quem non vi feruntur, in eo quoq; natura manent. Quo vero in loco vi manent, in eum etiam vi feruntur, ad quem ēt vi feruntur, in eo quoq; vi manēt, vt quia terra in concauo vi manet, in concauo vi fertur. contra etiam quia in concauum vi fertur, in concauo etiam vi manet. Hæc eſt declaratio primę ſuppoſitionis, non ſecunda ſuppoſitio, vt iuniores autumant. Secunda ſuppoſitio, cuicunq; hæc latio vi competit, eidem latio illi contraria natura competet, vt quia motus e medio terræ vi competit, iccirco motus ad medium natura ſibi competit. hæc eſt ſecunda ſuppoſitio. ¶ Auer. vero primo quo ad verba græca attinet vult Ariſt. ſumpſiſſe cœlum pro vniuerſo mundo, nam apud græcos vt diximus verbum, vranos (vt Ariſ. poſtea tex. cō. 96. dicet) conſueuit ſumi trifariam, pro vniuerſo mundo, pro nexu omnium cœlorum, pro primo mobili, quod apud peripateticos eſt orbis ſtelliferus. ¶ Quo vero ad ordinem quæſtionū vult quæſtionem de mundorū numero eſſe poſt quæſtionē de finitate, cuius ordinis cauſam afferre videtur, ex eo quia ſcito q̄ mundus ſit mole finitus, mox ſurgit appetitus ſcire an numero ſit finitus & vnus tantum, vbi. n. primo non ſciretur eſſe mole finitum, hæc quæſtio non emergeret, quia ſi eſſet infinitus occupans omnem locum verum & poſſibilem atq; imaginarium, procul dubio, non eſſet neceſſe quærere de mundorū numero. igit̄ ſoluta quæſtione prima, emergit ſecunda apud appetitum rationalem. ¶ Addit tamen q̄ hæc ſecunda quæſtio eſt nobilior & difficilior prima. nobilior quidem ratione obiecti, quia immediate ducit ad vnitatem primi motoris. difficilior vero primo ex parte modi, pcedendi; nā prima qō abſoluta fuit demonſtratione a priori. hæc autē demōſtratione a poſteriori. Secundo primā abſoluit pluribus demōſtrationibus. hāc vero paucioribus. eſt etiam difficilior ex pte noſtra, quia primam quæſtionem quaſi ſenſu terminamus. at q̄ extra mūdum hūc nō ſit alius mundus, non ſenſu cerni poteſt. Addit ſecundo omnes has ſuppoſitiones eſſe per ſe notas & vti principijs ſenſibus. hęc ex commen. ¶ Sed circa litteram emergit dubitatio, quia non videtur verum omnia & moueri & quieſcere, & violenter & naturaliter. primo non de deo, qui eſt de numero omnium. ſecundo non de corporibus, quia cœli mouentur tantum, & non quieſcunt, & ſi mouentur, non uiolenter moueri poſſunt. ¶ Dici poteſt verbum Ariſto. eſſe audiendum preſſe vs de corporibus, & non de omnibus, ſed ſolum infra orbem lunarem contentis. at ſi vis ipſum fuſius intelligere, ſub diſiunctione audiendum eſt, vt placet Auerroi. ¶ Secundo dubitant, quia motus terrę ſupra hemiſphęrium noſtrum. videlicet ab. a. per. b. in. c. eſt violentus glebę terræ, contrarius autem ab ipſo. c. per. b. in. a. non eſſet naturalis. dici poteſt, vel q̄ ille ab ipſo. c. per. b. in. a. non eſt illi contrarius, quia circulari non eſt circularis contrarius, aut q̄ forte illi contrarius eſt rectus deorſum. Aut ſi eſt in orbe cœli erit non naturalis terræ ab ipſo motu totius cœli. Vel ſi eſt infra globum lunę verbum Ariſtotelis eſt verum in motibus ſimplicibus qualis non eſſet illæ terræ, ſupra illum hemiſphærium ſub Luna.

¶ Si ad hoc itaq; medium illinc vi terra fertur: hinc illuc ſecundum naturam ferretur: & ſi hic terra non vi manet: etiam huc illinc ſane ipſa ferretur: vnus enim corporis vna eſt ſecundum naturam latio.





¶ His ſumptis arguit primo ſic, ſi plures eſſent mundi, vt. a. b. plures eſſent terræ, ut. o. o. deſtruatur conſequens, ſed non poſſunt eſſe plures terrę. igitur nec plures mundi. probatur minor, quia vbi eſſent plures terrę, aut terra in hoc noſtro mundo manet ſecundum naturam aut vi. Siquidem vi hic manebit, ad illum natura ferretur per ſuppoſitiones. igitur altera terra ſuperflua ac violenta. at ſi hic ſecundum naturam manet, illa huc mouebitur, & illic violenter ſtabit, & ita illa fruſtra ac ſuperflue eſſet. Inquit. Si ad hoc itaq; medium illinc vi terra fertur, hinc illuc ſecundum naturam ferretur & ſic hęc terra violenta hic, atq; ſuperflua, & ſi hic terra non vi manet, ſed naturaliter, etiam huc illinc ſane ipſa ferretur, & ſic ibi violenta eſſet, atque ſuperflua. igitur non poſſunt eſſe plures terrę, & ſic patet minor, & quia quis dicere poſſet terram hinc illuc natura ferri, contra etiam illinc huc ferri natura, addit. vnius enim corporis vna eſt ſecundum naturam latio, & ſic hi duo motus non poſſunt competere vni naturæ. hic eſt intellectus verborum Ariſtotelis, non vt iuniores intelligunt. ¶ Auerro. autē vtitur ſyllogiſmo ſic ſi ſint plures mundi, & terra unius ad medium alterius mouetur, tunc terra violenter ferretur ad medium, & naturaliter recederet a medio. Hoc eſt impoſſibile igitur & antecedens. Deducitur conſequentia. nam terra vnius mouetur naturaliter ad medium alterius cum ſit vnius ſpeciei cum illa, & ſic naturaliter recederet a medio noſtro, & violenter accederet ad medium illud, quia violenter accederet ad concauum cœli, per quod fertur in medium illud, & ſic violenter accederet ad illud mediū. Hæc Auerroes. tamen probatio noſtra eſt optima.

¶ Præterea cunctos mundos ex eiſdem corporibus conſtare: quæ ſunt eiuſdem naturæ: neceſſe eſt. corporum etiam vnumquodque eandem vim habere rurſus neceſſe eſt. vt terram ignem, & ea quę inter hæc ſunt. Nam ſi ea quæ hic & illic ſunt: æquiuoca ſunt: hoc eſt non eadem forma dicuntur: vniuerſum etiam: quem mundum appellant: æquiuoce dicetur. perſpicuum igitur ipſorum aliud e medio: aliud ad medium aptum eſſe ſuapte natura ferri: quippe cum ignis omnis eiuſdem eſt ſpeciei, & vnumquodq; etiam cæterorum, veluti etiā hæ partes ignis quæ hoc in mundo ſunt.

¶ Non hic nouam & ſecundam affert Ariſtoteles rationem (vt iuniores autumant) ſed cauillum aduerſus primā refellit, poteſt enim prima ratio hunc in modum cauillari, q̄ nec

A q̄ nec terra illa ad hanc, nec hæc ad illam vi aut natura fertur, quoniam ſunt terræ alterius ſpeciei, & moueri ſuapte natura ad ſuum medium aptæ. Obiicit nunc Ariſtoteles. Quia ſi ita eſſet, tunc corpora illa, ex quibus ille conſtaret mundus, & corpora hęc, ex quibus hic noſter conſtat, alterius eſſent ſpeciei, & ita mundi ipſi etiã alterius erunt ſpeciei, quod eſt contra Anaximandrum & Democritum, qui plures eſſe mundos fatentur eiuſdem ſpeciei, vt ſub homine plures homines numero. Primo proponit ueritatẽ rei contra cauillum. Secundo illam probat ducens ad inopinabile. & inquit. Præterea cunctos mundos ex eiſdem corporibus conſtare, quæ ſunt eiuſdem naturæ, neceſſe eſt, corporũ etiam vnũquodq; eandẽ vim habere rurſus neceſſe eſt vt omnes terræ, oẽs ignes, & omnia cętera habent. eſt igitur veritas q̄ illa & hęc corpora ſunt eiuſdẽ ſpeciei. deinde hac veritate propoſita, probat illam ducendo contra poſitionẽ
B & ad inopinabile. & inquit. Nã ſi ea quæ hic & illic ſunt, æquiuoca ſunt, hoc eſt non eadẽ forma dicuntur, vniuerſum etiã, quẽ mundũ appellant, æquiuoce dicetur, quod eſt p̃ter illorũ opiniones, & ſic duxit ad inopinabile. hoc cõfuta to, epilogat veritatẽ dictã, & vim rationis recapitulare videtur, dicens perſpicuũ igitur ipſorum aliud e medio, aliud ad medium aptum eſſe ſuapte natura ferri, quippe cum omnis ignis cum omne igne eiuſdem eſt ſpeciei, & vnumquodq; ẽt cæterorum cum ſuo ſimili, veluti etiam hæ partes ignis quæ hoc in noſtro ſunt mundo ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſic cauillus nullus, & ratio dicta efficax.

¶ Inſuper etiam hæc ita ſeſe habere neceſſario ĩjs ex ſuppoſitionibus patet: quas de motibus prius dedimus. Nã & motus ipſi finiti ſunt: & vnumquodq; elementorum per vnumquẽq; motuum dicitur.

Expoſitio C ¶ Confutauit cauillũ probando illa corpora & hęc eiuſdẽ eſſe ſpeciei ducens ad inopinabile, nunc idem probat ratione ex dictis ſuppoſitionibus uigorata, hoc modo. Quot ſunt motus ſimplices ſpecie, tot etiam corpora ſimplicia ſunt, & eſſe poſſunt. Tres ſunt tantũ motus ſpecie, ad medium grauiũ, e medio leuiũ, circa mediũ corporũ neq; grauiũ neq; leuiũ. igitur omnia corpora ſiue mundi ſint plures, ſiue vnus erũt ſpecie tria, & ita terra illa, & hæc eiuſdẽ ſunt ſpeciei, & in cæteris idẽ, inquit. Inſuper etiã hæc ita ſeſe habere neceſſario ĩjs ex ſuppoſitionibus nunc patet, quas de motibus prius ad venandum quintũ corpus dedimus. Nã & motus ipſi ſpecie finiti ſunt, & vnũquodq; elementorũ per vnumquẽq; motuũ
Quę Aue. cõmẽ. 78. dicitur, atq; ſpẽm ſortitur, vt dicebatur. ¶ Ambigerẽt forte iuniores, quia Ariſ. arguere debet demonſtratiue, & tamẽ ducit ad inopinabile, & ſic videtur dialectice diſputare. Innuit Auer. ſolutionẽ dicens, & hęc propoſitio non fuit manifeſta per ſe, ſed acquritur demõſtratione, & ſic nõ modo ex conceſſis, ſed etiã ex demõſtratione ꝓpter quid demõſtratur, corpora nãq; ſiue vnius ſint mundi, ſiue infinitorũ omnia in tres
D naturas diuiduntur pro numero triũ motuũ, qui ſpecie differũt. vz e medio, ad mediũ, & circa mediũ, & ſic hanc rẽ probat demõſtratione ex cõceſſione, & demõſtratione ſimplici ter, eſt aũt mediũ. vt inquit. ob corpus cœleſte, nã ſic definit mediũ, q̄ eſt e quo lineæ ductæ ad circũferẽtiã ſunt æquales. Sphęricũ eſt, eſt ꝓpter mediũ, quia ſphęra eſt circulus e cuius medio ad circũferentiã omnes lineę ductæ ſunt æquales ecce q̄ mediũ & ſphęricũ ſunt quodã modo ad aliud & multo referuntur, & ſic vnũ propter aliud eſt. Dicit tertio q̄ eiuſmodi duę rationes, quibus vnitatẽ mundi probat, differunt, quia prima ex cõceſſis eſt ab aduerſarĩjs. ſecũda ex neceſſarĩjs. Secũdo prima eſt notior, ſecũda efficacior, verũ ſecũda virtute ac implicite & in potentia continetur in prĩa, tamẽ in calce textus eã explicabit. Tu vero ex his potes ad
Rõ theo. formã reſpondere. hęc Auer. ad dubitationẽ. ¶ Theologi vero noſtri & ſectæ Auer. tenent q̄ deus plures poteſt facere mũdos, & nõ modo plures, immo hunc quẽ fecit augere in melius, & tũc ad rationẽ Ariſto. reſpõdent negando terrã illius ad mediũ noſtrum, aut econtra moueri, quia terra non pro ſuĩpſius natura fertur, ſed pro ipſius opificis voluntate E & ordine. Nã vt eſt rei veritas, omne ens citra deũ eſt contingens, atq; nihil neceſſariũ præter deũ, qua ratione fit vt terra nõ neceſſario ad hoc vel illud feratur medium, ſed ad illud, ad quod ipſam ferri deus pręconcipit, aut ratione ęterna conſtituit. hæc theologi & ſapide. ¶ Aduerſus hos Auer. Quę Aue. cõtra the. non arguens, excuſat ſe aſſerens officium & onus contradicendi theologis conuenire metaphyſico, cuius virtus eſt deſtruere uerba ſophiſtarum, uocat autem theologos ſophiſtas quia tenent oppoſita principiorum ſcientiæ naturalis. Sed re vera Auer. ignorans huius veritatis confutationem, in hæc prorumpit. Tu vero confutationes noſtras contra eum lege in lib. deſtruº. deſtru. quæ licet fuerint iuueniliter & minus perite dictæ, ſunt tamen acutæ, & inuentione plenæ.

¶ Quare ſi motus ĩjdẽ ſunt, & elemẽta ſint eadem vbiq; neceſſe eſt. partes igitur terrę quæq; in alio ſunt mundo ad hoc medium aptæ erũt ferri. & ignis etiam qui ibi eſt: F ad hoc vltimum. at impoſſibile eſt. Nam ſi hoc eueniet ſurſum quidem terram ſuo in mũdo: ignem vero ad me diũ ferri neceſſe eſt. Simili ratione & terram quæ eſt hic, e medio ſecũdum naturam ferri, alterius mũdi medium petentem neceſſe eſt, propterea q̄ ipſi mundi inter ſe talem habent poſituram.

¶ Ex his quæ nunc dixit colligit ſuppoſitionem, qua cauil- Expoſitio lns elidebatur, & inquit. Quare ſi motus eidem ſunt, & eiuſdem ſpeciei, & tres, etiam elementa ſint eadem vbique, & tria ſpecie neceſſe eſt, hæc eſt ſuppoſitio, & cauilli confutatio. deinde ſyllogizat epilogando dictum ſyllogiſmum, licet hic illum alia forma conficiat, tamen in re unus eſt, & ſyllogiſmus componitur ſic, quæcunque ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum elementis huius mundi, mouenrur ad loca ad quæ hæc mouentur, vt aliqua ad medium huius, aliqua ad vltimum huius vtpote concauum huius, aliqua circa me- G dium huius. Sed elementa alterius mundi pro nunc declarata ſunt vnius & eiuſdem ſpeciei cum elementis huius. igitur mouentẽ ad loca, ad q̄ hęc elementa mouẽt, vt aliqua ad medium huius, aliqua ad vltimum huius, aliqua circa medium huius. huius rationis dat ex dictis concluſionem tantum, & inquit. Partes igitur terræ, quęq; in alio ſunt mundo ad hoc medium aptæ erunt ferri, & partes ignis etiam, qui ibi eſt, ad hoc vltimum ſunt aptę ferri. hæc eſt ſyllogiſmi concluſio. ¶ Deinde deſtruit illam vt inferat oppoſitum antecedentis. & inquit. At impoſſibile eſt. Nam ſi hoc eueniet, ſurſum quidem terram ſuo in mundo, ignem vero ad medium ferri neceſſe eſt. Nam terra illa ad hoc noſtrum proficiſcens medium, ſurſum peteret. ignis vero ad vltimum iſtius, deorſum proficiſceretur. ſimili ratione & terram quæ eſt hic e medio ſecundum naturam ferri alterius mundi medium petentem neceſſe eſt. propterea q̄ ipſi mũdi talem habent poſituram, vt conuexa eorum iuxta iaceant, hoc modo vt medium vnius diſtet a medio alterius, H ſic vt terra non poſſit ad medium alterius moueri, quin recedat a ſui medio verſus extremum eius. ¶ Debes ſcire pri- Quaſ ſyllogiſmus mo q̄ ſyllogiſmus ad impoſſibile interdum eſt propter ma- ad impoſſe iorem, interdum propter minorem, interdum propter utraſque, aliquando vero ob fundamentũ e quo præmiſſæ per plura intermedia proficiſcuntur. & hoc modo eſt hic Ariſtotelis ſyllogiſmus, nam eius impoſſibile non eſt immediate propter præmiſſas, ſed ob fundamentum e quo præmiſſæ per manus emergunt. videlicet quia plures ſunt mundi & eiuſdem ſpeciei. ¶ Secundo debes ſcire q̄ dicta ratio Cauilli ad quatuor modis poteſt cauillari, primo reſpondendo hæc & uerſus rõnẽ Ariſto. illa elementa ſpecie differre. qua ratione nõ eſt neceſſe vt terra illa ad hoc medium vel hæc ad illud feratur. Scdo rñdendo medium huius et mediũ illius ſpẽ differre, quo ẽt fit ut terra illa nõ ad hoc ferat mediũ, nec hæc ad illud. Tertio reſpondendo media hæc naturali differentia differre, quæ ſufficit ut

ipſæ terrę non moueantur indifferenter, vt enim naturalis æthiopum locus eſt clima primum, & non quartum, ſic quoque medium huius eſt naturalis locus iſtius terræ, illud autem illius. Quarto reſpondendo hæc media nimium diſtare, quæ inter capedo cauſa eſt, vt illa, nec ad hoc mediũ, nec hęc ad illud ferat, hi ſunt omnes cauilli, quorum primũ Ariſtotiles hactenus refellit, cęteros vero ſuo loco refellemus. ☞ Quo vero ad verba attinet Auerroes obſeruat verbum illud ſuũ, quod græce eſt οἰκεῖον. latine etiã proprio, quia poſſet quiſpiam dicere cur Ariſtoteles dixit terram eſſe aptã moueri ſurſum in ſuo mundo, videtur enim ꝙ incõgrue adiecit ſuo, quia neuter mundus erit ſuus, quum ſit ipſa mouebilis apta ad quemlibet. Prętera. Videtur vt ille e quo mouet ſit ſuus, non hic ad quem mouetur, igitur male dixit ad ſuũ. ait Auerroes Ariſtotelem non inepte adieciſſe ſuum, quia cũ poſuerimus ipſum eſſe de natura iſtius, iſte erit ſuus mundus neceſſario, ita vt ambo habeantur pro proprijs omnibus, ſunt enim eiuſdem ſpeciei, ideo hic mundus eſt terrę illius, et ille terrę, iſtius, & ſic illa terra poteſt dici moueri illinc ad ſuum ſi mouetur ad noſtrum mundum. Sed hæc conſideratio non habet locum, ſi textus bene transferatur, aliter. n. vt vidiſtis verbum illud ſuum ſonat, ꝙ Auerr. intelligat. ☞ Vltra tamen Ariſt. rõnem ꝓbat Auer. oẽs mundos eſſe vnum mundum, primo quia ſi plures eſſent mundi, tunc non eſſent ſurſum & deorſum ſecundum naturã, ſed ſolum ad nos, tenet conſequentia, quia elementa mouerentur indifferenter ad omnem poſitionis differentiã ſurſum videlicet & deorſũ, igitur nullus locus erit eis determinatus, & ſic nec ſurſum, nec deorſum naturalia. Secundo principaliter ſequeretur, ꝙ natura elementorum in motibus eſſet vna, veluti eſt natura aĩalis, nam vt animal moueri poteſt ſecundum oẽm poſitionis dr̃iam, ſic quoque elementa, & tunc in mundo ipſo non inuenirentur differentię poſitionis naturales, niſi rõne habita ad nos, ceu in columna. hęc Auer. ☞ Sed vltra hæc poteſt aliquis cauillare fingendo ignem mundi noſtri ferri ſolũ ad circũferentiam alterius, & non peragrare per centrum. ☞ Dici poteſt ꝙ ſiue valeat ſyllogiſmus de igne, ſiue non, de ipſa terra eſt omnino impoſſibilis. Prętera. ignis ille ſaltem ad medium alterius accedet ſecundum quid, quia ſimul cum terra ſui mundi tranſibit circũferentiam, et veniet ad orizõtem illius, & ſic ſecundum quid ad medium accedere videtur. Hæc de ratione.

Quæ Auer. cõ. 79.

K

L

Dubitatio

Solutio.

☞ Inſuper etiam aut ponendum nõ eſt corporum ſimpliciũ in cœlis pluribus eandem naturam eſſe, aut ſi eandem eſſe aſſeramus: medium ipſum vnum, atque vltimũ vnum facere neceſſe erit. Quo quidem abſurdo eueniente: vno plures eſſe mundos impoſſibile eſt.

Expoſitio.

M

☞ Videtur Ariſt dictum ſyllogiſmum nunc hypothetice diuiſiue conficere, quod nos animaduertentes textum tranſtulimus copulatiue, vt vides, & poteſt ſyllogiſmus bifariam intelligi. vno modo ad verbũ, alio modo ad ſenſum magis. Ad verbum quidem ſic componitur, aut elementa plurium illorum mundorũ ſunt eiuſdem ſpeciei, aut alterius ſpeciei, non alterius. Tum quia eſt præter illorum opinionẽ. Tum quia plures quàm tres eſſent motus ſpẽs, vt dictum fuit. Si vero elementa ſint eiuſdem ſpẽi oportet dicere vnum tantũ eſſe medium. vnum vltimum, aliter terra aſcenderet, ignis quoque deſcẽdere, quo quidẽ abſurdo conceſſo, vno plures eſſe mundos impoſſibile ẽ. hæc ad verbum. Ad ſenſum vero ſyllogiſmus erit, ſi plures ſunt mundi aut erunt eccẽtrici, & hoc intendit per elementa eſſe alterius naturę, aut concentrici, non poteſt dici eos eſſe eccentricos, quia tunc terra aſcenderet, & ignis deſcẽderet vt longa oratione fuit explicatum. Si vero ſunt concentrici, erit vnum omnium eorum medium, & vnum ſimiliter vltimum, quo quidem illato, impoſſibile erit plures eſſe mundos hæc ad ſenſũ. ☞ Auerro. vero preſentem textum ita intelligit. vt Ariſtoteles colligat premiſſas & concluſionem, ordinetque has inſimul, vt conſiderator recte iudicet circa eas, veluti iudex & ſenſus, quorum nullus de abſentibus iudicat. Quę interprætatio non conuenit (vt mihi videtur) verbis Ariſto. niſi fortaſſe ſuis translationibus, de quibus nihil ad me.

Quæ Auer. cõ. 80.

N

☞ Vlterius in fine commenti colligit propoſitiones, in quibus Ariſto. ſe firmauit, quarum prima eſt partes mundorum neceſſario ſunt eiuſdem ſpeciei. ſecunda eſt, ꝙ orizon ſiue vltimum & medium partium quę ſunt eiuſdem naturę eſt unũ numero. tertia eſt, ꝙ cum medium fuerit vnum numero, & vltimum ſiue orizon vnus numero, mundus erit vnus numero. Ex his poſſunt confici ſyllogiſmi, primus partium mũdorum eiuſdem ſpeciei medium eſt vnum numero, & vltimum eſt vnum numero per ſecundam propoſitionem, partes mundorum ſunt eiuſdem ſpeciei, per primam propoſitionem. igitur partium omnium mundorum eſt idem medium & vnum orizon. Secundus ſyllogiſmus, quorũcunq; vnum eſt medium & vnum orizon, vnus eſt mundus per concluſionem proximi ſyllogiſmi. Omnium mundorum & partiũ illorum vnum eſt medium & vnus orizon per dictum ſyllogiſmum. igitur omnes mundi ſunt vnus numero mũdus, hęc Auer. & non imperite. ☞ Quibus ex dictis patet hanc propoſitionem plures ſunt mundi eſſe falſam impoſſibilem, quia ex ipſa ſequuntur contradictoria, ſequitur enim primo plures ſunt mundi, igitur non vnus, & ſequitur mundi ſunt plures, igitur vnus eſt mundus. vt his ſyllogiſmis nunc patet. Dixi falſam impoſſibilem, quia duplex eſt falſum, aut falſum poſſibile, vt nauale bellum eſt, hoc. n. de ineſſe falſum ẽ, ſed de poſſibili poteſt eſſe, & propterea hoc poſito in eſſe nõ ſequitur impoſſibile primo priorum. Aut falſum impoſſibile vt equum volare, nam ex ipſo poſito ſequuntur contradictoria, & huius generis eſt propoſitio illa.

Appões Ariſto. Prima. Secunda. Tertia.

O

Qualis ꝓpoſitio eſt plures sũt mundi.

☞ Enuntiare vero aliam ſimplicium eſſe naturam, ſi minus aut plus proprijs e locis ipſa diſtent: alienum eſt a ratione. Quid. n. refert dicere vt tanta longitudine an tanta diſtent? Tanto enim differrent ratione magis, quãto plus diſtant, formam vero eandem habent.

P

Expoſitio

☞ Textus præſens poteſt intelligi vno modo, ꝙ quidam dixiſſent hanc noſtram terram e terra illa ſpecie diſtare, atq; in natura differre quoniam locorum intercapedine differũt, hi. n. ſunt qui differentiam rerum nanciſcuntur ex locorum diſtantijs, quod quidem mathematicorum fuit poſitio, qui aſſerunt Saturni ſtellam ſpecie differre a ſtella veneris loci differentia atq; diſtantia, vt etiam Auerro. narrat. in. 12. metaphyſicæ. commen. 44. Obijcit autem Ariſtoteles huic cauillo. & inquit: Quid enim refert dicere vt tanta longitudine, an tanta diſtent? quaſi dicat. nihil quo ad rerum eſſentias ac formas. Tanto enim differrent ratione ſiue motuum ſupputatione magis, quanto plus diſtant, illud. n. mobile, quod e longiori loco mouetur, velocius fertur. formam autem eandem habent. hæc eſt vna expoſitio. ☞ Hæc expoſitio nulla eſt, licet verbis multum conſonet, primo quia ex illa nihil fructus habemus plus ijs, quę antea dicta ſunt. ſecundo. quia iam cauillus hic confutatus eſt, ex eo quia tantum tres ſunt motus ſpecie. tertio quia ante Ariſt. nullus hanc rationem attulit, quia omnes fatebantur mundos ſimiles. ☞ Melius dici poteſt ꝙ cauillus ſit terram hanc non ferri illud in medium, nec illam hoc in noſtrum locorum nimia intercapedine, cui obijcit Ariſ. locorum intercapedinem non auferre motum, immo augere motum, quia velocius fertur mobile diſtans, ꝙ proximum, vt ſenſus docet. Qui cauillus fuit quartus vt textibus proximis enumerauimus. Inquit. Enuntiare vero aliã ſimplicium. ſup. illius mundi eſſe naturam, ita vt non moueantur in medium noſtrum, ſi minus aut plus proprijs e locis ipſa diſtent, alienum eſt a ratione. eſt igitur ſenſus quod diſſonum eſt rationi dicere ea corpora non habere naturam vt ferantur modo quo noſtra feruntur ad medium noſtrum locorum interuallo nimio, & hoc probat. Quid enim refert dicere vt tanta longitudine, an tanta diſtent. Tanto enim differt ratione magis, hoc eſt motuum velo-

Cõfutatio

Q

alia expõ.

A citate & ſupputatione, quanto plus diſtãt, formã vero eãdẽ hñt, & ſic rñſio nulla fuit, & hæc expõ mihi placet, prima. n. ſeipſa refellitur, nemo. n. dubitat vnam glebam terrę poſitã in concauo noſtri mundi, & aliam in centro eiuſdem ſpecie nõ differre, & ſic eſt facilis confutationis, & non Ariſto. digna.

Que Aue. cõmẽ. 82. AVERROES vero videtur quaſi aliter exponere. Ariſtoteles enim contra antiquos intulit, ſi plures ſunt mundi tunc vnum ſimplex vt terra moueretur duobus motibus contrarijs videlicet ſurſum & deorſum. eſt igitur cauillus apud Auerroem primo negando conſequentiam, quia illa terra ſuum in medium tantum fertur, non autem in noſtrũ, quia ſuo medio propior eſt, noſtro vero remotior. Secundo, quia non eſt inconueniens vnam terram ſpecie, non nnmero moueri motibus contrarijs, ſi ſit compoſita, & non ſimplex, vt in propoſito, nam terra eſt compoſita ex natura terræ &

B appropinquatione ſuo medio, & ſic hæc et illa videntur qua ſi compoſitione & ſpecie differre, hi ſunt cauilli vt vult ipſe. quibus Ariſtoteles obijcit, quia motus non differunt ſpecie, niſi quia corpora differunt natura & ſpecie eſſentiali, quo modo non eſt in propoſito, nam illæ terrę differunt compõne accidentali, quia ſiue propinquitas & remotio ſint relationes, ſiue dimenſiones, ſemper ſunt accidentia, & ſic accidentali differentia differunt veluti hæc & illa gleba. Hęc Auerroes. Quæ quantum verbis conueniant. Tu diiudica.

Dubi. aue. Solu. ꝑ Sed dubitabis fortaſſe vtrum propinquitas & remotio ua rient motuum ſpeciem, cui Auerroes reſpondet, & inquit. & debes ſcire ꝙ appropinquatio & remotio non faciunt differentiam niſi in motibus rerum, quarum mouens eſt extrinſecum ſecundum appropinquationem et remotionem a mouente. In quibus verbis talem innuit diſtinctionem ꝙ motus duobus modis fiunt aut ab intrinſeco, aut ab extrinſeco. Mouetur quidem terra ad medium a motore intrinſeco vtpote

C a forma. Ferrum vero a magnete attractione. Tunc in tali motu attractione propinquitas motoris & diſtantia variãt motuum ſpeciem. Nam magnes propior ferro ſurſum collocatus motuum efficit ferri ſurſum. Si propior ſit ferro deorſum, efficit motum deorſum, modo hi motus differunt ſpecie, at in motu terræ talis motuum differentia eſſe non poteſt vt perſpicuum eſt omnibus. ꝑ Ex his Auerroes infert contra

Que Aue. cõtra anti. antiquos & bene ꝙ elementa non mouentur ab extrinſeco ſed ab intrinſeco, hoc ſyllogizat ſic, omnis motus ab extrinſeco variatur ſpecie, appropinquatione, & diſtantia, a ſuo motore. Sed motus elementorum non variantur ſpecie, appropinquatione, & remotione. igitur nõ ſunt ab extrinſeco.

Replica. ꝑ Sed adhuc ambiges, quia terram moueri a ſe videtur per ſe notum, quia naturam eſſe principium motus & quietis eſt per ſe notum. igitur male probauit illam Ariſtoteles.

Sol. ꝑ Pro reſponſione debes ſcire ꝙ de motu terræ fuerunt varię apud antiquos poſitiones, & pro modo duæ, vna dixit terram moueri attractione, quę fit a maiori parte eius, quo

D modo mouetur gleba e concauo ad totam hãc noſtram molem. Alia dixit terram moueri a motu cœli, quia imaginantur terram fuiſſe ſimul cum cœlo factam, & ſic cum cœlo in orbem cœpit moueri, quia vero de natura motus orbicularis eſt pellere ad medium, hac ratione in medium terra pulſa fuit. Tunc ad dubitationem dici poteſt Ariſtotelem probaſſe terram moueri ab intrinſeco non quidem demonſtratione

Quod terra non moueatur attractione. ſimpliciter, ſed ad antiquos qui hoc per ſe notum non intelligebant. ꝑ Tamen Auerroes aliquantulum e textus limitibus euagans probat terram non moueri attractione quæ fit a tota terra, primo quia tunc gleba moueretur ad totam terram, vbicunque illam eſſet, quod eſt contra ſenſum. Secundo quia motus glebę eſſet vti motus ferri ad magnetem, quod eſt impoſſibile, quia moueretur motibus contrarijs, quibus concludit terram nec moueri attractione facta a lo-

Quod nec attractiõe nec expulſione. co, nec attractione facta a tota terra. Itemq; nec expulſione facta a motu cœli, vel alterius non quidem ab attractione, quia hoc eſt fere per ſe notum atq; primis principijs propinquum, quod tunc patet, cum cauſæ attractionis patent. Secundo quia Ariſtoteles vbiq; fugit res quibus exiſtimatur

E elementa moueri attractione. Non expulſione vero, quia impoſſibile eſt inuenire corpus naturale, cuius motus non ſit naturalis ab intrinſeco, dicitur enim naturale a natura, & natura eſt principium motus. Secundo, quia motus elementorum eſt per ſe. igitur non ab extrinſeco. Hæc Auerroes digrediendo. ꝑ Sed circa literam emergit bona difficultas. nam totum Ariſtotelis impoſſibile eſt, ꝙ datis pluribus mundis, tunc idem corpus ſpecie accederet ad proprium locum, & recederet, & ſic motibus contrarijs videtur moueri. Modo hoc videtur neceſſarium, nam quando ignis e medio noſtri mundi ad concauum. a. fertur recedit ipſe. a concauo. b. nam recedendo ab ipſo. c. centro, recedit ab ipſo. b. concauo cœli. igitur accedit ad ſuum locum, & recedit ab illo, & ita videtur ipſe contra ꝑ Solutio. rijs motibus ferri. Dici poteſt ꝙ Ariſtoteles habet pro impoſſibili vt idem corpus numero naturaliter accedat ad



ſuum totalem locum, & recedat ab eodem totali loco. at ꝙ accedat & recedat ſecundum diuerſas loci partes, non eſt impoſſibile Ariſtotelis. Hæc de ratione Ariſtotelis.

Dubi. in littera. ꝑ At vero aliquem eſſe ipſorum motum neceſſe eſt, perſpicuum enim eſt ipſa moueri. Sed vtrum ne omnia etiã contraria vi moueri dicemus? An quod omnino moueri aptum non eſt, id vi moueri impoſſibile eſt.

Expoſitio ꝑ Prima ſuppoſitio fuit ꝙ omnia corpora mouentur et quieſcunt, & quæ mouentur vi & naturaliter mouentur, & quæ etiam quieſcunt vi & naturaliter quieſcunt. Mouet itaq; nunc dubitationem contra hanc ſuppoſitionem, et ait ea uniG uerſaliter moueri nemo, dubitat, quia perſpicuum eſt per ſe, ſed hæc eſt dubitatio vtrum omnia illa etiam ſi ſint inter ſe contraria dicantur vi moueri, & hoc inquit. At vero aliquem eſſe ipſorum motum naturalem neceſſe eſt, perſpicuũ enim eſt ipſa moueri per ſe, & ita ſuppoſitio quo ad primã partem eſt perſpicua, quo vero ad ſecundam inquit. omnia ne igitur etiam contraria vi moueri dicemus. Hæc eſt dubitatio, nemo enim ambigit ea naturali moueri motu, ſed dubitatio eſt, vtrum moueri poſſint omnia vi, ſumpſit enim omnia moueri & vi & naturaliter. ꝑ Soluit & inquit. an quod omnino moueri aptum non eſt, id vi moueri impoſſibile eſt, & per hoc vult habere econtra ꝙ omne id quod eſt aptum moueri hoc eſt quod eſt naturaliter mobile, eſt vi mobile, & ſic ſi non eſt naturaliter mobile, non eſt vi mobile, & ſi eſt naturaliter mobile eſt vi mobile, et tu intellige in his inferioribus, quæ proprie naturaliter ſunt apta moueri, nam cœlũ H naturalitate ęquiuoca dicitur naturaliter mobile vt dictũ ẽ.

ꝑ Nunquid igitur ſi eſt aliquis motus ſecundum naturã, eorum quæ eiuſdem ſunt ſpeciei, neceſſe etiam ſit vt vnũ quodq; eorum ad vnum numero locum moueatur. veluti ad hoc mediũ, atq; ad hoc vltimũ? An ſi ad eadem ſpecie, plura autẽ numero (propterea ꝙ & ſingula plura quidem ſunt, ſpecie vero nõ differunt) nõ huic quidem partiũ tale, huic aũt nõ tale, ſed ſimiliter omnibus idẽ accõmodabitur, eaſdem enim ſpecie omnes eſſe conſtat, numero autem quãuis e quauis differre.

Expoſitio ꝑ Conſequẽter mouet aliã dubitationẽ, vt aliũ cõtra rationẽ dictã refellat cauillũ. & eſt vtrũ partes ſiue corpora eiuſdẽ ſpeciei, ſi mouentur, debeant moueri ad eundem locum

I numero, vt omnes terrę ad idem numero medium, omnes ignes ad idem numero concauum. est autem hæc dubitatio rationalis qa dici potest ad rationē illam terrā numero suū in locum numero ferri, hanc in suum, quia differentia naturalis locorū atq; numeralis sufficit, vt quelibet ad suū ferat. Respondet per syllogismum hypotheticū sic si omnia mouentur ad eadem specie loca plura tamen numero, omnia mouētur ad eadem numero, ut omnes terra ad idem numero medium. omnes ignes ad idem numero concauum. consequentia probatur, quia singulæ terræ numero differunt. et non specie propterea omnes idē numero intendunt. Inquit. an si ad eadem spē loca, plura autem numero supple ferantur (propterea q̄ & singula ut singulę terræ plura quidem sunt numero, specie vero non differunt) non huic quidem ptium tale medium, huic autem non tale, sed similiter omnibus idem numero medium accōmodabitur. Addit ne quis dicat illa specie & numero differre, eadem enim specie omnes illa partes esse constat apud omnes illos, numero vero quamuis e quauis differre. Quarum omnium est idem numero locus. ¶ Auerroes quo ad hoc q̄ Aristoteles duas moQuæ Auer. comē. 82, &. 83. R ueat questiones, sapide sentit. Sed peccat primo quia vult Aristotelem quęrere primo vtrum omne corpus naturale habeat motum naturalem, vel violentum, hoc enim verbis grecis nullatenus conuenit, ut omnibus patet. Secundo peccat, quia vult Aristotelem mouere secundam quęstionē ibi. si autem aliquid, & vt soluatur textu illo dico autē hoc. Iam patuit in nostris translationibus non esse vt inquit. propterea in expositionibus huius uiri non multum confiderē, nec dicerem nunc Auerroem habuisse animam tum Aristotelis, si daretur ingressus, & regressus animarū, ut in molliori ęta te prędicere solebam. haurio enim nunc aquam ex proprio fonte, & non suppetias peto alineas. Tu uero intende nostras expositiones, magis q̄ illas Auerrois sunt enim aut magni Simplicij, aut diui Alexandri plerunq;, aut ex alijs græcis peritioribus. nec confidas translationibus veteribus, sunt enim adeo verbum obseruantes, vt nullibi fere sensum seruent, plerunq; enim qui verbis partiliter addicuntur, a sensu milies secedunt.

¶ Hoc autem ideo dico: quia si partes quæ hic sunt & par
L tes quæ sunt in altero mundo inter se similiter se habent: etiam ea quæ hinc est sumpta nullam differentiam ad earum partium vllam habet: quæ in alio est quopiam mundo magis q̄; ad earū aliquam quæ in hoc est: immo eodem sunt modo quippe cum inter se specie non differāt.

Expositio ¶ Solutionem datā nunc exponit, & sillogizat illam sic, vt pars terræ ad partē terrę eiusdem mundi, ita tota terra unius ad totam terram alterius. Sed una pars mouetur ad eundem locum numero cum qualibet parte. igitur tota ad eundem numero mouebitur cum tota. Inquit. hoc autem ideo dico, quia si partes quæ hic sunt, & partes quę sunt in altero mundo inter se similiter se habent, vt supple omnes in vnū numero locum ferantur. vt omnes huius ad vnum numero locum huius. omnes illius ad vnum numero locum illius, etiā ea pars quæ hinc est sumpta nullam differentiam ad earum partium ullam habet, quę in alio est quopiam mūdo magis
M quam ad earum aliquam, quę in hoc est. Immo eodem sunt modo, quippe cum inter se specie non differant, & sic recte dictum est omnes terras vnum numero locū intendere, atq; ad vnum tantum proficisci. ¶ Auerroes autem credit Aristo
Quæ Auer. comē. 84. telem prędicti in textu soluisse secundam quæstionem, quod non credo, nam Aristoteles verbum illud græce λεγομεν quod latine sonat dico autem, semper addit, cum aliquid obscurum vult exponere. Sed quicquid velit ipse ratio quā Auerroes ex suis translationibus nanciscitur, videtur efficacissima, & sic compono, si plura sunt loca, quia plura sunt vel possunt esse corpora locata. Tunc in hoc nostro mundo plura erunt media numero, plura quoq; concaua atq; vltima, tenet cōsequētia, qa hic sunt plures glebę terræ, q̄ sunt plura corpora locabilia, plures etiam ignis partes etiam quæ sunt plura corpora locabilia, quæ inter se non differunt plus q̄; N tota hęc terra a tota illa. Sed destruo consequens sic, sed non sunt plura media, nec plura concaua. igitur oppositum antecedentis non si plura sunt locata numero, plura loca erunt numero. Hæc ex commento, & satis pulchre colligi pñt.

¶ Sed hic est dubitatio, quia non videtur simile de terris hu ius nostri mundi, & de vniuersa terra hic, & vniuersa ibi. Dubi. Nam omnes terræ huius sunt vnum continuum, ideo sunt in eodem loco. at hæc & illæ sunt discontinuæ, propterea loca sunt diuersa. ¶ Dici potest Auerroem accepisse partes ter- Solutio. ræ huius discontinuas, ut sunt videlicet glebę diuersæ, quarum vna ponatur in cœli ortu, alia in cœli culmine, alia in cœli occasu, alia in cœli immo, sic enim illæ in mundi cardinibus collocatę omnes mouentur ad vnum numero locum, & sic ratio stat.

¶ Quare aut has suppositiones amouere. Aut. medium O vnum, & vltimum vnum esse necesse est. Quod si sit: his eisdem signis: eisdem ve necessitatibus & vnum duntaxat cœlum esse: & non plures necesse est.

¶ His cauillis confutatis, solutisq; tot dubitationibus, nunc Expositio quasi epilogando dictam rationem recapitulat hac syllogismi forma. Quare aut has suppositiones quas fecimus necesse est amouere, aut necesse est medium omnium mundorū esse vnum numero, & vltimum etiam vnum numero. Sed cum suppositiones illæ non sint amouendę, erit igitur omnium mundorum vnum numero medium, atq; vnum numero vltimum, & sic erunt omnes orbes concentrici, & per consequens vnus numero orbis siue mundus, & hoc inquit. quod si sit supple vnum numero medium, atq; vnum numero vltimum. his eisdem signis, eisdem ve necessitatibus, & vnum duntaxat cœlum siue mundum, & non plures esse necesse est. Hæc est conclusio. ¶ Quo vero ad verba græca attinet verbum illud amouere græce est κινειν quod latine so- Quæ Auer. comē. 85. nat mouere, tamē sensus est ut diximus. ¶ Sed dubitat Auer
P roes, quia hic syllogismus Aristotelis est probabilis. s. verificare rem, cum non inueniatur ei contradicens, igitur non conuenit demostratiuis doctrinis. ¶ Respondet Aristotelem hoc fecisse iuxta suam consuetudinem, qui semper inducit sermones probabiles post demonstratiuos, quia Aristoteles vtitur illis duobus modis aliquādo ad excitandū vt cū arguit pro vtraque parte, & sic ordinat illos ante demonstratiuos. Aliquando ad confirmandum, ad ostendendumque ea quæ dixit esse conuenientia etiam rebus dialecticis, & sic vtitur illis in fine post demonstratiuos. Veluti fecisse videtur hic. Hęc ex commento. ¶ Sed hæc non sunt ad propositum, Auerroes enim credit talem rationem esse probabilem, & esse aliam rationem a dicta, & errat, nam hęc ratio est illa & ex illis signis illisque necessitatibus vt inquit Aristoteles. Quarę hæc ratio est omnino demonstratiua vt prima, cum nullo modo a prima differat. Confutatio rationis Au.

¶ Esse autem aliquid quo ferri terra est apta, atque ignis: perspicuum etiam est ex alijs: omnino enim id quod mouetur ex quodam mutatur in quodam: atque hæc Q videlicet ex quo & in quod specie differunt.

¶ Animaduersione dignum dictam rationem supposuisse vnum quodque corporum simplicium proprium habere lo Expositio cum in quem vti in finem fertur, & tunc quod dixit, videtur absurdum videlicet q̄ terra illa moueretur ad medium nostrum. Sed Democritus cuius positio est plures esse mundos, ait omnia casu euenire, propterea illa terra mouetur in illud medium, hæc in nostrum, non propter finem, sed temere & casu, iccirco Aristotelis ratio nulla est. Huic igitur obij cit Aristoteles & probat vnumquodque corporum simplicium suapte natura moueri ad aliquem locum per se intentum atque finitum, & hoc proponit dicens esse autem aliquid quo ferri terra est apta, atque ignis, perspicuum

est non

A eſt nõ modo ex ijs, ſed ẽt ex alijs dictis in alijs locis natura lis philoſophię,& ſillogiſmus cõponit̃ ſic,oẽ quod mouet̃ de quodã in quodam quatenus illa differunt ſpecie,mouet̃ ad locum determinatum non caſu , ſed propter finem , omne quod mouetur , mouetur de quodam in quodam quatenus illa differunt ſpecie , igitur omne quod mouetur fertur ad aliquem locum proprium vt in proprium finem . De ratione tangit maiorem & reſiduum perſpicuum eſt.

¶ Præterea mutatio omnis eſt finita , vt id quod conualeſcit ex morbo proficiſcitur in ſanitatem:& id quod increſcit ex paruo in magnum aſſurgit , igitur id quod fertur etiam ex quodam in quodam procedit . fit namque hoc ex loco ad locum.

Expoſitio ¶ Videtur mihi cꝙ Ariſt.hic probet idem ſecunda ratione, ppea verbum illud ἀπὸ confirmatione latinum fecit, & tunc rõ eſt omnis mutatio finita eſt , quod fertur mutatur,igitur latio eſt finita, hoc eſt de loco determinato in locum determinatum , ponit maiorẽ et inquit. Præterea mutatio omnis

B eſt finita ,hęc eſt maior , hãc inductione ꝓbat , & inquit . Vt id quod conualeſcit , ex morbo proficiſcitur in ſanitatẽ & id quod increſcit ex paruo aſſurgit ad manum , & ſimiliter in cæteris . Tunc adde minorem , ſed quod fertur mutatur , dat concluſionem , igitur id quod fertur etiam ex quodam in quodam procedit . dico ex quodam in quodam quatenus fit hoc ex loco ad locum.& hoc modo videtur ſecunda ratio & ſatis textui conuenit.

¶ Oportet rurſus ẽt ipſa ex quo & ad quod aptum eſt ferri ſpẽ differre: nam neꝙ quod ſanatur quouis pergit: neque quod mouetur : quo vult mouet. igitur & ignis & terra non ad indefinitum feruntur , ſed ad oppoſita , qualia quippe ſunt ſurſum & deorſum que loco opponuntur . vt ſint ipſa lationis fines.

Expoſitio ¶ Poteſt hic conſtitui tertia ratio , propterea confirmatiue verbum illud ἀφῃρῆται tr̃ſtuli.et tũc componitur ſic,omne quod fertur inter terminos ſpecie differentes fertur . ignis & terra

C feruntur , igit̃ inter terminos differentes ſpecie feruntur . inquit . Rurſus etiam ipſa ex quo & ad quod aptum eſt ferri, ſpẽ differunt . probat inductione, nam neꝙ quod ſanatur quouis pergit , ſed de cõtrario ī contrarium, neꝙ qđ mouetur qđ vult mouetur , ſed de cõtrario in contrarium , adde minorem ſed ignis & terra feruntur . Tũc dat concluſionẽ & inquit . Igitur ignis & terra non ad infinitum feruntur, ſed ad oppoſita.idem enim eſt ferri ad oppoſita , & ferri nõ ad infinitum . explicat autẽ quę ſint illa oppoſita inter quæ ignis & terra feruntur,& inquit qualia quippe ſunt ſurſum & deorſum , quę loco opponuntur , vt ſint ipſa lationis fines , & ſic confutatus eſt Democriti cauillus ijs tribus rationibus. at ſit videbitur tibi textum aliter intelligendum

Quę Auer.comẽ. 86. eſſe,iudicium tuũ non recuſabo. ¶ Auer.autẽ ex toto textu vnum facit ſyllogiſmum ſic, ignis & terra & alia ſimplicia ſunt trãſmutabilia , omne tranſmutabile tranſmutatur de contrario in contrarium.Igitur ignis & terra tranſmutant̃

D de contrario in contrarium. Vltra , omne tranſmutabile de contrario in contrarium eſt finitæ tranſmutationis . ignis & terra trãſmutantur de contrario in contrarium . igitur ignis & terra ſunt finitæ tranſmutationis . Quęcunꝙ ſunt finitæ tranſmutationis habent loca naturalia ad quę trãſmutantur.ſecundum naturam ignis & terra ſunt finitæ traſmutationis . igitur habet loca naturalia ad quę tranſmutantur ſecundum naturam.& tunc ſequitur ſyllogiſmus dictus vt omnes partes vniuſcuiuſꝙ corporis eorum moueatur ad eandem partem . Hæc Auer . & ſapide , verum ſi in textu vnus erit tantum ſyllogiſmus a primo ad vltimum vt Auer. vult , multa erunt ſuperflua . vt patet , et propter hoc ne nos faceremus aliquid ſupflui in illo,fecimus tres ſyllogiſmos vertẽtes nõnullas grẽcas particulas ad inconſuetum modum traducendi.

¶ Et cum motus qui in orbem fit,oppoſita quodam modo hẽat , ea quæ diametrant̃. Toti vero nihil contrariũ E ſit:fit etiam ex his vt motio quodam modo inter oppoſita atque finita vertatur : quare finem eſſe aliquem neceſſe eſt & non infinitum procedere.

¶ Obijciet aliquis ſyllogiſmo nunc dicto , quia eius minor Expoſitio erat omnis motus eſt de contrario in contrarium , ferendo inſtantiam de motu cęli , hic enim motus eſt , & non de cõtrario in contrarium,immo eſt infinitus & imenſus nullum finem attingens Reſpondet Ariſt . cꝙ hic cęli motus poteſt conſiderari ſecundum partes , & ſecundum totum , hoc eſt pro vna reuolutione , & pro congregato ex omnibus reuolutionibus.Siquidem conſideratur ſecundũ partes atcꝙ pro vna reuolutione , ſic vertitur inter contraria , maxime ſecundum illas partes quę diametrantur . vȝ ortum & occaſum , culmen , & imum , hæ enim partes diametrę ſunt ac oppoſitę quatenus ſunt fines lineę rectæ . & ſic motus cæleſtis vertitur inter contrarios terminos . at ſi motus conſideratur ſecundum totum , cum in orbe nullus ſic finis , nullum quoꝙ principium , niſi inſtitutione.vt dicit Ptole- F meus in primo libro apoteleſmatum rationabliter vt ſic nihil eſt contrarium , & vt ſic caret fine , & eſt æternus & immenſus . Hæc Ariſtoteles . ¶ Auer . vero in commento Quæ Auer.cõmẽ. 86. tria uidetur dicere ad propoſitum , primo ait cꝙ ſit conſideretur motus cæli ſecundum partes , ſic vna cæli pars poteſt dicit moueri motu contrarium alteri aut ſtella per illas poteſt dici moueri motibus cõtrarijs.ceu ſtella quæ eſt in ortu aſcẽdere dicitur , quę autẽ in occaſu deſcendere, & quæ in culmine culminare quęue in imo,per imũ feri . at ſi cęli motus conſideretur vt eſt vna perfecta reuolutio & completa , ſic nec per ſe nec per accidens habet contrariũ quia ab eodem incipit & in idem deſinit. ¶ ſecundo debes ſcire cꝙ hæc reſponſio(vt ĩnuit Auer.) eſt ad mathematiocrum mentem, ipſi enim in cęlo puncta quatuor diametra atcꝙ oppoſita cõſtituunt , in quibus ſtellæ collocatæ & diametræ , & contrarijs motibus ferri appellantur ab ipſis , ſunt autem iſtæ partes ortus occaſus , culmen , imũ . Qua rõne fit vt ſtellę in his locis inuentæ aut in geniturę themate aut cuiuſuis rei G contrarijs motibus moueri dicantur,& opponi inter ſe.contrarijs quidẽ,quia quæ in ortu collocatur dicitur aſcendere , quę in occaſu vero deſcendere , opponi autem , quia ſeſe per diametrum aſpiciuut , & ſic in ratione habita ad partes cæli poteſt concedi motui cæli eſſe aliquid contrarium . ¶ Tertio debes ſcire cꝙ hoc cõtrarietas partium cæli eſt per accuſatiuus quia non quatenus ſunt partes ſemicirculi ſed qua ſunt vltima diametri,eſt enim (vt dicitur ī metaphyſicæ decimo) contrarietas ſecundum lineã rectam , & non circularem,& ſic ſoluitur obiectio,& phyſici & mathematici concordantur . Hæc ex con . accepimus .

¶ Quod autẽ nihil infinitum proficiſcatur : ea deprehenditur coniectura : cꝙ & terra & ignis quo propiora ſuis ſunt locis : terra quidem medio : ignis vero ſurſum loco : eo velocius feruntur . Quod ſi infinitus eſſet locus : infinita nimirum eſſet etiam velocitas & ſi velocitas infinita eſſet & grauitas & leuitas infinita eſſet. Nam H vt id quod altero velocius deſcendit grauitate illud excellit: ſic quoque ſi infinita eſſet huius auctio & velocitatis nimirum auctio infinita eſſet.

¶ Quod corpus ſimplex ad vltimum tãdem perueniat locũ. Quod etiam ſit vniuerſaliter in omni motu , vt cęleſti , hactenus . Nunc vero non contentus ratione , idem perſuadet coniectura . Nam videmus terram & ignem quo propiora ſuis ſunt locis.terra quidem medio ignis vero ſurſum loco eo,velocius feruntur . Hæc coniectura docet ſimplicia non proficiſci in infinitũ . Quo vero ad verba attinet coiectura eſt grẽce τεκμηριον , quod etiam eſt latine tum ſignum tum coniecturam . auget etiam coniecturam hanc , quid ſi infinitus eſſet locus , quem aut ignis au terra eſſet peragraturus,infinita nimirũ eſſet velocitas , & ſi veloci-

tas infinita eſſet,& grauitas & leuitas infinita eſſet & econ
tra ſupple tu,ſi grauitas eſſet infinita, etiam velocitas talis
eſſet,cuius cauſam extra neceſſitatam coniecturæ aſſerit, di
cens,nam vt id quod altero velocius deſcendit,grauitate il-
lud excellit.ſic quoq; econtra ſi infinita eſſet huius grauita-
tis auctio,& velocitatis nimirū auctio infinita eſſet.¶ Quo
vero ad verba attinet debes ſcire q; fortaſſe in græcis codici-
bus ē error,et vbi dicitur το ἓξει απο ταχυ, debet legi ταχυτου
& tunc littera eſſet hęc,nam ut id quod altero velocius de-
ſcendit grauitate illo eſſet velocius,ſic quoq; ſi infinita eſſet
huius auctio,& grauitatis nimirū auctio,infinita eſſet. Aut
fortaſſe nullum verbum mutando littera ſic, eſt nam vt id
quod inferius velocius altero deſcendit, grauitate eſt velox,
ſic quoque ſi infinita eſſet grauitatis auctio & velocitatis ni
mirum auctio infinita eſſet,& ſic habes coniecturam q; ni-
hil ad infinitum proficiſcatur ex eo,quia quanto res eſt pro
pior ſuo loco velocius fertur,& habes coniecturæ confirma
tionem,quia ſi locus diſtaret in infinitum,grauitas vel leui-
K tas atque velocitas ſimili ratione accreſceret in infinitum.
Qua ratione euenit vt nihil ad infinitum proficiſcatur.

Quę Auer. com,38. AVER. vero textum exponit vt nos fecimus, vult enī q; Ariſto. hac coniectura probet nihil moueri ad infinitum, quia quanto eſt propius loco ſuo,tanto velocius fertur.igi-tur ſi infinitum diſtaret,in infinitum velociter ferretur,& ſi in infinitum velociter ferretur,eſſet infinitum graue vel le-ue.hoc tanq̄ impoſſibile relinquit. iſtæ conſequentię omnes patent per regulam topicam,nam ſi cum aliquanta propin quitate ſtat aliqua velocitas,cum dupla propinquitate ſta-bit dupla velocitas,igitur cum infinita propinquitate ſtabit infinita velocitas.ſimili rōne deduci pōt de grauitate,nā ſi cū aliquanta velocitate ſtat aliquanta grauitas, cum infinita
Dubitatio ſtabit infinita,& econtra deduci poteſt. ¶ Sed dubitabis qm̄ vt dicitur.6.phyſicorum.ſpatium infinitum non poteſt per-tranſiri,niſi tempore infinito. Igitur mobile ſemper diſtabit æqualiter a loco,quoniam mobile per infinitum diſtans ab aliquo loco:quantūcunque in infinitum appropinquabitur,
L ſemper reſtat adhuc infinitū per definitionem infiniti, igitur
Solutio. nunc in infinitum velocitabitur. ¶ Debes ſcire q; ex falſo im poſſibili ſequuntur duo contradictoria,alterum per ſe,alterū quaſi per accidens.Modo hæc propoſitio motus rectus natu ralis fit in ſpatio infinito eſt falſa impoſſibilis, ideo ſequitur per ſe,q; nunquā complebitur. per accidens vero q; comple bitur,quia omnis motus rectus eſt finitus.ad formam igitur dico aliud eſſe conceſſum vt ſequens.aliud abſolute,abſolu-te quidem motum rectum factum in ſpatio infinito eſſe ter-minatum eſt negandum,vt vero ſequens eſt concedendum,
Quæſtio Auer. & ſic patet ſolutio. ¶ Digreditur tamen Auer. mouens quæ ſtionem nam Ariſ.fecit vnā ſnpoſitionē q; v3 motus natura lis quanto loco eſt propior tanto velocior,& ex hac videtur inferre grauitatem eſſe infinitam, dubitat nunc Auer. q; illa ſuppoſitio non eſt neceſſaria ad concludendum grauitatem eſſe infinitam,ſequitur.n.grauitatem eſſe infinitam,ſolo con ceſſo q; aucta velocitate augetur grauitas,igitur illa ſuppo-ſitio non prodeſt ad ſyllogiſmū.Ariſto.n. probat graue non moueri in infinitum,quia tunc grauitas creſceret in infinitū,
M modo hæc conſequentia poteſt deduci ſine illa ſuppoſitione, ſolo v3 illo q; aucta velocitate,augetur grauitas.Reſpondet q; tam cum illa q̄ ſine illa ſequitur ratio Ariſto. ſed cum illa deductio eſt clarior,valet.n.uelocitas creſcit in infinitum,igi tur grauitas.tamen non ſcitur velocitatem creſcere in infini tum,niſi ſumatur leue aut graue quanto loco vicinius eſt,tā to velocius mouet,igitur ad illationem nihil prodeſt, ſed be ne ad probationem minoris quæ eſt poſitio antecedentis vi-delicet q; velocitas ſit infinita.& q; illa conſequentia valeat ſine illa ſuppoſitione patet,quia effectus creſcit ad cremen tum potentiæ,ideo ſi velocitas erit infinita,potentia motiua vt grauitas & leuitas erit infinita.Hęc Auer. ¶ Ex his patet proceſſum ab infinitate velocitatis ad infinitatem virtutis eſ ſe quia ab effectu ad cauſam, econtra vero eſſe propter qd a cauſa ad effectum.Secundo ſequitur q; ſyllogiſmus litteræ apud Auerroem eſt hypotheticus ſic,ſi graue aut leue moue N
retur in infinitum,graue & leue efficerentur infinita. conſe-quens eſt impoſſibile.igitur & antecedens. conſequentia de ducitur,quia ſi mouerentur in infinitum, velocitas creſceret in infinitum,& ſi hæc creſceret in infinitum grauitas etiam, & ſic ratio patet.Hæc ex commento.

¶ At vero neque ab alio:neque vi(vt aſſerunt quidam) extruſum ſurſum alterum eorum fertur , alterum deor-ſum.Tardius nāque maior ignis ſurſum , & maior terra deorſum moueretur. At huius contrarium nunc cerni-mus,ignis enim maior,& terra etiam maior velocius ſem per proprium locum petit.Neque etiam prope finem ve locius pergerent , ſi ui extruſioneque mouerentur,om-nia enim quæ ſic mouentur , cum longius ab eo quod vim attulit,diſtauerint:tardius profecto feruntur . atque vnde vi pulſa ſunt , illuc non vi feruntur . Quo fit ut iſs conſideratis fides ſumi poſſit de his quæ diximus ſa- O
tis abunde .

¶ Demum & peremptorie remouet ultimum cauillum circa Expoſitio
rationem vbi debes ſcire q; de motu elementorum fuerunt duę poſitiones,vna uoluit q; elementa ipſa ferantur ab impe tu quodam ſibi tributo a generante,imaginantur enim q; ge nerantes tribuant elementis impetum ſiue virttutem talem vt aliud ad noſtrum dirigatur medium,aliud ad illud,& ſic ſoluitur ratio Ariſtotelis per hanc poſitionem. ¶ Alij dixerūt omnia elementa habere vnum motum ſpecie,fieri tamē mo tus diuerſi extruſione ut in hominum cœtu fit,vbi omnes eū dem locum petunt,verum homo polentior debiliorem ex-trudit,vnde ille cogitur moueri ad alium locum,ſic dixerunt in elementis,omnia videlicet moueri ad vnum locum , ſunt enim diuerſi extruſione imbecillioris,vt ignis aerem extru-ſit,aer aquam,hæc demum terra,tamen omnia vnum appe tunt motum,& ſic non ſequitur terram vnius moueri ad me dium alterius,cum non ſuapte natura moueatur, ſed extru- P
ſione. ¶ Huic cauillo obijcit Ariſtoteles,& primo refellit pri-mam,& inquit. At vero neq; ab alio vtpote ab agente uim & impetum imprimente,& hoc contra primam . neque vi (vt aſſerunt quidam) extruſum ſurſum alterum eorum fer-tur,alterum deorſum,quo ad ſecundam poſitionem, refellit primam,& ſyllogiſmus eſt,ſi elementa mouerentur ab im-preſſione agentis maior ignis & terra maior tardius peterēt loca propria hoc conſequens eſt falſum, igitur & antecedēs inquit.Tardius nanque maior ignis ſurſum , & maior terra deorſum mouerentur,at nunc contrarium cernimus , ignis enim maior & terra etiam maior uelocius ſemper proprium locum petit.Hęc contra primam. ¶ Deinde arguit contra ſe cundam & ſyllogiſmus eſt,quęcunque extruſione mouentur prope finem tardius feruntur,& vnde cœperunt moueri ap-petunt redire,ſed elementa prope finem non tardius mouen tur,neque appetunt redire vnde moueri cœperint. igitur nō mouentur extruſione.Inquit.Neque etiam prope finem ve-locius pergerent,ſi vi extruſioneq; mouerentur, deducit & addit maiorem.d.omnia enim quę ſic feruntur, cum longius Q
ab eo quod vim attulit,diſtauerint , tardius profecto ferun-tur,atque vnde vi pulſa ſunt,illud non ui,ſed proprio impe tu feruntur,& appetunt redire,vt terra quia pellitur a cen-tro vi,ideo redire appetit ad cētrum.deinde adde minorem, & habes ſyllogiſmum.demum epilogat primam rationem, & ſermo perſpicuus.Hęc Ariſtoteles. ¶ Auerroes vero velle Quę Auer. cōmē.89.
videtur Ariſtotelem in hoc textu eam poſitionem confutaſ-ſe,quæ ait terram moueri vi a motu cœli,& vult Ariſtote-lem hanc poſitionem confutaſſe duabus rationibus. prima eſt hypothetica a deſtructione conſequentis ſic , ſi elementa mouerentur violenter, terra maior tardius moueretur in fi-ne,& terra minor velocius.Hęc patet per deſcriptionem mo tus violenti.at contrarium uidemus.igitur antecedens eſt im poſſibile. ¶ Sed aliquis huic ſyllogiſmo obijciet, qa fieri po- Replica.

teſt

A teſt vt maius graue æque velociter moueretur vt minus gra ue, quãdo ab inæqualibus virtutibus mouerentur, ita vt ma ius a minori, & minus a maiori moueretur. Cuius reſpon ſionem Auer. innuit hæc eſſe intelligenda quando ambo mouentur ab vna eademq; virtute, quod aduerſarii conce dunt, quia ponunt omnia elementa ab vno moueri conſtrin gente numero: nam licet alterum conſtringat alterum, om nia tandem ab vno motu cœli extruduntur, & ſic ratio nul la. Secundo idem probat, & componit ſyllogiſmum ad im poſſibile ſic: Quæcunq; vi mouentur, quanto propius ſuo ſunt principio tanto velociora ſunt, quanto fini vicinius tan to tardius. Sed elementa per eos vi feruntur. Igitur prope principium velocius, prope vero finem tardius mouebun tur. Concluſio impoſſibilis eſt & non pro maiori, quia per ſe nota eſt: igitur pro minori. Hæc in prima figura, oſtenſiue vero in ſecunda ſic: quæcunq; vi feruntur in principio velo B cius in fine tardius feruntur, elementa non in principio velo cius & in fine tardius feruntur, igitur non ui mouentur. Ad dit tamen ꝙ Ariſtoteles ponit hunc in forma hypothetica, cuius illatio ſiue continuatio per ſe nota eſt, & poteſt decla rari per ſyllogiſmum in prima figura illa maior, videlicet ꝙ violenter mota prope finem tardius, prope principium ce lerius feruntur. ab Auer. probatur, & inquit: Et ipſe dedit cauſam propter quam motus violentus, quanto magis ap propinquauerit ſuo fini, tanto tardius mouetur: quæ cauſa eſt remotio ab agente extrinſeco, omne enim agens fortius agit in partem propinquam q̃ in remotam, vt ſenſu patet. Hæc ex commento.

Quæſtio. GRAECI expoſitores quærunt cãm cur id quod natura liter fertur, prope locum velocius fertur: de qua quæſtio ne licet in ſecundo huius diſputabimus, tamen vt Græco

Pó hypar. rum morem imitemur, aliqua attingamus. Hyparchus Me tapontinus aſtronomus, qui ſuas conſiderationes de ſtellis C & mundo perfecit apud Rhodum, cauſam huius aſſignauit ex parte mouentis per violentiam, ex eo, quia quo magis elongatur motus, eo minus de virtute remanet mouentis, qua ratione tardior fit prope finem, velocior prope princi pium: in fine autem remittitur in tantum vt finaliter graue ipſum ſurſum non amplius fertur, ſed incipit moueri deor ſum ob remiſſionem eius quod remanſit de virtute mouen tis violenti, quæ quanto magis ac magis remittitur, tanto magis ac magis contrarius motus intenditur. Hæc Hypar chus. Hunc Liparius expoſitor Ariſtotelis etiam ſecutus eſt hoc in loco. Obiicit autem huic Alexander & bene,

Cõfutatio. quia hæc ratio eſt particularis ſolum in his quæ naturaliter mouentur poſt motum violentum, non autem habet locum in his quæ naturaliter mouentur, cum generarentur extra ſua loca propria, vt ſi lapis eſſet genitus in media aeris re

Põ lãbli. gione. Iamblicus & alii Platonici (vt. 8. vidimus phyſico rum) aſſignant cauſam ex quantitate medii, per quod fit mo D tus, vtpote aeris, qui minus reſiſtit quanto plus proceditur in motu naturali, quia minor eſt, & ideo minus poteſt impe dire motum naturalem. Hanc etiam cauſam viſus eſt Ariſto teles aſſignare in libro problematum, licet illi libro non multum credendum ſit, cum problematice ſoluat quæſtio

Cõfutatio nes. Sed etiam hanc confutant Alexander & Simplicius, quia non minus valeret in motibus violentis q̃ naturalibus, a m. in quibus contrarium experimur. Secundo argui poteſt for tius, nam moueatur. m. mobile naturaliter verſus c. locum ſi bi naturalem per ſpatium a. b. c. & volo ꝙ cum. m. deuenit in b. r. mobile eiuſdem ſpeciei, & naturæ cum. m. incipiat ſi mul moueri cum illo eodem. m. & patet ꝙ citius. m. deueniet ad c. q̃ r. vbi tamen ſpatium b. c. vtri eſſet æquale, igitur nõ quantitas medii tantum cauſa eſt maioris vel minoris veloci r b tatis. Expoſitor primus propter hæc tenet cauſam illius Rñſio. Thom. eſſe ex eo, quia quanto corpus graue magis deſcendit, tan to magis confortatur grauitas eius propter propinquita tem ad proprium locum: & hæc videtur Alexandri ſolutio.

Replica Sed videtur falſa, quia ſi graue prope locum penderetur, non inueniretur grauius ſeipſo a loco remoto: vbiq; enim æqualiter ponderabit. Soluit Græcus quidam expoſitor, ꝙ prope locum grauius eſſet corpus, eius tamen maior gra uitas ſenſu non perciperetur, cogit nanq; argumentum illic eſſe in re maiorem grauitatem, non tamen ꝙ ſenſu percipi debeat. Sed hæc reſponſio cuiuſuis fit, friuola eſt: videtur enim maior grauitas in deſcenſu magis percipi prope lo cum, q̃ remotius: nam ſi percuteretur, caput græci prope, c magis frangeſ q̃ remotius ſi pcuteret, vt docet obſeruatio. Propter hæc cum Alexãdro & expoſitore ſentio, ideo gra Propria põ ue celerius moueri prope locum q̃ remotius, quia eius gra uitas eſt maior, ſiue quia eſt confortata & accreta atq; aucta. Illud tamen cum eis non ſentio, ꝙ cauſa illius confortatio nis ſit ſola loci vicinitas, quia vbi vnum mobile non motum eſſet, tardius moueretur ab eodem termino e quo, q̃ moue retur aliud mobile prius motum ab eodem, vbi tamen eſſent æque propinqua. Ideo animaduerſione dignum ꝙ duplex E eſt grauitas: altera quidem naturalis, quæ graui ipſi ex gene ratione datur ab agente naturali mediante eius forma. 8. phy. comen. 4. agens quantum dat de forma, tantum dat de conſequentibus formam mediante forma. Altera vero eſt accidentalis ſiue aduentitia, quæ a cauſis graui ipſi accidit extrinſecis, quæ etiam a nonnullis impetus appellatur, & ſa pide. Huius rei cauſæ non ſunt ſola loci vicinitas, vt Alexan der & expoſitor videntur ſentire, ſed (vt mihi videtur) ſunt tres: prima & præcipua eſt ipſum mobile, quod per ſuã for mam eſt ſic moueri aptum. Secunda cauſa & diſpoſitiua eſt loci vicinitas, mobile en m vicinitate loci diſponitur ad hu ius grauitatis generationem. Tertia cauſa & inſtrumentaria & ſine qua non eſt motus naturalis, quo mouetur & loco appropinquat, atq; ſine quo non poſſet accidentalem illam grauitatem conſequi, cuius ſignum eſt, quia poſtquam quie uit, non eſt grauius q̃ præerat. Ex his apparet ſolutio quæ F ſtionis, videlicet quare mobile prope finem accelerat: huius enim cauſa eſt, quia fit accidentaliter grauius, quod confor tari in grauitate vocat expoſitor. Sed tunc emergit difficul Difficultas obiĩ occur. tas obiter, vtrum hæc accidentalis grauitas ſit eiuſdem ſpe ciei cum illa naturali: videtur enim primo aſpectu ꝙ ſic, quia motus illarum eiuſdem ſpeciei ſunt: igitur & ipſæ formæ eiuſdem ſpeciei ſunt. In contrarium videtur ꝙ non, quia grauitas accidentalis dependet a cauſis differentibus ſpecie a cauſis grauitatis naturalis. Modo ſi cauſæ differunt ſpecie, etiam effectus differunt ſpecie. 8. phyſicorum commen. 47. Solutio Sed hoc eſt problema neutrum, poteſt enim teneri vtrunq;. quia in accidentibus idem ſpecie eſſe poteſt a cauſis differen tibus ſpecie, vt calor ſpecie idem poteſt eſſe a motu, & a lu mine, & a calore. Tu vero tranſmitte ad tempus rem hanc. 2. quæſtio. SECVNDO quærunt vtrũ datis pluribus mundis & ec cẽtricis, terra vnius moueret ad medium alterius. Reſpon Põ Alber. det Albertillus de ineſſe illam terram non moueri ad hoc medium, tum quia nec naturaliter nec violenter, tum quia G cœlum eſſet penetrabile, tum tertio quia inter ambos mun dos mediat vacuum, & ſic graue per vacuum moueretur: Attamen de inclinatione terra illa eſſet moueri apta ad hoc medium, quia & terra illa cum hac eſt eiuſdem ſpeciei, & lo cus cum loco, & quia hoc eſt impoſſibile, ideo plures mun dos eſſe eſt impoſſibile. Sed errat hic vir, nam Ariſtoteles Cõfutatio. probauit de ineſſe terram vnius ferri ad medium alterius, cu ius ſignum eſt, quia remouit omnes cauillos contra hoc. Se cundo, ſi de inclinatione terra illa eſt moueri apta, aliquan Propria re ſpon. do mouebitur, aliter fruſtra eſſet inclinatio ipſa. Dicerem igitur iuxta regulas logicorum, ꝙ multum refert aliquid concedere ſecundum ſui qualitatem, & concedere vt ſe quens: equum enim habere alas non eſt concedendum ſe cundum ſui qualitatem, quia eſt impoſſibile, ſed bene vt ſe quens, ſi ponitur ipſum volare, & hoc vult dicere Auerroes 7. phyſicorum com. 2. ꝙ aliter eſt loqui de veritate hypo theticæ, & aliter de veritate conſequentis, vt etiam logici omnes exclamant. Tunc dicerem terram illius moueri ad

l hoc medium noſtrum, non eſſe concedendum ſecundum ſui qualitatem, propter illas tres rationes Albertilli: eſt enim ſecundum ſui qualitatē falſum & impoſſibile, vt vero ſequens ad poſitum & conceſſum ab aduerſariis concedendum eſt: nam conceſſum eſt falſum impoſſibile, ideo concedendum eſt etiam falſum impoſſibile. Miror Albertillum ſummum logicum, ꝙ non ſoluit quæſtionem more ſuo logice. Hæc de prima ratione.

Præterea & per eas rationes quæ ſunt ex prima philoſophia, & ex ipſo circulari motu, quē quidem hic ſimiliter & in cęteris mundis perpetuum eſſe ne ceſſe eſt, idem profecto deduci poteſt.

Ariſtoteles in .12. primæ philoſophiæ libro textu illo: Expoſitio. Atque cælum vnum eſſe, qui eſt. 49. commen. duabus viis vnitatem mundi perſuadet: primo quia plura numero, & ſpecie eadem, ſunt concepta cum materia: cælum ſiue mun-
k dus non concipitur cum materia: igitur mundi non poſſunt eſſe numero plures, & ſpecie iidem. Secundo, id omne cuius primum mouens eſt vnum numero tantum & perpetuum, non poteſt eſſe plus vno in ſua ſpecie: ſed mundus eſt cuius primus motor eſt vnus numero tantum: igitur mundus eſt vnus numero. Tertia via accipitur. 8. phyſicæ auſcultationis, vbi probatum eſt vnum eſſe primum motum ad quem omnes alii reducuntur: igitur vnum eſt primum mobile, & ita vnus mundus. Has igitur rationes Ariſtoteles innuit ſed non explicat, quia vult illas eſſe intellectas tum ex prima philoſophia, tum ex libro phyſicæ auſcultationis, & inquit: Præterea & per eas rationes quæ ſunt ex prima philoſophia idem oſtendi poteſt, (quas non explicat ſed innuit, nos vero explicauimus) & ex ipſo circulari motu, quem quidem hic ſimiliter & in cæteris mundis perpetuum eſſe & vnum ad quem cæteri reducuntur neceſſe eſt, idem profecto deduci poteſt. & hic innuit illam. 8. licet raptim. Hæc Ariſtoteles ipſe. Auerroes vero ex ſuis malis translatio-
L nibus notat duas eſſe cauſas, cur homines non credunt naturalibus demonſtrationibus. Prima eſt ex mala conſuetudine, vt exemplo ſuæ ſectæ indicat, vt diximus antea. Secunda eſt quia volunt propoſitiones demonſtrationum naturalium eſſe notas, vt propoſitiones demonſtrationum mathematicarum, quod non eſt ita: nam demonſtrationes mathematicæ ſunt in primo certitudinis gradu, & naturales in ſecundo. Hæc notaui ex ſuis translationibus, nam in noſtris nihil horum habemus, nec in græco. Secundo ipſe ſyllogiſmum textus format dupliciter, & primo modo ſic: Omne mobile cuius motus eſt æternus, primus, & vnus, ad quem cæteri reducuntur, eſt vnum numero in ſua ſpecie. Sed mundus eſt mobile, cuius motus eſt vnus per reductionem, quia ad ipſum reducuntur & motus omnes noſtri, & cæterorum mundorum, & primus & ſempiternus. Igitur vnus in ſua ſpecie. Notat Auer. ꝙ ratio hæc ſumpta eſt ex prima philo-
M ſophia, cuius omnes propoſitiones ſunt demonſtratæ in ſcia naturali, quā etiam vult, quam rationem dici metaphyſicam, non quia ſit per propoſitiones metaphyſicas, ſed quia ſcribuntur atq; ponuntur vt conceſſæ in ipſa metaphyſica, vt ſtudioſe obſeruando verba ſuæ translationis animaduerti. Tu vero vide cū ſint hæc deliramenta, quorum nihil legimus in codicibus græcis Ariſtotelis. Ariſtoteles enim innuit rationes metaphyſicas, & non explicat: illam vero octaui phyſicæ auſcultationis raptim tetigit. Secundo format ſyl- Sylls. 2. logiſmum e primo ad vltimum etiam ex litera hoc modo: motus cæli eſt vnus numero, primus & ſempiternus: igitur motor illius primus eſt ſempiternus, & a materia ſeparatus. Vltra, igitur vnus numero tantum in ſua ſpecie: omnis enim forma liberata a materia non eſt plus vna in ſua ſpecie. Vltra, igitur primum mobile, cuius ille eſt motor immediatus & p ſe, vt cælū, eſt vnū numero in ſua ſpē. Poteſt & oſtēſiue ſic fieri: oē mobile cuius motor ꝓprius & primus eſt vnus numero in ſua ſpē, eſt vnū numero in ſua ſpē: cælū eſt eiuſ-

Que Auer. Com. 90.

modi: igit vnū numero in ſua ſpecie. hæc eſt ſecunda ratio. N
Tu quoq; diiudica, cū hæc ficta, & nihil ad literam noſtram.
Mouet quæſtionem Auer. & probat cum pluralitate mundorum poſſe ſtare vnitatem principis atq; primi motoris, Queſtio Auer.
nam primus motor mouet vt amabile & intelligibile. Modo vnum amabile & vnum intelligibile poſſit vti vnus finis deſiderari atq; intelligi a pluribus, vt vnus cibus a pluribus famelicis: igitur poteſt eſſe primus motor vt finis vnus numero, & plures eſſe cæli ac mundi, qui illum ament & intelligant. Et hæc quæſtio ſupponit primum motorem mouere per modum deſiderabilis & intelligibilis, hoc eſt, vt finis: & mundos ipſos mouere ſe amando & intelligendo illum. Re Rñſio. Auer.
ſpondet Auer. & ait non eſſe ſimile in cælis & in nobis, nam in cælis intellectio & res intellecta ſunt idem omnibus modis, in nobis vero intellectio & res intellecta differunt, quia res quæ intelligitur eſt in materia, licet intelligatur ſine materia. In illis vero res quæ intelligitur eſt deus, & ipſe eſt ſibi, & aliis cælis intellectio: & ita negatur ſimilitudo. Hæc Cōfutatio ſolutio profecto niſi ſuppleatur, non eſt ad propoſitum: Auer.
nā per hoc quod intellectio & res quæ intelligit ſunt idem O
in illis, non habetur vnum intelligibile non poſſe intelligi a pluribus intelligentibus. Simplicius autore Ammonio præ Rñſio Sim.
ceptore, velle videtur Ariſto. ſuppoſuiſſe ex prima philoſophia, primum finem, primam formam, ac primum efficiens eſſe idem in ſubiecto: & ita patet talem finem non poſſe poni præter motores quaſi alium ab omnibus. Alii ve- 3. ſcho.
ro dixerunt ꝙ conceſſo adhuc illo fine extrinſeco, nihilominus non poſſunt eſſe plures primi motores agentes de pari atque ex æquo illum appetentes & intelligentes: eſſent enim tales omnes eiuſdem ſpeciei, & ita materiales & corruptibiles: & ſic licet vnus finis poſſit appeti e pluribus motoribus, non tamen æqualiter & de pari, ſed ordine quodam: cuius expoſitionis eſt expoſitor noſter. Et hoc forte Expō Auer. Pō Ioan.
voluit balbutire Auer. dum ait in illis eſſe idem intetellectionem, & quod intelligitur: nam Deus eſt quod ab omnibus intelligitur, & deus eſt ſibi & omnibus intellectio. Nam cæteri p
intellectus ipſum deum deſiderant & intelligunt per eſſentiam eius: tunc ſupplendum eſt idem non poſſe æqualiter in abſtractis a materia a pluribus intelligi, quia tunc eſſent æquales perfectione, & ſic ſpecie iidem, numero differētes: & ita materiales. At in materialibus rebus vt in hominibus idem poteſt intelligi & amari a pluribus numero differentibus, ſpecie conuenientibus, quia ſunt materiales & corruptibiles: vbi nihil prohibet tales intelligentes corrumpi. Hæc fortaſſe Auer.

QVAERVNT vtrum in ſubſtantiis ſeparatis poſſunt Queſtio
plura indiuidua eſſe eiuſdem ſpeciei, vt plures numero dii, plures numero Gabrieles. Ioannes reſpondet ꝙ non, & in hoc nemo dubitat in ſchola peripatetica: ſed quibus rationibus hoc demonſtretur, eſt dubium non paruum. Ioannes aſſignat duas rationes, prima eſt quia in ſeparatis a materia Q
nō eſt plus vno indiuiduo ſub eadem ſpecie, nam cauſa multitudinis numeralis ſub eadem ſpecie eſt materia: igitur quæ non ſunt in materia, non poſſunt eſſe plura numero ſub eadem ſpecie per conuerſionem per contrapoſitionem: & hāc rationem tetigit Auer. in com. Secunda ratio eſt quia indiuidua ſunt plura numero ſub eadem ſpecie, vt ſunt ſub accidentibus diuerſis: igitur quæ non recipiunt accidentia non poſſunt eſſe plura numero ſub eadem ſpecie per conuerſionem etiam per contrapoſitionem. Hæ ſunt rationes Ioan- Obie. Aule
nis & peripateticæ. Sed Auicē. in eius metaphyſica has rationes confutat: primam quidem, quia materia eſt principium ſpeciei, eſt enim pars quidditatis & ſpeciei, igitur eſt niſi commune principium: & ita non poteſt eſſe principium quo indiuiduum ſit vnum numero. Secundam vero refellit, quia accidentia ſunt poſteriora ſubſtantia, & hæc accidentia poſteriora hac ſubſtantia, quoniam hoc accidens recipitur in hac ſubſtantia, & ita illa fuit prius vna numero, & poſtea recepit accidentia indiuidua. Aliam obiectionem facit

Ioannes

A Ioannes contra ſe, quam vide: & ſic rationibus Auicennæ
rationes hæ videntur friuolæ. Propterea Auicē. vult om-
ne indiuiduum eſſe vnum numero propria hypotheſe: vt
enim ſpecies eſt ſpecies propria differentia vltima ſpecifica,
ſic indiuiduum eſt vnum numero propria differentia indiui
duali, quæ ab Auicē. hypotheſis dicitur vbiq; hæc enim nec
eſt accidens, ſed antecedens omnia accidentia: nec ſubſtan-
tia, ſed modus ſubſtantiæ, vt differentia hominis non eſt ho
mo formaliter, ſed modus hominis. Qua ratione aliqui vo
cant eam hæcceitatem, qua Socrates eſt hic, & Plato ille,
& ſaluando dicta Ariſto. vbiq; volunt hypotheſim hanc pe
ripatetice dici materiam totius, quæ contrahit formam to-
tius ad eſſe vltimum ſubiicile, vt longis conſiderationibus in
eorum quæſtionibus explanant. Tunc alia via nanciſcun-
tur vnitatem primi, & cuiuslibet intelligentiæ: ſumunt enim
de mente Ariſto. in ſempiternis quicquid eſt poſſibile eſſe
neceſſarium, vt. 3. auſcultationis phyſicæ diximus, & cum
B deus ſit ſempiternus, omne poſſibile eſt ibi in eo actu: quare
non poſſunt plures dii eſſe, quia deo deficeret perfectio alte
rius dei, cuius ipſe eſt capax, & ſic non omne poſſibile eſſet
actu in eo: tu vero lege ſuas conſiderationes in hoc. Sed
Cõfut põ. hæc Auicennæ poſitio & illorum non eſt peripatetica, & in
nis Auicē. hoc non dubito, q̃q̃; ipſi enitantur oſtendere poſitionem
hanc eſſe Ariſto. & bonorum peripateticorum: & hoc mihi
ſufficit. Tamen vt ſatisfaciam aliquibus contra illam ſolitus
ſum arguere multis rationibus, nunc autem ſufficiant tres,
quarum prima eſt: Omnis differentia qua indiuidua enume
rantur finita vel infinita, tot aut tanta, eſt quantitas aut quan
titati attinens: nam finitum & infinitum quanto congruit, vt
dicit in primo phyſicæ auſcultationis. Sed per differentias
indiuiduales indiuidua ſunt finita vel infinita, tot aut tanta.
Igitur differentiæ indiuiduales ſunt quantitates, aut quanto
attinentis. Minor eſt per ſe nota, nam per differentias ſpecifi
cas non dicuntur finitæ vel infinitæ ſpecies, ſed perfectæ aut
C imperfectæ. Vnde & Plato dixit q̃ deſcendere a ſpecie ad
indiuidua eſt ire ad chaos & infinitum. Secundo indiuidua
denominantur plura numero, aut igitur numeroſitate tran-
ſcendenti, aut numeroſitate p̃dicamentali non tranſcẽdenti,
quia illa eſt eſſentiarum & entium: & ſic conueniret ſpecie-
bus & eſſentiis, quo modo non ſunt ipſa indiuidua, Si vero
numeroſitate prædicamentali, tunc indiuidua eſſent numero
diſcreta, ſed numerus diſcretus cauſatur ex diuiſione conti
nui, igitur indiuidua ſunt numero plura diuiſione continui,
& hoc volo. Tertio tunc indiuidua nõ differrent acciden
taliter, quod eſt contra omnes peripateticos, & ipſoſmet de
ducitur: Quæcunq; differunt aliquibus differentiis, quæ an-
tecedunt omnia accidẽtia, nõ poſſunt differre accidẽtaliter,
vt omnibus patet: ſed indiuidua differũt hypotheſibus, quæ
per ipſos antecedunt omnia aceidentia: igitur non poſſunt
D differre accidẽtaliter. Hæ rationes ſatis ſunt nũc contra fun
damentum eorum. Illud vero quod addunt, videlicet q̃ ſem
piternitas ſit principium quo vnumquodq; ſempiternum eſt
vnũ numero in ſua ſpecie, nõ eſt cõmune. Auer. enim ſecun
do huius cõ. 49 vult omnes orbes eſſe eiuſdem ſpeciei, & ta
men ſunt ſempiterni: præterea corruptibilitas non eſt cauſa
multiplicationis indiuiduorum in eadem ſpecie, ſed per eos
hypotheſis ſiue hæcceitas: igitur nõ ſempiternitas eſt cauſa
ia, vnitatis indiuidui ſub eadem ſpecie, ſed carentia materiæ.
Propterea peripatetice loquẽdo videtur mihi quod princi-
pium fundamentale, quo indiuiduum eſt vnum numero, &
diuerſum numero ab alio eiuſdem ſpeciei, eſt materia affecta
diſpoſitionibus qualitatiuis & quãtitatiuis. Materia enim ſo
la eſſet principium remotum, ſed materia iis affectionibus
lo, cõtracta eſt principium, quare indiuiduum eſt vnum in ſe, &
diuiſum in numero a quolibet alio eiuſdẽ ſpeciei. Sed pro
ſolutione ad rationes Auicẽ. debes ſcire q̃ diſpoſitiones il-
læ qualitatiue & quãtitatiue præcedunt indiuiduum ſiue for
mam indiuidui, & ſequuntur: præcedunt quidem prioritate
materiæ ad formam, & in genere cauſæ materialis, ſequũtur
vero ordine effectus ad cauſam formalem ſiue effectricem: D
ideo in quocunq; priori ſubiectum erit illis prius, illæ erunt
ſubiecto priores, ſed diuerſis ordinibus: ſubiectum quidem
prius prioritate efficientis ſiue formæ ad materiam: illæ or-
dine materiæ ad formam, quia diſpõnes reducuntur ad ge-
nus cauſæ materialis. Tunc patet ſolutio ad rõnes Auicẽ.
& ad primã dicerem, q̃ licet materia attineat ad ſpeciem, ta- octonum
men materia affecta illis diſputationibus attinet ad indiui-
duum. Ad ſecũdam dicerem, accidẽtia quæ nõ diſponũt ma
teriam pro introductione formæ, p̃ſupponere indiuiduum
vnum numero: ad accidẽtia quæ diſponũt materiam præ-
cedunt, & ſequũtur indiuiduum ratione diuerſa, vt dictum
eſt, & ſic ratio nulla. Hæc raptim mihi videntur nunc, alias
fortaſſe diligentius materiam hanc examinabimus.

Inſuper etiam perſpicuum fiet, cœlũ unum ẽe ne
ceſſario, nobis hoc modo conſiderãtibus. Nam cum E
tria ſint elementa corpprea, tria etiam erunt elemen
torũ loca: unus quidẽ eius corporis quod ſubſiſtit,
is uidelicet qui circa mediũ: alius autem eius quod
in orbem fertur, qui quidem ultimus eſt: horũ ter-
tius is eſt, q medii eſt corporis. In hoc enim corpus eſ
ſe neceſſe eſt id quod ſupereminet. Nã ſi in hoc non
eſt, extra erit. Sed hoc eſt impoſsibile, quippe cum
aliud quidem grauitate uacet, aliud grauitatem ha-
beat: atque locus eius corporis quod grauitatẽ ha-
bet, inferior ſit: ſiquidem in medio ſit is locus, qui
grauis corporis eſt.

Hactenus de rationibus metaphyſicis, nũc ad rationem
tertiam accedit, & cõponitur ſic: ignis eſt in loco medio in-
ter locum grauium & cælorum, igitur nõ eſt alius mũdus.
Circa hãc rationem Ariſtoteles primo proponit vnam ſup
poſitionem, & inquit: Inſuper etiam perſpicuum fiet cælum F
vnum eſſe neceſſario nobis hoc modo cõſiderantibus. hæc
eſt cõcluſio, quam proponit, deinde ſumit ſuppoſitionem &
inquit: Iam cum tria ſint elemẽta corporea, tria etiam erunt
elementorum loca: vnus quidem eius corporis quod ſubſi-
ſtit his, videlicet qui circa medium, & hic eſt locus grauium:
alius autem eius corporis quod in orbem fertur, qui quidem
vltimus eſt, & hic eſt omnium cælorum: horum tertius is eſt
qui medii corporis, & hic eſt locus ignis. Eſt igit ſuppoſitio
q̃ tres ſunt loci pro numero trium elementorum, imus vi-
delicet grauium, ſummus cælorum, medius leuium videlicet
ignis. Tũc arguit: ignis eſt in loco horum medio tantum: ig
tur vnus eſt mũdus. Antecedẽs probat, nam ſi in hoc nõ eſt
extra hunc erit: ſed hoc eſt impoſſibile, quia nõ poteſt po-
ni in loco cælorum, quia ille eſt corporum quæ nec grauia
ſunt nec leuia: nec in loco grauium, quia ſolum graue eſt in
medio: reſtat vt ſolum ponatur in horum medio. inqt: Sed
hoc eſt impoſſibile, quippe cum corporum aliud quidẽ gra G
uitate vacet vt cælum, & hoc in ſupremo reſidet loco: aliud
grauitatem habet, & huius locus imus ſit. tamen vtitur ver-
bis obſcuris dicens, atq; locus eius corporis quod grauita-
tem habet, inferior ſit: ſiquidẽ in medio ſit is locus, qui gra-
uis corporis eſt, & ita non poteſt eſſe ignis extra locum me
dium, quia nõ in ſupremo, quia ille eſt cælorum: non in imo,
quia ille eſt grauium vt ſuppoſuit: & ſic patet antecedẽs. Ex
hoc vult habere eſſe vnum mũdum tãtum, quia ſi eſſet alius,
in illo eſſet ignis, & tunc ille ignis nõ eſſet in medio horum
duorum locorum: imo extra omnia hæc loca, vt patet. Ale
xã. autem ſyllogizat ſic: Corpus leue nõ poteſt eſſe extra
hunc mundum, quia aut illud erit ſupra noſtrum mundum,
aut ſub noſtro mundo: ſi ſupra noſtrum mũdum: igitur leue
erit ſupra cælum, quod falſum eſt, cũ cælum ſit extremum:
ſi ſub mundo, igitur ignis erit infra graue, & ita leuia erunt
ſub grauibus. Igitur oportet eſſe in horum medio. & ſic vo-
lo, & tunc lege literam iuxta formam Alexã. quia poteſt ſi-
legi: In hoc enim loco medio neceſſe eſt id corpus eẽ quo-

ſupereminet,igitur nullus alius mundus eſſe poteſt. Proba-
tur quia ſi ſit alius mundus,tunc in hoc medio loco non eſt
tantum ſed etiam extra,tũc ignis erit extra:ſed hoc eſt im-
poſſibile,quia non poteſt eſſe ſupra cœlum, nec infra cœlũ,
propter rationes dictas. Oportet igitur vt ſit in horum me
dio,& ſic vnus tãtum eſt mundus.& hoc modo non antece
dens,ſed cõſequentiam probauit. vel ſic : In hoc enim loco
medio neceſſe eſt id corpus eſſe quod ſupereminet, videli-
cet ignis,& ſupple in nullo alio : igitur vnus numero mun-
dus.Quod non in alio probatur, quia non ſupra hoc nec in
fra: igit vt prius.& ſic eſt probatio añtis, tu vero cõſidera.

At neq; pręter naturã ſibi accõmodabitur ille lo-
cus,cõpetet enim alii ſm naturam: at nullum aliud
eſt: in medio ergo eſſe neceſſe eſt. Huius autem ip-
ſius quænam ſint differentię,poſterius dicemus.De
corporeis igitur elementis,quinam ſint,& quot, &
quis cuiuſq; locus:inſuper etiã quot omnino mul-
titudine ſint ipſa loca,ex his q̃ diximus pſpicuũ eſt.

Expoſitio. Refellit cauillum,poſſet enim ſtatim aliquis dicere ignem
eſſe in aliquo loco extra hũc mũdum pręter naturam. obii
cit contra & inquit. At neq; pręter naturam ſibi accõmoda
bitur ille locus extra hunc mũdum,competet enim alii cor-
pori pręter omnia elemẽta ſm naturam , quia omnis locus
pręter naturalis vni,eſt naturalis alii: at nullum aliud eſt cor
pus in rerum natura pręter omnia elemẽta, in medio ergo
eſſe neceſſe eſt. & ſic ratio dicta locum habet & efficaciam.
Deinde ſe excuſat & inquit. Huius aũt ipſius mundi quænã
ſint differẽtiæ , poſterius dicemus.vt in ſecũdo cœli.Demũ
epilogat & ſermo ſuus patet ſed diligẽter aĩaduerte, quo-
niam verba Ariſtotelis ſunt valde obſcura,& nõ poſſunt cla
riori forma ſyllogizari, vt p expoſitionem patuit . Quod
Quę Auer. Cõ. 91. vero ad verba attinet, Auer per elementa nõ ea corpora ex
quibus alia fiũt intelligit,ſed quibus nullũ corpus eſt prius:
& ſic cœlum elemẽtum eſſe poteſt. Alii vero cœlum eſſe ele
mentum aiunt vniuerſi,qua ratione corporea adiecit,ad dif
ferentiam materiæ. Sed ſtatim Auer. mouet quæſtionem,
Quęſtio. quia nõ videtur verum , q̃ hæc tria,cœlum, leue, & graue,
ſint in loco,quia nõ poſſunt eſſe in loco niſi eſſentialiter, vt
Ariſtoteles & Alexã.dixerunt : at cœlum per accidens eſt
Solo. in loco,igitur ſuppoſitio falſa. Reſpõdet Auer.& dicit pri
mo q̃ in phyſicis dictum eſt cœlum nõ eſſe in loco,qa ſum-
ptum ibi fuit extra cœlum nihil eſſe, quod nũc eſt demon-
ſtratum.Dicit ſecũdo q̃ qui ponit plures mũdos,cogitur te
nere cœlum eſſe per ſe in loco, quia cogitur dicere vacuum
in quo cœlum eſt.Dicit tertio q̃ dicẽtes mundũ eſſe vnum,
coguntur dicere extra ipſum nihil eſſe.Dicit.quarto q̃ cum
fuerit his additum illud quod in quarto phyſi. eſt dictũ,vi-
delicet q̃ corpus extra quod nullum corpus eſt, non eſt in
loco: & ſit hic dictum cœlũ eſſe corpus extra quod nullum
aliud corpus eſt , dabitur cœlum nõ eſſe in loco . Tunc ad
formam dicit Ariſto.accepiſſe cœlum eſſe in loco ſm poſi-
M tionem aduerſariorum: eſt igitur ſuppoſitio , tria ſunt loca,
quæ dupliciter probatur,tum quia tria ſunt elemẽta, & hæc
probatio eſt in litera,tum quia tũc non ad eundẽ locum mo
ueretur pars & totum: patet quia vbi terræ plura eſſent lo-
ca,totũ poteſt moueri ad a.locũ gleba, ad b.locum. Ex hac
ſuppoſitione arguit Auer.nõ plura ſunt loca q̃ tria , igitur
vnus tãtum mundus:nam vbi plures eſſent,poſſunt eſſe plu-
ra loca,q̃ tria. Quod vero ad alia verba attinet, Auer.per
locum grauium,intelligit cõcauam aeris ſuperficiem in qua
omnia grauia ipſa cõtinentur,& propterea Ariſ.dixerit qui
circa medium eſt : nam concaua aeris ſuperficies quæ lo-
e cus eſt grauium,circa medium eſt. & per locum ſupremum,
intelligit ſpatium quod intelligit e cœlo primo vſq; ad.g.
quod regio cœlorum dicitur & hæc ſunt ſapide dicta. Ait
etiam poſſe intelligi per tertium locum cõcauum vltimi cor
poris puta lunaris,quia omnia quæ ſunt infra illud ſunt eſ-
ſentialiter in loco,& in hoc erũt omnia leuia,vt ignis & aer:
& omnia hæc poſſunt cõuenire noſtræ literæ , cæterũ vero N
non.Debes ſcire q̃ illam literam, Huius autem ipſius quæ-
nam ſint differẽtiæ,poſterius dicemus. Auer.intelligit hu-
ius ipſius.i.corporis leuis:nam poſtea(vt ait) ſubdiuidet in
aerem & ignem,quod ſignanter de leui corpore ſe excuſat,
vt Auer.ait,quia graue eſſe duplex videlicet aquam & ter-
ram,eſt per ſe notum ad ſenſum : at leue eſſe ſectum in duo
eſt ratione inuentũ,quod hac ratione p̃bat,quia,vt Alexã.
ait,ignis ille eſt æquiuoce dictus,& ita purus & nõ viſilis,&
ſic ratione inuentus:Sunt autẽ ad hoc tres rationes : prima
ex eo quia cõbinatio ex calido & ſicco eſſe poteſt, ſecunda
quia extremum cõtrarium eſt in rerum natura vt terra,igit
ignis:tertia quia omnes ignes ſurſum petũt,igitur ibi eſt con
gregatio ignium:vt etiam probatur mare eẽ, quia oẽs aquæ
petũt mare. Aĩaduerte tamen , vt dicetur in quarto, q̃ ille
ignis eſt æquiuoce primo quo ad actũ primum,quia eſt pu-
rus,hic miſtus.Secundo quo ad actum ſecũdum,quia ille vi-
uificãs ratione luminis,quod nobis mutuatur a ſtellis:hic ve
ro noſter mortificat Hæc ex cõmento . Sed attẽde q̃ hæc
ſunt bene dicta,ſed nõ ad Ariſto.aures:nam Ariſto.per ver Error Auer. O
ba illa nõ ignem,ſed mũdum intelligit, cuius differentias in
ſecũdo huius dicet,quod rõnabiliter ſe excuſando ait:nã fe
cerat mẽtionem de extra & ſurſum,& cæteris id genus:Pro
pterea hæc Auer.expoſitio eſt remota a mẽte Ariſt.& non
modo in hoc errauit in litera iſta,ſed in multis aliis:ego ve-
ro collegi vtilia ad textum.

Quod autem vnus dũtaxat ſit mundus , ſed nec
etiam plures fieri poſſint: inſuper etiã quod perpe-
tuus ſit,cum neq; ſit corruptibilis neq; genitus:di-
camus primum de ipſo dubitantes.

Hactenus q̃ non ſint plures mundi tribus rationibus per Expoſitio.
ſuaſit,nũc q̃ plures eſſe non poſſint,de nouo dubitat. Facit
autem hoc quoniã falſum eſt duplex,vt dicebamus : falſum
poſſibile,& falſum impoſſibile. Poteſt autem eſſe aliquid fal
ſum,& eſſe poſſibile,vt nauale bellum eſt,videtur falſum ſed
poſſibile:& ita aliquis dicere poſſet,vt Empedocles , plures p
eſſe mũdos,eſſe falſum de ineſſe,quia ſemper eſt vnus de ineſ
ſe:tñ fieri poſſe plures ſucceſſione & generatione , vt phœ-
nix ſemper eſt vna,plures tamen eſſe poſſunt ſucceſſione &
generatione propterea proponit nũc probare nec poſſe eſ
ſe plures.Addit inſuper etiam q̃ perpetuus ſit , cum neq; ſit
corruptibilis neq; genitus.Nam licet illud tractabitur in alia
ſumma,ipſum tamen nũc proponit,quia hæc pſcrutatio fa-
cit ad problema de vnitate mũdi,quia ſi mũdus non eſt cor
ruptibilis nec genitus,tũc erit vnus tm̃ & de ineẽ & de poſſi.
Proponit tñ diſputare de hoc,vt veritas magis eluceſcat ex
ſolone dubitationũ tertio metaphyſice.Hæc de intẽtione.

Videbitur itaq; profecto ſi hac ratione conſidera
uerimus fieri non poſſe, ut ipſe unus & idem dũta-
xat ſit.Nam cunctis rebus,quę,& a natura & ab ar-
te fiunt atq; cõficiuntur,aliud eſt ipſa p ſeipſam for- Q
ma,& quę cũ materia miſta eſt:ueluti ſphęrę forma,
aliud eſt,& aurea atq; ęnea ſphæra:& circuli rurſus
aliud eſt ipſa forma,& æneus circulus atq; ligneus:
quippe cum ſphæræ aut circuli.quod quid erat eſſe
aſſignantes,nõ aurum non ęs in ratione afferemus,
cũ hęc de illorũ ſubſtantia non ſint: at ſi aut ęneam
aut auream definierimus,etiam ſi pręter ſingulare
quicq̃ aliud intelligere aut ſumere non poſſumus,
(interdũ enim hoc accidere obſtat nihil, ut ſi unus
duntaxat circulus fuerit ſumptus.)non minus ſanè
aliud eſt eſſe circuli,& huius circuli: & illud qui-
dẽ forma,hoc aũt in materia forma erit ac ſingulare.

Proſequitur Ariſto.& primo ſyllogizat mũdorum multi Expoſitio.
tudinem,deĩde ſoluit qõnem.de primo ſupponit q̃ aliud eſt
forma cœli vt forma,& aliud forma cœli vt in materia , &
ſyllogizat:

A ſyllogizat: Si in oībus ſenſilibus & ſingularibus, quæ aut arte cōficiuntur aut natura fiūt, aliud eſt forma ꝑ ſeipſam ſumpta, & forma vt in materia mixta: ſed cœlū eſt ſenſile atq; ſingulare a natura aut arte: igit in cœlo aliud eſt forma per ſeipſam ſumpta, & forma vt in materia. Circa hāc rōnē primo proponit id quod vult prīcipaliter ſyllogizare, & inqt: Videbit itaq; profecto ſi hac ratione cōſiderauerimus fieri nō poſſe, vt ipſe mūdus vnus & idē ſit ſolū. deīde ſumit maiorē ſyll'i dicti, & inquit: Nā cunctis rebus quæ & a natura fiūt, & ab arte cōficiunt, aliud eſt ipſa per ſeipſam forma, & quæ cū materia mixta eſt. Hāc maiorē ꝓbat primo exēplis mathematicis, deinde rōne. Exēplis quidem mathematicis propter duo, & qa res mathematicæ ſunt certiſſimæ, & quia manifeſtū eſt ꝑ ſe in illis, q̄ in rōne earum nō ponit ſenſilis materia, & inqt: Veluti ſphæræ forma aliud eſt, & aurea atq; ænea ſphæra, & circuli rurſus aliud eſt ipſa forma, & æneus circulus atq; ligneus. Hæc ſunt exēpla. Deinde rōnē affert,

B & inqt: Quippe cū ſphæræ aut circuli definitionē (quæ dicit quod qd erat eſſe) aſſignātes, non aureū, nō æs in rōne aſſeremus, cū hæc videlicet aurū & æs de illoꝝ ſubſtantia non ſint: at ſi aut æneā aut aureā definierimus, ſubaudi tu, illa addemus. Sed dices vtrū quādo ſingulare eſt vnū tātum in ſua ſpecie, in illo differat forma, & hæc forma, vſe & particulare, qdditas & indiuiduū. Rndet, etiam ſi ꝑter ſingulare qcq̄ aliud intelligēr aut ſumer nō poſſumus, (interdū. n. hoc acciderē obſtat nihil, vt ſi vnus dūtaxat circulus fuerit ſumptus, & vt de facto eſt de vna phœnice, & vno ſole, & cæteris id genus:) nihil, ꝓfecto minus aliud eſt eē circuli, & huius circuli, & illud qdē forma ꝑ ſeipſam, hoc aūt in materia fōa erit ac ſingulare. Sic igit dato q̄ vnū numero tm̄ ſit ſub ſpē indiuiduū, nihil tm̄ minus adhuc in ipſo differt forma ſm ſe conſiderata, & hæc forma. Hæc eſt maior ſyll'i. Aīaduerſione dignū Ariſto. pro tāto hunc confutaſſe cauillū, quia aliquis præuenire poſſet de mundo, q̄ ipſe eſt vnus numero in ſua

C ſpecie, ideo in illo non differt forma per ſeipſam ſumpta, & hæc forma, & ideo non recte exponit. S. Tho. hunc locum intelligens quo ad modum definiendi.

Cum igitur cœlum ſenſile ſit, ſingulare erit profecto: ſenſile enim omne in materia exiſtit.

Expoſitio. Nunc ponit minorem, erat. n. minor ſyll'i, ſed cœlum eſt ſenſile & ſingulare & in materia. nūc ponit hanc minorem, ſed non hoc ordine, ſed inqt: Cum igitur cœlum ſenſile ſit, ſingulare erit ꝓfecto: ſenſile enim omne in materia exiſtit. Fecit autē minorē hoc modo, vt det intelligere ex vno ſeq̄ alterꝝ: q̄ hæc tria, videlicet ſingulare, ſenſibile, & eſſe in materia ſunt conuertibilia: & in hoc Ariſtoteles ſumpſit minorem, & illius probationem.

At ſi ſit ſingulare, aliud nimirū erit eſſe cœlum, & cœlum ſimpliciter: eſt ergo aliud hoc cœlum & ſimpliciter cœlum: atq; hoc eſt ut ſpecies & forma,

D **illud cum materia mixtum.**

Expoſitio. Nunc ſyll'i cōcluſionem infert, videlicet q̄ in cœlo aliud ſit forma per ſeipſam ſumpta, & forma in materia ꝓcepta. Vergꝝ epilogat vim totius ſyll'i, vt diſcipulus facilius illi aſſentiat, nam longius ſumpſit propōnes, & inquit: At ſi cœlum ipſum ſit ſingulare, ſenſile & in materia ꝓſtitutū, aliud nimirꝝ erit eſſe cœli indiuiduum, & ſimpliciter cœlum vſe: eſt ergo aliud hoc cœlū, & ſimpliciter cœlum: atq; hoc videlicet cœlum ſimpliciter eſt vt ſpēs & forma, illud videlicet eſſe cœli eſt mixtū cū materia. Hæc ē ꝓcluſio & totius ſyll'i epilogus.

Sed quorū forma quędā atq; ſpecies eſt, eorū aut ſunt, aut plura ſingularia fieri poſſunt. Nā ſi ſint (ut quidā autumant) formę, hoc accidere neceſſe eſt: ſin nihil ſit talium ſeparatum, non minus idē accidere neceſſe erit. In oībus enim iis quorū ſubſtātia in materia eſt, plura eſſe atq; infinita uidemus ea quę ſunt eiuſdē ſpēi. Quare aut plures ſunt cœli, aut plures

D eſſe poſſunt. Ex his igitur ſumet quiſpiam, & eſſe plures cœlos, & etiam eſſe poſſe.

Ex primo ſyll'o accepit cœlū eſſe formā in materia, nunc huic addit aliā maiorē ſic: ſed quorū forma quædā aut ſpēs eſt in materia, eorꝝ aut ſunt aut plura ſingularia ſaltē ſucceſſione fieri poſſunt: erit tūc cōcluſio q̄ aut cœli plures actu ſunt, aut plures eſſe poterūt. Hic eſt ſyll's principalis, cuius minorē ex primo nactus eſt ſyll'o, maiorē exponit nūc dicēs: Sed quorꝝ forma quædā atq; ſpecies eſt, eorꝝ aut ſunt, aut plura ſingularia eē poſſunt, vt phœnix quæ licet ſit vna, tm̄ plures eſſe pōt. Hæc maior eſt quæ debet legi ſuſpēſiue vſq; ad cōcluſionem: deinde hāc maiorem declarat tam ſm opinionē Platonis, qui formas ſiue ſpēs autumat ſenſilium ſeparatas, q̄ ſm poſitionē Herculeorꝝ atq; peripateticorū, quæ nullam formā ſeparatā ponit: ſm Platonē quidē, quia vbi idea ſeparata ꝓcedat, cum illa ſit veluti exēplar ſenſilis rei, & vnum exēplar eſſe poteſt multorꝝ exēplatorꝝ, poſſunt

E ſaltem plura eſſe indiuidua eiuſdem ſpeciei: ſm Herculeos vero, qa ſi non cōcedat ſeparatio formarꝝ, nihilominus plura indiuidua eſſe poſſunt eiuſdem ſpēi: quod pro modo ſenſus teſtimonio approbat, quia in oībus formis quæ cū materia cōcipiuntur, ſic cernimus. inquit: Nam ſi ſint (vt quidam autumāt) formæ e materia ipſa ſeparatæ, hoc accidere neceſſe eſt, quatenus vnius exēplaris eſſe poſſunt plura exēplata. Sin nihil ſit talium ſeparatū, non minus idem accidere neceſſe erit, quod ſenſus aſtipulatione oſtēdit, & inquit: In oībus enim iis quorꝝ ſubſtantia in materia eſt, plura eſſe atq; infinita videmus ea quæ ſunt eiuſdē ſpeciei. Et hoc ratione etiā patet: primo vt expoſitor ſentit, quia cū materia ſignata nō ſit de ratione ſpeciei, ratio ſpēi poteſt indifferēter ſaluari ſignata in hac & in illa, & ita plura poſſunt eſſe indiuidua eiuſdem ſpeciei. Secūdo quia materia ipſa eſt multiplex ptāte, quare ſi forma eſt in materia poſſunt eiuſdē ſpēi formæ eſſe

F in eadem materia. Demum ſuſpenſionem finiens cōcluſionem ſubſcribit dicēs: Quare aut plures ſunt cœli, aut plures eſſe poſſunt. Tūc epilogat & inqt: Ex is igitur ſumet quiſpiā & eſſe plures cœlos, ſi omnis forma in materia actu eſt in pluribus materiis: & plures cœlos eſſe poſſe, ſi non actu ſed poteſtate forma in materia plura quærat indiuidua.

Expoſitio. Decīo ma.

HAEC eſt quæſtio Ariſto. oīum (vt mihi videt) difficillima, quod etiā Auer. teſtat ex eo quia hæc quæſtio fecit dubitare Galenum: & debes ſcire q̄ Auer. ſummatim rōnem qōnis format alio modo, & pōt literæ cōuenire, licet remote: ordinē vero in verbis Ariſt. nullatenus ꝓcepit, propterea verba expoſuit cōfuſe, cuius expoſitioni non eſt confidendum, qcquid tm̄ ſit ſyll's eius eſt hoc modo: Omne corpus naturale & ſenſile cōponitur ex materia & forma: cœlū eſt corpus naturale ac ſenſile: igit eſt cōpoſitum ex materia & forma. Secūdus ſyll's huic ſubacceptus eſt: Omne cōpoſitū ex materia & forma, aut actu ſub eadē ſpecie multiplicatur, aut eſt multiplicari poſſe. Sed ꝑ cōcluſionē præcedētis ſyll'i G cœlum cōponitur ex materia & forma. Igit aut actu ſub eadem ſpē multiplicatur, aut multiplicari poteſt. Maior huius ſecūdi ſyll'i declaratur ab Auer. qa forma quo forma, apta eſt ꝑdicari & eē in pluribus: nam vſitas ipſa eſt rōne formæ, indiuidualitas vero rōne materiæ. Modo hæc eſt vſis definitio, videlicet ꝑdicari & eſſe in pluribus. Forma aūt ipſa eſt vſe ſiue ſubiectū ſiue fundamētum vſitatis, & ſic forma cœli eſt aut eſſe poteſt in pluribus materiis. Vocat autem Auer. formam ſubiectum ſiue fundamētum vſitatis, primo qa eſt fundamētū ſimilitudinis & cōueniētiæ in qua cōſiſtit vſitas ipſa. Secūdo quia eſt fundamētum intelligibilitatis: oē enim intelligibile ob formā eius intelligit, cum eius materia impediat cognitio. Tertio quia eſt ꝑ ſe cauſa eſſendi, at materia eſt ꝑ ſe cauſa priuationis, ꝑ accidēs vero eēndi. Sunt & aliæ cauſæ, ſed hæ ſufficiunt. Maior ſyll'i primi fuit, q̄ oē ſenſile atq; naturale cōponitur ex materia & forma, & in hac laborat Auer. per totum cōmentū. Vbi debes ſcire, q̄ rergꝝ aliæ ſunt penitus intellectiles, ceu formæ puræ, deus videlicet &

Quę Auer. Cōmē. 92.

Quod forma ſit ſubiectum ſiue fundamentū uſitatis.

I intellectus orbiũ:aliæ ſenſibiles oĩno, vt cõpoſita ſingularia, quo ſunt ſingularia,aliæ intellectiles & ſenſiles,vt cõpoſita ex materia & forma nam ratione materiæ ſunt ſenſilia, ratione vero formæ ſunt intelligibilia atq; vtra. Quibus verificatur maior,videlicet q̃ omne corpus ſenſile cõponitur ex materia & forma:materia quidem,qua reddat ſenſile forma vero qua reddat intellectile. Sed iuniores rõnabiliter dubitauerũt,videtur enim q̃ materia nõ ſit cauſa ſenſibilitatis:eſſet enim ipſa magis ſenſilis:propter quod nãq; vnumquodq; tale eſt,illud magis tale erit.Secũdo omne quod ſentit mouet ſenſum,ſed mouere & agere eſt rõne formæ, igit non ratione materiæ, ſed rõne formæ res ſentit. Sunt qui non imperite ſentiũt aliud eſſe rõnem ſentiendi,& conditionem rei ſenſilis:ratio enim ſentiẽdi eſt forma,quoniam ipſa eſt ratio aſſimilãdi & agendi in aliud:cõditio vero mouẽtis & ſenſilis eſt materia, primo quia materia ipſa reddit corpus quãtum,ſecũdo quia ipſa reddit ſenſile indiuiduũ,tertio K quia eadem reddit corpus quale.Hæc.n.tria,videlicet quantitas,ſingularitas,atq; qualitas, conditiones ſunt mouentis & rei quæ ſentitur. Secus eſt in ipſa intellectione: nã forma eſt ratio & cõditio mouẽdi intellectum, quia ipſa eſt vt̃e, & ratio & cõditio qua ipſa res intelligit:& tũc ad primam patet.Ipſa.n.materia nõ eſt cauſa qua res ſentit, ſed conditio ſine qua nõ.Ad ſecũdum patet ſolutio, ipſa enim forma eſt ratio ſentiẽdi,& materia cõditio.Vere licet forma ſit ratio, & materia cõditio,neutra tñ ſentit:illa.n.ratio ſentiendi ſenſilis eſt.Hæc autẽ conditio eius quod ſentit,quæ non ſentit. Sed Auer.ſylm qõnis ſoluit,& videt ſua ſolutio ſuperflua, quia Ariſt.poſtea dabit:fecit tñ illam nõ inutiliter propter iuuenes.Eſt igitur ſolutio q̃ maior debet ſic intelligi,q̃ omne cõpoſitum ex materia & forma eſt aut actu numeratum ſub eadẽ ſpecie,aut multiplicari aptum ratione formæ: quo fit vt cœlum ſiue mundus ipſe ſit aptus ratione ſuæ formæ multiplicari,nõ autem ratione materiæ, ꝓpter.n. vltatem formæ poſſunt eſſe plures, defectu vero materiæ nõ eſt niſi vnus numero tm̃. Quod vero ad verba attinet,Ariſt.dixit ſiue ſint ſpẽs & reliqua,vt ait Auer. ꝓpter duas põnes,vtpote propter poſitionẽ Platonis qui cõcedit ideas,& propter opinionem Ariſ.nã iuxta vtraſq; idẽ euenit: iuxta Platonẽ quidem,quia voluit mũdum factum eſſe ab ipſo primo opifice ad exẽplar mũdi intellectilis, quia idea eſt mundi: modo vnũ exemplar nihil ꝓhibet eſſe pluriũ exemplatorũ. Iuxta Ariſ.vero quia mundus ex materia eſt & forma,quæ eſt apta eſſe in multis materiis.Sed dices, Ariſ. ꝓbans in oĩ ſenſili eſſe aliud formã, & hanc formam, vtitur inductione incõpleta non in oĩbus ſpeciebus,ſed ſolum in ſphæra & circulo.Rñdet q̃ hoc ſufficit,quia nõ oportet vt oẽs ſpecies inducantur,quia eſſet petitio principii, cũ deueniret ad ſpẽm M de qua eſt quæſtio. Demũ Auer.in calce cõmenti valde magni facit qõnem & rõnem hanc,primo ex parte rei,qa mundus ipſe ex materia cõſtat,& omne ex materia cõſtans põt eſſe plus vno in ſua ſpecie.Secũdo ex parte noſtra,quia extra hũc mundum poſſumus imaginari vacuũ, in quo plures eſſe mũdos nihil ꝓhibet fingi:quare ex parte vtraq; in eadẽ ſpecie plures eẽ mundos poſſe videt. Aſtipulat huic, qa hæc poſitio induxit plures dicere vacuũ. Secũdo quia hæc poſitio coegit loquentes ſuæ legis ponere vacuũ eſſe primũ intellectũ:nã cum ipſi imaginabant mundos eſſe plures a deo creatos,& non poſſunt creari mũdi niſi det vacuum,cõcludebant vacuũ eſſe prius intelligibile q̃ mundus ſit factus a deo:& hoc totũ dixerũt credentes imaginationẽ eſſe intellectum,& ſic videt efficax hæc ratio. Sed Auer.rñdet ratione ſuorũ theologorũ,& inquit:Hoc neceſſariũ eſt dicenti q̃ mundus eſt poſtq̃ non fuit:& ſic apud Auer.illa cõſequentia valet,dato q̃ mũdus de nouo incepit, Aliter ipſe negat illã.Sed de illa cõſequentia lege Auer. phyſicæ auſcultationis.4.cõ.6.& 3.huius cõ. 29.& in lib.deſtru.deſtru. diſpu. prima, in ſolutione.18.vbi deductionẽ põtiæ accuratæ ſcripſimus.Hæc ex cõmẽto ad expoſitionẽ literæ collegimus.

ET LICET ſuperius diſputauimus de cauſa multiplicationis indiuiduorũ ſub eadem ſpecie,adhuc ꝓpter nõnullos ſtudioſos iuuenes diſputemus peripatetice, cauſam multiplicationis indiuiduorũ in eadem ſpecie.Expoſitor vñr opinat peripatetice ſentiẽdo,in ſempiternis nõ poſſe eſſe plus vno indiuiduo in ſpecie:dico vñr,quia tam in corporibus, vt de ſtellis,q̃ in ſeparatis,vt ſunt ipſi intellectus ſeparati. Mouet autem S.Tho.noſter peripatetice ſentiendo,ex eo quia cauſa multiplicationis indiuidui in eadem ſpecie, eſt cõſtare ex materia vti ex ſui parte,& cũ contrariorũ cõtrariæ ſint cauſæ,ſit vt cauſa:quare in ſempiternis non eſt plus vno indiuiduo in ſpecie,quod poſſit carere materia: & ita participare materia eſt cauſa multiplicationis.eſſe vero expers materiæ eſt cauſa vnitatis.De hac cauſa legimus textum Ariſ.in.12. meta. Sed aduerſus hanc poſitionem q̃dam obiiciũt, prĩo quia aĩæ poſt mortem carent materia, & tñ ſunt plures ſub eadem ſpecie.Secundo nulla cauſa priuatiua eſt cauſa effectus poſitiui,ſed carentia materiæ eſt cauſa priuatiua, igitur nõ eſt cauſa vnitatis indiuidui ſub eadem ſpecie, quæ eſt res poſitiua.Tertio ſi carere materia eſſet cauſa q̃ tota ſpecies ſaluaret in vno indiuiduo. tũc vnum numero indiuiduũ haberet vniuerſam ſuæ ſpecie pfectionem:ſed vniuerſa ſpeciei perfectio eſt infinita:igit illud eſſet infinitæ perfectionis.Vltimo Auer.2.huius cõ.49. velle videt contra Aui. oẽs orbes eſſe eiuſdem ſpeciei,qa ſunt ſempiterni & carẽt materia: igit in ſempiternis & materia carentibus eſſe poteſt plurium indiuiduorũ multiplicatio ſub eadẽ ſpecie. His rõnibus qui dã ſentiũt ad mentẽ peripateticorũ,ĩmediatã cãm quare ſint vel eſſe poſſint,vel plura indiuidua ſub eadem ſpecie, eſſe cõtingentiã.Nam cũ contingens natura ea ſit quæ eſſe & nõ eſſe poteſt,igit eius ſunt vel poſſunt eẽ plura indiuidua. Vnitatis vero cãm ſub eadẽ ſpecie eſſe aiunt ſempiternitatẽ & neceſſitatem.quia oẽ poſſe in natura neceſſaria actu eſt igit cũ in ſempiterno & neceſſario ſpẽs poſſit ſaluari in vnico in diuiduo,& vnico indiuiduo nõ repugnat perfectio tota ſuæ ſpẽi,erit tota ſpẽs actu & neceſſario in vno indiuiduo,& ſic in nullo alio eiuſdẽ ſpẽi. Secus aũt theologice ſentiẽdo,cũ enim catholici mũdos & intelligẽtias ponãt cõtingẽtes ex ĩpio volũtatis opificis, ſit vt plures & mũdi & intelligẽtiæ ſint vel eſſe poſſint in eadẽ ſpẽ.Hæc qdã. Sed hæc põ pace horũ dixerim nõ eſt pipatetica,nã peripatetici cõtingẽtiam nõ dicũt cãm multiplicationis,cũ ipſa ſit modus entis ſeq̃ns, ipſum ens,ꝓpea qa illud materia participat.vnde Ariſto in lib.de interpretatione,inq̃t:Cõtingẽs eſt rõne potẽtiæ, & potẽtia eſt talis rõne materiæ,igit cõtingẽs eſt modus entis ratione materiæ.& ſic nõ videtur cauſa pluralitatis ſub eadẽ ſpeciæ,ſed potius cõditio ſiue modus illorũ. Et ſic peripatice ſentiẽdo videt eſſe dicendum, naturam poſſe pluribus cõicari,ex eo quia eius indiuidua participãt materia,quam hac ratione Plato interdum infinitudinem appellauit:cõtra vero natura non pluribus communicatur,ex eo quia illius indiuiduum materiæ eſt expers: cuius poſitionis eſt Auer. vbique:potiſſimum in lib.de ſubſtantia orbis vltimo capite. Cum enim indiuiduum materia participat, eſt corruptibile, & ita oportet eſſe plura actu vel ſucceſſione, ne ſpecies ipſa pereat omnino:& etiam quia eius materia eſt poteſtate plures formæ eiuſdem ſpeciei. Ex hoc apparet illos erraſſe, qui aſſignauerunt nõ cauſam immo effectum pro cauſa:materia enim eſt cauſa contingentiæ & multitudinis, quicquid ſit theologice ſentiendo, quo modo nunc non loquimur: contra vero quando ipſa natura materiæ expers, ipſa eſt ſui eſſentia indiuiduum & ſpecies, & ita nec eſt nec eſſe poteſt plus vna in ſpecie. Ex hoc ſequitur vnum eſſe indiuiduum in æternis, non propter materiæ carentiam, ſed ob eſſentiam naturæ,quæ in ſeipſa eſt hæc & indiuidua,& non participatiue,licet hoc deprehendatur a nobis propter materiæ carentiam. Tunc ad rationes illorum & ad primam, nondum certum habemus ad mentem peripateticorum & maxime Ariſtoteles quid de animabus poſt mortem ſit aſſerendum,

N Queſtio de multiplicatione indiuiduorum ſub eadem ſpecie

Põ. S. Th Rõ. S. Th.

Replic quę rũndam,

O

põ quorun dam,

p

Cõfutatio

Põ propria

Q

Qualis error quorũ dam.

Solo rõnũ illorum.

A rendũ,& propterea in lib.de intellectu perquiratur. Ad ſecundum patet ſolutio,illa enim carentia non eſt cauſa vnitatis ſed eſſentia incõmunicabilis,quæ ſic cognoſcitur eſſe propter materiæ carentiam,vt dictum eſt. Ad tertium nihil dubium eſt,ꝙ quodlibet indiuiduum illius eſt infinitum ſecundum quid in ſua ſpecie, nec propter hoc dicunt illi contra Ariſto.quia quodlibet illorum eſt ſimpliciter finitum. Ad illud Auerrois dicemus ſecundo huius,vbi opinionem Auerrois bene explicabimus.Hæc pauca nunc ſatis.

At conſiderandum rurſus eſt,quid nam horũ recte quidq; non recte dicatur. Alteram igitur eſſe rationem ſine materia et in materia formæ recte dicitur,ſitq; hoc uerũ,nulla tamen ob hoc mundos aut eſſe,aut plures eſſe poſſe neceſsitas eſt,ſi hic uniuerſa ex materia conſtat,ut conſtat profecto.

Expoſitio. Reſpondet Ariſto.& poſtea reſponſionem declarat: breB uiter igitur ad argumentum Ariſto. concedit concluſionem primi ſyllogiſmi,& ita totum primum ſyllogiſmum,videlicet ꝙ in mũdo alia ſit ratio formæ,& formæ in materia. De ſecũdo ſyllogiſmo vult maiorẽ eſſe limitandã,dicebatur.n. ſic:oẽ corpus cuius ratio formæ eſt alia quatenus eſt forma & quatenus ī materia,eſt plus vno in ſpecie. vult ꝙ hæc maior ſit vera,modo nõ conſtet illud ex vniuerſa ſua materia: vbi vero ex vniuerſa materia conſtabit, non oportet illud eſſe plus vno in ſpecie:& ſic eſt in propoſito. Mundus.n.cõſtat(vt dicetur)ex tota ſua materia, ideo eſſe nõ poteſt plus vno in ſpecie,quo fit vt ſi ſyllogiſmus ſecundns ſic intelligatur,illius maior eſt vera & minor falſa, inquit: At conſiderãdum rurſus eſt,quid nam horum recte,quidq; non recte dicatur.Hæc eſt intentio, deinde de ſolutione proſequitur,& inquit:Altera igitur eſſe rationem ſine materia & in materia formæ,de ipſo mundo recte dicitur, ſitq; hoc verum,& ita
C totus primus ſyllogiſmus concedatur. De ſecundo ſyllogiſmo inquit : Nulla tamen ob hoc mundos aut eſſe aut plures eſſe poſſe neceſſitas eſt & ſic negatur concluſio ſecundi ſyllogiſmi,quia maior eſt limitanda,cuius limitationem inquit: Si hic mundus ex vniuerſa materia conſte , vt conſtat profecto.q.d.ſi pro quia conſtat in rei veritate,& hoc modo limitata maiore negatur minor,& ita negabitur concluſio,& ſic
Quę Auer. cõmẽ.93. ad formam argumenti patet ſolutio. Auer. autem præter hoc ꝙ nõnulla verba ſuæ translationis obſeruat , quæ non ſunt in codicibus græcis,quo ad rem ipſam recte ſentit,vult enim ꝙ concluſio primi ſyllogiſmi,videlicet mundus componitur ex materia & forma,ſit vera & ſic totus primus ſyllogiſmus. De ſecũdo dicit ꝙ maior debet ſic intelligi: Omne compoſitum ex materia & forma eſt plus vno in ſpecie, quoties conſtat ex parte materiæ, & non ex tota:modo in propoſitio mundus ex tota conſtat materia,& non ex parte:propterea non ſequitur poſſe eſſe , aut eſſe plures vno in
D eadem ſpecie Hæc Auerro.quæ ad rem ipſam vera ſunt, licet non multum ad verba Ariſto.vt diximus.

Fiet autem forſitan hoc modo id quod dictũ eſt magis manifeſtum,nam ſi ſimitas , concauitas eſt in naſo aut in carne, caroq; materia eſt ſimitatis:ſi omnibus ex carnibus una efficiatur caro,atq; in hac exiſteret ſimitas ipſa,nullum profecto aliud ſimum aut eſſet aut fore poſſet. Simili quoq; modo ſi materia in homine caro eſt atq; oſſa, ſi uniuerſa ex carne omnibuſque ex oſſibus homo exoriretur , modo hæc minime diſſolui poſſint ,alius nimirum homo eſſe non poterit. Similiter autem & in cæteris id genus.

Expoſitio. Conceſſit Ariſtoteles in aliquo rationem formæ, & huius formæ eſſe aliud,& nõ eſſe in ſpecie multiplex,& hoc ſi ex vniuerſa conſtiterit materia:vero ex parte materiæ conſtiterit,oĩno erit in ſua ſpecie multiplex numero , hoc nunc E explanat exemplis, & non quidem exemplis quæ ſunt aut eſſe poſſunt,ſed exemplis quæ poſſunt intelligi eſſe : ne videlicet de re ipſa accidat quæſtio, & ideo fingit exempla:& etiam quia vniuerſale (vt logici ſentiunt) ſe extendit ad ea quæ ſunt , aut eſſe poſſunt,aut intelligi eſſe,& quæ ait translatione ipſa perſpicua ſunt. Sed quod ad verba attinet, Ariſtoteles adiecit. Modo hæc minime diſſolui poſſunt , quia ſi diſſolui poſſunt,ex ipſo homine corrupto poſſet alius homo eſſe , ceu ex diſſoluta arca , ex eiſdem lignis fieri poteſt alia arca. Hoc autem ſuppleuit propter propoſitionem Empedoclis , qui vnum mundum generat ex alterius corruptione : & propter hæc animaduertit Simplicius duas eſſe conditiones , quibus non poſſit eſſe plus vno numero indiuiduo in ſua ſpecie: prima eſt vt conſtet ex tota ſua materia , ſecunda vt ſit ſempiternum : phœnix enim ex tota eius conſtat materia,ſed quia corruptibilis eſt,plures phœF nices eſſe poterunt ſaltem ſucceſſione & reditu. Auerroes Quę Auer. autem enititur exponere verba ſuæ translationis , vt quid cõmẽ.94. per membrum , quidve per locum Ariſtoteles voluerit, & laborat fruſtra , cum nullum horum verborum reperiatur in noſtris græcis codicibus. Secundo voluit Ariſtotelem in litera noſtra accepiſſe hæc conuerti , Omne conſtans ex tota ſua materia eſt vnum numero tantum in ſua ſpecie , & omne vnum numero tantum in ſua ſpecie conſtat ex tota ſua materia : & etiam textui non conuenit,cum nihil Ariſtoteles meminerit taliꝰ conuerſionis. Sed ambæ ſunt vere , licet textui non conueniant. Sed obiicies quia Dubõ in dicto Aue. non videtur vera illa , omne vnum numero conſtat ex tota ſua materia : nam Deus vnus eſt numero , qui tamen nec ex tota eius materia , nec ex parte conſtat , cum nulla ſit ex materia. Fortaſſe verbum Auerrois eſt verum dumtaxat in his quæ de materia prodeunt qualis non eſt Deus benedictus, nec intellectus vllus. Tertio aliquantulum di- Digreſ. grediendo ſumit duo , quorum primum eſt: Si aliquod in- Auer. diuiduum conſtat ex tota ſua materia , non poteſt eſſe plus vno numero in ſua ſpecie . Secundum eſt: Quod ſi materia nõ ẽ tota in vno indiuiduo ſed illius aliqua pars,eſſe poſſunt plura in illa ſpecie , quia ſecundum vnam partem in vno erit , ſecundum aliam in alio . Ex his infert primo infinita poſſe eſſe indiuidua in eadem ſpecie , modo nullum illorum conſtet ex tota ſua materia. Nam materia eſt quanta in terminata quantitate , & ita eſt multa , immo infinita poteſtate , & ſic partitione materiæ infinita eſſe poterunt indiuidua. Infert ſecundo ꝙ licet infinita eſſe poſſunt , actu tamen ſemper numero ſunt finita : quia tota materia intra concauum continetur lunare , quæ cum finita ſit , non niſi finitorum erit capax actu.Ex his procedit ad probandum vnicum numero eſſe mundum: Nam omne indiuiduum quod eſt plus vno numero in ſua ſpecie , eſt pars alterius mundi, quia eſt in parte materiæ, quæ eſt pars totius mundi , vt dixit.At hic mundus non eſt pars alterius,aliter eſſet proceſſus in infinitum.Igitur eſt vnicus numero in ſua ſpecie. Hæc H ex cõmen.colligi poſſunt.

Omnino itaq; quorum ſubſtãtia in ſubiecta quadam eſt materia,eorum nihil exoriri poterit , niſi ex aliqua conſtiterit materia. At cœlum eſt quidem ſingulare,& ex materia conſtat , ſed quia non ex parte ipſius,ſed ex uniuerſa conſtat,fit ut quáuis ratio cœli,& huius cœli ſit alia,nullum tamen aliud erit,aut plures fieri poſſent , propterea ꝙ hoc omnem comprehenderit materiam.

Ex his Ariſtoteles cõuertit ſyl̃m ad oppoſitũ hoc modo: Expoſitio. Omne ſingulare cõſtãs ex tota ſua materia eſt vnũ numero

I tantũ in ſua ſpecie. Mũdus eſt ſingulare cõſtans ex vniuerſa eius materia. Igit vnus numero tantũ, & qa Ariſto. videt qſi rationẽ cõuertere, ideo tranſtuli verbũ illud γὰρ itaq, & nõ
Que Aue. cõmẽ. 95. quaſi reddat cauſam. Quod vero ad uerba attinet, dubium videtur qd Ariſtoteles per cœlũ quod græce eſt οὐρανὸς, velit. Reſpõdet Auerroes q Ariſtoteles poteſt intelligere vniuerſum mundum, & quintum corpus: & ſi intelligit vniuerſum, ſic materia mũdi erunt elemẽta, forma vero corpus ipſum quintum: eſt enim corpus quintũ forma elemẽtorũ, tum quia perficit elemẽta præbendo eſſe & operationẽ, tum ſecundo quia quintũ corpus eſt præſtabilius, omne enim præſtabilius alio eſt vt forma reſpectu illius, vt tertio de anima docet Auerroes cõm. 36. & ſic mũdus cõponitur ex quaſi materia, & quaſi forma. Quæ ratio docet mundum cõſtare ex tota eius materia, qm̃ ex omnibus elemẽtis: nullũ nãq elemẽtũ eſſe poteſt, quin ſit pars huius mundi, & ita conſtat ex tota eius materia. Quare merito quinti corporis mũdus
K poſſet multiplicari, quia poteſt quintũ corpus perficere infinita elementa, ſed defectu elementorũ, quæ eſſe non poſſunt extra hunc mũdum, vnius tantũ numero mundus eſt. Sed ſi per cœlum intelligit quintum corpus, dictum Ariſtotelis ſtare non poteſt, nã cœlum vt ſic non habet materiã, quia eſſet corruptibile, vt Ariſtoteles declarauit: & ſic patet expoſitio Auerrois. Sed vtrum hæc expoſitio ſit bona, poſterius dicemus. Mouet autẽ qõnem Auerroes (accepit enim cœlum
Queſtio Auer. ſumptum pro corpore quinto nõ cõponi ex materia & forma) & obiicit nunc cõtra, qa cœlũ illo mõ eſt res ſenſilis & intellectilis: aut igitur p eandẽ naturã eſt intellectile & ſenſile, aut p aliã atq aliã: non p eandẽ, qa tunc res qua ſentit eſſet res quæ intelligit, contra ea quæ diximus: ſi alia atq alia, cum natura qua ſit ſenſile ſit materia, & natura qua eſt intel-
Sol. Auer. lectile ſit forma, conſtabit e materia & forma: & ita erit corruptibile & genitum veluti omne corpus naturale. Reſpondet Auer. & concedit totum, videlicet cœlum ipſum cõponi
L ex mã & forma, quatenus cœli forma eſt ĩtellectus & cœli materia eſt corpus recipiens illum: quæ natura recipiẽs nõ eſt p ſe ſecluſa intelligẽtia in actu, ſed materia corporis cœleſtis animati quod eſt actu. Vt igitur hõ cõponitur ex anima & corpore, quod corpus ſecluſa anima non eſt in actu, & cum anima eſt materia in actu hominis: & ſic cœlũ eſt aĩal ex anima & corpore, quod corpus ſecluſa intelligentia eſt non in actu, ſed bene cum intelligẽtia materia actu animalis
Replica. cœleſtis. Sed replicabis, qa tunc ſecluſa intelligentia a cœlo, ipſum non eſſet intellectile. Reſponſio innuit & concedit q ſecluſa intelligentia illa, materia non eſt intellectilis, ĩmo vt cõmunis materia non eſt intellectilis niſi per analogiã ad eius formã, ita cœlum nõ eſt intellectile niſi per reſpectũ ad eius ãnimã, & ita vt cõmunis materia nec eſt, nec eſt in rerũ natura abſq forma, nec eſt intellectilis, ſic cœleſtis illa materia nec eſſet, nec eſſet intellectilis abſq intelligentia: & propterea intellectus ille agit per corpus cœleſte, quatenus eſt
Replica. M. ſubiectum illius, vt de cõmuni dicitur materia. Sed adhuc replicabis, qa ſi ita ſe habet corpus cœleſte ad intelligentiã vt materia cõmunis ad formam, tunc corpus cœleſte eſſet in
Reſpõſio potentia, & ita poſſibile non eſſe. Reſpondet q vtraq materia eſt potentia, ſed aliter & aliter: cõmunis quidẽ materia eſt potentia ad vtrũq, videlicet ad eſſe & nõ eſſe: & propterea illa dicitur materia in potẽtia abſolute: cœleſtis vero eſt potentia ſm dimidiũ, vtpote ad eſſe tantum, & ideo dicitur materia in actu reſpectu cœli: & ꝓpter hoc diximus vtraſq materias eſſe eiuſdem ſpeciei potentiæ in ratione metaphyſica, non autem in ratione phyſica. Sed adhuc dices, nõne
Replica. Reſpõſio. in cœlo eſt aliqua potẽtia ad vtrũq? Reſpõdet in cœlo eſſe potentiã ſm vtrũq ratione habita ad motum, non autem ratione habita ad formã: hinc concludit cœlum eſſe neutrũ non cõpoſitum ex materia & forma eiuſdem rationis phyſicæ, quia tunc eſſet graue vel leue, & ita corruptibile, & ſed eſt cõpoſitum ex materia & forma alterius rationis, vt dictum eſt. Quod vero ad verba attinet, Auerroes in ſuis trã-

ſlationibus habebat: Si igitur nõ fuerit cõpoſitum ex medie N
tate materiæ ſuæ ſed ex tota, erit tunc vnum. & tunc laborat exponere cur dixit ex medietate ſignanter. Vbi debes ſcire q medium aliquando accipitur pro altera parte alteri æquali, quæ dimidium dicitur totius: & hoc modo vult Ariſtotelem medium non ſumpſiſſe, nam Socrates & Plato non cõponuntur ex mediis materiis ſumptis mediis pro dimidiis, qa tũc nõ poſſet eſſe tertius homo præter ambos illos, nec alter altero poſſet eſſe maior, & ita non præciſe ex mediis materiis conſtant. Aliquãdo vero ſumitur pro parte vt idem ſit medium quod pars totius, ita vt diſtinguatur cõtra totum, & ſic ſumpſit hic, & ita eſt ſenſus. Si igitur non fuerit compoſitum ex medietate, hoc eſt, parte materiæ, ſed ex tota, tunc vnum tantum eſt, & hoc modo loquitur hic, nec eſt mirum, quia vt non ex qualibet qualitate eſt ens, ſic nec ex
Qualis obſeruatio Auer. qualibet quãtitate. Sed hæc Auerrois obſeruatio vera eſt, ſed ꝓficiſcitur ex malis translationibus: in codicibus enim græcis nulla eſt hæc conſideratio. Animaduerſione dignũ O
Qualis de mon. hęc. (vt Auerroes indicat) demonſtrationẽ hac differre ab aliis, videlicet ab ea quæ proceſſit ex motu terræ, & ab ea quæ fuit ex loco ignis, quia hæc eſt propter quid & cauſam affe-rens: illæ vero demonſtrationes ſunt ſigni, quia omnis demonſtratio ducens ad ĩpoſſibile dicitur ſigni. Vnde demõſtratio huius loci eſt, omne indiuiduũ conſtans ex tota eius materia eſt vnum numero tantum in ſua ſpecie, cœlum ſiue mundus conſtat ex tota ſua materia, igitur vnũ numero tantum. Addit tamen q minor huius poteſt declarari per illas, quia mundũ conſtare ex tota ſua materia, ex eo patet quia non poteſt eſſe extra hunc mundum aliquod elemẽtorum, vt per illas rationes conſtat, & ſic dictæ demonſtrationes dant mundum eſſe vnum tantum, hæc vero cauſam illius affert. Quare congregãdo utraſq vel omnes ſimul, erit ſumma certitudo. Hæc Auerro.

SED circa hæc qrũt vtrũ vnus ſit tm̃ mũdus, ita vt nec ſint Quæſtio de multitudine mundorum. nec poſſint eſſe plures, & ſolet argui, q ſint vel poſſint eſſe plures. Primo mũdus eſt effectus dei etiã apud ꝑipateticos, P
vt in libro deſtructionũ, & potẽtia dei cũ ſit infinita nõ determinatur ad hunc vnũ ſolũ mundũ, igit põt facere alios.

Secundo, quanto ſpecies eſt nobilior tanto eſt pollentior: mundus eſt ſpecies nobilior ſpecie hominis vel æqui: igitur poteſt perficere plura indiuidua, quã illa hominis aut æqui.

Tertio, melius eſt multiplicare optima quã ea quæ ſunt minus bona, mundus eſt optimum quid, igitur melius eſt ponere plures mundos quã vnum. Quarto, hodie ſunt alia mixta numero, alia quoq elementa q̃ erant antea, & hæc ſunt ipſius mundi partes, quibus non manentibus eiuſdem videtur etiam q mundus nõ maneat idem, quare plures eſſe poſſunt ſucceſſiue. Circa quæſtionem hanc variæ ſunt poſitiones, Põnes de mundorũ multitu. & omnes reducuntur ad duas: nam qui de ipſo mundo loquuntur, aut vnum numero mundum arbitrantur, vt eſt poſitio Ariſtotelis: aut plures mundos. Si plures, ſunt poſitiones. Alij enim dixerunt infinitos eſſe mundos eiuſdem ſpeciei, intelligẽtes per mundos hominis ipſius indiuidua, nam
Q homo ipſe microcoſmus dicitur, hoc eſt, paruus mũdus, qđ fortaſſe Anaximenes & Democritus voluerunt dicere. Alij Anaxime. & Democriti põ. dixerunt mundos eiuſdem ſpeciei eſſe plures, ſumẽtes mundum pro elementario hoc ſenſili mundo, qui intra lunarem orbem continetur: nõ quidem ſimul ſed ſucceſſione, & hoc Empedocles ſentit, hunc mundũ concordia & diſcordia fieri & corrũpi aſſerens. Quod etiã magni ſtellarũ ſcriptores Empedoclis põ. Põ aſtron. affirmant, dicentes hunc mundum variari ſtellarũ motu, vt etiam Ariſtoteles credit in libro meteororum. Iſti enim ſunt qui probant mutationes rerũ & diluuia, ex cõiunctionibus ſtellarũ maxime Saturni & Iouis atq Martis proficiſci, in quibus & miſta omnia ad elemẽta, & elementa ad materiã fere reſolui contendunt. Plato autem mundũ hunc corrumpi, & Põ Plato. de nouo fieri autumat ſingulis triginta ſex milibus annorũ: quo tẽpore completur reuolutio maximi orbis. Alii ſunt qui plures mũdos dicunt inter ſe eccentricos eiuſdẽ ſpeciei

A ac naturæ ſolo numero inter ſe differentes, æque perfectos tum molentum qualitate atq; virtute: & hi ſunt Democritus & Anaximenes, vt Ariſtoteles recitat: quod etiam Plato videtur affirmare ex eo, quia vno exemplo plura eſſe poſſunt exemplata. Qui igitur mundos eiuſdem ſpeciei arbitrentur, tot ſunt. Contra vltimos obiecit Ariſtoteles pluribus rationibus, vt circa literæ cōmētationes viſum eſt: at contra primos rationes Ariſtotelis nullæ ſunt. Qui vero plures mundos alterius ſpeciei eſſe arbitrantur, hi ſunt Anaxagorei, & Platonici, qui trifaram coſmon diſtinguunt: alius quidē eſt intellectilis, alius ſenſilis, inter hos medius eſt cœleſtis. Intellectilis quidem is eſt, qui omnibus intelligentijs nexus eſt: cœleſtis vero is, qui omnibus orbibus congregatur: ſenſilis & elementarius, qui elementis & miſtis conſtat. Sunt autem hi mundi hoc ordine ſeſe habētes, vt nihil ſit in vno quin ſit in alio: vt quod in elementario, eſt ignis, in cœlo eſt mars, in angelico eſt Seraphin. quod in elementario eſt aqua, in cœ-

B lo eſt luna, in angelico eſt Cherubin, & in cæteris id genus ſimiliter, qua ratione dixit fortaſſe Anaxagoras quodlibet eſſe in quolibet, quatenus quicquid in vno eſt, in alio etiam erit. Nec etiam cōtra hos rationes Ariſtotelis valent, vt omnibus perſpicuū eſt: nec enim hec Ariſtoteles ipſe negaſſet, immo vbiq; concedit. Hæc ſunt quæ de mundorum multitudine dici poſſunt. Id vero eſt quæſtione dignū, vtrū Deus ipſe poſſet facere plures mundos eccentricos æque perfectos, & eiuſdem ſpeciei. Sed quia noſter expoſitor Thomas non minus theologus q̄ philoſophus, in cōmentationibus huius loci aperte defendit mundos nec eſſe plures actu, nec poſſe eſſe etiam per dei potētiam: hoc nunc nobis ſufficiat, quia theologica eſt diſputatio. Tunc ad rationes vt ad primam, dici poteſt potentiam dei eſſe terminatam apud peripateticos: ſed dato q̄ ſit infinita: dico q̄ licet potētia dei nō ſit terminata ex parte dei, eſt terminata ex parte rei quæ fit: non enim dicitur dei potentia exhauſta, ſi non poſſit homi-

C nem meliorem facere q̄ fecit, quoniā homo non eſt res melius factibilis, ſic etiā non dicitur potentia dei exhauſta, dato q̄ non poſſit facere plures mundos, quia impoſſibilitas eſt ex parte rei. Ad ſecundum dici poteſt, pollentiā & virtutem ſpeciei non conſiſtere in perficiendo plura indiuidua, ſed in melius operādo, vt dicitur tertio de anima, & ita mūdus, q̄ eius operatio eſt melior illa hominis, ideo eſt perfectior. Ad tertiū dici poteſt, eſſe melius multiplicare optima, quando illa multiplicatio non eſt impoſſibilis, ſic enim dij poſſent multiplicari. Ad vltimā dicunt illā rationē probare plures poſſe eſſe mundos ſucceſſiue partialiter, nō autem totaliter, vt dictum eſt. Hæc de quæſtione.

Reliquū igitur eſt id ipſum demōſtrare ex omni naturali atq; ſenſili corpore cōſtitiſſe, ſed primū affe-

D ramus quid nā cœlū ipſum eſſe dicimus, & quotupliciter, ut nobis id certius fiat quod quęrebatur.

Suppoſuerat Ariſto. in qōnis ſolutione, mūdū ipſum ex tota ſua materia cōſtitiſſe, nunc Ariſtoteles vult hoc demonſtrare, & afferens primo intētionē eoꝝ quæ dicturus eſt ac ordinē, inquit: Reliquū igit eſt id ipſum demonſtrare ex omni naturali atq; ſenſili corpore cōſtitiſſe: (erat enim hoc ſuppoſitum, & hæc eſt intentio) ſed primū afferamus quid nam cœlum ipſum eſſe dicimus, & quotupliciter dicatnr: & non temere, hoc. n. præaccipiendum eſt, vt nobis id certius fiat, quod quærebatur. Hic eſt ordo.

Vno igitur modo cœlū dicimus ſubſtātiā ultimę uniuerſi conuerſionis: aut corpus naturale, quod in ultima uniuerſi cōuerſione conſtituitur. Vltimū. n. aç ſupremū corpus, potiſſimū cœlum appellare conſueuimus, in quo omne diuinū inſidere dicimus.

Nunc rē ꝓpoſitā exeqtur, & ponit tres ſignificatus eius q̄d greci οὐρανὸν dicunt, nos vero cœlum. In prima ſignificatione, cœlū eſt ſubſtantia vltimæ conuerſionis totius vniuerſi, vt orbis ſtellatus: dicitur enim vltima conuerſio, quæ E græce eſt periphora, diarius ipſe motus, quo cœlum ipſum. 24. horis fere vniuerſum circuit, Orbis autē ſtellatus eſt ſubſtantia huius vltimæ conuerſionis, quia ſubiectum illius, accepit enim hic οὐσία pro ſubiecto, & ſic primus cœli ſignificatus eſt, quo ſubiectum motus diarij cœlum dicitur. Aut aliter deſcribit dicens: Aut cœlum dicitur corpus naturale, quod in vltima vniuerſi conuerſione conſtituitur: ſunt enim tot cœli periphoræ ſiue conuerſiones, quot ſunt orbes, at cœlum in primo ſignificatu id eſt, quod eſt corpus in vltima conuerſione omnium orbium conſtitutum. Quod ve- Expō uer.

ro ad verba attinet, prima nominis deſcriptio fuit per ſubſtantiā, cuius ratio naturalē rationē tranſcendi, cum ad metaphyſicum ſpectet, propterea aliam expoſitionē adhibuit in eodē ipſius cœli ſignificatu, quæ per corpus naturale eſt, nam hæc naturali ſcientiæ magis conuenit. Probat hanc ſignificationē modo quo ſolent probari nominum interpre-

F rationes, ex conſuetudine videlicet loquendi: nominibus. n. vtendum eſt vt plures, vt dicitur ſecundo libro topicoꝝ, & inquit: Vltimum enim ac ſupremum corpus potiſſimum cœlum appellare conſueuimus, in quo omne diuinum inſidere dicimus: vt ſubſtantiæ immateriales & deus ipſe, dictum enim eſt ſupra omnes homines locum qui ſurſum eſt, dijs tribuiſſe. Sed fortaſſe dubitauerit iunior: nam ſuperius Ariſtote- Dubō.

les locum ignis eſſe dixit ſimpliciter ſurſum, ipſoſq; cœlos nec ſurſum, nec deorſum eſſe, cum ſint grauitatis & leuitatis expertes: at nunc cœlum ſtellatum aſſerit eſſe maxime ſurſum, quia eſt locus omnis diuini. Expoſitor recte ſentit, ſed facilius dici poteſt, ſurſum & deorſum poſſe venire in vſum noſtrum, aut vt ſunt differentiæ poſitionis, aut vt ſunt termini motuum rectorū, vt ſunt differentiæ poſitionis, ſic illud dicitur eſſe maxime ſurſum, quod eſt e centro ipſo maxime remotum: & hoc modo Ariſtoteles loquitur, ſi vt ſunt termini motuum rectorum, ſic locus ignis eſt maxime ſurſum, G

locus terræ maxime deorſum: & ſic locutus eſt in alijs locis, & ſic tollitur contradictio.

Alio modo cœlū illud corpus dicimus, quod eſt proximū ultimę uniuerſi conuerſioni, in quo luna & ſol, nōnullęq; ſtellarū ſunt collocatę: etenim hæc in cœlo eſſe dicimus.

Secūdo mō cœlū ſumit pro ꝓgregato ex oībus orbibus, excepto orbe ſtellato, in quo ſunt duo lumina ſol & luna, & quinq; planetæ. i. ꝓt. Alio mō cœlū illud corpus dicimus, quod eſt ꝓximū vltimæ cōuerſioni totius vniuerſi: hoc eſt, totum aggregatū ex orbibus infra cœlū ſtelliferū, in quo luna & ſol, nōnullæq; ſtellarū ſunt collocatæ, vt quinq; planetæ, quē ſignatū ſili ꝓbat cōſueto mō loquēdi, dicēs. Etenī hæc in cœlo eſſe dicimus, & certū eſt illa nō eſſe in cœlo ſtellifero, ſed infra illud: igitur cœlū etiā poteſt ſumi pro cōtēto infra illud. Quod vero ad verba attinet, verbum illud H

συνεχὲς græce, latine etiā eſt cōtinuū, ꝓpterea dubitant, expoſitores, qa nō videt tale aggregatū eſſe cōtinuū orbi ſtellifero: (Nam cōtinua ſunt, quoꝝ motus eſt vnus) & ſoluunt aſſerentes hæc eſſe continua quo ad nām, quatenus oīa ſunt incorruptibilia, & in orbē mobilia. Sed hæc dubitatio nō eſt neceſſaria, Ariſtoteles. n. etiā interdū verbū συνεχὲς, pro proximo ſumit. & ſic tranſtulimus: qua ratione nulla eſt dubitationis neceſſitas, nulla etiam ſolutionis. Dub. expō Solutio Confuta.

Inſuper etiā alio modo dicimus cœlū, id corpus quod a cōuerſione ultima continetur, quippe cum totum & uniuerſum cœlū dicere conſueuimus.

Vltimo cœlū ſumitur pro corpore, quod ab vltima conuerſione contīnetur, & ſic pro toto mundo: quod etiam ex vſu loquendi probat, quia totum & vniuerſum cœlum dicere cōſueuimus. Quod vero ad verba attinet, Ariſtoteles diarium motum appellauit vltimū, cum alibi appellet primum: Expoſitio. Quę auer. com. 96.

I Vbi Auer. indicat illum esse vltimum & primum: vltimũ quidem pro quanto cæteros continet, & rectos & orbiculares motus omnes: primũ vero quatenus est causa & principium omniũ motuum, vt octauo dicitur physicæ auscultationis.

Sed dices, cum hoc nomen cœlum, de illis tribus dicatur, est ne vniuocum illis, an æquiuocum? Respondet expositor cœlum dici primo & principaliter de suprema sphæra, secũdo de cæteris sphæris quatenus sunt illi primæ proximæ, tertio de vniuersitate corporũ, quatenus continetur ab illa suprema: quæ ratio docet cœlum principaliter dici de suprema. Auerroes autem velle videtur cœlum esse dictum principaliter de vniuerso mundo, & secundo de sphæra vltima, quatenus illa fortasse est principalissima pars totius vniuersi: & tertio de orbibus aliis, vt sunt partes minus principales. Sed illa expositio prima textui conuenit, hæc autem videtur rationi magis conuenire.

K Cum itaq; trifariam cœlũ ipsum dicatur, totum id quod ab vltima conuersione comprehenditur, ex omni naturali sensilique corpore constare necesse est, propterea quia extra cœlum nullum sit corpus, neq; fieri possit.

litio. His præmissis syllogizat propositũ & intendit hunc syllogismum: omnia corpora sensilia sunt vniuersa mundi materia. Mundus constat ex omnibus sensilibus corporibus. Igitur mũdus constat ex tota eius materia. Circa igitur hunc syllogismum præmittit intentionem, quæ est conclusio illius, & vis syllogismi, & inquit: Cum itaq; trifariam cœlum ipsum dicatur, totũ id quod ab vltima conuersione cõprehenditur, ex omni naturali, sensilique corpore constare necesse est. Hæc est intẽtio siue syllogismi cõclusio, propterea quia extra cœlũ nullum sit corpus, neq; fieri possit. Hæc est syllogismi vis.

L Nam si extra ultimam conuersionem corpus sit naturale, ipsum aut simplicium corporum aliquod, aut compositorum, aut secundum naturam, aut præter naturam sese habere necesse est.

ltio. Propositam intentionem syllogizat hypothetice, diuisiue, destructiue, sic: Si aliquod corpus extra vltimã sphæram sit, ipsum erit aut simplex, aut mixtum, aut secundum naturam, aut præter naturã. Sed nullum horum est, neq; esse potest. Igitur extra cœlum vltimũ nullum corpus naturale vel sensile esse potest: huius præmisit disiunctiuam, quæ est maior, & sermo translationibus perspicuus est.

Simplicium quidem igitur nullum erit, demonstratum enim est circulariter delatum suum locum commutare non posse.

xpositio. Probat nunc minorẽ, videlicet q̃ nullum horum sit, quia aut erit corpus quod circulariter fertur, aut leue, aut graue. Primo probat q̃ nõ sit corpus quod circulariter fertur, qa demonstratũ est sexto auscultationis physicæ, corpus quod circulariter fertur nõ posse suũ locũ cõmutare, nisi ſm formã, nõ aũt ſm mãm. Aiaduersione dignũ rationẽ hanc esse sic formandã, si extra vltimũ cœlũ est corpus qđ in orbem fertur, aut est ibi violenter, & hoc quia esset alteri locus ille naturalis: aut naturaliter, & cum quicquid sit naturale vni in diuiduo vnius speciei in simplicibus, illud idem numero sit naturale cuilibet indiuiduo eiusdem, (vt totiens est probatum) locus ille erit etiam naturalis vltimo cœlo nostri mundi: igitur aut ille orbis ad locum nostrũ, aut noster orbis ad locum illius feretur: & quicquid erit, sequitur cœlum posse locum commutare secundum formã & materiam. Cuius destructionẽ indicat Aristoteles dicens: Demonstratũ est enim in sexto physicorũ, circulariter delatum suum locum cõmutare non posse. & ita illud consequens est impossibile.

At neq; id esse potest quod e medio fertur, neq; id quod subsidet, quando quidẽ per naturã ibi non erunt: quippe cum ipsorũ alia sint propria loca. Præter naturã autẽ si sint, alii cupiam corporum exterius ille locus per naturã inerit. Qui nãq; alicui præter naturam competit, alii per naturam insit necesse est: at nullũ præter hæc corpus existit: fieri igitur non potest ut extra cœlũ corporum simplicium aliquod sit collocatum. N

Hactenus q̃ corpus extra vltimum cœlũ, non sit corpus quod in orbem fertur, probatum est: nunc quod neq; sit leue neq; graue probat sic, quia si extra cœlũ sint ignis & terra, erunt ibi aut p̃ naturã aut præter naturã. Per naturã quidem ibi esse non possunt, quia vni corpori nõ est naturali nisi vnus locus: modo. n. oĩbus grauibus assignatus est vt locus naturalis mediũ nostri mũdi, oĩbus vero leuibus vltimũ omniũ concauũ lunæ: quare alia loca præter hæc duo esse nõ possunt illis nãlia. Præter naturã vero minime ibi erunt, quia locus ille exterius alii corpori præter hæc erit naturalis, per regulã traditã superius: modo nullũ tale videtur præter hæc esse: quare extra cœlũ nullũ horũ est. inqt: At neq; id esse potest, qđ e medio feritur, vtpote leue: neq; id quod subsidet, vtpote graue, quãdo quidẽ per naturã ibi nõ erũt. quippe cum ipsorũ alia sint propria loca & naturalia infra, videlicet cœlũ octauũ, leuibus vltimũ lunare, grauibus autẽ medium totius: & impossibile est vni corpori naturaliter cõpetere plus vno loco. Præter naturã aũt si sint, alii cuipiam corporum exterius ille locus per naturã inerit: qui nãq; alicui præter naturã cõpetit, alii p̃ naturã insit necesse est: hæc enim est regula in hoc libro sæpius declarata At nullũ præter hæc tria, videlicet leue & graue & neutrũ existit corpus in rerũ natura, cui inesse possit locus ille. Fieri igitur non potest vt extra cœlũ corporũ simpliciũ aliquod sit. Et in hoc recte expositor sentit, rationes has non valere nisi ex illo, quod superius est demonstratũ vnum, videlicet esse vltimũ, quod est locus naturalis omnium leuium: vnũ etiam mediũ, quod etiam est naturalis locus omnium grauium. Ex hac. n. suppositione rationes hæ vim habent pollentem. Expositio. Laus. S. Tho. O P

Quod si corpus simplex nequeat ibi ullum esse, neq; etiã mixtorũ aliqđ ibidẽ esse poterit. Mixtũ eni si fuerit alicubi, simplex etiã ibidem sit necesse est.

Hactenus q̃ nullum simplex extra cœlũ sit corpus, probatum est: at nunc q̃ nullum sit extra cœlum mixtum probat. Nam si extra cœlum est aliquod corpus mixtum, oportet vt ibidem sit corpus simplex: nam si mixtum fuerit alicubi, simplex etiã ibidem sit necesse est: saltẽ id simplex, quod in illo est mixto. Etiam propter aliam causam, quoniã mixtum & mouetur & est in loco a prædominãte elemento. Igitur in illo loco extra cœlum si fuerit aliquod mixtum, oportet in eodẽ esse simplex prædominans, virtute cuius mouetur & est in loco. Quare cum extra cœlũ nullũ sit simplex, neq; mixtum esse potest vllum: hæc Aristoteles. Aristoteles vero (vt Auerroes sentit) probauit extra cœlum non posse esse aliud cœlum præternaturaliter, quia tunc cõmutaret locũ ferendo se illinc ad locũ cœli nostri. Tacuit aũt (vt Auerroes inquit) probare ibi cœlũ esse nõ posse naturaliter, quia est per se notũ, quod hac ratione p̃batur. Nam si extra cœlũ nostrũ esset aliud cœlũ, esset ibi etiã alius mundus, quod deducit, quia si extra cœlũ nostrũ est aliud cœlum, oportet in medio illius esse terrã fixam circa quã fertur: omne enim quod mouetur, eget quiescente: & si ibi fuerit terra, erit etiã & ignis, &. n. si vnũ cõtrariũ fuerit in rerũ nã, & reliquũ etiã erit. Vltra, si in illo sunt extrema, erũt ibi & media. qre si ibi erit cœlũ, erit etiã alius mundus. Aut melius fortasse id tacuit vtroq;, quia qcquid dicitur, seqtur cœlũ posse locũ mutare: nam si extra cœlũ vltimũ est aliud cœlũ eccentricũ, qđ ibi esse naturaliter si ponat, nostrũ mouebit ad illud, si præternaturaliter, illud mouebit ad nostrũ: quæ ipse subticuit. Q Quæ a

A Deinde Ariſtoteles (vt inquit Auerroes) probat extra cœlum non poſſe eſſe elementa, & debuiſſet præſumere diuiſionem hanc, aut naturaliter aut præternaturaliter, quã nõ præaccipi, ſed deſtruit abſq; præacceptione, & (vt Auerroes inquit) hoc fecit, quia ex alterius deſtructione ſequitur alterius probatio, vel fecit vt eſſet breuis: nam vtroq; modo bene fit. Hæc ex Auerroe.

At uero neq; fore etiã posſibile eſt. Nam aut præter naturam, aut ſecundum naturam erit: & aut ſimplex, aut mixtum. Quare eadem ratio rurſus inſurget, nihil enim refert conſideráti ſi ſit, an fieri poſſit. Perſpicuum igitur ex dictis, nec eſſe, nec fieri poſſe ullius extra cœlum corporis molem.

Expoſitio. Hactenus q̃ de ineſſe nullum corpus ſit extra mundum probauit, nunc idem probat de contingenti, q̃ non contingit aliquod corpus eſſe extra mundum: & arguit diuiſiue

B vt prius, quia ſi aliquod corpus extra mundum contingit eſſe actũ, aut erit ſimplex, aut mixtũ: & vtcunq; ſit, aut naturaliter, aut præternaturaliter: et arguatur vt prius. Quare eadẽ ratio inſurget: nihil.n. refert conſideranti ſi illud ſit de ineſſe, an fieri poſſit de contingenti. Sed dices, videtur q̃ ineſſe & cõtingens eſſe differunt, vt dicitur primo priorum: igi

Dubõ. tur refert illud conſideranti. S. Thomas reſpondet Ariſtotelem intelligere in ſempiternis: nam vt vicitur in tertio auſcultationis phyſicæ, in æternis non differt eſſe, & poſſe.

Solutio. s. Tho. Sed hæc ſolutio nulla eſt, quia qui dicerent plures mundos eſſe poſſibile, non dicerent illos eſſe ſempiternos, ſed genitos & corruptibiles. Melius igitur cum Auerroe dicerem q̃ ineſſe, & contingens eſſe, non differunt quo ad rationem. Ipſum enim ineſſe eſt contingens deductum ad actum, at con-

Confu. Propria ſolutio & de mente Auer. tingens eſt ipſum ineſſe futurum, igitur quo ad rationem nõ differunt. Vbi nãq; extra hunc mundum eſſe poteſt corpus, poteſt poni ineſſe: contingens.n. poſitum in eſſe, non infert

C impoſſibile ex poſitione illius, & ſic nihil refert quo ad rationem: propterea concludit: Perſpicuum igitur ex dictis, nec eſſe, nec fieri poſſe vllius extra cœlum corporis molem. Hæc eſt concluſio ex dictis.

Quare uniuerſus mũdus ex tota ſua materia conſtat: nam materia eius erat naturale atq; ſenſile corpus. Quo fit ut nec nunc plures ſint cœli, nec fuere, nec fieri poſſint, ſed unicum dũtaxat eſt hoc cœlum, atq; perfectum.

Expoſitio. His modo ſumptis ſyllogizat intẽtum ſic, corpus naturale atq; ſenſile eſt mũdi materia, mũdus conſtat ex omni corpore naturali atq; ſenſili, igitur mũdus conſtat ex omni ſua materia, inquit: Quare vniuerſus mundus ex tota ſua materia conſtat. Hec eſt concluſio, deinde ſumit maiorẽ dicens:

D Nam materia eius erat naturale atq; ſenſile corpus, cui adde minorem iam declaratam videlicet, ſed mundus conſtat ex omni ſenſili atq; naturali corpore: & ſequitur concluſio, vi-

Conſide. textus. delicet q̃ mundus cõſtet ex tota ſua materia. Quo vero ad verba, laborat expoſitor, nam in ſuis translationibus ſic ſcribebatur: Vniuerſus enim mundus ex tota ſua materia conſtat. Vbi Ariſtoteles videtur reddere cauſam eius quod dixerat, (dixerat enim mundum ex omni ſenſili corpore conſtitiſſe) cuius nũc quodãmodo videtur reddere cauſam ex eo quia cõſtat ex tota ſua materia, & laborat ſoluere, & omnis ſua conſideratio eſt inutilis: nam verbum illud græcum γὰρ, ad nos venit interdum pro certe, interdum pro quia, interdũ pro quare, & cæteris id genus: veluti etiã ipſum enim, apud nos ſumi conſueuit, & ita tranſtuli ego: Quare vniuerſus & reliqua; vbi nulla euenit difficultas. Vlterius animad-

Põnes de mundo. uerſione dignũ, de mundo extitiſſe quatuor poſitiones: alia quidẽ Democriti atq; Anaximenis, q̃ actu ſint plures mundi inter ſe eccentrici. Alia Empedoclis, q̃ fuere plures, ſed actu vnus eſt, nam lite & amicitia fuerunt corrupti & geniti. Alia & tertia Platonis, q̃ nec ſunt nec fuere plures, ſed eſſe poſſunt plures: quia eius opifex vno exemplo poteſt facere plures. Quarta eſt peripateticorũ, q̃ nec ſint plures, nec fuere, nec eſſe poſſint, ſed eſt vnicus & perfectus ſemper. Hæc quatuor epilogãdo tetigit dicens: Quo fit vt nec nunc plures ſint cœli, (& hoc cõtra Democritũ & Anaximenẽ) nec fuere, (& hoc ꝑtra Empedoclẽ) nec fieri poſſint (& hoc contrã Platonẽ) ſed vnicũ numero in ſua ſpecie dũtaxat eſt hoc cœlũ atq; perfectum, (& hoc pro opinione peripateticorũ.) E

Que auer com. 98. Ex cõmẽto Auerrois colligitur vna ratio aduerſus Platonem, quæ ſic componitur: Si contingit plures eſſe mundos, cõtinget plures eſſe numero materias, atq; plures eſſe numero terras. Si contingit plures terras eſſe, cõtingit vnã numero terrã moueri motibus contrariis naturaliter. Vltimũ conſequens eſt impoſſibile, igitur primũ antecedẽs. Sed deus nõ poteſt agere impoſſibile, igitur nec vno nec pluribus exemplis deus poteſt plures mũdos facere. Secundo in cõmẽto colligitur alia ratio contra Democritũ & Anaximenẽ, &

F cauſa quare in æternis non eſt plus vno indiuiduo in ſpecie hoc mõ: Indiuidua ſunt plura numero, qa nõ pñt eſſe æterna ſm idẽ numero: igitur per cõuerſionẽ p ꝑtrapõnẽ, quæ poſſunt eſſe æterna ſm idem numero, non ſunt plura numero ſub eadẽ ſpecie: at cœlũ eſt & poteſt eſſe æternũ ſm idẽ numero: igitur non eſt plus vno numero in ſpecie. Cauſa vero hæc eſt vt ſaluetur eſſe perpetuum, quod cum non poſſit fieri per vnum, fit per plura: indeq; fuit neceſſitas multitudinis indiuiduorũ. Ex modo dictis ab Ariſtotele perſpicuus

Error Auer. eſt error Auerrois: Auerroes enim ſuperius cõmẽto. 95. voluit ipſius mundi materiã eſſe elemẽta ipſa, formã vero mundi eſſe corpus quintum. At Ariſtoteles vult materiam mundi eſſe omne corpus naturale ac ſenſile: quo fit vt non modo ipſa elementa materia ſint mundi, ſed omne corpus quintum, cum omnia & naturalia ſint & ſenſilia.

Queſtio de mundi forma. SED tunc emergit quæſtio nõ parua, quæ videlicet ſit mũdi forma: ab Ariſto.n. habemus quæ ſit mundi materia, ſed quæ ſit illius forma, ab Ariſto. non habemus: & hæc queſtio G eo potiſſimũ emergit, qa cuilibet mãæ reſpõdet aliqua forma: vnde & Auer. dixit mundi formã poſſe eſſe in aliis materiis. Conuenere itaq; oẽs, vniuerſi mundi formã eſſe vnitatem: ſed longe difficilius eſt, quid nam ſit vnitas hæc. Alii

Cõis põ. Prima põ. Auer. nãq; ſenſere vnitatẽ illam eſſe virtutẽ quãdam ſpiritualem e primo ente in ipſo vniuerſo, ſingulaq; eius parte diffuſam atq; cauſatam, qua quidẽ mundi ſiue partes ſiue mẽbra connectantur, atq; coaleſcant, ceu animalis corruptibilis membra ſpiritu e corde diffuſo ad ipſa colligi videntur. Cui poſitioni conſentire viſus eſt Auerroes & in ſecundo huius, cõmẽ. 71. & libro deſtructio deſtructionum, diſputatione tertia, in ſolutione. 12. dubii. Tu vero lege huius confutationẽ

Põ The. Simpli. Plato. alibi. Themiſtius vero in primo de anima capite. 23. & in pluribus locis libri tertii de anima: atq; Simplicius ibidem, vnitatẽ illã mundi aiam arbitrati ſunt, quã Plato ipſe in Ti-

H mæo aſſerit eſſe in medio, vt vniuerſum recte gubernet. Hãc dicunt ad elemẽta quidẽ eſſe naturam, ad cœlos vero aiam, ad homines eſſe intellectũ. Huius quoq; poſitionis fuit Plu-

Põ Plutar. rhod. tarchus rhodius, in eo libro quem de opinione Platonis de anima ad Antobolũ filium conſcripſit. Et ſine dubio ſi Ariſtoteles hanc aiam mundi cũ Platone ſentit, nullibi apertius eam indicat, q̃ hic. Nam materiã explicat, igitur formã indicat. Sapide etiã hæc aia vnitas eſt. nam vt ab vnitate proficiſcitur numerus, ſic ab hac proficiſcitur rerum multitudo & mũdus. Quo fit vt ex parte formæ eſſe poſſint plures mũdi, quia hec vnitas eſſe poteſt, vnde infinita proficiſcatur multitudo: ex parte vero materiæ vnus eſt, cum nulla alia ſit materia quæ proficiſci ab illa poſſit. Sed quia fortaſſe hæc po-

Qualis hec põ. Propria poſitio. ſitio nõ eſt peripatetica, atq; nullibi expoſita ab Ariſtotele, aliter & peripatetice dicerẽ per vnitatẽ illam eſſe intelligendum primum motorẽ, quẽ græci Deum vocãt: poteſt enim Deus conſiderari aut realiter aut intẽtionaliter. Vt enim realiter cõſideratur, eſt anima vniuerſi per quãdã æquiuocationem dicta, cõſtituens mundũ in eſſe, & ipſius quãlibet partẽ.

I At ſi intentionaliter conſideratur, ſic nec mundi nec alicuius partis eius forma erit, ſed intellectus ſeipſum intelligens & forma omnium intellectuum, qui ipſum intelligunt. Et ꝙ hæc ſit intentio Ariſtotelis, ſtatim in ſequẽtibus dicetur, ait enim: Vnde & aliis communicatum eſt, his quidem clarius, his vero obſcurius eſt ipſum atq; viuere, quæ ratio docet Deum eſſe omnibus formam. Amplius, omnes peripatetici voluere deũ eſſe primũ finẽ: primũ agens, atq; formã primã, quæ res nulla eſſet, niſi ipſe eẽt forma vniuerſi, nullius enim alterius eſſe poteſt. Rurſus Ariſto. ex vnitate motoris cõclu ſit vnitatẽ mundi, quod niſi Deũ voluiſſet eſſe mũdi formã, eius rõ nulla eſſet. Hanc forſitan doctus Parmenides balbutire voluit, dum oĩa vnũ ait, nam, vt Plato exponit in libro Parmenidis, Parmenides omnia dicit eſſe vnũ numero, vnitate illius primæ formæ, quæ tamen propriis & peculiaribus formis differunt, vt membra hominis vnum ſunt vnitate communis formæ, at plura etiam nemo dubitat, peculiaribus ac propriis formis. Deus igitur eſt mundi forma, ſiue per hoc quia ipſum conſtituit & in eſſe perficit, ſiue per hoc quia eſt operans intrinſecum. Quo fit vt ex parte formæ eſſe poſſint plures mundi, poteſt enim deus aut plures conſtituere mundos, aut in pluribus eſſe operator intrinſecus: defectu vero materiæ, vnicus eſt tantum numero mundus. Aut forte peripatetice etiam ſentiendo dicerem formam totius mundi eſſe ipſum totum, quod eſt vnum numero ordine & poſitura: materia vero partes ſunt, quæ & ſenſilia & naturalia corpora dicuntur: dicebamus enim in auſcultatione phyſica, partes eſſe totius materiam, totum vero ipſum formam partium. Quo fit vt partium mundi forma ſit ipſum totũ, ipſius aut totius materia ſint ipſæ partes. Tu vero elige harum quãuis. Hæc de mundi ipſius forma.

Quod ſit illa poſitio Ariſto.

Poſitio Parmeni.

k

Alia, ppria poſitio.

Pariter inſuper perſpicuum eſt, ꝙ neq; quidẽ locus, neq; uacuum, neq; tempus, extra cœlum eſt: in omni nãq; loco corpus ipſum eſſe poteſt. Vacuum uero id eſſe aiunt, in quo corpus non exiſtit, ſed eſſe poteſt. At tempus numerus eſt motus, motus uero abſq; naturali corpore nequaquã eſt. Atqui oſtenſum eſt extra cœlum nec eſſe corpus ullum, nec eſſe poſſe patet: igitur ibi neq; locum, neq; uacuum, neque tempus eſſe.

L

Expoſitio.

Conſide. uerbo.

Fortaſſe hæc eſt nona ſumma, in qua probat quaſi ex dictis extra cœlum nihil eẽ: hactenus enim ꝙ extra cœlũ nullum ſit ſenſile et naturale corpus probauit, nunc vero ꝙ nec ſit ibi locus, nec vacuum, nec tempus probabit, & primo proponit intẽtionem & inquit: Pariter inſuper perſpicuum eſt ꝙ neq; quidem locus, neq; vacuum, neq; tempus extra cœlum eſt. Quod vero ad verba attinet, propterea videtur Ariſtoteles hæc ſimul & pariter cum dictis concluſiſſe, quia hæc tria ſunt accidentia, quæ naturalia corpora ſequuntur, vt quarto auſcultationis phyſicæ eſt explicatum: iccirco quod principaliter de corporibus declarauit, ſimul & pariter de propriis ipſorum accidentibus concludit,

M

Syll's lĩe.

& ſyllogiſmus literæ eſt hypotheticus hoc modo: Si extra cœlum ſit locus, vel vacuum, vel tempus, extra cœlum eſſe poſſet corpus naturale: ſed (vt probatum eſt) extra cœlum nec eſt, nec fuerat, nec eſſe poteſt corpus naturale: igitur extra cœlum nec locus, nec vacuum, nec tempus eſt, erat, vel eſſe poteſt. De ratione probat maiorem deducendo in ſingulis, & inquit: In omni nãq; loco corpus ipſum eſſe poteſt, & ita ſi extra cœlum eſſet locus, ibi corpus naturale eſſe poſſet: hæc de loco. Vacuũ vero id eſſe aiunt in quo corpus non exiſtit ſed eſſe poteſt, & ita ſi extra cœlum eſſet vacuum, ibi corpus naturale eſſe poſſet: hæc de vacuo. At tempus numerus eſt motus, motus vero abſq; naturali corpore nequaq; eſt, & ita ſi ibi eſſet tẽpus, ibi etiam eſſet corpus naturale, & ſic patet maior, videlicet ꝙ ſi extra cœlum ſit locus, vel vacuum, vel tempus, extra cœlum eſſe poſſet corpus naturale. Deinde ponit minorem, quæ eſt deſtructio conſequentis, & inquit: Atqui oſtenſum eſt extra cœlum nec eſſe corpus vllum nec eſſe poſſe: hæc eſt minor & deſtructio conſequẽtis. Infert concluſionem, quæ eſt deſtructio antecedentis, & inquit: Patet igitur ibi neq; locum, neq; vacuũ, neq; tẽpus eſſe. N

Quo circa ea quæ illic ſunt, neq; apta ſunt in loco eſſe, neq; tempus ipſa facit ſeneſcere, neq; ullius eorum eſt ulla mutatio, quæ ſuper ultima ſunt conſtituta latione.

Expoſitio.

O

Qualia vero ſint ea quæ extra cœlum ſint, nunc oſtẽdit, & hoc non iniuria, nam ex hoc fere patebit, quæ ſit mundi forma, ſi deus ipſe (vt aliqui putant) ſit vniuerſi forma, & quia hæc ex dictis ſequitur, rem hanc perfecit per formã illationis. Declarat autem primo qualia non ſunt illa, deinde qualia ſunt, & hoc rationabiliter, quia negatio eſt cognitione prior affirmatione, maxime quando res eſt difficilis cognitu. aut quia illa qualia non ſunt cognoſcuntur, qualia vero ſunt, aut non cognoſcuntur, aut cum difficultate, & dicit: Quia probatum eſt ſupple extra cœlum non eſſe locum, ſequitur vt illa quæ ibi ſunt, non ſint in loco: rurſus quia probatum eſt extra cœlum non eſſe tempus, ſequitur illa non ſeneſcere in tempore; tertio quia ſupra vltimam lationem nulla eſt mutatio, ſequitur vt illa non ſint mutationis participia. Illa igitur quæ ibi ſunt, nec in loco ſunt, nec in tempore, nec mutatione participant. Animaduerſione dignum hæc de illis poſſe declarari alio modo, quã ex dictis. Ea nãq; quæ hic ſunt, in loco eſſe videntur, quia ſunt corpora: ſunt quoq; in tempore, quia materiam habent atq; contrarium. mutantur vero, quia priuationi miſcentur. At cum illa nec corpora ſint, nec materiam vel contrarium habeant, nec priuationi miſcentur: erunt igitur loci, temporis, ac omnis mutationis expertia. Qualia igitur illa nõ ſint, his modo patet.

Sed nullis alterationibus, nulliſq; paſſionibus prorſus ſubiecta, optimam atq; ſufficientiſſimam uitam ducendo omne æuum abſoluunt.

P

Expoſitio.

Hactenus qualia non ſint, ex dictis concluſit, nunc vero qualia ſint, non ex dictis, ſed ex aliquibus expoſitis addit, & inquit: Sed nullis alterationibus, nulliſq; paſſionibus ſiue morbis prorſus ſubiecta, optimam atq; ſufficientiſſimam vitam ducendo, omne æuum abſoluunt. Hæc autem tria non ex his, ſed ex aliis patent: nullis enim alterationibus nulliſq; paſſionibus ſubiiciuntur, quatenus illa nõ ſunt materie atq; contrario permixta, vt terracea ipſa animalia: poſſident autem optimam vitam, quatenus ſumme appetibilem, ſufficientiſſimam, quatenus nullo indigent aut pro vitæ conſeruatione, aut pro illius vitæ operum executione: habent etiam vitam æternã, quatenus omne æuum rerum abſoluunt. Etiam ex dictis patere poteſt quod ſunt alterationis expertia, qa nõ ſunt in loco, omne enim quod alteratur eſt in loco. Morbis non afficiuntur, quia tempore non ſeneſcunt, vitam habent optimam, quia ei nihil miſeriæ miſcetur. ſufficientiſſimam, quia nullo bonorum eget nec fortunæ, nec materiæ, nec animi. Differunt autem æternitas, æuum, & tempus, vt quarto phyſicæ auſcultationis ſumitur, quippe cum ab æternitate æuum, ab æuo tempus proficiſcatur. Quo fit vt quia vita illorum omne æuum atq; omne tempus abſoluat, ideo ſit pœnitus æterna.

Q

Diuinitus enim nomen hoc pronuntiatum eſt a priſcis, finis enim qui uitæ uniuſcuiuſq; continet tẽpus, cuius nihil ſecundũ naturam eſt extra, æuum uniuſcuiuſq; eſt nuncupatum. Per eandem etiam rationem & uniuerſi cœli finis, & finis qui tempus totum infinitumq; continet, æuum eſt, a ſemper eſſendo nuncupatione ſumpta, ĩmortale atq; diuinum.

Expoſitio.

Remouet cauillũ, poſſet. n. obiici vitam illoꝝ non abſoluere oẽ æuũ, qppe cum æuũ, ſit etiã ipſius cœli menſura, & vita illoꝝ excellere nõ põt. Rñdet ꝙ æuum poteſt ſumi pro

A menſura vniuſcuiuſq; rei adæquata, qua quidem ratione tẽ pus.70.annorum eſſet ęuum hominis,vel ſpatium.9. annorum eſſet ęuum canis.Aut poteſt ſumi proprie cœli menſura, quæ & ipſi cœlo ęquatur,& omne tempus continet. & hæc potius ſempiternitas,a ſemper eſſendo eſt nuncupata,q̃ æuũ ad propoſitum cum dictum eſt vitam illorum abſoluere omne æuũ accipiẽ æuũ pro tpe cuiuſq; rei adæq̃to,& nõ pro cœli ſempiternitate,quę eſt coæqua vitę illorum .Inquit.Diuinitus enim nomen hoc(vz æui)pronunciatum ſiue diſtinctum eſt a priſcis.finis enim ſiue menſura , qui uitæ vniuſcuiuſq; continet tempus,cuius nihil ſecundũ naturam eſt extra, ęuũ vniuſcuiuſq; eſt nuncupatum,& ſic ęuum vno modo ſumitur pro ſpatio temporis,quo aliquid æquate naturaliter viuit,per eandem etiam rationem & uniuerſi cœli finis,& pro ideſt finis qui tempus totũ infinitumq; continet alia ratione æuum eſt,dico alia rõne a ſemper eſſendo nũcupatione ſumpta immortale atq; diuinum,ita vt ſempiternitas dici debeat ad propoſitum ſumendo æuum primo modo , ſic vita illorũ

B abſoluit omne ęuum.Sed ſecundo modo accipiendo æuum, ſic illorum vita non abſoluit omne æuũ,quia non ęuum cœ-

Verborũ expoſitio. li,cum ſit illi æquatum.ℙ Quo vero ad verba græca attinet, verbum illud æuũ græce eſt αἰὼν. quod nonnulli interpretes ſempiternitatẽ latine dixerunt.verbum vero abſoluunt,græce eſt διατελεῖ quod etiam illi latine dicunt perficiunt, iuxta quorum translationem erit ſenſus,ſed nullis alterationibus, nulliſq; paſſionibus prorſus ſubiecta,optimam atque ſuffi-cientiſſimam uitam ducendo in tota ſempiternitate perficiũt hoc eſt viuunt,atq; degunt,& ꝙ illa degant in ſempiternitate,authoritate probat antiquorum,qui ipſum αἰὼν ſiue ipſam ſempiternitatem bifariam ſumunt, aut pro menſura cuiuſq; equata,aut pro cœli menſura,quæ proprie dicitur ſempiternitas a ſemper eſſendo.& in hac illa degunt, atque viuunt,

Quę Aue. com. 100. quatenus per hanc agunt atque operantur,& in hunc modũ Simplicius ipſe exponere videtur,quem expoſitor noſter ſequitur.Ego autem αἰὼν latine dixi æuum, quod Auerroes in ſuis translationibus ſeculum habet,& non inepte,& tũc quo

C nam modo textus ſit exponendus.ex his patet . Sed quæres quid Ariſtoteles per id quod eſt extra cœlum intelligit , cum ait illud neque eſſe in loco,neque in tempore, nec in mutatione.Reſpondet Auerroes authoritate Themiſtij. Alexandrum intellexiſſe & primam cauſam,& orbem vltimum et ſupremum & vtroque modo exponendo , Auerroes aſſerit Alexandrum recte dixiſſe,& hoc nititur exponere, & de prima cauſa,& de ſupremo orbe.de prima cauſa quidem, quia primam cauſam collocat Ariſt.in primo continenti ſiue ſupremo cœlo,quia eius motio apparet illic prius. propter qđ Ariſ.in.8.phyſicę auſcultationis aſſerit deum eſſe in conuexo ſphæræ ſiue in ſupremo orbe.Ecce quonã modo peripatetici locant deum per operationẽ,de quo poſtea dicemus,tũc ſi intelligit per illud quod eſt illic,primam cauſam, patet illam nec in loco eſſe,quia extra cœlum nullus eſt locus . nec in tempore,quia extra cœlum non eſt tẽpus.Nec in mutatione,quia extra cœlum nullus eſt motus.Si vero orbem intellexerit,patet primo ipſum non eſſe in loco , quia omne qđ

D eſt in loco continetur e corpore,at extra orbem non eſt corpus.Secundo patet ipſum non eſſe in tẽpore,primo quia ipſe eſt cauſa temporis.igitur non eſt in tempore.Secundo,qa non terminatur tempore,cum perduret ſemper,& ita prima cauſa & orbis quo ad has conditiones non differunt. ℙ Ex his obiter Auerroes concludit ad mentem Alexandri orbem ſiue mundum eſſe ęternum atque non in mutatione conſtitutum, & hoc per conuerſionem per contrapoſitionem hoc modo,omne generabile & corruptibile tẽpore terminatur. igitur omne non terminabile tempore eſt non genitum. Sed cœlum eſt non terminabile tempore.igitur ingenitum . Hæc quo ad conditiones negatiuas.ℙ Quo vero ad affirmatiuas, videtur quod neque orbis neque prima cauſa alteratur , vel patiatur.cum ambo ſint ſine materia & contrario , & tunc per id quod eſt ſupra lationem ſi exponatur de prima cauſa, intelligit ſupra omnem motũ tam rectum q̃ orbicularem,& hoc melius intelligitur , & ſi exponatur de orbe intelligitur E per lationem motum rectum.Secundo videtur ꝙ ambo viuant uita optima,licet aliter ut ſupplendũ eſt. nã deus viuit per eſſentiã:quo modo animã viuere diceremus . orbẽ vero participatiue,quo modo animal viuit.Ecce quonam modo Auer.omnia hæc & de deo,& de orbe verificauit pro opinione Alex.ℙ Sed expoſitor refellit expõnem Alex.& oſtendit il- Argumenta expoſitoris contra Alex. lam non poſſe intelligi de orbe.Primo quia Ariſto. excludit omnem tranſmutationẽ ab eis quæ illic ſunt. modo orbis nõ excluditur ab omni tranſmutatione.Secundo ait ea quę ſunt extra cœlum non eſſe in loco,ſed nihil eſt extra ſe. igitur nõ de orbe.3.Ariſ.ait illa optime viuere , hoc autẽ non videtur cœlo ineſſe.nam cœlũ viuit per vnionẽ animæ ad corpus,et ſic viuit quaſi participatiue.4.ait illa hñe vitam ſufficientiſſimã.modo cœlũ talem uitã non habet,non.n. viuit ſufficienter,quia mouetur ꝓpter bonũ eius,& ita uiuit egẽdo. ꝓpter hæc expoſitor forte Simplicij authoritate omnia illa eſſe dicta de intelligentijs aſſerit,quod ea ratione magis patet , qa græca littera eſt pluraliter ſcripta,& nõ ſtngulariter,et ita nõ F de orbe tantũ,nec de deo ſolũ,ſed de oĩbus illis ſubſtãtijs ari. videt intelligere.ℙ Sed ſi quis afficeret expõni Alex.animad uertat,ꝙ cœlũ viuit & intelligentia viuit,cœlũ.n. viuit participatiue.intelligẽtia per eſſentiã.Tunc Ari. per illa in plurali intelligit oẽs orbes,principe ſupremo tanq̃ optimo & ꝓfectiori,omnes.n.viuũt,participatiue tamẽ.aut intelligit oẽs intelligẽtias,principe prima cauſa,hæ.n.per eſſentiã viuunt. Tunc ad rationes,ad primã diceret Ari. excludere omnem mutationẽ corruptiuã.Ad ſecundã per extra intelligit negatiue,hoc eſt nõ intra:et hoc modo orbes ſunt extra cœlũ hoc eſt non intra mundũ ſiue cœlũ.Aut dicendũ orbes eſſe extra cœlũ,quia non ſequunt conditionẽ eorũ,quę ſunt intra cœlũ,ſunt vero ibi,hoc eſt in conuexo omniũ elementorũ . Ad tertiã diceret orbes optime uiuere ratione habita ad animalia terracea,quę paruo tẽpore viuunt.non autẽ optime viuere rõne habita ad ſubſtãtias illas,quæ per eſſentiã viuunt. Ad quartã diceret illa viuere ſufficiẽter, quia nullo exterius egent pro ipſorũ prẽſeruatione,cum quo ſtat illos egere ali- G quo pro motu,& ſic Alexander defendi poteſt.

ℙ Vnde & ipſum eſſe atq; viuere alijs quidem clarius,alijs vero obſcurius communicatum eſt.

ℙ Hactenus ꝙ ſubſtantię illæ viuant vita optima, ſufficientiſſima,atque perfectiſſima declarauit,hic infert ipſum eſſe Expoſitio & viuere eſſe cõmunicatum omnibus alijs rebus, licet nõ eodem modo,ſed alijs quidẽ clarius,alijs vero obſcurius. vt ſit ſyllogiſmus iſte ab eo quod viuit optime, & eſt perfectiſſime,cõmunicatũ eſt eſſe & uiuere alijs omnibus , vt a calido per eſſentiã cõmunicatus eſt calor alijs omnibus per participationẽ.2.meta.Sed illa viuunt vita optima,& ſunt res perfectiſſime,ꝓpterea infert vnde et ipſum eſſe atq; viuere alijs quidẽ clarius,alijs uero obſcurius cõmunicatũ eſt.dixit autẽ hæc,quia res ſunt induplici differẽtia,aliæ quidẽ quarũ eſſe & vita eſt ęterna ſecũdũ in diuiduũ,vt orbes,& intellectus, & his clarius hoc eſt ꝓfectius viuere & eſſe ab illis deriuatũ eſt cum ipſa ſint,quæ illa participent,& nõ in ſuo ſimili.Aliæ H uero quarũ eſſe & uiuere eſt æternum ſecundũ ſpeciẽ,ut animalia & ſtirpes,& his deriuatũ eſt eſſe obſcurius ac imperfectius cum in ſuo ſimili vita & eſſe participare videntur.Sed ſiue ſic ſiue ſic,omne defluit ab illis,quæ aut per eſſentiam uiuunt aut perfectiſſima & ſufficientiſſima vita exiſtũt.ℙ Animaduerſione dignum apud Alexan.poſſe etiam intelligi vt colorat Auer.etiam de orbibus,ineſt enim eſſe & uiuere maxime & perfectiſſime orbibus,potiſſimum ei qui motu fertur diario,inde alijs generabilibus deriuatum eſt eſſe & uiuere,ſed non modo eodem , cum alijs clarius ſit communicatũ vt animalibus,quæ viuunt vita ſimili illius,maxime homines,qui viuunt intellectu.Alijs obſcurius,vt ſtirpibus & elementis,quæ vitæ parum habent.elementa quidem quatenus ſunt partes rerum viuentium.ſtirpes autem quatenus viuũt vita imperfectiſſima & uili.

I ¶Et enim ut in externis circa diuina ſententijs perſæpe rationibus omne diuinum neceſſario intranſmutabile eſſe declaratum eſt, primum ipſum atque ſummum: quod ita ſe habeat: aſtipulatur dictis.

Expoſitio ¶Nunc ea quæ illis prębuit, manifeſtat, & primo proponit illa, addens excuſationem ſui. Secundo ea declarat. Illa itaq; proponens & ſuijpſius excuſationem addens. Inquit. &.n. vt in externis circa diuina ſententijs per ſæpe rationibus ſiue diſputationibus omne diuinum neceſſario eſſe intranſmutabile declaratum eſt. primum ipſum atq; ſummum quod ita ſe habeat, aſtipulatur dictis, & ita intendit probare illud eſſe intranſmutabile, cuius excuſationem proponit, ex eo qa alibi illud eſt etiam dictum. ¶ Quo vero ad verba attinet animaduerſione dignū vt ex Simplicio colligi poteſt, Duo apud philoſophos eſſe genera dogmatum. Alia nāq; dogmata erant, quæ multitudini ſcolarium tradebantur, & iunioribus, & prouectis, & hęc a græcis dicebātur encyclia philoſophemata. Alia vero erant acutiora, quę ,puectioribus tradebantur. Hæc ſyntagmatica, hoc eſt ſeria, & ordinaria, vel
K acroatica hoc eſt auſcultatoria dicebantur. In his igitur externis dogmatibus, quæ tradebantur omnibus, dictum eſt omne diuinum eſſe intranſmutabile. Animaduerſione dignū omne diuinum eſſe intranſmutabile, quia non ſubiectum motui, & primum, quia non ſubiectum tempori, et ſummū, quia non contentum loco. diuinū quia e materia ſeparatū. Hæc ab expoſitoribus tum græcis, tum latinis. Sunt qui encyclia intelligunt philoſophiā moralem, quam Auer. vulgarem appellat. In morali. n. ſcientia traditum eſt omne diuinū eſſe mutationis expers. Tu vero in his confide græcis.

Dogmata duo ap̄ philoſophos.

¶Neque enim aliud præſtabilius eſt: quod quidem moueret: eſſet enim illud porro diuinius ipſo.

Expoſitio
L ¶Nunc probat illnd & primo ſic, quod non habet aliquid præſtabilibus ipſo, non moueť. diuinū illud & primū nō habet aliquid præſtabilius ipſo. igitur non moueť. de rōne tāgit minorem, & inquit. Nequc. n. aliud prętabilius eſt, quod qdem moueret. hæc eſt minor, eſſet. n. illud mouens porro diuinius ipſo, & ita non primū. ¶ Sed dices animal mouetur
Dubita. a calido, & tñ calidum non eſt animali prętabilius. igiť non oportet vt omne mouens ſit prętabilius moto. ¶ Dici poteſt animal moueri a calido per accidens, perſe vero ab anima appetente frigidum pro commodo corporis. at ſi primū mouetur, oportet vt moueatur perſe, quia non eſt virtus in corpore. vt declaratum eſt in lib. viij. auſcultationis phyſicæ.

¶Neque praui quicquam habet, neq; bonorum ſuorū aliquo indiget.

Sol.

Expoſitio Expō. 1. Expō. 2.
¶Expoſitor vult vt hæc ſit ſecunda rō ad idem, quæ ſic ponitur, omne quod mouetur habet praui quicquam, atque bonorū aliquo indiget. at primū & ſummū nihil habet pra-
M ui, nullo quoque bonorū indiget. igiť non moueť. Melius dicerem nunc Ariſt. probare aliud attributum ſummo v3 q̄ viuat vita perfectiſſima & ſufficientiſſima. perfectiſſima quidem, quia nihil praui habet. Sufficientiſſima vero, quia nullo bonorum indiget, neque fortune, neque nature, neque animi vt. 10. ethicorum habeť. vita nāque illorum optima ē, quia nihil praui habet hoc eſt miſeriæ admiſtum veluti noſtra, cuius voluptas eſt ſemper miſeriæ iuncta. Sufficientiſſima, quia non indiget bonis naturę, cū neque aptus ſit infirmari. nec fortunæ, cum diuicijs non egeat pro nutritione & educatione, nec animi quia virtutes ſunt remedia uitiorum, at illic vitijs non ſubſunt. videť autem hæc expoſitio melior prima, tum quia Ariſtotelem facit vberiorem. Tum quia ratio prima friuola eſt. Sic enim probarem orbē non poſſe moueri, quia neque praui quicquam habet, nec eget.

¶Et īceſſabili igitur motu rationabiliter moueť: cūcta. n. moueri deſinunt: cum ſuum in locū venerint. eius autēm N
corporis, quod in orbem fertur. idem eſt locus e quo incipit: & in quem finit.

¶Demum ex dictis infert orbē ipſum moueri a primo motore motu inceſſabili. ex dictis quidem, quia probatū eſt primum eſſe intranſmutabile & optima viuere vita. igitur intranſmutabiliter ac inceſſanter mouet, eſt enim motus ille vti vita ſibi. Sed non modo ex dictis hoc vult eſſe deductū, ſed probat hoc ratione alia cuncta enim quæ deſinunt moueri, eo deſinunt. quia in ſua loca veniunt. at orbis nunquā in ſuum venit locum, eſt. n. locus idem e quo incipit, & in quem finit. Auer. vero enititur defendere. Alex. qui textum de orbe exponit, videtur enim q̄ de orbe non recte dicatur eo nihil eē prętabilius, & ſic videť Ariſ. loqui de prima cā. ¶ Reſpondet Auer. dupliciter primo intelligendo per motū alterationem, & tunc vult Ariſ. voluiſſe orbem non eſſe alterabilem, quia ipſe eſt cauſa omnium alrerationū. Secūdo, quia omne alterans per ſe eſt præſtabilius alterato. mō nullū corpus eſt orbe præſtabilins. Secundo reſpondet Ariſt. p illa verba non voluiſſe orbem eſſe intranſmutabilem, ſed q̄ nulla eſt cā prior, quę ipſum alteret poſſet. n. dici orbē eſſe alterabilem, quia eſt aliquid prius, e quo alterari poteſt. Rūdet Ariſt. nullā talē eſſe poſſe, quia illa erit corruptibilis oīs enim corruptio fit a corruptibili, & oīs alteratio fit a corpe. Orbe nullum eſt corpus prius, nec cā prior corruptibilis. Secundo ait verba illa [& inceſſabili igitur] de orbe melius eſſe dicta, nā orbis moueť prima cā non mouetur. dici poteſt pro Thoma Ariſ. ſic intellexiſſe [& inceſſabili igitur motu rōnabiliter mouetur] ſupple omne illud quod e prima cā mouetur per ſe, & ſic poteſt de prima cā id intelligi. ¶ Colligit Auer. ex tex. ſuo talem ſyllogiſmū, omne quod moueť per infinita loca æterno tēpore moueť, cęlum moueť per infinita loca quia per infinitos ſitus, qui ſunt loca formalia. 6. auſcultationis phyſicæ. igiť ęterno tempore moueť. Maior patet, quia non eſt maior rō de vno q̄ de alio loco, nō. n. rōnabilius debet quieſcere magis in vno q̄ in alio. Supponit autē in hac ratione ſitum eſſe locum, ad mentem Auicennæ, qui P
motum cęli ſitualem eſſe aſſerit, vt diximus in phyſicis, et in lib. deſtru. deſtru. diſputatione. xiij. in ſol. dubij quarti. ¶ Quo vero ad verba Ariſ. attinet, verbum illud rōnabiliter gręce eſt ευλογως latine etiam logice diciť. declarat aūt Auerro. in calce ſuę commentationis, quo nā modo rationabiliter hoc eſt ratione logica cęlum mouetur motu inceſſabili, & nō ratione demonſtratiua. Nam Ariſto. ſic arguebat, omne quod mouetur ab eodem loco in eundem locum moueť motu inceſſabili, at cęlū moueť ab eodem loco in eundē locum. igiť motu inceſſabili. Quod autē hæc ratio ſit logica vt dixit Auer. eo patet, quia non datur per cauſam completam, non. n. moueri ab eodem in idem eſt cauſa vt motus ſit inceſſabilis, quia ſi ita eſſet in corpore finito & corruptibili eſſet virtus infinita, nam rota molendini mouetur ab eodem in idē igiť mouetur motu inceſſabili, & ſic eius virtus eſſet infinita, qđ eſt impoſſibile, quia eſt corpus infinitū, & ita hæc rō eſt logica, nō demonſtratiua, & iō debet cōpleri hoc mō ſupponendo cęlum ſuapte natura moueri ab eodem in idem & circa Q
idem centrū. Tunc ratio Ariſt. completur ſic, omne corpus quod mouetur ab eodem in idem, per infinitos ſitus circa idē centrum ſuapte natura, mouetur motu inceſſabili. cęlū mouetur ab eodem in idem circa idem centrum per infinitos ſitus ſuapte natura. igiť mouetur motu inceſſabili, & tunc ceſſat obiectio de rota, quia licet illa moueť ab eodem in idē, & circa idem per infinitos ſitus, hoc non eſt per ſe ſuapte natura, ſed per accidens ac violenter, & ſic completur rō Ariſtotelis. ¶ Sed dices tunc ratio Ariſtotelis peteret, quia ſuppo nit cęlum ſuapte natura moueri circa eundem locum numero, & ab eodem in idem, modo hoc negaret cauillator. propter hæc probat Auerroes cęlum ſuapte natura moueri ab eodem in idem circa mediū. Et primo per locū ab oppoſito, quia ſi non moueretur naturaliter, tunc violēter moueretur

Expoſitio

Dubita.

Sol.

Expoſitio Expō. 1. Expō. 2.

Quæ Auer. cōmē. 100.

Quæ Auerro. quo ad verba cō. 100.

Replica, Rūſio.

retur, cuius contrarium est probatū in principio huius libri, & ita esset nō perpetuus, qua ratione motor illius eēt in materia genitus & corruptibilis, vt patuit. 8. physicæ auscultationis. Secūdo tunc sibi accideret labor, oē nāq; quod violenter mouet, videtur cum labore moueri. Ex his complet rationem, ꝙ videlicet ideo mouetur cœlum incessanter, qa natura mobilis est innata nō moueri violenter, nec quiescere naturaliter. Natura etiam motoris est innata mouere naturaliter, & non facere quietem: quare ex his naturis proficiscetur nō nisi motus ꝓpetuus: & ita patet cū sapide Arist. appellauit suam rationem logicam, & nō demonstratiuam.

Quę S. Tho.

Expositor vero ait Arist. hāc rationem appellasse logicam, quia nō ex necessitate cōcludit: potest enim dici ꝙ licet motus cœli nō sit cessabilis ob naturam loci, cessat ꝓpter naturam, vel voluntatem motoris, qui mouet quātum vult, & nō quātum potest. Et vtroq; modo est sapide dictum, vt mihi videtur: verum de his diximus in. 8. physicæ auscultationis, ꝙ hæc ex commentationibus Auer. colligi possunt, ad textus nostri cōmentationem.

Quæstiōes Prīa qō an extra cœlū sit vacuum

CIRCA calcem huius capitis plures emergunt qōnes. Prima est vtrum extra cœlum sit vacuū, & videtur ꝙ sic, primo quia cœlum debet esse in loco, modo in nullo nisi in vacuo esse videtur. Secūdo quia siquis esset in extremo orbe posset manū extendere. Tertio quia si duorum cōtrariorū vnum est in natura, alterum etiā erit in natura: sed plenum & vacuum sunt cōtraria, & plenum est in natura, igit vacuum.

Pō stoicorum.

His rationibus obediunt stoici, qui vacuum quod κενὸν vocant, & extra cœlum, & ībibitum corporibus concedunt, quibus etiam Philoponus consentit, ex eo quia vt in paruo mundo, ita in magno est: sed hō est cōpositus ex vacuuo & pleno, igit in mūdo & extra mundum vacuum erit. Alexā. Aphrodisius probat vacuū extra cœlum nō esse ꝓtra illos, primo quia si esset, vel esset finitum aut infinitum: non finitū. quia non magis finiret in vna parte ꝙ in alia: nec infinitum, quia tūc esset infinite capax, & ita esset ociosa potestas eius, cum nunq; reciperet corpus infinitū. Secūdo quia vniuersum vacuum est vnius rationis in toto & qualibet parte, & sic non magis reciperet corpus in vna parte ꝙ alia: hæ rationes sunt Arist. tertio auscultationis physicæ. Sed pace eorum oēs vīr friuolæ: prima quidem quia dato ꝙ vacuum illud esset infinitum, eius tī potestas nō est ociosa: sufficit. n. vt ipsius aliqua pars actu corpus aliquod suscipiat: esset. n. ociosa, quādo nec illud, neq; illius aliqua pars corpus susciperet. Secūda vero multo imbecillior, qm̄ non a natura loci, nec locati locatur in hac parte magis ꝙ in illa, sed a volūtate opificis. Solebamus propter hæc aliter stoicos confutare, primo quia illa vacua dimensio, aut est eiusdem rōnis cum quātitate ꝑdicamentali, aut alterius: Si eiusdē rationis, cum illa ꝑdicamentalis non possit esse absq; substātia, igitur nec illa: Si alterius sit rōnis, voluntariū est: quare nō videtur vnde sit differentia harum, definitio. n. quantitatis vna est vtriusq;, atq; affectio eadem ambarū. Secūdo si illud vacuum esset, aut esset alicuius perfectionis, aut nullius, non est dicendum illud nullius esse, quia tunc nihil esset, ens enim & perfectum idem: Si aliquantæ perfectionis, igitur mūdus non esset ꝑfectus ex tota sua materia constans, decet. n. sibi perfectio illius. Tertio arguit Auer. 4. auscultationis physicæ cō. 1. ꝙ tunc talis dimensio esset substantia separata, īmo infiniti vigoris, substantia quidem separata, quia vel in subiecto illa esset, vel nō: si in subiecto esset, tūc extra cœlū esset corpus aliquod sensile, in quo illa esset: si vero nō sit in subiecto, aut illa est apta esse in subiecto, aut neq; est in subiecto, nec apta nata est esse: si illa nō sit in subiecto, & potest subiecto inesse, cū nunq; insit, esset eius potentia ociosa: si nec sit, nec apta nata sit inesse, igitur est substantia abstracta, & ita intellectus, & cum sit infinita substantia, tunc esset infiniti vigoris, quia in aliqua illius parte esset aliquis vigor: igitur infinita parte maiore, erit infinitus. Quarto cum mundus esset in illo vti in loco, tunc esset corporum & dimensionum penetratio. Hæ rationes nunc contra stoicos satis sint. Tunc ad rationes, ad primam respondet Alexan. casum esse impossibilem, quia cœlū est æternum & nō penetrabile, aut quia nō est extra cœlū locus, in quem manus posset extendi. Sed replicabis quia saltem esset illud imaginariū, modo ex possibili imaginario, nō debet sequi impossibile imaginarium. Diceret Alexā. ꝙ tunc etiā imaginarium est vacuū esse extra cœlum, vt ille casus est imaginarius. Ad secūdum respondet Auer. 4. auscultationis physicæ cō. 43. & .45. nō omne corpus esse in loco, sed solum rectum: sphæricum. n. vt sphæricum non limitat sibi locum, sed magis est circa locum. Ad tertium dici pōt illam regulam non habere locū nisi in contrariis positiuis, & quæ sunt de ꝑfectione mundi. Animaduersione dignum stoicos reduci posse in bonū, nam vt plenum ipsum corporeā naturam peripatetici appellant, ita eam naturā quæ corpore vacat κενὸν hoc est, vacuum stoici dicūt. Vacare autem corpore est, aut cum potestate recipiendi interdū illud, & hoc modo Plato nōnunquam materiā ipsam κενὸν siue vacuum vocat, quippe cum ipsa sui essentia corpore vacet, potēs tñ recipere corporeā naturam, & sic concedi potest vacuū esse intra mundum, (vt Philoponus dixit) quatenus materia prima intra globū cōtinetur lunæ. Alio modo vacare corpore est, quia nec corpus habet, nec est aptū habere, & hoc pacto vniuersam intellectuam lem naturam veteres vacuum siue κενὸν esse dixerunt, quia vacat corpore, nec ipsum recipere potest: quam quidem naturā, cum nō sub cœlo contineatur, extra cœlum esse fatentur. Et hoc modo si intelligant stoici, recte sentiunt, ac cum peripateticis. Hæc de vacuo.

Solo rōnū stoico.

Replica.

Solo.

Interpretatio pōnis stoicorum

De loco spirituū. q. 2.

SECVNDO quærere solebā an spiritus illi cœlestes, q vulgo Angeli Dñi, sint in loco: & videtur ꝙ sic, quia Arist. ait illos esse ibi, & quādoq; ait eos esse extra cœlum. In contrarium est, quia oē quod est in loco est corpus, at spiritus illi nō sunt corpus. Aliqui de loco ita sentiūt, volunt. n. locū esse vno modo circūscriptiuū, & hic corporibus cōuenit: & definitiuum, quo res ipsa ita hic definitur esse quod non ibi, & hunc spiritibus attribuunt. Hūc aiunt inesse illis per prius, ꝙ agant propterea illis cōuenire asserunt. Persuadent positionem hāc, primo qa aliter spiritus ille frequēter nusq; erit: ipso nāq; non operāte frequenter nullibi erit. Secūdo tunc spiritus ille esset in toto cœlo, qa in illo toto operat. Tertio locus est in locato, sed cœlū non est in spū, igitur spiritus non locatur ꝓ cœlum, in quo agit. Vltimo, Arist. in octauo physicæ auscultationis concludit deū esse in maximo orbe, & vtitur hac ratione. Ibi est vbi operat, sed operat in cœlo maximo, igitur ibi est. Ex hoc arguūt, aut locus dei est alius ab eius operatione, vel ipsa operatio: si alius, habet intentū: si idem, tūc cōpeteret sylis, esset enim idem medium & conclusio. Hæ rationes pro illis physicæ dici possunt, at cæteræ, quæ sunt theologicæ theologis omittant. Quicqd sit de veritate positionis, hæc positio nō est peripatetica: Arist. enim & Auer. hic asserunt illos esse ibi, quia illic operantur, & sic volunt spiritus illos esse in loco ꝓ operationes, vt in secūdo huius cō. 15. dicet. Cui rei etiā diuus expositor vbiq; consentit, & deducitur, primo qa tunc cœlestis spiritus continuo locum mutaret, quia cōtinuo subest alii atq; alii definitiuo loco, quatenus cœlum alium atq; alium locum formalē mutat. Secūdo, peripatetici Deum ipsum ponunt in loco, & non possunt ponere locum illius eē definitiuū, quia deus nullibi potest definiri, nisi ꝓ operationem sensilē, cum sit immensus: igitur spiritus ꝓ operationes locātur. Præterea locus hic definitiuus nō est peripateticus, nā peripatetici oēm locum volūt esse de prædicamēto quantitatis, atq; id quod vbi vocant relinq ex loci adiacētia: hæc igit positio non est peripatetica. Et licet in. 4. physicæ auscultationis multa diximus. debes scire tria esse in locatione ipsa: locū qui locat rem quæ locatur, & rationem qua locus locat, & res quæ locatur. Verbi causa: In corporibus, locus est vltima corporis superficies, fines quæ locatur est corpus ipsum, ratio vero

Perſuaſio.

Cōfutatio Alexandri, cōtra stoicos.

Cōfutatio rationum Alex.

Cōfutatio stoicorum

Quod non sit peripatetica.

Quę loca

I locādi eſt dimenſio. Et quia quæcunq; dicuntur in his, æqui uoce illis attribuuntur, ideo illa tria p quādam æquiuocatio nem illis tribuimus, & ita locum dicemus eſſe illo⁊ vnicuiq; proprium q; mouet cœlum, in quo operationem pfecit: rē vero quæ locatur dicimus eſſe ſpiritum ipſum, q; orbi proprio tribuit: rationem vero locādi dicimus eſſe virtutem ſiue quātitatem vigoris, q; ſpūs ipſe agit. Sed cū hæc virtus nō niſi operatione manifeſtet, dicimus ſpūs illos eſſe in loco p operationem, nō quia operatio cuiuſq; ſit locus cuiuſq;, ſed quia p operationem manifeſtat ratio locādi vtpote virtus, qua quiſq; ſuo in orbe locat. Tunc ad rationes illo⁊ & ad primā dicerē ſemper ſpūm quēq; eſſe in loco, quia ſemper ſuo in orbe operat, vt peripatetici ſentiunt. Ad ſecundam dicerem cōcedendo ſpūm eſſe in toto cœlo vti in loco cōi, ad ea in cœli parte vti in loco ꝓprio, vbi maxime apparet eius operatio. Ad tertiam intellectus ſiue ſpūs poteſt accipi vt cœli aīa, & ſic eſt in cœlo, vel vt res locabilis, & ſic cœ

K lum eſt in ſpū, vti in ſuo cōtento. Ad vltimā patet ſolutio, Ariſt. enim per ibi, intelligit cœlum maximum: probat enim Deum eſſe in maximo orbe, quia ibi apparet eius operatio, & ſic aliud eſt locus dei, & aliud ratio locādi: eſt enim Dei locus maximus ipſe orbis, ratio locādi eſt operatio ipſa. Hæc de locis ſpirituum.

Quę. 3. de pluralitate mundorum

TERTIO quærunt vtrum poſſint eſſe plures mundi, & licet hæc qō ſit tacta, q; occurrunt noua, iterū aggredimur, & arguiſ q; ſic, primo ſi mūdus eſt vnus numero in ſua ſpē, tunc mūdus erit indiuiduum quoddā: hoc eſt falſum, q; tūc erit in ſe indiuiſum, & diuiſum a quolibet alio ſuæ ſpeciei, modo cū nullum aliud ſit ſuæ ſpēi indiuiduum, videt q; nec ipſe poſſit eſſe indiuiduus. Secundo ſi mundus eſſet vnus numero in ſpē, tunc eius forma eſſet indiuidua, & ita ſenſilis: omne.n. indiuiduum eſt ſenſile, & hoc p materiā. Tertio, ſi eius forma eſſet indiuidua, non poſſet eſſe pluribus in locis, vt in ortu & occaſu & cæteris id genus: ſed vni tantum loco primo metaphyſicæ cō. 31. Quarto, materia mundi

L poteſt recipere plures formas, quia eſt in potentia ad infinitas eiuſdem ſpēi, & forma mūdi poteſt recipi in infinitis materiis, igitur poſſunt eſſe plures mundi. Democritus & Anaximenes infinitos actu eſſe mundos cōtendunt, Empedocles fuiſſe ſucceſſione diſputat, Plato plures eſſe poſſe ab vnitate exēpli affert. Ariſt. vero inſtitit, primo quia ſi plures eēnt mundi, tunc vnum corpus ſimplex, vt terra vel ignis moueretur motibus cōtrariis. Secundo, primus motor eſt vnus, igiſ mundus vnus numero: aut vt Simplicio placuit, oē mobile cuius primus motor prima forma, finis primus eſt vnū numero, ipſum eſt vnum numero ſimpliciter: ſed ipſe mundus eſt mobile, cuius motor primus eſt forma prima, & finis primus: igitur eſt vnus numero in ſua ſpecie. Tertio mūdus conſtat ex tota ſua materia, igiſ eſt vnus numero. Hæc

Dubō contra rōnes Ariſto.

Ariſt. contra antiquos. Sed dubitat cōtra rationes Ariſt. contra primā quidem, quia data mundorum pluralitate, ter

M ra vnius nō poteſt moueri ad medium alterius, tū quia tunc penetraret cœlum, quod eſt impoſſe, tū ſecundo quia ſic perforaret cœlum, & relinqueret vacuū: tum tertio q; anteq; veniret ad medium illius, a mediis elementis corrūperetur. Contra ſecundam vero, primo quia forma illimitatior capacitate materiæ mundi, igitur nō limitat ſibi illā numero tm̄ materiā. Secūdo forma minus illimitata de facto plura indiuidua pficit apud pipateticos, vt intell⁹ q; eſt vnus numero oīum hoīum, igiſ forma illimitatiſſima vt deus pficit plures mūdos. Qua rōne fit vt rō Ariſ. ſecūda nulla ſit, q; maior illius ē vera, quoties foꝛa nō eſt capacior materia ſua. Cōtra tertiam aūt, nā per illam rationē probarē vnum tm̄ eſſe hominem numero, q; vnuſq; hō ex tota ſua materia numero cōſtat, & ſic vnus tm̄ erit numero, hō. Hæc contra rōnes

Sol. Dubi. Ariſt. Sed breuiter rndet rōnes Ariſ. eſſe demonſtratiuas, ad ea igiſ quæ cōtra primā procedunt rōnē patuit ſolo ſuperius, & nūc de breuibus dico, q; aliud eſt aliquid concedē dum vt ſequens, & aliud p ſui qualitatem. Terram.n. vniꝰ moueri ad medium alterius nō eſt concedendū fm ſui naturam, vt dubitationes demōſtrant, ſed vt ſequens ad impoſſe, quod cōceſſerunt & poſuerunt antiqui. Ad rōnes contra ſecundam, aīaduerſione dignum aliquā formā eſſe capaciorem altera poſſe intelligi, vno modo, quia actu plures materias pficit: alio modo, quia poteſt pficere, ſiue apta nata eſt pficere: tertio quia ſuū ſubiectum pſtantius pficit. Tunc dicerent peripatetici deum eſſe formā intellectu pfectiorem, ſecundo & tertio modo, eſt.n. & apta nata forma plures pficere, & pſtantius q; intellectus pficiat, & ita cōcedo deum eſſe formā illimitatiorē ſua materia, & ipſo intellectu: & ita ex parte ſui poſſunt eſſe plures mundi, ſed defectu materiæ nō eſt niſi vnus numero mūdus, & ita nō eſt ſimile de intellectu & de deo: non.n. intell⁹ plures pficit materias, q; ſit illimitatior deo, ſed quia nō repugnat plures materias eius eſſe, nec deſunt ſibi materiæ, quas pficiat: deus vero nō perficit, quia nec ſunt, nec eſſe poſſunt plures. Ad rōnes contra tertiam, dicēdum q; mūdus cōſtat ex tota ſua materia numero actu, quia oībus ex ſui partibus quæ actu ſunt, & ex tota ſua ma

O teria ſpecie, quia nec eſt nec eē poteſt aliqua pars mūdi extra eum: at vnus hō numero licet cōſtet ex ſua tota materia numero, non tm̄ ſpecie, quia pōt eſſe aliqua hoīs materia, quam forma illius nō perficiet, & ſic eſt vnus numero, quia nihil ſibi deeſt de numero, nec de ſpē. Hæc pro defenſione rationū Ariſt. Pro rnſione ad rōnes in principio qōnis, de

Vnū numero quot modis.

bes ſcire q; vnū numero interdum eſt per priuatiouem multitudinis, qua rōne ipſa materia prima eſt vna numero, quia ſuiipſius eſſentia non eſt plures numero, ceu duæ quæ ſunt vnū numero priuatione oīum impedimentorū, & hoc modo Auer. 12. metaphyſicæ cō. 14. ait materiā ipſam eſſe vnam numero priuatione differentiaꝝ indiuidualium. Eſt & aliud vnum numero p additionem ſiue pōnem differentiæ indiuidualis, qua rōne Socrates eſt vnus numero, quia addit ſpēi differentiā q; dā indiuiduā ſiue illa ſit materia ſignata, ſiue

P aliq̄ id genus: q; qdē in ſeipſo īdiuiſum ē, diuiſum vero e quolibet ſuæ ſpēi. Vnū vero numero p priuationem rurſus bifariam eſt, aut p priuationem cuius fundamentum eſt potentia, & hoc modo materia prima eſt vna numero, quia ea priuatio qua ipſa eſt vna numero, in potentia materiæ fundat. Aut p priuationem cuius fundamētum eſt actus, & hoc modo intellectus hoīs apud peripateticos eſt vnus numero, deus, & ſingula intelligētiaꝝ, natura quoq; ſpecifica quoties cōcipitur vt tm̄ ipſa. Et vnum numero p priuationem cuius priuationis fundamētum eſt actus, adhuc bifariā, aut per priuationē differentiaꝝ actu tm̄, & hoc modo quælibet natura ſpecifica eſt vna numero p priuationē, quia vt actu concipiſ ſine differentiis indiuiduis, vna numero dicit priuatione. Aut p priuationem actualē & potētialem, & hoc modo deus eſt vnus numero: actu.n. caret differentiis, quibus diuidat, & ptāte quia eas habere nō poteſt. Sil⁹ & intell⁹ apud

Q Auer. hoc modo eſt vnus oīum, quia nec habet numerales differentias, nec poteſt habere. Tūc ad rōnes, ad primam dico mundum eſſe vnū numero in ſua ſpē per actualem & potentialem differentiarum carentiam, & nō per hoc q; ſit in ſe vnū, & diuiſum e quolibet alio eiuſdem ſpēi. ſic.n. vnū numero eſt Socrates, aut Plato p additionem differentiæ. Ad ſecundum patet etiam ſolutio, eſt.n. Deus vnus numero per priuationem actualem & potentialē differentiarum, & non p additionem, & ſic nō eſt forma ſenſilis. Per idem ad tertiam loquiſ Auer. ibi de vno numero p additionem, nam vnum numero p priuationē pōt in pluribus eſſe. Ad quartum concediſ mundi formā eſſe plures materias pficere, eſt enim ſuapte natura illimitata ad illā, & ad infinitas, ſed ipſa mundi materia nō poteſt perfici ab aliis formis, quia eſt in potentia fm dimidium cōtingentis, videlicet ad eſſe tātum. Quare patet actu nō eſſe plures mundos. Sed tunc emergit dubitatio vtrum de contingenti poſſint plures eſſe mundi. Animaduerſione dignum propoſitionem de ineſſe, vt Philon & Philoponus dicunt primo priorum, nihil aliud eē niſi

Vnū pefit eſſe plures mūdos

propoſitionem

A propoſitionē de contingenti, quæ iam exiit ad actum, qua rōne ſit vt oīs propoſitio de ineſſe aliquādo fuerit contingens. Vnde euenit vt id quod actu non eſt, & quo poſito in actu ſequit impoſſe, non poteſt eē de contingēti: & ita Ariſ. probauit hactenus nō eſſe plures mundos actu, quia ſequit impoſſe, videlicet corpus idem ſimplex moueri motibus cōtrariis naturaliter, etiam illud idē nec de cōtīgenti eē poſſe, vbi nāq; fieri poſſet, eo poſito in actu, nihil īpoſſe proficiſceret, & ſic eius rō poteſt de contingenti ſic ordinari: Si contingeret plures eē mundos, contingeret plures eē terras numero: ſi contingeret eē plures terras numero, contingeret plura media mundoꝝ eſſe, in quibus illæ eēnt: ſi contīgeret plura eſſe mūdorum media, cōtingeret terram vnius moueri ad medium alterius: ſi cōtingeret terrā vnius moueri ad medium alterius, contingeret idem corpus ſimplex moueri naturaliter motibus ꝑtrariis ſimul, vt deductū fuit toties. Hoc vltimum cōſequens eſt impoſſe, igitur impoſſe eſt plures mū

B dos eſſe. Ex hoc. S. Tho. noſter ait nec eē plures mundos, nec fuiſſe nec eē poſſe etiā per potentiam Dei: nam deus nō poteſt ſupra falſum impoſſe, & ſi poſſit ſupra falſum poſſe, vt oēs cōſentiunt catholici. Alii catholici ſumūt nihil eē alicui naturale ꝑ ſuam formā, ſed quatenus a deo volitū. Terram enim dicūt moueri ad medium, nō quia eſt terra, vt arbitrantur ꝑipatetici, ſed quia ē deo ipſo volitum eſt eam ſic mouerī: nec ignē calefacere dicūt, quia ignis, ſed quia deus ſic præconcipit & vult, qua ratione ſit vt plures mūdos eſſe ſit falſum poſſe, nam terra vnius nō moueret ad mediū alterius ꝑ naturam, ſed quia deus ita ꝑconcepit & ſtatuit. Mouebīt igit quælibet ad ſuū mediū, quia ita deus iuſſit, & ita nullū impoſſibile ſequeret. Sed inter tantos nolovt ſus Mineruā docere, nobis. n. ſat ſit locū monſtraſſe vt onus relinquēdum theologis. Sed qm̄ verba authētica ſunt ſemper reducēda in bonū, (vt iubet Themiſtius) videamus quidnā potuerint ſentire veteres de mūdorum pluralitate. Mundus quadrifariā igit eſt, alius intellectilis, quē Plato Angelicū vocat: alius huic proximus cœleſtis, q ex cūctis ſphæris cōficit: tertius huic contiguus ſublunarius, ſiue elementarius: quartus ex oībus his cōpoſitus, q & vniuerſum dicit. Subordinant autē mūdi iſti trifariam, emanatione, finis adeptione, atq; continentia; emanatione quidē, quia licet oēs vna e cauſa ꝓficiſcant vt a deo, ordine tñ quodam emanarunt, vt Plato in Timæo & Phædro ait: effluxit. n. e primo opifice prīo Angelicus, mediāte hoc vero effluxit ſecūdo cœleſtis, mediāte vero hoc, rurſus elementarius emanauit. Finis vero adeptione, nā licet oēs vno fruant fine, Angelicus tñ īmediatius attingit, quo mediante cœleſtis ille fruit, quo etiā medio elemētarius. Cōtinentia vero, nā quodlibet vnius cōtinet in alterius quolibet, quod Anaxagoras fortaſſe balbutiuit dicens quodlibet eſſe in quolibet, volens mundū eſſe in mūdo: quo vero modo quodlibet ſit in quolibet, ſupra diximus. Mundus vero ex oībus his cōpoſitus, quem vniuerſum vocant Platonici, adhuc diuidit, alius. n. eſt magnus, qui Macrocoſmus dicit, & hic ex elemētis, Angelis atq; Orbibus cōſtat. Alius puus eſt vt hō, qui Microcoſmus dicit, ſunt. n. in ipſo hoīe omnia ea quæ in magno ſpectātur. Quo quidē. n. ad eius intellm, mundus in eo eſt Angelicus: quo vero ad eius humores quatuor, mūdus eſt in eo elementarius: quo vero ad mēbra corporis, mundus eſt in eo cœleſtis, nā pedibus capiti applicatis orbis ſit quidam ſphæricus vt cœlum: cuius caput eſt initium arieti datum, collum tauro, humeri geminis, pectus cancro, latera & ſtomachus leoni, venter uirgini, vertebræ & renes libræ, ſcorpioni pudenda, coxæ ſagittario, genua capricorno, crura aquario, piſcibus pedes, Sunt quoq;, & ſtellæ ſeptē, cor Sol, cerebrum Lunali en. Saturnus, iecur Iupiter, ciſtis vero fellea Mars, Venus teſtes ipſi in quibus vis amoris reſidet, ſpiritus Mercurius. Quo quidē igitur modo poſſit intelligi eſſe plures mundos, & quonam modo poſſint veteres de mundorum pluralitate recte ſentire, ex his modo perſpicuum.

Pō. s. Tho.

Pō aliorū.

Interpretatio de mundorū pluralitate.

C

Quadruplex mundus.

Mūdus cō poſitus dupliciter.

D

Quonam modo hō ē paruus mūdus.

His autem definitis dicamus deinceps genitus ne an ingenitus, & num interiturus an nōinteriturus ſit mundus. D

Hactenus de mundorum pluralitate ꝓfecit, nūc de ipſius mundi genitura & obitu vult agere, vt ſummam decimā aggrediatur: ſed quia hæc res eſt nouum negocium, iccirco primo ſumit intentionē addens ordinem tam ad ea quæ iam dixerat, q̄ ad ea quæ dicturus eſt, inſuper etiam cauſam ordinis affert, & inquit: His aūt definitis dicamus deinceps genitus ne an ingenitus, & nū interiturus an non interiturus ſit ſupple mundus. Per hoc quod dixit, deinceps, dedit intelligere hāc intentionem ſequi ad tractactum de mundorum pluralitate, vt Alexander innuit. Sed dices, ſolutio cuius quæſtionis patet in hoc libro tam per ea quæ dicta ſunt in tractatu de cœli æternitate, q̄ per ea quæ dicta ſunt in proximo tractatu, igitur quæſtio hæc videtur ſuperflua. Solutionem indicat Auer. dicens q̄ quāuis res hæc ex dictis pateat, vtile tamen eſt ponere hanc quæſtionem per ſe, vt res ipſa perfectior ſit, ac magis perſpicua.

Expoſitio.

Dubō.

Quę Auer. cō. 101. E

Sed prius cęterorum ſuſpitiones tranſigamus: nam contrariorum demonſtrationes de contrariis ſunt ambiguitates.

Quia propoſita quæſtio eſt difficilis valde, habetq; pro vtraq; parte patronos, iccirco in dicendis ordinem aſſumit, & ait ſe velle primo in dicta quæſtione tranſigere ſuſpitiones cæterorum, qui in hac elaborarunt: cuius rei neceſſitatem conatur aſſignare, & primo ob cōcitationem, quoniā ex rationibus pro ꝑtrariis poſitionibus emergunt ambiguitates in noſtra poſitione, & hoc ait: Nam contrariorum ſiue cōtrariarum opinionum demonſtrationes ſunt ambiguitates de cōtrariis poſitionibus, quas nos credimus. Quod vero ad verba græca attinet, verbum illud ſuſpitiones, græce eſt ὑπολήψεις, latine tum coniecturas, tum ſuſpitiones: & merito poſitiones antiquorum ſuſpitiones appellat, quatenus ex friuolis argumentis emergebant.

Expoſitio. F

Præterea etiam dicenda magis credentur, ſi litigātium iura prius fuerint audita.

Secundo neceſſitatem aſſignat ex lege & officio boni iudicis, quia contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, & magis auditis partibus ſententia recipiet, & inqt: Præterea etiā dicenda magis credentur, ſi litigantium iura prius fuerīt audita. & ſic prius debemus recitare poſitiones & argumenta poſitionum, & poſtea ſententiam afferre. Quod vero ad verba attinet, verbum illud ἀμφισβητούντων λόγων, ſi verbum verbo reddatur ſonabit, dubitātium ſermonum, quod quia minus ſonat tranſtuli vno verbo, litigantium, eſt enim illud idem & clarius. Adiecit autem hanc rationem, qa recte Auer. ait: Plures ſermones aduerſariorum in deſtructione ſuarum rationum, nō ſunt niſi ad vincendum, & non ad ſciendum veritatem, velut ſophiſtæ faciunt.

Expoſitio

Expoſitio, cō. cod̄ 101.

G

Inſuper abſentes condemnare minus profecto uidebimur: iudices nāq; non aduerſarios, ſed arbitros eſſe oportet.

Tertio neceſſitatem tradit ab honeſtate iudicis, & inquit: Inſuper abſentes condēnare minus profecto videbimur, ſi eos ac ſi præſentes, ſi auditis iuribus illorum ſententiam affe ramus: iudices nāq; non aduerſarios, ſed arbitros eſſe oportet. Tribus igitur rationibus debemus opiniones antiquorum, & rationes illorum prius tranſigere, tum quia prouocant nos, tum quia ſententia noſtra melius credetur, tum qa officium boni iudicis eſt non condemnare abſentem. Multa habet Auer. ſuis in trāslationibus, quæ Ariſtote. ſunt inſomnia, propterea prætermittenda ſunt.

Expoſitio.

Quę enarauit Auer.

I Omnes igitur ortum ipſum eſſe aſſerunt, ſed ortum quidem alii ſempiternum, alii uero interituꝝ, quemadmodum quoduis aliud eorum, quę natura conſtant: alii uiciſſim interdum hoc, interdum alio modo in corruptione ſeſe habere, idque ſemper hoc fieri modo dicunt, ceu Empedocles agrigentinus atq; Heraclitus epheſius ſentiunt.

Proſequitur nunc & narrat alioꝝ poſitiones, & primo inter eos narrat cõem conuenientiam, ſecũdo differentiã. Cõuenientiã itaq; dicens, inquit: Omnes igitur ortum ipſum eſſe aſſerũt. Erat. n. hic cõis oĩum philoſophoꝝ ante Ariſto. conſenſus, qa vt Auer. dixit ſupra cõ. 22. primus græcorũ qui mundi æternitatem præſumpſit dublicare, fuit Ariſto. cuius poſitionem cum hæreticam arbitrati eſſent Athenienſes, ferunt Ariſto. veluti hæreticum ab vrbe pepuliſſe, vt Plu
K tarchus narrat. Hæc eſt cõuenientia. Deinde afferens eoꝝ differentiam, tangit tres poſitiones, & inquit: Sed ortũ quidem, ſupple oẽs conſentientes, alii ſempiternũ a parte poſt aſſeruerunt, vt primi in Græcia vates Orpheus, Linus. Muſæus, & Heſiodus, hi enim res diuinas poetice cecinerunt, quos & Mercurius triſmegiſtus, & Plato, & apud Hæbreos Moſes, & nos chriſticolæ ſequimur. Secũdam poſitionem vero ponit dicens: Alii vero interituꝝ dicũt, quẽ admodum quoduis aliud eorum, quæ natura conſtant, vt animalia & ſtirpes, atq; elementa, hæc enim hac corrũpuntur lege, vt nunc̃q; redeant, quã poſitionem Democritici ſentiunt. Deinde tertiam poſitionem addit dicens: Alii viciſſim interdũ hoc, interdum alio modo in corruptione atq; ortu ſeſe habere, idq; ſemp hoc fieri modo dicũt, ceu Empedocles agri
Quę Auer. cõ. 102. gentinus, atq; Heraclitus epheſius ſentiunt. Auer. autem reducit omnes de mũdo poſitiones ad regulam, quia aut credi poteſt hũc nec generabilem nec corruptibilẽ eſſe, & hæc eſt poſitio Ariſt. qui primus inter græcos ipſam ꝓtulit, c̃q̃q;
L ex occultis Chaldeorũ verbis excipi poſſit. Aut credi poteſt ipſum eſſe genitum & corruptibilem, & hanc poſitionẽ Anaxagoras ſcripſit: ſed vt puto translatoris eſt error, Anaxagoras enim mundum generare ait ꝑ extractionem ab intelligentia, quæ nunc̃q; ceſſat extrahere, propterea Democrito Simplicius dedicat illam: hanc quoq; ſuſtinere ait oẽs leges, quod an ſit, alias dicemus. Aut credi poteſt ipſum eſſe genitum, ſed non corruptibilẽ, & hæc eſt poſitio Platonis in Timæo. Aut fingi poteſt ipſum genitum nõ fuiſſe, ſed bene corruptibilem, hãc ait nullum ſenſiſſe, niſi quoſdam loquentes ſuæ legis, & (vt dicetur poſtea) Plato etiam cõceſſit. Qui ſi loquantur de poſſibili, vt ꝙ Deus potuiſſet facere æternũ a parte ante, & corruptibilem a parte poſt, nõ imperite ſentirent, cum multi noſtrorum theologorum id ſentiant: & ſic quatuor eſſe poſſunt de mundo poſitiones.

M Igitur ortum quidem eſſe, ſempiternum tamen fore aſſerere, ex his eſt quę ĩprobabilia ſunt. Ea nãq; ſola probabiliter ponenda ſunt, quę in multis aut in omnibus eſſe uidemus: at de hoc contrarium accidit, cuncta ſiquidem orta & occidi uidentur.

Refellit nunc poſitionem Platonis, quia cæteras perſæpe confutauit, & poſtea cõfutabit: & oſtendit primo poſitionẽ Platonis nihil probabilitatis ſapere. Nam vt primo dicitur topicorum, probabile eſt quod aut omnibus, aut pluribus videtur. Modo de poſitione Platonis videmus totum oppoſitum, nam videmus omnia orta occidi, & aucta ſeneſcere. Quod vero ad greca verba attinet, verbum improbabilia græce eſt τῶν ἀδυνατων, hoc eſt, impoſſibilium, ſed accepit impoſſibile pro improbabili. ideo inquit: Igitur ortum quidem eſſe, ſempiternum tamen fore aſſerere, ex his eſt quæ improbabilia ſunt, & quod ita intelligat, indicat id quod ſubdit dicens: Ea nãq; ſola probabiliter ponẽda ſunt, quæ in multis aut in omnibus eſſe videmus: (Nam hæc eſt definitio ipſius probabilis propoſitionis) at de hoc totum accidit oppoſitum ſiue contrarium, cuncta ſiquidem orta, & occidi videntur. & ſupple aucta ſeneſcunt, & ſic Platonis poſitio nihil probabilitatis habet. Animaduerſione dignum probabilitatem poſitionis, vt tradit Auer. ſecũdo phyſicæ auſcultationis, interdum ex parte rei proficiſci, & hoc prædicatũ poſitionis ineſt ſubiecto pro omnibus vel pluribus: interdum ex parte noſtra, vt cum apparet omnibus aut multis. Ariſto. igitur declarauit poſitionem Platonis nihil probabilitatis ſapere ex parte rei, cum dixit ſe videre oppoſitũ in omnibus aut pluribus: non autem ex parte noſtra, quia forſitan ex parte noſtra poſitio Platonis eſt probabilior cũ ſit multorum ſapientum, & multo famoſior illa Ariſ. & hoc Auer. ſentit cũ aſſerit poſitionem Platonis eſſe cõtra inductionem in omnibus, nam ſiquis in omnibus his quæ fiunt induxerit, reperiet omne ortum occidi. Sed ambigit Auer. quoniam hæc propoſitio nullum genitum eſt ſempiternum, probatur inductione & demonſtratione, igitur debet dici demõſtratiua & nõ ſufficiens, vt Ariſt. in Barbaris traslationibus ait, & in noſtris ꝓbabilis. In hoc ſtat dubitatio Auer. Reſpondet & verba ſunt obſcura, ſed ſuſpicor eum velle dicere Ariſt. aſſignaſſe generatim quæ ſit diſpoſitio ſiue poſitio credibilis, & quid incredibilis, & non de hac poſitione ſpeciatim. Vbi animaduerte aliquid conuenire alicui ſub ratione generis, quod ſibi non cõuenit ratione ſpeciei, & ſic hæc poſitio omne quod fit corrumpitur, ſub ratione generis eſt credibilis, quatenus videtur in omnibus vel pluribus ſub ratione propria ſpecifica eſt demonſtratiua, & ita Ariſ. generatim aſſignauit quid ſit credibile, vt habeat hanc poſitionem Platonis nihil credibilis habere. Tu vero conſidera, nam verba huius meliora non habentur.

Quid ꝓbabile. Scio.

Præterea quod non habet principium ita ſe habẽdi, ſed aliter ſe habere prius per omne ęuum fieri nequit, hoc & tranſmutari nõ poteſt: erit. n. aliqua cauſa per quam quidem, ſi ipſa prius eſſet: aliter id ſeſe habere poſſet, quod aliter ſeſe habere nequit.

P

Hactenus ꝙ Platonis poſitio nihil probabilitatis habeat, per primam rationem oſtendit: nunc ſecũdo arguit contra illam, & ſyllogizat ſic: Quod nõ habet prĩcipium aliquod quo aliter ſe habeat, ĩmo aliter ſe habere prius eſt impoſſibile, omne hoc transmutari nequit: at mundus nõ habet principium quo aliter ſe habeat, ĩmo aliter ſe habere eſt impoſſibile: igitur mundus tranſmutari nequit. Probatur maior qa oppoſitum prædicati infert oppoſitum ſubiecti, quia dicere quod tranſmutari poſſit, eſt dicere quod habet principium quo aliter ſe habeat, id quod aliter ſe habere nequit. inquit: Præterea quod non habet principium ita ſe habendi, ſed aliter ſe habere prius per omne æuum fieri nequit, hoc & trãſmutari non poteſt. hæc eſt maior, quam probat dicens: Erit enim aliqua cauſa qua quidem ſi ipſa prius eſſet, aliter id ſeſe habere poſſet, quod aliter ſeſe habere nequit. & ſic ex ipſius prædicati oppoſito infertur oppoſitum ſubiecti, eo enim ipſo quod eſſet tranſmutabile, haberet cauſam aliter ſe habendi, & tamen erat impoſſibile aliter ſe habere. Subticuit minorem propter breuitatem. Animaduerſione dignum (vt ſeptimo metaphyſicæ accipitur) materiam eſſe principium intrinſecum quo compoſitum aliter ſe habeat, propterea omne id quod hoc principio caret, intranſmutabile eſſe neceſſe eſt.

Expoſitio, Syllo tex. Q Quid ſit cõ corruptionis apud Ariſto.

Quod ſi mundus ex his conſtet, quę aliter prius ſeſe habeant, ſiquidem ſemper ſic ſeſe habebant, neq; aliter ſeſe habere poſſunt, genitus ipſe profecto non eſſet: ſi uero eſt genitus, & illa uidelicet aliter ſeſe haberepoſſe, & non ſemper ita ſeſe habere neceſſe eſt. Quare conſtituta diſſoluentur, & diſſo-

A luta prius conſtiterunt, idque infinities aut ſic ſe habet, aut poterat ſe habere. Quod ſi ita ſit, incorruptibilis ſane non erit, ſiue ea e quibus conſtat aliter ſeſe habuerint interdum, ſiue aliter ſeſe habere potuerint.

Expoſitio. Poſſet huic Ariſtote. rationi obiici ad minorem, (Nam vt Plato ſentit) mundus præfuit in chaos quodam, poſtea deus reduxit eum ad ordinem, quem ordinem nunquam amplius confundet, & ita minor ſyllogiſmi eſt falſa: conſtat enim mundus ex omnibus partibus veluti ex materia, quibus compoſitis mundus generabatur: habet igitur principium & materiam, qua cœpit, & tamen nunquam deſinet. Huic reſponſioni obiicit Ariſtote. & ita habebitur minoris probatio, & accipit illas mundi partes ſiue materias, e quibus conſtitit mundus, & quærit aut illæ partes aliter ſeſe habebant tunc quã nunc aut eodem modo nunc vt tunc. Et ſiquidem eodem modo igitur nõ eſt factus,
B quia e materia ſemper eodem modo ſeſe habente nihil noui proficiſcitur magis nunc ꝙ̃ antea. Si vero aliter ſeſe habẽt tunc ꝙ̃ nunc, aut igitur neceſſario ſeſe habent ſic aliter tunc ꝙ̃ nunc, aut contingenter. Si neceſſario, igitur ſemper ſe haberent aliter tunc ꝙ̃ nunc: eſt enim neceſſarium ſemper ens, vt dicitur primo priorum, & ita illæ e quibus mundus conſtat, ſemper eſſent aliter ſeſe habentia tunc ꝙ̃ nũc, quod non
Diffinitio quingẽtis. eſt intelligibile. Si autem contingenter, igitur poſſibile eſſe & poſſibile non eſſe ſic ſeſe habere: hæc enim eſt ipſius contingentis definitio primo priorum: igitur vt partes illæ contingenter conſtiterunt, ita cõtingenter poſſunt diſſolui, quoniam contingens eſt aut quod eſt & poteſt nõ eſſe, aut quod non eſt & poteſt eſſe. Aliter enim natura cõtingens vertere
Quid corruptio. tur in neceſſariam, cõtra omnes regulas prioriſticas. Quod
Quid generatio. ſi partes quæ conſtiterunt, poſſunt diſſolui, mundus ipſe corruptibilis eſt, quippe cum corruptio nihil aliud ſit ꝙ̃ partiũ
C diſſolutio, genitura vero partium conſtantia vt Plato ſentit. inquit: Quod ſi mundus conſtet ex his, quæ aliter prius ſeſe habebant. hoc vt dicebamus poteſt eſſe dupliciter, aut ita vt illa ſemper ſic ſe habeant, aut non ſemper ſic ſe habeant, propterea inquit. Siquidem ſemper ſic ſeſe habebant, neque aliter ſeſe habere ꝓ̃t, genitus ipſe ꝓfecto nõ eſſet. e mã. n. ſemper eodẽ modo ſeſe habente nihil noui proficiſcit itaq; ſubiũgit: Si vero eſt genitus, & illa videlicet aliter ſeſe habere poſſe, & nõ ſemp ita ſeſe habere neceſſe eſt. propterea concludit: Quare conſtituta diſſoluentur, & diſſoluta prius cõſtiterunt, idq; infinities aut ſic ſe habet, aut poterat ſic ſeſe habere. Quod ſi ita eſt, incorruptibilis ſane non erit, ſiue ea e quibus conſtat, aliter ſeſe habuerint interdũ, ſiue aliter ſeſe habere potuerĩt. vtroq; enim modo erit corruptibilis, nam corruptio eſt partium diſſolutio, vt genitura erat illarum or
Quę Auer. Cõ. 103. dinata conſtantia: hæc eſt concluſio principalis. Auer. autem licet non multum ad verbum, rationes Ariſto. aliter inducit, & ſupponit duo, quorum primum eſt, ꝙ res carẽs po
D tentia ſiue principio tranſmutationis, non poteſt aliquando tranſmutari: quod probat, quia aliter alteratio eſſet cauſa ſuiipſius: nam ſi careret ſubiecto, oportet vt careat agente, vt dicetur commen. 124. & ſi caret ſubiecto & agente, & ipſa fiat, non videtur fieri niſi a ſe, & ita habetur intentum. Secundum eſt ꝙ ea e quibus mundus conſtat, fuerunt ſub diſpoſitione contraria ad illam ſub qua ſunt nunc, & iterum hæc ſub hac diſpoſitione nunc conſtituta, erant ſub contraria diſpoſitione, patet quia in tempore præterito fuerunt illa ſub priuatione formæ mundi, & in tempore futuro iterũ ſub priuatione eiuſdem: probat hanc quia niſi partes mundi ante tempus genituræ fuiſſent ſub priuatione, tunc nõ fuiſſet ex illa poſſibilis compoſitio. & arguit: Materia mundi fuit in principio ſub potẽtia ac priuatione ad formam mundi, & nunc eſt in potentia ad priuationem illius formæ, igitur mundus eſt genitus & corruptibilis, quare vt ſua natura poterat conſtare, ita ſua natura poteſt diſſolui: eſt enim natura contingens eadem. Sed huic rationi obiicitur primo quia tunc oculus cæcus poſſet recipere viſum, quia antea poteſt recipere. Amplius, tunc corruptum idem numero redibit, vt Socrates: Nam poſt mortem remanet materia. Dici poteſt, hæc Ariſtote. ſiue principia ſiue ſuppoſitiones eſſe intelligendas, quando omnia e quibus res ipſa conſtat, poſt illius corruptionem remanerent. Et hoc Plato concedit. Nam omnia e quibus mundus conſtat, poſt illius corruptionem remanent vt materia, videlicet omnia elementa: forma vero, aut deus aut mundi anima (Et ſic apud Ariſtote.) eſt hoc principium omne quod incepit, deſinit, iterumq; idem numero redibit, ſi omnia e quibus conſtabant, remanent: ſed ſi omnia non remanent, ſed ſaltem materia, redibit idem ſpecie. Tunc reſtat ſaluare cur Socrates non redeat poſt mortem, cum & anima reſtet, & materia. Qui enim tenent animam rationalem eſſe corruptibilem facile euadunt, dicent enim non remane re omnia, quia non remanet forma. Alii dicunt non redire Socratem, quia non remanent diſpoſitiones & qualitatiuæ & quantitatiuæ, & hoc iterum friuolum eſt: nam ſimiliter mundus non rediret, quia licet & eius forma & materia reſtent, corrumpitur ordo, quo forma vniebatur materiæ, vti per quandam diſpoſitionem, vt Plato ſentit. Alii dixerunt reſurrectionem eſſe naturalem & poſſibilem ex parte partium eſſentialium, quia reſtant materia & forma conſtabiles: ſed defectu agentis naturalis, illa eſt impoſſibilis per naturam. Nec hoc eſt peripateticum, in omni enim natura vbi eſt poſſibile ab intrinſeco, eſt poſſibile ab extrinſeco, vt commen. 124. dicemus. Aliter eſſet aliquod naturaliter ocioſum. Propter hoc qui volunt defendere animam rationalem eſſe immortalem apud Ariſtote. cum magna difficultate poſſunt ſua principia ſaluare. Hæc poſtea melius dicentur, vbi oſtendemus poſſe etiam ſtare cum principiis Ariſtote. & reſpondebimus ad omnem cauillum, & tu ſcias ꝙ hæc ratio eſt omnium difficillima ad probandum animæ mortalitatem apud Ariſtote. & videbis poſtea melius.

D
Obiectio.
Soſo.
Quodãmodo intelligit, oẽ qđ incepi, deſinit, &c. de ipſa reſurrectiõe, decp aĩę immortalitate.
E
Prima põ. Secunda. Cõfutatio.
3. poſitio.
Cõfutatio.
Quãta eſt rei difficultas.
F

Præſidium autem quod inferre ſibi tentauerunt aliqui eorum, qui incorruptibilem quidem eſſe, ſed genitum aſſerunt, minime uerum eſt. Aiunt namque & ſe perinde ut hi qui picturata deſcribunt, de genitura mundi eſſe locutos, non quia ortus ſit ipſe interdum: ſed doctrinæ cauſa, quia notius exiſtit, ſi ut deſignationem uiderint factum.

Expoſitio. Xenocrates qui eſt de poſitione Platonis, ſibi & præceptori præſidium tentauit inferre, & eius breuiter ſolutio eſt ꝙ aliquid eſſe genitum ex aliquibus partibns, verbi cauſa, domum ex parietibus, poteſt intelligi vt illa particula. Ex, notat ordinem temporis, & hæc eſt genitura ſecundum veram & propriam rationem dicta, & hoc modo cuncta artificialia, & omnia naturalia generantur: præcedunt enim partes totius compoſitionem tempore. Aut poteſt intelligi vt particula illa. Ex, notat ordinem naturæ ac cauſalitatis: Quo modo dicimus ꝙ continuum ipſum fit ex partibus diuiduis, quia ſimul tempore ſunt partes & totum, tamen partes præcedunt totum natura & cauſalitate, ſimiliter oratio ex nomine & verbo, & id genus, & hæc dicitur generatio æquiuoce & multum metaphorice: potius enim deberet dici dependentia totius a partibus: quã generatio. Ad propoſitum, dum Plato ait ipſum mundum factum eſſe ſuis e partibus, intelligit ſecundum ordinem naturæ & cauſæ, & non temporis. Quod ſi Plato dixit mundum eſſe factum ex partibus tempore præcedentibus, non eſt intelligendum ſic ſenſiſſe vt verba ſonant, ſed ſic dixiſſe vt diſcipuli facilius diſcant, veluti geometræ faciunt, qui pro faciliori doctrina triangulos deſcribunt & cæteras fi-

Generari ex aliqbus dupliciter.
G

guras id genus, in quibus designationibus discipuli perci-
I piunt partes esse priores tempore toto, & tamen in rei ve-
ritate non sunt priores nisi natura, & causalitate. inquit:
Præsidium autem quod inferre sibi tentauerunt aliqui de
numero eorum, qui incorruptibilem quidem esse, sed ge-
nitum asserunt, minime verum est: aiunt nāq; & se de mun
di genitura esse locutos, perinde vt hi qui picturata descri-
bunt in geometria, non quia ortus sit ipse interdum, sed do
ctrinæ causa, quia notius existit magisq; id discent, si vt de-
signationem viderint factum mundum ipsum. Hæc Xeno-
Quę Simplicii. crates. Hinc emersit illud Simplicii, quod Aristote. non
intellectui verborum Platonis aduersatur, cum non aliud
sentiat: sed verbis tantum, ne male deprehensa seducant
Quę Alex. animum a veritate. Alexander autem voluit Arist. & ver-
Quid ipse. bis & intellectui contradixisse, & hoc mihi magis conso-
nant, nam si solum verbis obiiceret, proculdubio solutio-
K ne Xenocratis esset contentus: at nos videmus ipsum etiam
Quę Auer. Com. 104. illi responsioni acerrime contradicere. Auerro autem vult
Aristote. hic uelle contradicere exemplo quo Plato vteba-
tur in sua positione de genitura mundi, eo enim exemplo
persuadere enitebatur mundum ipsum esse genitum qui-
dem, sed non in tempore, sed ab æterno, & hoc appro-
bat Auerro. quia tempus sequitur motum cœli: ideo si mun
dus fuisset genitus in tempore, tempus fuisset ante tempus,
& sic velle videtur Auerro. Aristote. non positioni sed ex-
Dubō. emplo, quo vtebatur Plato, contradixisse. Sed dices, si
Plato concedit partes priores fuisse mundo, & omne prius
& posterius sunt temporis differentiæ, propterea quasi sol-
Solutio. uendo Auerro. talem indicat distinctionem, ℘ esse aliquid
alio prius est aut tempore, aut natura siue causalitate. Mo-
do esse possunt aliqua aliis priora, & cum illis simul esse tem
pore, vt in rebus æternis, & sic ad propositum dixit Pla-
to partes mundi simul esse tempore cum mundo, & ab
Qual' hæc Aue. expō. æterno, priores tamen causa. Sed quantum hæc Auerro.
L. expositio græcis codicibus conueniat, tu qui idem &
Philosophus es & græcus, diiudica. Quāquam enim quæ
dicit vera sint, nemo dubitat hæc esse aliena a verbis Arist.

Sed hoc (ut dicimus) non est simile: nam in pi-
cturarum quidem effectione si cuncta simul sint
posita, idem accidit: at in horum demonstratio-
nibus non item, sed impossibile est idem accidere.
Ea namq; quæ prius posteriusue sumuntur, sub-
contraria sunt, quippe cum ex inordinatis olim, or-
dinata processisse contendant: at ut idem sit ordina-
tum simul & inordinatum, fieri non potest.

Expositio. Refellit igitur Aristote. nunc responsionem Xenocra-
tis, & declarat ℘ exemplum in picturis non est simile ad
genituram mundi, & inter hæc duas dissimilitudinis causas
colligit, primo tamen proponit intentionem, & inquit: Sed
M hoc (vt dicimus nunc arguendo contra Xenocratem) non
est simile, vel magis ad verbum, non est idem. Hæc est in-
tentio, deinde sumit primam differentiam, & inquit: Nam
in picturarum quidem effectione, si cuncta simul sint po-
sita, verbi causa, omnes partes simul sint in vniuersa pictu
ra constitutæ, idem accidit, hoc est, partes non sunt varia-
tæ nomine & ratione. Latera enim trianguli & antequā si-
mul configurarentur, & cum simul sunt configurata, sem-
per sunt lineæ eædem nomine & ratione: at in horum de-
monstrationibus, hoc est, in demonstratione genituræ re-
rum vel mundi, non item fit, sed impossibile est idem ac-
cidere. i. immo variantur partes omnino, cuius causam af-
fert dicens: Ea nāq; quæ prius posteriusue in mundi ipsius ge
nitura sumuntur, vt omnia corpora sensilia subcontraria
sunt, hoc est, mutata de dispositione disparata ad dispo-
sitionem disparatam, quippe cum ex corporibus sensili-
bus olim inordinatis, ordinata processisse cōtendant: erant
enim elementa & omnia corpora sensilia confusa, nec aqua N
pura, nec ignis purus, nec aliquod illorum purum, sed om
nia confusa & imperfecta, vt idem sit ordinatum simul & in
ordinatum fieri non potest, & sic partes mundi viden-
tur mutare speciem & nomen, partes picturarum mini-
me, & hæc est prima differentia. Quod vero ad verba at- Ordinatū inordinatū subcontraria.
tinet, Aristote. vocat ordinatum & inordinatum subcon-
traria, quoniam proprie non sunt contraria cum sint rela-
tiones: sed sunt subcontraria, quia tantam habent vim vt
contraria ipsa.

Præterea generationem atq; tempus separare in-
ter illa necesse est, at in picturis tempore nihil sepa-
ratur. Esse igitur impossibile simul ipsum sempi-
ternum esse & genitum, perspicuum est.

Secunda differentia est, ℘ inter partes mundi & mun- Expositio.
dum ipsum tempus & generatio interiacet, quia partes
eius prius ortæ fuerunt in confuso, deinde tempore mun- O
dus ex illis partibus confusis fuit ornatus, propter quod
κόσμος dicitur, quasi ornamentum, & sic inter partes &
mundum mediat generatio apud Platonem. In picturis ve
ro non mediat tempus, nec generatio, cum non prius sint
partes quam totum. Et si dices hoc est contra sensum, nam Dubō.
sensu videmus partes præcedere descriptione totum. Di- Solutio.
ci potest partes illas esse priores per accidens vt describun-
tur, sed vt concipiuntur, sunt simul tempore, cum non
oportet illas mutari de inordinatione ad ordinem, vt sunt
mundi partes. Animaduerte ℘ hæc secunda differentia se-
quitur ex prima, nam si partes mundi prius fuerunt confu-
sæ, & postea redactæ ad ordinem, ipsas esse tempore prio-
res toto necesse est. Demum epilogat, & sermo patet.
Auerro. autem inter picturæ designationem, atq; mundi Quę Auer. com. 105.
genituram, tres colligit differentias. Prima est ℘ in mun-
di genitura, immo generatim in omni genitura, vt partes
successiue generantur, ita & totum ipsum, vt etiam decla-
rauit primo physicæ auscultationis commento. 62. At in P
genitura figuræ partes non successiue vt totum generan-
tur, figura enim in indiuisibili consistit. Sed quonam modo
generatio sit successiua quoue subitaria, omitto, sufficien-
ter enim disputatum est in libro de generatione, atq; in phy
sicis. Secunda differentia est ℘ omnem generationem præ
cedit alteratio, at figuræ effectionem minime, ad quantita-
tem enim non est alteratio. Tertia est ℘ elementa mixtum
tempore præcedunt & partes mundum similiter, at lineæ
minime figuram ipsam præcedunt, nam cum lineæ sunt,
ipsa figura est: & econtra cum figura sit, etiam lineæ sunt.
Sed dices nonne linea videtur reperiri actu ante figuræ Dubō.
generationē, vt patet in puluere? Dici potest indiuisibilia Solutio.
esse nō possunt nisi quatenus sunt in rebus diuisibilibus, &
ita non ante figurā: id vero qđ geometræ describunt, non
linea est, sed lineatum corpus. Ex his colligit Auerro. ra- Rō Auer.
tionē subtilem, quæ sic componitur: Aut genitura mun-
di ex partibus est similis effectioni figuræ secundum rem, Q
aut secundum doctrinam: non secundum rem, vt ex his
differentiis patet, erit enim generatio mundi cum simulta-
te generationis partium, quod est contra rationem gene-
rationis, & econtra ea quæ dicta sunt: si vero secundum do
ctrinam, tunc genitura mundi erit temporaria ceu illæ fi-
guræ. Respondebat Xenocrates concedendo illa ambo Cauillus Xeno.
esse similia in re quantum ad aliquid, puta quantum ad hoc
℘ mundus dependet a partibus, & ℘ partes sunt non tem-
pore, sed natura priores, & sic illius generatio non est pro
prie dicta, sed magis debet dici dependentia quædam. Cōfutatio Auer.
Contra obiicit Auerro. primo, quia tunc Plato non dif-
ferret ab Aristote. & sic Aristote. habet quod vult. Secun-
do, quia Plato simpliciter inquit mundum fuisse genitum:
modo generatio cum profertur, intelligitur pro mutatio-
ne facta in tempore, cum generatio non nisi cum difficul-

tate

A tate intelligatur de dependentia. Tertio, omnis relatio acq ritur propter acquisitionem noui fundamenti nouęq; rei absolutæ, at cum ordo sit relatio & inordinatio similiter, igitur si mundus est translatus de inordinatione ad ordinem mutatur in aliquo absoluto, & sic est genitus vera generatiõe. Hęc

Qpę auer. cõmẽ. 106. colliguntur ex commen. 105. Auerro. præterea commen. 106. ob suas malas translatiões, (vt mihi videtur) nihil ad verba Aristo. ait, sed quicquid sit de expositione verborum Aris.

Rõnes cõtra Plato. Prima. in verbis eius colliguntur (vt mihi videtur) tria. Primũ sunt duæ rationes contra Platonem, quas Aristote. non sentit, & prima est: Quæcunque sunt in loco ac tempore reperiuntur actu aliquando priora eo, quod ex his componitur: ea è quibus mundus fit, quia (vt dicit) sunt corpora existentia in actu, contingit vt sint in loco & tempore: igitur sunt priora mundo.

Secunda. Secunda ratio Auerro. Quæ innata sunt reperiri in tempore, aliquando reperiuntur in tempore priora suo mixto. nã

B (vt dicit) quod innatum est reperiri in tempore, non inuenitur sine tempore: sed partes mundi sunt innatæ reperiri in tẽpore: igitur sunt priora mundo. Econtra est de lineis rebusq; abstractis, non enim possunt reperiri in tempore nec in loco, propterea si sunt priora suo mixto, non nisi secundum esse & naturam sunt priora: & sic in generatione figuræ partes non nisi natura prȩcedunt figuram, propterea addit cp si Plato voluit dicere, cum dixit mundum esse genitum, ipsum dependere ex partibus quæ prȩcedunt ipsum esse & naturam, verum dixit. Sed eius verba hęc non sonant: quare aut peccat recedendo a veritate, aut male docet. Sed hę Auerro. rationes fri

Rñsio ad rões Aũ. cõtra Pla. volæ sunt aduersus Platonem, nam omnes essent contra Aristote. Aristote. enim concedit elementa & corpora sensilia e quibus ipse mundus est, esse in loco & tempore, vt procedit prima ratio, & tamen non concedit illas tempore debuisse mundum præcedere. Amplius, concedit mundi partes esse innatas reperiri in tempore, vt procedit secunda ratio, & tamẽ non concedit esse prius tempore mundo, & propterea dici po

C test partes eas e quibus mundus constat, reperiri in tempore & loco, & esse aptas reperiri, non quidem secundum seipsas totas, quia sic sunt perpetuæ: elementum enim secundum se totum est perpetuum, vt dicitur secundo de generatione: sed secundum quid atq; secundum partes, quia sic quodlibet elementum est generabile & in loco certo. Mundus itaq; apud Platonem & Aristote. non ex elementis constat, quatenus cõsideratur secundum partes, sed quatenus consideratur secundum totum: & sic rationes illæ Auerro. friuolæ sunt. Secun-

quales ntũ di partes do debes scire ex verbis Auerro. quòd partes mundi & partes figuræ non eodem modo se habent, quia partes mundi quatenus sunt entia sunt alicuius qualitatis, hoc est, formatæ, quarum formam ducunt per ordinationem mundi, & ita componuntur ex qualitate, siue forma, & quali siue materia & subiecto: omne enim elementum componitur ex materia & forma. Quę ratio docet vt partes illæ cum constent ex partibus, quali videlicet & qualitate sint prius genitæ ex aliquo quod se habet vt forma, & aliquo quod se habet vt materia, postea

D mundus ex illis constat: at in figuris non est ita, non enim partes illius componuntur ex qualitate & quali, cum quęlibet pars sit simplex. Et tu intelligas quòd si Auerro. velit quia

Interpretatio eius qđ Auer. ait. partes mundi, hoc est, elemẽta, sunt compositæ ex materia, & forma, ideo tempore sint prius genitæ mundo, errat, quia nõ secundum tota sunt genita, sed secundum partes: non enim omne compositum ex materia & forma, est genitum in tempore nisi aut secundum totum, aut secundum partes. At si velit saltem illas esse genitas secundum partes, verum dicit, quia per hoc partes mundi differũt a partibus figurę. illę enim generantur saltem secundum partes: hæ nec in parte nec in toto. Sed licet hoc modo sit bene dictum, nihil tamen contra Pla

quid Auer. cõtra theo. tonem, vt visum est. Tertium quod colligitur ex verbis Auerro. est obiectio contra theologos. obiicit enim sic: Si mundus generatur, generatur aut ex ente, aut ex non ente, quod est priuatio entis. Si ex ente, igitur ante mundum prȩcessit ens, & sic non fuit ipse simpliciter genitus. Si ex non ente, aut ex non ente essentialiter, aut accidentaliter: non ex non ente E essentialiter, quia tunc non ens reciperet ens, hoc enim est aliquid fieri ex alio essentialiter vt scilicet recipiatur in illo vt in materia. Si accidentaliter ex non ente, igitur essentialiter ex aliquo ente, & sic ante mundum aliquid fuisset vt prius. Sed Solo tõni Auer. debes scire Auerro. supposuisse omni potentiæ actiuæ respondere passiuam, & econtra: & propterea non potest intelligere mundum fieri nisi aliquo prȩsupposito. Nos autem tenemus potentię actiuę limitatę bene respondere passiuam, quia hæc cum sit limitata, agit secundum partem, non simpliciter. At potentiæ actiuę illimitatę tenemus non respondere passiuam, quia potentia talis agit simpliciter: ideo hæc ratio friuola est, non enim mundus apud nos generatur, sed ex nihilo a potentia illimitata creatur.

Constituere uero mundum uicissim atq; dissoluere, nil aliud facere est, quàm ipsum quidem sempiternum parare, sed formam mutantem. Quemadmodum si quis interdum corrumpi, interdum generari eum arbitretur, qui uir ex puero, exq; uiro F puer fieret.

Expositio. Hactenus quædam de Platonis positione, nunc vult refellere positionem Empedoclis & Heracliti: & primo positionem Empedoclis, deinde illam Heracliti, demum ad Platonem redit. Quantum vero ad primam partem, primo exponit quid sonant verba Empedoclis: hoc enim necessarium fuit, quia cum Empedocles poetice scripserit, verba habent amphibolo gicum sensum, & inquit: Constituere vero mundum vicissim atq; dissoluere, (vt Empedocles facit) nihil aliud facere est, quàm ipsum quidem sempiternum parare, videlicet quo ad subiectum & substantiam, sed formam suam mutantem, hoc est, ordinem & dispositionem. Rem hanc per quoddam simile declarat, & inquit: Quemadmodum si quis interdum corrumpi, interdum generari eum hominem arbitretur, qui vir ex puero, exq; viro puer fieret. Nam in tali huius hominis muta

G tione semper remanebit idem numero homo subiecto & substantia, sed dispositione ac accidente differt. Hæc est interpretatio verborum Empedoclis.

Patet namque si elementa inter sese conuenerint, non quemuis sed eundem ordinem, eandemq; effici constitutionem.

Expositio. Probat talem esse sensum verborum Empedoclis, & primo per rationem, secundo ex his quæ ipse ait. Quantum ad primum ratio sic componitur. Omne quod redit idem numero in pristinam dispositionem, non potuit esse secundum substantiam atq; subiectum corruptum: vbi enim fuisset corruptum, non potuisset redire ad eãdem dispositionem, quia sic corruptum rediret idem numero, cuius oppositum determinabitur in libro de generatione. At mundus idem numero redit ad pristinam dispositionem, vt ipsi aiunt. Igitur nõ est corruptus subiecto ac substantia. huius vim minoris narrat, & inquit: Patet nanq; si elementa inter sese conuenerint ornatu & positura, non quemuis sed eundem ordinem, eandemq; effici constitutionem, quæ prius erat. & sic idem numero manens redit ad pristinam dispositionem. H

Præterea & secundum ipsos qui hanc sententiam dicunt, hi nanq; utriusq; dispositionis contrarium ipsum causam esse aiunt. Quare si totum quidem corpus continuum permanens interdum hoc, interdum illo disponitur modo atq; præornatur: totius uero constitutio mundus est atq; cœlum: non mundus profecto, sed eius dispositiones generantur atq; corrumpuntur.

Expositio. Nunc ostendit sensum illum esse bene datum ex his, quæ ait Empedocles, & inquit: Præterea & secundum ipsos q hanc sententiam dicunt, hi nanq; vtriusq; dispositionis, videlicet confusionis & ornatus, contrarium ipsum causam esse aiunt,

I nam ornatus cauſam aiunt eſſe diſcordiam, confuſionis vero concordiam. Ex hoc ſequitur ipſos ſenſiſſe mundum non ſubſtantiam & ſubiectum mutaſſe ſed accidens, nam concordia, diſcordia non ſubſtantiæ ſunt cauſę ſed accidentis. & ita patet tum ratione tum ex verbis eorum ſenſum illum eſſe bene aſſignatum. Ex his oſtendit & cõcludit quòd potius oppoſitum ſequitur ad poſitionem Empedoclis, videlicet ꝙ mundus ſit ęternus potius quàm quod ſit factus: & ita habetur intentum, & hoc inquit ſimul concluſionem & rationem epilogans. Quare ſi totum quidem corpus ipſius mundi continuum permanens ſubiecto & ſubſtantia, interdum hoc interdum illo diſponitur modo atq; præornatur: totius vero conſtitutio ſiue ornatus mundus eſt atq; cœlum: non mundus profecto, ſed eius
K diſpoſitiones generantur & corrumpuntur. Eſt enim mundus elementa ipſa, atq; ſenſilia corpora, quę ſubiecto & ſubſtantia ſunt ęterna apud eum, diſpoſitione vero mutabilia. & ita mũdus eſt ęternus, non corruptibilis vel generabilis, cum generatio & corruptio non ad accidens, ſed ad ſubſtantiam ſint. Et
Quę auer. cõ. 107. hunc textum pauci intelligunt. Auerro. autem ex malis trãſlationibus, quas habebat parum textus intelligit, ſed quicquid ſit de verbis, ipſe vult Ariſtote. contra Empedoclem tale feciſſe enthymema: Si mundus concordia generaretur & corrumperetur diſcordia, vt Empedocles ſentit, tunc mundus eſſet æternus ſubſtantia & ſubiecto, ſolumq; accidẽte corruptibilis: nam ſolum mutaretur de forma in formam, hoc eſt, de diſpoſitione in diſpoſitionem, & eſſet æternus in ſub-
L ſtantia. Vlterius verba textus obſeruat, verba enim non quemuis ſed eundem ordinem & reliqua, græcè ſunt οὐχὶ τὴν χοῦσα τάξις γίνεται & latinè ſonant, non qui vis. In veteribus tranſlationibus erat non contingens homo fit. In arabicis vero erat, non fiunt ex his diſpoſitiones diuerſæ, & tunc apud arabes eſt ſenſus, ꝙ cum elementa conuenerint adinuicem, non fiunt diſpoſitiones diuerſæ. Modo quid Ariſtot. ſentit, nemo dubitat, qui aliquantulum in grecis ſit verſatus. Sed Auerro. vult hæc verba reducere in bonum, & primo exponit quid per diſpoſitiones Ariſtote. intelligit, & vult per diſpoſitiones poſſe intelligi formas ſubſtantiales, & tunc ſenſus eſt
qđ Aũ intelligat per diſpõnes ꝙ cum elementa conuenerint adinuicem, non fiunt diſpoſitiones diuerſę, ideſt, formæ & ſubſtantię diuerſę, quia nõ ſubſtantia ſed accidens variatur. Aut vult per diuerſas diſpoſitiones eſſe intelligendum infinitas, vt ſit ſenſus, ꝙ cum elementa conuenerint non generantur diſpoſitiones diuerſæ, ideſt infinitæ in ſpecie, quia diſpoſitiones illæ erunt eædem ſpecie & diffinitione, quæ ſemper iterantur in elementis ſecundum reciprocationem. Et ꝙ non eſſent infinitæ ſpecie, probat, quia
M tunc quælibet diſpoſitio de numero illarum ſimpliciter eſſet corruptibilis, quia dum corrumperetur, nihil ſuę ſpeciei remaneret, nunquamq; rediret. Quæ ratio docet apud Empedoclem mundum in ſubſtantia eſſe æternum ſecundum numerum, in accidentibus vero ſecundum ſpeciem. Et reddit cauſam quare hoc Ariſtote. ſubiecit, & inquit Ariſtote. hoc dixiſſe quia ſi accidentia eius non eſſent æterna, poſſet dici ipſum aliquo modo eſſe corruptibilem ſaltem in accidentibus nec numero nec ſpecie redituris. Addit tamen eſſe neceſſe accidentia illa eſſe æterna ſpecie, cum ſint oppoſita & reciproca ſupra elementis. Hæc Auerro. quæ quantum literæ ſonent, tu modo intelligis. Secundo, obſeruat alia verba, in ſuis enim tranſlationibus habebat: Totius autem mundi diſpoſitio mundus & cœlum eſt, non vtiq; mundus generabitur & corrumpetur, ſed diſpoſitiones ipſius. in quibus verbis innuit, ipſo in mundo eſſe tres compoſitiones, aliam quidem ex elementis loco materię & ſua forma, ſiue forma illa ſit deus ſiue anima, ſiue quęuis res. Aliam in parte qualibet, vt ignis eſt compoſitio ex propria materia ac forma: hęc enim compoſitio potius eſt in partibus quàm in ipſo, & iuxta has vult intelligi illud Ariſtote. cum dicit: Totius autem mundi diſpoſitio mundus & cœlum eſt, ſumit enim diſpoſitionem pro totius compoſitione, vel pro compoſitione in partibus reperta. Aliam vero compoſitionem arbitratur in elementis, vt ſunt mixti mundi partes, qua congregantur: & de hac intelligit cum ait, nõ itaq; N
mundus generatur & corrumpitur, ſed diſpoſitiones, hoc eſt, congregationes ipſius, quæ in elementis reperiuntur. Multa addit, quæ non ſunt vtilia nec poſſunt applicari ad verba noſtra, propterea prętermitto. Ex his accipitur magnum argu De alę im mortalita. te.
mentum ad probandum animam rationalem eſſe corruptibilem, aliter homo in morte non corrumperetur ſubſtantialiter: & arguam vt Ariſtote. contra Empedoclem ſic, omne cõ poſitum cuius partes eſſentiales remanent, ipſum in ſubſtantia non mutatur ſed in accidente: ſed hominis partes eſſentiales poſt mortem remanent. igitur homo non ſubſtantialiter corrumpitur, ſed ſolum accidentaliter. Sed hoc argumentum friuolum eſt, & eſt ſolutum bene in libro de intellectu, & infra dicemus, quia de hoc intendo loqui. O

At uero mundum ipſum omnino ortum, corruptum iri atq; non redire, ſi ſit quidem unus, impoſſibile eſt. Nam antea quã ortus eſſet, conſtitutio præcedens ipſum ſemper erat, qua quidem non facta, ipſum mutari fieri non poſſe dicimus.

Expoſitio. Nunc refellit poſitionem Democriti, & primo narrat illius impoſſibilitatem, ſecundo eam deducit: de primo inquit: At vero mundum ipſum poſtquam eſt omnino ortus, corruptum iri atq; non redire, ſi ſit quidem vnus, impoſſibile eſt. Hęc poſitionis eſt Democriti impoſſibilitas, quòd videlicet ſit ex omni parte genitus, & corrumpatur non rediturus ſi ipſe ſit vnus. Secundo deducit hanc impoſſibilitatem, & ſumit ante mundi ortum pręceſſiſſe compoſitionem quandam, videlicet elementariam, qua videlicet omne elementum erat compoſitum, qua quidem compoſitione non præſuppoſita, ipſe mundus fieri nequibat. Eſt igitur aſsumptum, ante mundum præceſſiſſe corpora elementaria in actu neceſsario vt materia mundi, & hoc ait: Nam antequam ortus eſset, conſtitutio præcedens ipſum ſemper erat, hoc eſt, quædam erant pręconſtituta vt materia, qua quidem nõ facta & pręſuppoſita ipſum mutari fieri non poſse dicimus. Hoc eſt aſsumptum Ariſtot. Ex P
Syll's Ariſ. hoc vult habere talem ſyllogiſmum cõtra Democritum: Omne quod generatur ex aliqua materia præſuppoſita, impoſſibile eſt ſi ſit vnum, ipſum corrumpi non rediturum. Nam qua ratione illa materia pręerat ante compoſitionem, eadem reſtabit poſt corruptionem: nam corruptio eſt reditus ad priſtina principia. & ſi reſtabit, aut erit ocioſa aut redibit ad priſtinam formam. Addo minorem ex verbis Ariſto. Sed mundus generatur ex aliqua materia præſuppoſita, & eſt vnus. Igitur impoſſibile eſt ipſum corrumpi non rediturum. Hæc ex his verbis voluit intelligere, licet ſint difficilia valde.

Sin uero mundi ipſi ſint infiniti, contingit magis. Verũtamen hoc etiam ſi fieri poſſit nec ne, ex his patebit quæ poſtea dicentur.

Expoſitio. Nunc declarat quod dixit, mundum corrumpi non rediturum eſse impoſſibile ſi ſit vnus, & inquit: Sin vero mundi ipſi ſint infiniti, contingit magis, hoc eſt, illud non eſset impoſſibile, quia poſset vnus mundus corrumpi in alium, & ille adhuc in alium, & ſic in infinitum: at vbi mundus ſit vnus & ſit Q
ortus ex aliqua materia præſuppoſita, corrumpi non poteſt ipſe non rediturus, niſi illa materia eſset ocioſa. Sed quia hæc res eſt etiam ambigua data mundorum infinitate, addit: Verumtamen hoc etiam ſi fieri poſſit nec ne, ex iis patebit, quæ poſtea dicentur. dicentur autem hęc poſtea in lib. de generatione aut forte per hoc intelligit an genitum vel ne, hoc enim poſtea dicetur. Ex his quę dicit hæc Ariſtote. patet ſolutio ad eam rationem quæ contra immortalitatem animæ concluſit naturalem reſurrectionem. eſset enim reſurrectio quando vnus numero homo tantum eſset, at quia plures, ſic reſurget ſecundum ſpeciem, & non ſecundum numerum apud Ariſtotelem: ſic enim non erit fruſtra quicquam, cum ſaluetur in ſpecie vnio. Hęc contra Democritum. Auerro. vero contra

A tra Democritum aliter rationem format: & ſua ratio, ut mihi videtur, cõſiſtit in duabus ſuppoſitionibus: quarum prima, Mundus genitus eſt ex quibuſdam, quę de contingenti potuerunt eſſe mundus, & quæ de ineſſe erunt quandoq; mũdus, & quę poterunt non eſſe mundus de contingenti poſtquam fuerint. hæc patet quia una eſt potentia ad oppoſita: omnis enim propoſitio de ineſſe primo fuit contingens eſſe, poſtea uero de ineſſe, & de contingenti non eſſe. Secunda, omne poſſibile quandoq; erit, aut ſaltem ipſo poſito ineſſe nullum ſequitur impoſſibile, aliter poſſibile reuerteretur impoſſibile. Quibus ita ſtatutis arguitur, ea quæ prius fuerunt ante eſſe mundi, potuerunt eſſe mũdum antea, deinde fuerũt actu mundum, demum redibunt ad non eſſe mundi: & cum illa ſint eadem numero remanentia, poſtea igitur poterunt eſſe

B iterum mundum, cum ſint illa eadem ex ſuppoſitionibus.

Sed replicabis, quia per hæc eadem deducerem Socratem poſt mortem rediturum eſſe, quia reſtant illamet, quæ antea poterant eſſe Socrates. Reſpondet quòd rediret quando eſſet unus numero, & nihil aliud ſuæ ſpeciei, ſed quia ſunt plures homines, ideo redit idem non numero, ſed idem ſpecie. Hæc ex commento colligi poſſunt ad propoſitum Ariſtote.

De mundi incep. De ipſius mundi inceptione in octauo auſcultationis phyſicæ multa diximus: nunc vero illud non ignorandum theologum cum naturali philoſopho in hac re non conuenire.

Differẽtia inter theologos & philoſophos Naturalis enim philoſophus non aſſentit alicui propoſitioni, niſi cuius ueritas aut patet immediate ex ſenſibus, aut colligitur per rõnem ex ſenſibus deductam, aut quę perſpicua eſt ſolo terminorum intellectu. Qua ratione fit ut ipſe cogatur dicere nihil incipere poſſe niſi ab ente, cum per concordiam omnium ſenſuum patuerit, omne quod fit fieri ex ente: viſu quidem, quia album non niſi ex nigro vel medio: auditu vero, quia graue non niſi ex acuto, vel medio: odoratu, nam ſuaue ex auſtero vel medio: guſtu, quia dulce ex amaro aut medio: tactu, quoniam calidum ex frigido aut medio: & ſic

C quia in illa omne quod fit ex ente fit, omnes concordant ſenſus propterea, vti principium ſumitur a naturali philoſopho.

Theologus autem ſuperiori lumine illuſtratus, illud concedit, quod ex reuelatione accepit, modo non ſit ſenſus repugnans, aut contra ſenſum. & quia accepit mundum incepiſſe de nouo, & hoc non eſt contra ſenſus, (ea enim inceptio quã fieri ex ente ait ſenſus, eſt quę aut per alterationem, aut non ſine alteratione) ideo mundum cœpiſſe credit, non quidem per alterationẽ uel cum alteratione, ſed per creationem ex nihilo. Hæc enim creatio nec eſt conueniens ſenſibus, nec cõtraria ſenſibus, ſed ſupra ſenſus, tranſcendens. Hæc pauca pro nunc ſatis ſint.

Sunt enim aliqui quibus fieri poſſe uidetur, ut & ingenitum aliquid corrumpatur, & genitum incorruptibile permaneat, ut in Timæo. Illic enim cœ

D lum quidem ortum eſſe, nõ tamen corruptibile ſed reliquo ſemper fore tempore dicunt: ad quos naturaliter quidem de cœlo ſolũ eſt dictum. Si uero de omnibus uniuerſaliter conſiderauerimus, de hoc quoq; erit manifeſtum.

Expoſitio, Expoſitio huius loci non patet, ideo debes ſcire q̃ in textu pręcedenti dixit reſtare dicere vtrum hoc ſit poſſibile nec ne. cum enim explicaſſet poſitionem Democriti, & dixiſſet non eſſe poſſibile mundum corrumpi non rediturum ſi ſit vnus, & declarauit cur dixerit ſi ſit vnus, ſtatim ſubiecit: Verũ tñ hoc etiam ſi fieri poſſit nec ne, ex his patebit, quæ poſtea dicentur. Modo per hoc intelligere poteſt an infiniti ſint mũdi, & tunc refertur ad ea quæ dicentur in tertio huius, & in lib. de generatione. Et ſi ſic intelligatur Ariſtote. nunc poſtquam refellit poſitiones iſtorum, redit ad illam Platonis, & ita illud illud verbum Enim, non reddit cãm, ſed nouum inchoat ſermonem. Aut poteſt intelligere per illud pronomen Hoc, an mundus ſit genitus & incorruptibilis vel corruptibilis, & ſic Ariſtote. tunc reddit cauſam, quare res hæc reuocetur in ambiguum & inquit: Sunt enim aliqui quibus fieri poſſe vide

tur, ut & ingenitum aliquid corrumpatur, ceu chaos illud ſiue materia illa informis, quæ fuit ingenita & mundi genituram præceſſit, corrumpatur in mundi genitura, quia perdit confuſionem ſuam atq; informitatem. & ita concedit Plato æternum a parte ante poſſe corrumpi a parte poſt, vt de materia illa informi patet, itaq; ſubiungit, genitum incorruptibile permaneat, vt de mundo in Timæo dicunt. Illic enim cœlum quidem ortum eſſe, non tamen corruptibile ſed reliquo ſemper fore tempore dicunt, & ita duo Plato concedit, quorum primum eſt aliquod æternum a parte ante deſinere, & aliquod æternum a parte poſt incepiſſe. Deinde ordinat ſe ad ſequentia, & declarat quantum ſit ſibi contradictum, & q̃tum reſtat ſibi contradicere, & inquit: Ad quos ſiue contra quos naturaliter ſiue rationibus naturalibus & non metaphyſicis, eſt contradictum. ſuperiore enim tractatu ſolum cœlum ipſum eſſe æternum, quia caret contrario eſt prabatum: & ſic eſt contradictum in parte, cum cœlum non mundus ſit totus, ſed mundi pars. ſubiungit. Si vero de omnibus vniuer

F ſaliter cõſiderauerimus, de hoc quoq; erit manifeſtum, quaſi dicat, quòd reſtat nunc probare de vniuerſo mundo ipſum non eſſe genitum: nec corruptibilem. Hæc de ordine. Auer Quę auer. cõmẽ. 119. roes uero ait Platonem duo conceſſiſſe, quorum primum eſt aliquod æternum habere potentiam ad corruptionem, quod nunquam corrumpetur, vt in Timæo aſſerit de ipſo mundo.

Secundum eſt eſſe aliquod æternum a parte ante, quod poſtea corrumpetur. Et hoc verificat Auerroes de potentia materiæ mundi, quæ æterno tempore præceſſit formam eius, quæ tamen in aduentu formæ corrumpitur. Hoc alij concedunt in cæteris compoſitis, potentia enim reſpectiua in aduentu formæ deſinit, quæ antea fuit ipſa æterna. Nos vero verificauimus rem hanc de illa materiæ informirate atq; confuſione, quæ æterno tempore antea præceſſit: & tamen in genitura mundi corrumpitur, & hoc eſt magis ad verba Platonis. Quod vero ad verba attinet Ariſtote. in translationibus barbaris dixit poſitionem Platonis eſſe innaturalem, quod Auerr. ait eſſe propter duo. Tum primo, quia eius oppoſitum patet inductione, omne enim quod generaẽ corrumpetur, aut pro maiori parte. Secuudo, quia Plato debuit primo diſputare an poſſit aliquod genitum eſſe æternum, & poſtea deſcendere ad mundum. vniuerſalia enim præcedunt particula cognitione, cum propoſitiões particulares nec ſint eſſentiales, nec per ſe, ſed cõtingentes, & extra artem. Igitur hæc poſitio eſt omnino innaturalis, & quia eius oppoſitũ patet per rationem naturalem, & quia non naturali ordine proceſſit ab vniuerſalibus ad particularia. Hæc aũt quę hic dixit Auerr. non conueniunt verbis græcis, propterea ſunt vana.

Primum autem diuidendum eſt, quo nam modo genita atq; ingenita, corruptibilia quoq; ac incorruptibilia dicimus. Nam cum aliqua multipliciter dicantur, nullaq; in ſermone ſeruetur differentia, mentem confuſe ſeſe habere neceſſe eſt, ſi quis ut indiuiſibili eo utatur, quod multifariam diuiditur. Incertum nanq; erit per quam ipſorum naturam H id accidat quod dictum eſt.

Hactenus de poſitione antiquorum in quæſtione præpoſita, nunc propriam poſitionem vult proſequi, & ſumit primo quædam, quorum primum eſt quot modis dicantur genitum & ingenitum, corruptibile ac incorruptibile, & proponit intentionem ſpeciatim, & cauſam intentionis, & inquit, Primum autem diuidendum eſt, quo nam modo genita atq; ingenita corruptibilia quoque ac incorruptibilia dicimus. Hæc eſt intentio, cuius cauſam affert, & inquit: Nam cum aliqua multipliciter dicantur, nullaq; in ſermone ſeruetur ſignificatuum differentia, ſed proferantur nulla præmiſſa diſtõne, mentem audientis confuſe ſeſe habere neceſſe eſt. cuius etiã cauſam ſubdit ſi quis, ꝑ quia quis, ut indiuiſibili eo utitur, qđ multifariam diuiditur. Incertum nanq; erit per quam ipſorũ ſignificatuum naturam ſiue ſpeciem id accidat quod dictum eſt. i. ſequatur id quod infertur, igitur ante quæſtionis deter-

I minationem debemus præmittere quoties hæc dicuntur.

Animaduerſione dignum, vt primo topicorum capite. 14. habetur, quoties aliquid diuiditur, eſt utile & ad manifeſtationem poſitionis & oppoſitionis, & vtile ne fiat ſyllogiſmus ſecundum nomẽ, hoc eſt, ne aliquis paralogizet: & propter hęc duo Ariſto. vult illa eſſe prædiſtinguenda, & ad euitandã confuſionem, & ad ſciendum per quam naturam accidat inconueniens dicendum. Quod uero ad uerba attinet, verbum aliqua, non eſt in græco, ſed ſic habetur, nam cum multipliciter dicantur, & reliquarideo Auerro. intelligit locum hunc dupliciter, aut ſupplendo dictiones, vt ſit ſenſus, nam cum aliquæ dictiones multipliciter dicantur, & reliqua. Aut ſupplendo ſubiecta quæſtionis propoſitæ, vt ſit ſenſus, nam cum hæc videlicet genitum ingenitum, corruptibile & incorruptibile multipliciter dicantur, & reliqua: & vtroq; modo, vt mihi videtur, verbis conuenit græcis. Hæc Ariſto. ac Auer.

Que auer. comẽ. 110.

K

Dicitur itaque Ingenitum, uno modo ſi ſit nunc aliquid, quod antea non erat, ſine generatione mutationeue, ut ipſum tangi atq; ipſum moueri aliqui dicunt: inquiunt enim ipſum tangi atque moueri generari non poſſe.

Expoſitio.

Proſequitur & diſtinguit primo ipſum Ingenitum: & primus modus reſpectu generationis. nam quoties aliquid fit, & non per modum quo generata fiunt videlicet tranſmutatione & motu, talia dicuntur primo modo ingenita ſiue ingenerabilia. Solum namq; pro tanto: quia non fiunt per modum eorum quæ generantur. & inquit, Dicitur itaq; ingenitum vno modo ſi ſit nunc aliquid, vt animal vel album, quod antea non erat ſine gñatione & mutatione, vt ipſum tangi atq; moueri aliquid dicunt ingenita eſſe, aiunt enim ipſum tangi atq; moueri generari non poſſe, quia non fiunt per modum quo cætera fiunt. Hic eſt primus modus.

L

Alio modo ſi generari uel ortum eſſe aliquid poſſit, non tamen ſit: nam hoc ea ratione ingenitum dicitur, quia oriri poteſt.

Expoſitio.

Secundo modo aliquid dicitur ingenitum, ſi generari vel ortum eſſe aliquid poſſit, non tamẽ ſit dudum ortum, vt ſi. a. poſſit oriri animal uel album, nondum ſit ortũ: & reddit cauſam quare hoc dicatur ingenitum, & inquit: Nam hoc ea ratione ingenitum dicitur, quia oriri poteſt. Igitur ſecundo modo dicitur ingenitum per priuationem actus generationis, vt

M

quia nõ eſt actum genitũ, ſed poteſt generari, quomodo fœtus in vtero meæ vxoris diceretur ingenitũs, quia actu generationis priuatur. Hic eſt ſecundus modus.

Alio modo ſi aliquid factum eſſe impoſſibile ſit, ita ut interdum ſit interdum non ſit. At impoſſibile bifariam dicitur: aut enim quia non uerum eſt ortum eſſe poſſe, aut quia non facilè, nec cito, nec bene fieri poteſt.

Expoſitio.

Tertio modo ingenitum vult dici quod impoſibile eſt fieri, dico fieri quomodo aliquid genitum interdum eſt interdũ non eſt, & hoc modo mõs aureus eſt ingenitus ſiue ingenerabilis, caret enim potentia generationis. Addit tamen hũc modum poſſe diuidi in duos, & inquit: Nam impoſſibile bifariã dicitur. aut enim quia non uerũ eſt ortum eſſe poſſe, ut mons aureus dicitur ingenitus. aut quia non facile, nec cito, nec bene fieri poteſt. Quare omnes modi ſunt tres, quorũ ſi tertius diuidatur in duos, omnes erunt quatuor. Horum ſufficiẽtia ſic ſumi poeſt: nam ingenitum negationem ſiue priuationem dicit, aut igitur ingenitum negat modum generationis, aut rem ipſam quæ eſt generatio. Et ſi quidem modum, erit primus modus ingeniti: Si vero negat ipſam generationem, aut negat actum, aut potentiam. Et ſiquidem actum, erit ſecundus modus, ſi negat potentiã, aut negat ſimpl'r vt ſit impoſſibile generari, aut ſecundum quid: vt ſit difficile, vel non citò, vel non bene generabile. Ecce omnes modos ingeniti.

Sed referamus quæ Auerro. dicit in declaratione horum modorum. Primo igitur debes ſcire ad uerbam generationem tria requiri. primum vt res exeat de potentia ad actum. ſecundum vt præcedat alteratio ante talem exitum. tertium eſt, ut fiat in tempore ſaltem per accidens. Et ex hoc ſequitur quod id quod fit ſine his tribus, dicitur ingenitum, & hoc per priuationem conditionum requiſitarum ad veram generationem. & hoc modo tactio & mutatio fiunt, ſimiliter & relationes. Secundo ſequitur vt tale ingenitum dicitur ſimilitudine ingenitum, non verę, quia tale poſtquam eſt poteſt non eſſe. igitur genitum fuit, ſed pro tãto dicitur ingenitum, pro quanto non fiebat ſecundum omnes conditiones eorum quę uere generantur. Sed mox dubitat Auerroes, quia non videtur hoc genitum niſi apud ſuum non eſſe, ideo poteſt quęri utrum tale dicatur ingenitum tempore entitatis, an tempore priuationis, an vtroq; modo. Themiſtius inquit, tale eſſe ingenitum vtroq; tempore, quia vtroq; tempore caret conditionibus eorum quæ uere generantur. Hæc Auerr quo ad primum modum. Sed quæritur vtrum motus incipiat eſſe per motum atq; generationem, uidetur quòd ſic. motus enim incipit eſſe per exitum de potentia ad actum, igitur per motum. Amplius quòd per generationem etiam arguo, tranſmutatio rei de non eſſe ad eſſe eſt eius generatio, motus incipit per talem tranſmutationem, igitur per generationẽ.

N

Quæ auer. cõmẽ. 11. Ad ueram generatiõem tria requiruñ.

O

Duibtatio

Pro ſolutione dici poteſt (vt Auicenna ſentit) quòd aliquid eſſe uel generari eſt, aut quia ipſum eſt quod generatur, aut quia ipſum eſt quo aliud generatur. Vlterius Auicenna quinto ſuæ metaphyſicæ talem ponit regulam, quòd in denominatiue talibus ſtandum eſt ad ea quæ formaliter ſunt talia. & quia phyſica corpora denominatiue ſunt motibus mobilia, generatione vero generabilia: igitur motus ex ſe ipſiſmet generantur, & ſic non per motum, nec per generationem incipiunt. Sed ſat eſt ipſos eſſe quibus alia incipiunt. Hæc de primo modo. Secundo debes ſcire q̃ in textu barbaro ſecundus modus ſic deſcribitur: ingenitum eſt quod non eſt, poſſibile tamen eſſe per veras generationis conditiones. Ponitur igitur ſecundum Auerro. illa particula, poſſibile tamen eſſe, ad differentiam ingeniti tertio modo, quod dicitur poſſibile fieri: nam tale ingenitum ſecundo modo dicitur ingenitum ſecundum quid, quia pro tempore ſui non eſſe. Sed obijcit Auerro. quia videtur tale ingenitum concidere cum genito dicendo textu proximo, igitur diſtinctio non erit per oppoſita. Reſpondere uidetur, q̃ tale ingenitum concidit cũ genito, tamen ſecundum diuerſa dimidia. quia ingenitum quidem dicitur ſecundum dimidium non entis: genitum uero ſecundum dimidium entis, quia ad eſſe habet potentiam. & ex hoc infert q̃ Ariſto. enumerauit hunc ſecundum modum cũ aliqua affirmatione addendo, poſſibile tamen eſſe: hoc enim videtur quædam affirmatio, quam quidem addidit, quoniam hoc ingenitum dicitur quodammodo idem generabili. Secundo dubitat, nam cum ea quæ generentur, primo modo, ſecundum rem generantur, licet non ſecũdum modum, quare non dedit duos modos videlicet inuicem oppoſitos, ut fecit de genito & ingenito ſecundo modo. Reſpondet, quia tale ingenitum per priuationem conditionum, tam tempore eſſe q̃ tempore non eſſe, ſemper caret dictis conditionibus generationis. igitur ea enumerat ingenerabilia, quæ aliquando ſunt ingenita vt tempore non eſſe, aliquando genita vt tẽpore eſſe, nam de his quęſtio erit Platonis, & hoc probat authoritate Themiſtij. Hæc Auer. de ſecundo modo. Tertio debes ſcire q̃ tertius modus apud Auerr. eſt quoties aliquid eſt ens in quo non eſt materia neq; potentia ad eſſe, & ad non eſſe, vt ęternum ipſum: tale enim caret materia & potentia ad utrunq;, ideo dicitur ingenitum: & hanc intentionem dicit Ariſt. ſentire ibi, vt quãdoq; quidem & reliqua, quam addidit ut indicet hic ingenitum ſumi pro eo quod eſt, & nunquam fuit poſſibile generari vel corrumpi, ut æternum, ad differentiam impoſſibilis rei, vt hippocentaurus eſt & id genus. Qua ratione ait non bene Themiſtium intellexiſſe, quia ſumpſit ſcdo modo ingenitũ pro impoſſibili generari, motus

P

Q

ex eo

A ex eo quia impoſſibile ſubdiuiſit pro impoſſibili omnino, & pro difficili, quod nō eſſet, niſi ingenitum ſumpſerit pro impoſſibili: & ꝓpterea Themiſtius reduxit hos omnes in tres, vt patet eius reductio ſecunda. Et quod nō bene ſenſerit Themiſtius, arguit & ꝓbat, primo qa omiſit modū famoſum, videlicet ingenitū pro æterno: ſecūdo qa omiſit illud quod eſt ad ꝓpoſitū, ingenitū. n. pro æterno, eſt ad ꝓpoſitū: tertio qa omiſit ingenitū pro eo qđ nō eſt, pōt tñ eſſe cum facilitate: igitur diuiſio Themiſtij eſt diminuta tribus modis. Propterea Auer. enumerat oēs modos, nam omne ingenitū aut dicitur tale, quia nō per veras cauſas generationis, aut vere (ſi qdē primo modo erūt duo, primus modus, & id quod nō actu eſt) ſed pōt eſſe cū difficultate Hæc .n. diuidunt nō vere, quia quātum ad rē generātur, quo vero ad modū, nō: nam primus modus dicitur per hoc, quia ſimpliciter caret conditionibus generatorū: difficile vero genitū habet, ſed paucas. Si aūt aliqd dicitur ingenitū ve-

B re, hoc eſt, aut qa nō eſt, poteſt tamē facile eſſe: aut quia nō eſt, nec poteſt eſſe, vt dicitur ipſum impoſſibile: aut quia eſt, nō tamē incepit, nec deſinet, vt æternū: quomodo dicitur triāgulū habere tres eſſe ingenitū, qa nūquā fuit nouū, & ſic ſunt quinq modi. Et ſi dicas, ꝙ tunc Ariſt. eſſet diminutus, reſpōſio innuit ꝙ Ariſt. ſub vniuerſali ratione dedit intelligere oēs hos, nam ſub tertio enumerauit impoſſibile & neceſſariū, & ſub ſecūdo enumerauit facile & difficile, ſub primo enumerauit ipſum tantum: igitur tantum quinq, quos Ariſtoteles non diſtinxit propter breuitatem. Hæc Auerroes, quæ quantum textui conueniant, tu vides.

Simili ratione & ipſum genitum, uno quidē dicitur modo, ſi aliquid ſit poſterius, quod prius nō erat, ſiue per generationē, ſiue ſine generatione: ſit interdum quidem ens, interdum uero non ens. Alio uero modo ſi poſſibile ſit, ſiue ueritate ſiue facilitate ipſum poſſibile ſit definitum. Alio autem modo, ſi generatio ſit ipſius ex eo quod non eſt ad

C id quod eſt: ſiue iam ſit, modo per generationem ſit: ſiue & nondum ſit, modo eſſe poſſit.

Expoſitio. Hactenus quot modis ingenitū dicatur, nunc quot modis ipſum genitum, & inquit: Simili ratione & ipſum genitum, vno quidē dicitur modo ſi aliquid ſit poſterius, quod prius non erat, & hoc ſiue ꝑ gñationē veraſq cauſas generationis ſit modo ens, modo rurſus nō ens: ſiue ſine gñatione veriſq cauſis gñatiōis. Patet igit in hoc primo modo aſſeri actualē interpretationē, nō tamē ꝑ determinatū modū incipiēdi, quē gñatio ipſa ſignāt, & ſic genitū primo mo-

Quę Auer. Cōm. 12. do i. quod eſt genitū & prius nō erat ſiue ꝑ gñationē, ſiue nō. Et hoc ſentit Auer. ait. n. Ariſ. in vno ſermone cōprehē diſſe duo oppoſita duobus modis ipſius ingeniti. Erat. n. vno mō ingenitū, quod nō per veras cauſas poterat generari, vt actiones & motus: alio modo quod non erat, ſed ꝑ veras

D cauſas poterat gñari. Nunc his duobus modis ponit vnum modū oppoſitū, dicens eſſe illud primo modo genitū qđ eſt nūc & prius nō, aut ꝑ veras cauſas gñationis, & hoc cōtra ſm modū ingeniti: aut ſine veris cauſis, & hoc cōtra primū modū: & huius cām innuit, quia genitū hoc primo modo eſt illud quod eſt in actu poſtquā fuit in potētia, propterea opponitur vtriq illoꝝ. Hæc Auer. ex qbus dat vnū & idē poſſe dici gñabile & ingenerabile, vt actiones & motus & relationes, hæc quatenus nunc ſunt, & prius nō erant, genita dicunt, quatenus vero ſine cauſis gñationis ſunt, ingenerabilia dicunt. Addit tñ melius intelligi gñabile tēpore eſſe, ingenerabile vero tēpore nō eſſe, ſiue primo ſiue ſecundo ſumātur mō. Hæc de primo modo. De ſecundo inqt: Alio vero modo ſi poſſibile ſit, ſiue veritate ſiue facilitate ipſum poſſibile ſit definitū. & ſic hic ſecūdus modus differt a primo, quia hic ſecūdus aſſerit poſſibilitatē inceptionis, primus autē aſſerit inceptū eſſe: cōuenit tamē, quia hic eſt abſq determinato modo īcipiēdi, veluti primus, & ita ſm E hunc modū aſſerit poſſibilitas inceptionis abſq determinato modo incipiendi, qua rōne ſit vt poſſit diſtingui in duo ſm diſtinctionē potētiæ. Hæc de ſecundo modo. De tertio autē inqt: Alio mō ſi gñatio ſit ipſius ex eo quod non eſt ad id quod eſt, ſiue iam ſit, modo ꝑ gñationē ſit: ſiue & nondū ſit, modo eſſe poſſit, & ſic ſm hunc tertiū aſſerit nō tm̄ inceptio, ſed incipiēdi modus, licet poſſit diuidi in duo quatenus aut eſt aut eſſe pōt id quod hoc tertio incipit modo. Debes ſcire ꝙ duo ſunt modi, inceptio & modus incipiēdi ꝑ generationē determinatus. Primus modus limitat ſibi inceptionē, & nō modū incipiendi. Sēdus nec inceptio Replica. nem nec modū incipiendi. Tertius & inceptionē, & modū Solutio. incipiendi, & ſic patet quo nam modo differunt. Et ſi di- Replica. citur ꝙ tertius modus videtur nō limitare ſibi inceptionē, quia ait, ſiue iam ſit ſiue nondū ſit, dici poteſt fortaſſe quod per nō ſit intelligit cōplete, vt ſit ſenſus, ſiue iam ſit oīno

F complete, ſiue iam ſit ſed nondum cōplete, & ſic patet differētia hoꝝ modoꝝ. Et ſi dicitur ꝙ hic tertius modus cōtinet ſub primo, vt nemo dubitat, reſpōdet Auer. vno modo hoc eſſe cōcedēdū, nam primus modus eſt cōmunis ſm incipiēdi modū, at hic eſt determinatus ſm incipiendi modum. Themi. aliter dixit, voluit enim Ariſto. per hunc ter- Quę Auer. tium modū illū intelligere, ex quo qdam neceſſario oriun- eodem cō. tur, vt ſolet dici, cras oriet ſol, hic. n. ortus neceſſarius eſt, & ſic differt a primo modo. Sed refellit hanc reſponſionem, qa id quod neceſſario generatur, nō fit ꝑ præuiā alterationē, & ita nō eſt ad propoſitū: Ariſto. n. loquitur de generabili per præuiā alterationē. Et debes ſcire ꝙ duplex eſt Duplex generatio, altera qdem per præuiā diſpoſitionē ac alteratio- eſt genera- nem, & hæc quia eſt in tempore, poteſt impediri in illo tio. medio tēpore. Alia æquiuoce dicta, quæ eſt ſine præuia alteratione, vt depēdentia quædam, & hæc non poteſt impediri. Ariſtoteles loquitur de prima, & non de ſecunda, propterea male Themiſtius. Hæc Auerroes.

G

Inſuper etiā corruptibile & incorruptibile ſimiliter dicuntur. Nam ſi aliquid prius eſt, poſterius uero non erit, aut contingat nō eſſe, ſiue per corruptionem mutationēue, ſiue ſine corruptione, corruptibile hoc dicimus eſſe. Prēterea & illud quod per corruptionem interdum nō eſſe poteſt, corruptibile eſſe dicimus. Inſuper etiam aliter corruptibile dicimus, quod facile corrumpitur, quod quidem aliquis profecto interibundum dixerit.

Expoſitio. Hactenus de genito deq ingenito, nunc de corruptibili atq incorruptibili, & primo de corruptibili. Vbi debes ſcire, vt ſapide notat expoſitor, duo eſſe in corruptione veluti etiā duo erāt in ipſa gñatione, alteꝝ eſt ipſa rei deſitio, alterū vero modus deſinēdi, videlicet ꝑ eās & cōditiones vere corruptoꝝ, ideo tres facit modos, & inquit: Inſuper etiā corruptibile & incorruptibile ſimiliter multifariā dīr, H nam ſi aliquid prius eſt, poſterius vero non erat, aut contingit nō eſſe, ſiue ꝑ corruptionē mutationēve, ſiue ſine corruptione, corruptibile hoc dicimus eſſe, & ſic primus modus eſt ꝑ indifferētiā modi deſinēdi, quia eſt tam eoꝝ quæ deſinunt ꝑ corruptionē, quā eorū quæ deſinūt ſine corruptione. Debes ſcire ꝙ contingēs eſſe enuntiat ꝑ ꝓpōnem Contingēs de futuro, vt nauale bellū erit, & per propōnem de p̄ſenti. eſſe enun- Sed de modo contingēti, vt cōtingit nauale bellū eſſe, vt tiatur per dicitur in lib. de interpretatione, & quia corruptibile eſt cō- ꝓpōnem tingēs non eſſe, propterea dixit ſi aliquid prius eſt, poſte- de futuro rius vero nō erit, denotans illud eſſe contingens ꝑ ꝓpōnē et de p̄ti. de futuro: adiecit etiā, aut contingit nō eſſe, vt denotet per ꝓpōnē de p̄ti de modo cōtingētis. Hæc de primo mō. De ſcdo vero inqt: Præterea & illud qđ ꝑ corruptionē interdū nō eſſe pōt, corruptibile dicimus, & ſic ſecūdus mo-

I dus eſt per limitationem modi definendi, quia eſt ſolum eorum quæ per corruptionem definunt, qua ratione videtur hunc modum eſſe vti ſpeciem primi modi, aut ſaltem quid limitatius eſſe. Hæc de ſecundo. De tertio inquit: Inſuper etiam aliter corruptibile dicimus, quod facile corrumpitur. Hic tertius addit ad primum limitatione modi definendi, quia eſt eorum quæ definunt per corruptionem, & addit ad ſecũdum, quia eſt eorum quæ facile intereunt. Quod

Vel φθειρόμενον. quidem hac ratione profecto aliquis græce εὐφθαρτον dixerit, bene vel facile corruptibile latinæ, quod vno verbo latine diximus interibundum, & ſic patet hos tres modos ſe habere per adiectionem. Nam primus eſt per indifferentiam modi definendi, cum ſit tam eorum quæ per corruptionem definunt vt animalia & elementa, quã eorũ quæ definunt ſine corruptione vt relationes & tactiones ſiue motus. Secundus eſt per determinationem modi definendi quia eſt ſolum eorum quæ definunt per veram corru-

K ptionem. Tertius adhuc magis per determinationem modi definendi, quia eſt dũtaxat eorum quæ per verã & faci-

Dubõ. lem definunt corruptionem. Sed dices, cum in corruptione duo ſint, deſitio ipſa & modus definẽdi, vt in generatione duo erant, inceptio & modus incipiendi, quare vt in generabilibus diſtinxit tam penes inceptionem per actum & potentiam, quam penes modum, non ſic in corruptione etiam diſtinxit per deſitionem ad actum & potentiam, & per modum definendi vt fecit? Solum.n. per modum deſi-

Solutio. nendi diſtinxit. Dici poteſt eſſe loquẽdum vt plures, quia vero φθαρτόν, Hoc eſt, corruptibile in lingua græca non venit ad vſum, niſi pro re quæ eſt & poteſt non eſſe, ideo non diſtinxit in actum & potentiam. Id enim quod corruptum

Vel φθειρόμενον. eſt, non φθαρτόν, ideſt, corruptibile in illa dicetur lingua, ſed ἐφθαρμένον, hoc eſt, corruptum, propterea corruptibi-

L le non per potentiam & actum diſtinxit, ſed per indiffe-

Quę Auer. com. 11 3. rentiam modi definendi. Auerroes vero primo declarat cauſam cur corruptibile per verum definendi modum dicatur corruptibile, & arguit per locũ a minori, nam ſi corruptibile ſine modo definendi dicitur corruptibile, igitur corruptibile per modum definendi magis dicetur tale. Secundo per exemplum Themiſtij declarat, quid eſt illud quod eſt corruptibile per modum definendi, & ait id eſſe corruptionem magni fluuij ſecundum translationem de loco ad locum, fluuius enim corruptibilis eſt ſecundo corrumpendi modo. Tertio ait ꝙ licet ipſum corruptibile ſit duplex, facile & difficile, ſolum ſumpſit corruptibile facile, quia eſt plus in vſu videtur enim omne fere corruptibile eſſe quaſi facile tale, quoniam ad non eſſe minora requiruntur, vt dicitur ſecundo topicorum. Vltimo Auerroes in commento horum modorum ſic ponit numerum, nam corruptibile dicitur de corrupto in actu & in potentia, ſi de corrupto in actu, eſt dupliciter, aut per veram &

M propriam generationem, vt elementa generantur: aut ad generationem alterius, quod per ſe generatur, vt elementa. Si vero dicitur de corruptibili potentia, hoc eſt duplici-

Qualiter Auerro. expoſitio. ter, aut facile, aut difficile. Hæc Auerro. Sed pace ſua hæc ſufficientia eſt ad modos corruptibilis, quos ipſe finxit, & non quos Ariſtote. enumerauit: error enim venit ex malis translationibus.

Etiam de incorruptibili eadem eſt ratio: aut.n. ſine corruptione, interdum quidem eſt interdum uero non eſt, ceu tactiones ipſæ, propterea quod prius erant, & poſtea nõ ſunt ſine corruptione. Aut id quod cum nunc quidẽ ſit ens, ipſum tamen impoſſibile eſt non eſſe, uel non fore aliquando.

Expoſitio. Hactenus de corruptibili & de incorruptibili nunc tranſigit & rurſus diuidi ipſum in tria. Primus modus ſumitur per negationem modi definendi, quatenus eſt eorum quæ definere quidem poſſunt ſecundum rem, Sed non per mo- N dum definẽdi, & hoc ex inquit: Etiã de incorruptibili eadem eſt ratio, aut enim ſine corruptione interdum quidem eſt interdum vero nõ eſt, ceu tactiones, propterea ꝙ prius erant, & poſtea non ſunt ſine corruptione. Hic eſt primus modus, & de ſecundo inquit: Aut id quod cum nunc quidem ſit ens, ipſum tamẽ impoſſibile eſt non eſſe, vel non fore aliquando, & hoc modo æternũ eſt incorruptibile, nam priuat rem & omnem modum definendi.

Tu enim es nunc, & tactio etiam eſt nunc corruptibiles tamen eſtis, quia erit aliquando tempus, quãdo nec te eſſe, nec hęc tangere uerũ erit dicere.

Soluere videtur dubiũ circa dicta Ariſtoteles, nam om- Expoſitio. ne quod eſt dum eſt, impoſſibile eſt non eſſe, igitur omnia ſunt hoc modo incorruptibilia. Soluit ꝙ omnia dici poſſunt neceſſaria ſub cõditione videlicet dum ſunt, & ſic omnia incorruptibilia ex conditione videlicet dum ſunt, tamẽ O ſunt poſſibilia abſolute ſumpta, & hoc inquit: Tu enim es nunc, & tactio etiam eſt nunc, (& ſic neceſſaria ac incorruptibilia ex conditione) corruptibiles tamen eſtis, ſupple abſolute, quia erit aliquando tempus, quando nec te eſſe, nec hæc tangere verum erit dicere, & ita ſunt abſolute poſſibilia, neceſſaria tamen ex conditione, & ſic patet ad dubiũ.

Maxime uero proprie incorruptibile dicitur, quod quidem eſt, non poteſt autem ſic corruptum eſſe, ut & nunc ſit, poſtea aut non ſit, aut non eſſe contingat. Vel & cum ſit ens nondum corruptum, poſtea contingat non eſſe,

Quia ſumpſit incorruptibile dici dupliciter, & de æter- Expoſitio, no, quod ſimpliciter eſt incorruptibile, & de eo quod eſt, dum eſt, docet nunc de quo horum maxime proprie dicitur & vult maxime dici de eo incorruptibili, quod ſimpliciter eſt impoſſibile corrumpi, vt Deus. Sed pro intellectu P literæ, debes ſcire ipſum corrumpi vel ipſum corruptibile bifariam apud aliquos exponi. Vno modo per affirmationem de præſenti & negationem de futuro, vt nunc Socrates eſt, & poſt hoc non erit vel poteſt non eſſe, igitur corrumpitur vel eſt corruptibilis. Aut per negationem de præſenti & affirmationem de præterito, vt nunc non eſt vel poteſt non eſſe & antea fuit, igitur Socrates corrumpitur vel eſt corruptibilis. Vult igitur maxime proprie incorruptibile dici per negationem deſitionis, tam primo ꝙ ſecundo modo exponendo, & inquit. Maxime vero prõprie dicitur incorruptibile, quod quidem eſt, non poteſt autem ſic corruptum eſſe, vt nunc ſit, poſtea aut non ſit, aut non eſſe contingat, & ſic per negationẽ deſitionis primo modo expoſitæ, inquit. Vel & cum ſit ens nondum corruptum, poſtea contingat non eſſe & ſic per negationem deſitionis ſecundo modo expoſitæ, & ſic maxime proprie incorruptibile erit ipſum æternum. Q

Dicitur etiam incorruptibile & id, quod non facile corrumpitur.

Tertio incorruptibile vult dici, quod non facile corrũ- Expoſitio. pitur, vt mons, & ſerpens, & id genus. Auerroes vero ſu- Quę Auer. cõmẽ ii4. mit horum innumerum ſic, incorruptibile vel eſt quod eſt & non poteſt non eſſe, & hoc dicitur æternum: aut quod eſt & poteſt non eſſe, & hoc dupliciter, aut ſine cauſis corruptionis, & ſic eſt primus modus: vel per cauſas corruptionis, & hoc dupliciter, aut facile, aut difficile. Sed quam ſit ad verba Ariſto. hæc ſufficientia, tu intelligis. Sed quæ Dubõ. res quo nam modo ipſa corruptio deſinat eſſe, aut per Solutio. corruptionem, aut ſine corruptione? Iam patet ſolutio, Quomodo corruptio corrũpit. ipſa enim corruptio non corrumpitur denominatiue, vt nec albedo eſt alba. Sed formaliter & per ſe ipſam: vt albedo eſt alba.

A At ſi hæc ita ſeſe habeant, conſiderandum eſt quo nam modo poſsibile atq; impoſſibile dicimus. Nam & quod propriiſſime incorruptibile dicitur, ex eo profecto definitur, quia impoſsibile eſt corrumpi, neq; interdum eſſe, neq; interdum nō eſſe poteſt. Inſuper etiā ingenerabile dicitur impoſſibile, & quia ſic generari non poteſt, ut prius quidem non ſit poſterius uero ſit, ceu diametrum commenſurari.

Expoſitio. Hactenus de generabili, corruptibili, ingenerabili, & incorruptibili, nunc de poſſibili & impoſſibili, & primo proponit intentionē, ſecundo rationem intentionis, tertio proſequitur, & in proponendo intentionem dat intelligere ordinem ad dicta, & inquit: At ſi hæc ita ſeſe habeant, conſiderandum eſt, quonam modo poſſibile atq; impoſſibile dicimus. Ecce intentionem & ordinem. Aſſignat rationem ex

B his quæ primo topicorum capite duodecimo dixerat, ibi. n. dictum eſt ad ſumendum quoties aliquid dicitur, vtile eſt inſpicere ad definitiones & partes illius, arguit igitur, hæc ponuntur in definitione eorum quæ accepta ſunt, igitur poſt tractatum de illis, reſtat tractari de his, & ſic reſtat videre quoties hæc dicantur. Antecedens probat, & inquit: Nam & quod propriiſſime incorruptibile dicitur, ex eo profecto definitur, quia impoſſibile eſt corrumpi & ex eo quia, neq; interdum eſſe, neq; interdum non eſſe poteſt, & ſic incorruptibile propriſſime ſumptum videlicet quod erat neceſſe eſſe, ſiue æternum, per ipſum impoſſibile definitur. Deinde q; etiam ingenerabile per idem definiatur oſtendit, & inquit: Inſuper etiam ingenerabile dicitur, & quia ſic generari non poteſt vt prius quidem non ſit, poſterius vero ſit ceu diametrum commenſurari coſtæ & ſic ingenerabile per impoſſibile definitur, & per oppoſitū corruptibile & generabile per poſſibile ipſum definiuntur, hoc quidem per poſſibile non eſſe vt corruptibile, illud vero ppoſ'e eſſe vt generabile: igit

C & de impoſſibili & poſ'i rationabiliter reſtat dicere poſt illa. Auerroes autem laborat in explanando cur Ariſtoteles dixerit æquale, ſiue temperatū naturaliter, in definitione in generabilis, & eius labor eſt vanus, quia illud verbum nō eſt in codicibus græcis, & ideo pondera, quod non eſt Ariſtotelis, ſed eſt id quod dicit per inſomnium.

Quę Auer. cōm. 15.

Si quid igitur ad ſtadia centum moueri poteſt, aut pondus attollere, ad ſummum ſemper aſſignamus: ueluti centum tollere talenta, atq; centum per ſtadia inambulare.

Expoſitio. Poſſibile dupliciter. Propoſuit ſe dicturum de poſſibili deq; impoſſibili, nunc proſequitur. Verum debes ſcire q; poſſibile, vno modo ſumitur vt eſt propoſitionis materia, quod idem valet quod contingens, & hoc modo eſt habitudo terminorum ſuſiiecti & prædicati, qua ratione differt ab ineſſe, atq; neceſſario in eſſe, vt in primo priorum diximus, & hoc modo poſſibile

D diuiditur in inpoſſibile, quod ſequitur ad verū ſiue neceſſarium, & ad falſum quod eſſe poteſt, & de tali poſſibili ſiue impoſſibili, non loquitur hic Ariſto. Alio modo ſumitur poſſibile vt ſumit' a potētia, vt ſcdo de interpretatione dicitur, quo modo dicimus aliquid eſſe poſſibile regi, quod eſt impoſſibile militi, vt debellare regnum poſſibile eſt regi, & militi nō, & de hoc modo poſſibili vel impoſſibili loquitur Ariſto. nunc: & quoniam hoc eſt duplex, dictum a potentia actiua, & dictum a potentia paſſiua, ideo primo docet poſſibile dictum a potentia actiua, ſecundo remouēdo dubium docet poſſibile a potentia paſſiua, de primo inquit: Si quid igitur vel animal, vel quoduis aliud ad ſtadia centum moueri poteſt, aut pondus attollere, ad ſummum ſemper aſſignamus, veluti centum tollere talenta, aut centum per ſtadia in-

Potētia diffinitur per actū, actus uero per obiectū. ambulare, & ſic potentia actiua terminatur atq; cognoſcitur per maximū in quod poteſt. Debes ſcire q; potentia diffinitur per actum, actus vero per obiectum, & quia ab excellentiori obiecto cognoſcitur maior vis potentiaq; rei, iure re per maximum ipſa potentia definiri debet. E

Quamuis & partes quæ citra ſunt poſſit, ſi & exceſſum poſſit: quare ad exceſſum atq; finem definiri oportet potentiam ipſam. Nam igitur id quod poteſt tot per exceſſum, etiam ea quæ citra ſunt neceſſe eſt poſſe: ut ſi centum talenta leuare, & duo poſſe: & ſi per centum ſtadia ambulare poteſt, & per duo ambulare poſſe: Potentia itaq; exceſſionis eſt.

Expoſitio. Remouet tacitum cauillum, poſſet. n. dici, potentia quælibet quæ poteſt in maius poteſt etiā in minus, igitur nō tantum per maius ipſa definitur ſed etiam per minus. vbi. n. ſolum per maius ipſa definiretur, videretur ſolum ipſam poſſe in maius. Soluit & inq;. Quāuis & partes quæ citra ſunt poſſit, ſi & exceſſum poſſit, quare ad exceſſum atq; finē definiri oportet potentiam ipſam, cuius cauſam indicat, quā-

F uis in græco videtur cōcludere, ſed vis eſt reddere cauſam, & inquit: Nam id quod poteſt tot per exceſſum, etiā ea quæ citra ſunt neceſſe eſt poſſe, vt ſi centū talenta leuare, & duo poſſe leuare neceſſe eſt: & ſi per centū ſtadia ambulare poteſt, & per duo ambulare poſſe neceſſe eſt. Potentia itaq; exceſſionis eſt. Sic igitur vult per exceſſum eſſe definiendū, qa in exceſſu continentur minora. Huius rei poteſt aſſignari cauſa ex quodam ſimili, nam vt magnitudo molis determinatur per maximum, vt quantitatem tricubiti non per bicubitum definimus, nec rationem hominis ſi aſsignamus per ſenſile, ſed per rationale, ſic magnitudo vigoris per maximum definire oportet: minora. n. in eo continentur. Ex his Nota. patet Ariſtotelem actiuam potentiam definiſſe nō omnem, ſed mutabilem, quædam enim potentia eſt immutabilis, vt illa dei tantum in mouendo orbem maximum, & quia hæc Duplex potētia mutabilis & immutabilis. mouet illum īmutabiliter, ita vt nec maius, nec minus poſſit mouere illo, ideo hæc non definit' p maximū, nec minimū. Potētia vero quæ mutabiliter mouet tunc minus, nunc maius, definitur & cognoſcitur eſſe alia atq; alia maior per maximum eorum quæ poteſt. Secundo debes ſcire q; potentia poteſt dupliciter definiri, abſolute, & ſic eſt principium agendi vel patiendi, & hoc modo ſpectat ad metaphyſicū. G Potentia dupl'r pōt diffiniri.

Alio modo comparatiue reſpectu alterius potentiæ, qua ipſa aut maior aut minor dicitur, & ſic cognoſcitur per maximum, nam ſi maximum quod poteſt altera, ſit maius eo quod altera poteſt, vna potentia eſt etiam altera maior, & hoc modo Ariſtoteles deſcribit. Tertio debes ſcire q; potentia propterea non definitur per minora in quæ poteſt, quia talia poſſunt minui in infinitum, modo per infinitum nihil ſcitur nec definitur, propterea per maximum & non per minimum definitur. Vnde ex verbis Auerrois duæ rationes colligi poſſunt, quibus potentia debeat definiri per exceſſum, primo quia defectus minuitur in infinitum, & per infinitum nihil cognoſcitur. Secundo, quia eo modo potentia cognoſcitur, quo differt ab alia per magis & minus, ſed potentia differt per magis & minus a potētia per maximū, igitur per maximum definitur. H Quare potentia diffinitur p maximum. Quę Auer. cōm. 16.

Præterea & ſi eorum quæ per exceſſum dicūtur, tantum aliquid impoſſibile eſt, etiam plura impoſſibilia ſunt: qui nāq; mille ſtadia peragrare nō poteſt, is profecto neq; mille & unum poterit.

Expoſitio. Vt poſſibile de quo erat intentio dicebatur a potētia, ſic impoſſibile denominatur ab impotentia ſiue defectu: Docet igitur nunc definire impotentiā, & vult ipſam cognoſci per minimum eorum quæ nō poteſt, & reddit cauſam quia procedere licet in exceſſibus ad infinitum, & per infinitum nihil cognoſcitur, & ex hoc inquit: Præterea & ſi eorū quæ per exceſſum dicuntur, tantum aliquid impoſſibile eſt (vt mille ſtadia peragrare eſt aliquid impoſſibile reſpectu in potentiæ deambulatiuæ Socratis) etiam plura impoſſibilia ſunt. vt mille & vnum, & mille & duo, & ſic in infinitum, & hoc in-

I quit: Qui nãq; mille ſtadia peragrare non poteſt, is profecto neq; mille et vnum poterit, nec mille & duo, nec mille & tria, & ſic in infinitum: igitur impotentia non per exceſſum, cum non detur, cognoſcitur, ſed per minimum eorum, quæ
Quæ Auer. com. 117. non poteſt. Poteſt etiã ex Auerroe colligi alia ratio, quia taliter eſt impotentia definienda, qualiter differt ab alia per magis & minus: ſed differt ab alia per minimum eorum quæ non poteſt: dicitur.n.vna impotentia altera vel maior, vel minor, ſi minimum eorum quæ non poteſt, eſt maius vel minus altero minimo alterius.

Nihil tamen nos perturbet finis eorum quæ poteſt aliqua potẽtia, ſi id quod proprie poſſibile dicitur, per finem exceſſus definiatur: forſitan enim dicet quiſpiã, id quod dictum eſt non neceſſario ita eſſe, qui nãq; ſtadiũ uidet, is non & magnitudines eas
K quæ citra ſunt uidebit, ſed potius e contra, qui punctum uidere poteſt, aut paruum audire ſonum, is & maiorũ ſenſum habebit. Verum nihil refert ad rationem, definiatur enim exuperatio ipſa aut in potẽtia aut in re ipſa, id enim quod dictũ eſt perſpicuum eſt: uiſio ſiquidem ea ſit quæ per minus, uelocitas uero quæ per maius excellit.

Expoſitio. Mouet contra ſe dubitationem, ex cuius ſolutione patebit quonã modo paſſiua potẽtia terminatur, & primo proponit illam dicens: Nihil tamen nos perturbet finis eorum quæ poteſt ſupple aliqua potẽtia. vt viſus vel auditus vel id genus ſupple, ſi ille finis per minimum & non per maximũ deſcribatur, dico nihil perturbet: Si id quod proprie poſſibile dicitur, per finẽ exceſſus vt patuit definiatur. cauſa turbationis eſſe poteſt contrarietas definitionum, quã ſubſcribit, & inquit: Forſitan.n.dicet quiſpiam id quod dictum eſt,
L non neceſſario ita eſſe, qui nãq; ſtadium vel quid tale videt, is non & magnitudines omnes quæ citra ſunt videbit, cum ſit dare minimum viſile: ſed potius e contra qui punctum videre poteſt, aut paruum audire ſonum, & maiorum quã ſit punctum, vel quã ſit paruus ſonus, ſenſum habere poteſt. Reſpondet & inquit: Verum nihil refert ad rationem qua definiebatur ipſum poſſibile p exceſſum, definiatur.n.exuperatio ipſa ſemper, aut in ipſa potẽtia aut in ipſa re. Nam quomodolibet finiatur, ſemper per exceſſum definitur, & hoc ſubdit dicens. Id.n. quod dictum eſt, perſpicuum eſt, quia ſemper ſeruatur exceſſus: viſio ſi quidẽ ea ſit, quæ per minus definitur, velocitas vero quæ per maius. Debes ſcire ꝙ tam potentia actiua, quã paſſiua determinantur per maximum atq; exceſſum: nam viſiua eſt altera maior cuius viſio eſt maior, motiua altera maior cuius motus eſt velocior. Igitur ambæ per exceſſum operum definiuntur, non tamen eodem modo: nam in paſſiuis exceſſus eſt a parte potentiæ
M quæ patitur, eſt .n.viſio aquilæ maior, quia poteſt videre minus. In actiuis vero contra eſt per maius, quia potentia regis maior eſt illa militis, quia poteſt in maius, & ita vtraq; per exceſſum cognoſcitur, licet in paſſiuis exceſſus ſit a parte potẽtiæ, in actiuis a parte obiecti. Quæ ratio docet potentiam paſſiuam debere cognoſci per minus, & ita prædictam rationem non deſtruit hæc obiectio, cum illa ſit data de actiua, deq; poſſibili denominato ab actiua potentia, & hoc dixit Ariſtoteles his uerbis: Viſio ſiquidem ea ſit, quæ per minus, & ita ex parte potentiæ. Velocitas autem quæ per maius excellit, & ſic ex parte rei: eſt enim viſio opus potentiæ, viſiuæ, vt velocitas opus potentiæ motiuæ.

His uero definitis dicendum eſt quæ ſequuntur. Si itaq; quædã ſunt poſſibilia eſſe & non eſſe, quoddam tempus maximum & eſſendi & non eſſendi definitum ſit neceſſe eſt: (dico autem rem eſſe poſſe aut non eſſe poſſe in uno quoq; prædicamento, ut hominem aut album aut tricubitum aut aliud id genus.) Nam ſi non erit aliquod quantum definitum, ſed ſemper propoſito maius, cuiuſq; ratione nihil minus dicatur, idem ſane uno tempore infinito erit poſſibile eſſe, altero tempore in finito poſſibile non eſſe: quod quidem eſt impoſſibile. N

Expoſitio. Potentia, vt dicebatur, quædam dicitur reſpectu operis, & hæc quonã modo cognoſcatur, declarauit: alia eſt reſpectu eſſe vel non eſſe, & quia eſt ea qua aliquid poteſt plus vel minus durare, ideo per ipſius temporis exceſſum declarabitur, & primo proponit intentionem & inquit: His vero definitis dicendum eſt ea quæ ſequuntur deinceps. Hæc eſt intẽtio, deinde proſequitur & proponit vnam hypotheticam, videlicet ſi aliqua eſſe & non eſſe poſſunt, eorum terminus erit per maximũ tempus, in quo eſſe poſſunt, & hoc inquit: Si itaq; quædam ſunt poſſibilia eſſe & non eſſe, quoddam tempus maximum & eſſendi & non eſſendi definitum ſit neceſſe eſt. cuius hypotheticæ cum ponitur antecedens, erit O
poſitio conſequentis, ꝙ cuiuſq; rei ſit maximum tempus durandi ſiue eſſendi & nõ eſſendi. Hæc Ariſtoteles. Deinde declarat in quibus hæc determinatio locũ habeat, & vult hanc determinationem locum habere in omni prædicamento, & hoc adiecit, ne quis credat tempus perdurationis ſolum in animalibus eſſe conſtitutum. Nam quidam dixerunt montes & valles eſſe perpetuas: ideo ſubdit in omni prædicamento eſſe conſtitutum terminum ſuæ durationis, tam ad eſſe, quã ad nõ eſſe. Deinde reddit cauſam eius quod dixit & arguit per impoſſibile & inquit: Nam ſi non erit aliquod quãtũ in ipſo tempore eſſendi vel non eſſendi definitum, ſed quodcunq; dato ac propoſito ſemper maius, ſic ꝙ non ſit deuenire ad vnum maximum, cuius comparatione nihil aliorũ quibus poteſt durare res ipſa ſit minus, idem ſane vno tempore infinito erit poſſibile eſſe, altero tempore infinito poſſibile
non eſſe, quod quidã eſt impoſſibile: nam, vt dicetur, erunt P
duo tempora infinita æqualia. Sed hoc quonã modo ſit impoſſibile, quo ve ſequatur, poſterius dicetur ſæpe. Sic igitur patet poſſibile eſſe & poſſibile non eſſe, terminari per maximum tempus Quod vero ad verba attinet, ambiges vtrũ eadem ſit potentia qua aliquid poſſit pati, ſiue qua dicatur poſſibile pati, & qua poſſit eſſe vel nõ eſſe, & videtur ꝙ ſic: nam materia eſt potentia qua vnumquodq; poſſibile poteſt eſſe & nõ eſſe, & hæc eſt potentia paſſiua, qua vnumquodq; poteſt pati. Dici poteſt ꝙ materia ipſa ratione habita ad formam, eſt potentia eſſendi & non eſſendi: ratione vero habita ad agens eſt paſſiua, & ſic eſt idem ſubiecto, ratione differens. Hæc quo ad verba.

De maximo & minimo. SED CIRCA rem dubitatur contra primam regulam, qua dicebatur potentiam actiuam terminari per maximum, quia ſi ita eſſet, tunc non quilibet exceſſus, nec quælibet proportio maioris inæqualitatis ſufficeret ad motum, quod eſt falſum. Primo quia tunc daretur motus tardiſſimus, videlicet ille quo a.potentia moueret b.reſiſtentiam exceſſu mi-
nimo, quo ſufficit. Secundo, quia tunc rei ſucceſſiuæ dare- Q
tur vltimum, nam ſignatis a.agente, & b.reſiſtente, volo ꝙ creſcat reſiſtentia ipſius b. vſq; quo excedatur ab ipſo a. exceſſu minimo, & ſimus in illo inſtanti, vel immediate poſt illud adhuc mouebit, vel non mouebit: ſi mouebit, ille nõ fuit minimus exceſſus, cum ſub minore illo a. adhuc moueat b. ſi non mouebit, tunc illud eſt vltimũ motus. Contra ſecundam regulam quæ dicit impotentiam terminari per minimũ eorum quæ nõ poteſt, nam ſigno maximum in quod poteſt potentia a. quod ſit b. & ſigno minimum quod non poteſt eadem potentia a. reſpectu cuius dicitur impotentia, & ſit c. tũc arguo, aut hæc ſunt æqualia aut inæqualia: ſi æqualia, tunc a. potẽtia poteſt in vtrũq;, & ſic b. non dicetur minimũ quod nõ, cũ in illud poſſit: ſi inæqualia, certũ eſt ꝙ c. nõ eſt minus ipſo b. qa tunc a. poſſet in b. & c. quicqd.n. poteſt in maius, poteſt in minus. Si vero maius ſit ipſum c. ipſo b. aut exceſſu diuiſili aut indiuiſili: nõ eſt dicendũ exceſſu indiui-

A sili, quia per indiuisile nihil excedit, si sit excessus diuisilis, sit vt duo, & cum possit diuidi, adhuc ipsum a. potest mouere b. ipsum, & aliquid maius, modo sit minus ipso c. vtpote ipsum b. cum illo plus excessus videlicet cū vno plus, & sic ipsum b. non fuisset maius. Contra tertiam arguo, quæ dicit potentiam passiuam terminari per minimum, nam accipio illud minimum, quod mouet illam potentiam passiuam, vel excellit illam, vel est æquale, vel minus, non æquale nec minus, quia nec ab æquali, nec minori prouenit actio, si maius, & cum non sit maius in re indiuisili, erit maius in re diuisibili, & ita vt prius potest minus illo mouere eandem, vt si illud minimum fuisset vt quatuor, & resistentia siue potentia passiua vt tria, posset minus illo minimo dato vtpote vt tria cum dimidio vnius mouere illam eandem. Contra ultimā dubitant, quia si daretur maximum tempus essendi, tunc rei permanentis daretur vltimum, vt deductum est. Secundo, rei permanentis datur primum nō esse, igitur non datur maximum tempus quo esse potest. Illud. n. primum non esse, est

B minimum eorum, quibus esse non potest. Tertio, tempus quo Socrates mortuus non est, est infinitum, igitur non maximum. similiter quo Socrates non fuit ante generationem fuit infinitum, igitur nec essendi necnon essendi tempus maximum dari potest. Hæ sunt fortissimæ quæstiones contra

Regulę de potentiis. Prima regula. Aristotelem. Circa hæc debes scire, ꝙ tam ex Aristot. ꝙ ab Auerroe, & cæteris græcis expositoribus, colliguntur hic quatuor regulæ de potentiarum terminatione, quarum prima est, potentia actiua terminatur per maximū quod sic, atq; per ipsum cognoscitur quāta sit, hoc est, per id quod inter omnia quæ sic potest aut mouere aut afficere, est maius.

Secunda. Secunda in potentia actiua scitur quanta est per minimum in quod non potest, hoc est, per id, quod est minimū eorum

Tertia. in quæ non potest. Tertia potentia passiua scitur quāta est per minimum a quo potest pati, hoc est, per id quod inter

Quarta. omnia e quibus potest pati est minimum. Quarta est, possi-

C bilis esse, atq; possibilis non esse est maximum tempus. Hæ

Positio Iuniorꝝ. colliguntur crassa Minerua ex verbis Aristo. Iuniores vero potētias actiuas definiunt per minimū in quod non, nam pondus æquale potentiæ est minimum quod non, potentias vero passiuas per maximū a quo non possunt pati. Consimiliter aiunt potentiam ad esse, & non esse terminari per minimum in quo non, & sic tenent quatuor, quæ videntur contraria Aristoteli & expositoribus: pro iunioribus tamē sunt

Nōnullorꝝ consilium. rationes dictæ, quæ sunt fortissimæ, nec possunt solui leuiter. Nonnulli aiunt Aristotelem & Iuniores idem sentire. Nam Aristoteles intellexit actiuas potentias sciri per maximum, citra quod possunt, & hoc aliqui appellant minimum quod non, passiuas autem per minimum vltra quod nō possunt, quod illi appellant maximum in quod non possunt, & ita de maximo & minimo tempore: volunt. n. esse dandum maximum circa quod omnis res possunt durare, & hoc est minimum per quod non potest durare. Hæc expositio vi-

D detur deficere propter duo, primo quia Auerroes expresse vult actiuas terminari per maximū quod sic, & passiuas per

Confuta. Secunda respōsio. minimum quod sic. Secundo, quia est cōtra exempla Arist. de directo. Simplicius quoq; expresse idem asserit. Propterea dici potest potētias actiuas & passiuas terminari per maximum vel minimum in numeris integris, non autem in numeris cum fractionibus, & hæc conuenit verbis Aristotelis & Simplicij, & omnium peripateticorum. Iuniores vero loquuntur de maximo & minimo cum fractionibus, &

Alia nostra solutio. consilium hoc non displicet. Solitus etiā eram dicere cum Auerroe alibi vt sexto physicæ auscultationis cōmen. 15. & 32. & alibi, ꝙ secundū considerationē materialem regulæ Aristotelis sunt veræ: naturalis. n. physosophus omnia considerat vt sensilia atq; sensu notantur. Mathematicus considerat per imaginationem quicquid potest cogitari, quæ ratio docet ad imaginationem mathematici regulas Iuniorum habere locum. Tunc ad rationes, ad primam dico potentiā actiuam terminari per maximum sensile, & dico ꝙ licet quilibet excessus sufficiat ad motum, vt motus abstrahit a sensu, E non tamen sufficit ad motum sensu notabilem, & ita concedo esse motum tardissimum, quo nullus notabiliter tardior sentiri posset. Similiter concedo dari vltimum quo aliqua virtus mouet aliquā resistentiam motu sensu notabili, nō tamen vltimum simpliciter quo virtus mouet resistentiam aliquā quouis motu. Ad secundum dico potentiam actiuam terminari per maximum notabiliter sensile, impotentiam per minimū notabiliter sensile quod non. Et cōcedo hæc esse diuersa, & illud minimum quod non esse maius maximo quod sic, ex quo non vltra sequitur illud nō fuisse maximū: nam fuit maximum apud sensilem notam, licet non maximum secundum rem. Concludit igitur argumentū illud non esse secundum rem, cum quo tamen stat illud esse maximum apud sensum. Ad tertiam dic eodē modo, potentia. n. actiua terminatur per minimum quod non, & passiua per maxi mum quod non in consideratione mathematica, non autem F in consideratione sensili ac naturali. Per idem ad obiecta contra quartam, concludunt. n. non dari maximū secūdum rei naturam, licet sit maximum apud sensilem considerationem. Et ad vltimum debes scire ꝙ aliter est dari maximum possibilis non esse, & maximum tempus non essendi: similiter muximum tempus essendi, & maximum tempus possibilis esse. Vnde concedo non dari maximum tempus non essendi, quia illud a parte post est infinitum, sed bene datur maximum tēpus possibilis non essendi, nam omnis res quæ potest non esse, venit ad maximū ipsius, quo ipsa fuit sub possibili non esse. Similiter datur maximum tempus possibilis esse, quia deueniendum est ad vltimum tempus, in quo cessat potentia essendi, & est res ipsa, & tu intellige vt supra secundum considerationem naturalem, non secundum rem in se.

Hæc nunc mihi videntur, licet aliter scripserim in libro de genetatione, sed cum nihil certi habuerim in scientia naturali, ego scribo vt venit in buccam. Mutantur enim opiniones secundum tempora, vt dixit Empedocles. G

Principium uero hinc sumatur, impossibile enim atq; falsum non idem significant. Impossibile nāq; & possibile, atq; falsum & uerum, uno modo ex suppositione sunt: ueluti triangulum duos rectos habere impossibile est, si hæc sint: etiam diameter commensurabilis erit, si hæc sint. Sunt autem alio modo simpliciter & possibilia & impossibilia, & uera & falsa. Non est igitur idem falsum aliquid esse simpliciter, & simpliciter impossibile.

Expositio. In omnibus Aristo. vt studiosus geometriæ seruat ordinem geometricum, geometra nāq; primo terminorum definitiones sumit, secundo suppositiones constituit, tertio conclusiones deducit. Aristoteles igitur hactenus sumpsit terminorum definitiones, nunc suppositiones constituit, quarū H prima est, falsum & impossibile non sunt idem, sed quia hoc potest esse falsum, ideo declarat hæc quatuor, videlicet falsum & verum, possibile & impossibile, posse sumi ex suppositione, & sic falsum & impossibile, potest esse verum & possibile, vt equum habere alas est falsum & impossibile, tamen posito ꝙ volet, erit verum & possibile ex illa suppositione.

Alio modo illa possunt sumi absolute, & sic falsum non est impossibile simpliciter: multa. n. falsa sunt possibilia vt sedē tem currere est falsum, sed possibile. Hæc est prima suppositio, & inquit: Principiū vero hinc sumatur, impossibile enim atq; falsum non idem significant. hæc est suppositio. Sed qa potest hæc suppositio esse falsa, & potest esse vera, subscribit distinctionem & colligit in quo sensu sit vera & in quo sit falsa, et inquit: Impossibile nāq; & possibile & falsum atq; verum. vno supple modo ex suppositione sunt, vt equum habere alas, est verum ex suppositione si volat, & hoc ait: Veluti triangulum duos rectos habere est impossibile si hæc sint: videlicet si triangulus sit quadrangulus, nam sup-

J posito illo, triangulus non duos rectos habebit, & diameter commensurabilis erit costæ si hæc sint, videlicet q̃ diametri ad costam sit proportio tripla, aut quadrupla, & sic ista vno modo sumũtur ex suppositione. Sunt autẽ alio modo simpliciter & possibilia & impossibilia & vera & falsa, & sic secundo modo accipiuntur simpliciter, & hoc igitur modo non est idem falsum aliquid esse simpliciter, & simpliciter impossibile. Hæc est suppositio.

Te nãq; dicere stare, falsum est quidẽ sed non impossibile. Similiter & eum qui citharam quidẽ pulsat, non autem canit, canere dicere falsum est quidẽ, sed non impossibile. Simul uero stare atq; sedere, & diametrum esse costæ commensurabilem, non modo falsum est, sed non impossibile.

Expositio. Videtur nunc Aristoteles quasi probare quod dixerat, & simul exponit. Quod quidem probet, patet per illud ver

K bum. Nãq;, quod causam reddit: exponit vero, quia falsum vult esse in plus q̃ impossibile, si quidem omne impossibile sit falsum, & non e contra. Inquit: Te nãq; dicere stare, falsum est quidem, sed non impossibile, & similiter & eum qui Citharam quidem pulsat, non autem canit, canere dicere falsum est quidem, sed non impossibile, & ita falsum est in plus quã ipsum possibile. Simul uero stare atq; sedere & diametrum esse costæ cõmẽsurabilẽ, nõ modo falsum est, sed etiã impossibile. Sic igitur falsum videt vti genus ad posse & impossibile, posse n. videt falsum, & ipossibile etiã, & sic patet ratio eius quod dixerat, & declaratio qm̃ modo differũt.

Non igitur idem est supponere falsum ac impossibile, impossibile si quidem ex impossibili accidat.

Expositio. Ex prima illa suppositione infert secundã, videlicet q̃ nõ

L est idem supponere falsum & supponere impossibile, impossibile si quidem ex impossibili accidit, at ex falso non semper impossibile, cum (vt dictum est) sit & falsum possibile, & falsum impossibile.

Sedendi itaq; atq; stãdi aliquid simul potentiam habet, quia quãdo habet illam, & alterã habet: uerũ nõ ut simul sedeat atq; stet, sed in alio atq; alio tpe.

Expositio. Iterum ex dictis infert tertiam suppositionẽ, videlicet q̃ licet aliquid possit simul habere potentiam ad duo opposita, nunc̃ tamẽ potest simul habere illa opposita, sed in alio atq; alio tempore: quia licet possit esse in simultate potentiarum, non tamen in potentia simultatis. inquit: Sedendi itaq; atq; stãdi aliquid simul potentiam habet, quia quando habet illam, & alterã habet: verũ non vt simul sedeat atq; stet, sed in alio atq; alio tempore. Hæc est tertia suppositio. Ex his quæ Aristoteles dixit hic, accipitur id quod logici dicũt esse falsum duplex, vno modo impertinens, quod videlicet sui qualitate est falsum, & hoc vocãt falsum simpliciter, alio

M modo falsum sequens ex positis, quod vocatur falsum ex suppositione: Simili modo distinguere possumus de necessario, impossibili vero, & contingenti. Quare apud Aristotelem aliquod falsum est concedendũ, quod simpliciter est negandum, vt te esse in Roma, si admisisti te esse Romæ, quare

Quę Auer. com. 11 9. qui negat artẽ obligatoriam, nõ peripatetice sentit. Aiad uerte tamẽ q̃ Auerro. ex vniuerso hoc textu facit duas suppositiones, quarum prima est, falsum esse duplex, falsum videlicet possibile, & falsum ipossibile, ita vt sit ipsum falsum veluti genus ad possibile & impossibile. Secunda est q̃ qualis in actibus est successio, talis & in potentijs: cum. n. aliquid recipit vnum contrarium cessat potentia ad illud, & surgit potentia ad alterum, at cum recipit alterum cessat potentia ad illud, & surgit rursus ad aliud, & hoc fit alternatim secundum successionẽ, & sic vult Auerro. nihil simul posse habe-

Cõsu. Aue. re duas potentias ad contraria. Sed pace Auerrois dixerim, nec expositio verbis Aristotelis conuenit, nec rationi: non verbis quidem, quia Aristoteles fecit (vt visum est) tres suppositiones, ad id quod hæc secunda non inuenitur in illius verbis, immo contrarium illius. Non rationi vero, quia temperatum vt tepidũ habet duas potentias simul ad contraria, vt ad calidum & frigidum. Et tu debes scire q̃ expositio Auerrois nullatenus verbis Aristotelis conuenit, vt visum est. Id autem quod dixit ipse de potentijs potest esse verum, quãdo illæ potentiæ sunt ad contraria ĩmediata, Arist. autem loquitur de contrarijs mediatis. N Expõ suppositionis Auerro.

Si igitur aliquid plurium potentiam habeat tempore infinito, non est hoc in alio atq; alio tempore, sed simul. Quare si aliquid quod tempore infinito existit, corruptibile est, illud ut non sit, potentiam habet. Si igitur id quod tempore infinito est ens, sit possibile non esse, simul nimirum erit atq; non erit actu. Igitur falsum quidem euenit sane, quia falsum supponebatur: nam si id impossibile non esset, etiam id quod euenit impossibile profecto nõ esset. Omne igitur qđ semper est, simpliciter incorruptibile est. O

Expositio. His sumptis syllogizat, & syllogismus est hypotheticus hoc modo. Si aliquid quod tempore infinito est ens, sit corruptibile, illud habet tempore infinito potentiam non essendi. Vltra, illud potentiam non essendi tempore infinito habet, igitur actu simul est & non est, at consequens est impossibile, igitur & antecedens. Circa rationem primo resumit vltimam suppositionem, & inquit: Si igitur aliquid potentiã plurium habeat tempore infinito, nõ est hoc in alio atq; alio tempore, sed simul, sumpsit. n. idem habere potentiarum simultatem, & non potentiam ad simultatem: hac suppositione resumpta, syllogizat & inquit: Quare si aliquid quod tẽpore infinito existit, corruptibile est, illud eodem tempore infinito vt non sit potentiam habet. Vltra inquit. Si igitur id quod tempore infinito est ens, sit possibile non esse illo infinito tempore, simul nimirum erit atq; non erit actu, vt declarabitur postea. Destruit consequens, & inquit: Igitur falsum quidem euenit sane, quia falsum supponebatur: nam si id quod supponebatur impossibile non esset, etiam id quod euenit impossibile non esset, & ita antecedens est impossibile, quia vltimum consequens est impossibile concludit: Omne igitur quod semper est, simpliciter incorruptibile est: Et sic habetur syllogismus. Auerroes autem in commento tribus modis rationem Aristotelis deducit, primo sic: Si æternum potest non esse, interdum illud non erit, aliter possibile illud fuisset frustra: & si non erit interdũ, tunc tempore infinito non erit, & ex quo tempore infinito ponebatur esse, igitur eodem tempore erit ens & non ens. Secundo deducit, & syllogismus sic componitur vt dicit, hoc demonstrãdo mundum esse corruptibilem, hoc demonstrato eundem mundum esse æternum, igitur in tertia figura aliquod æternum est corruptibile. Hæc conclusio est contra definitiones ipsius corruptibilis & æterni, igitur aliqua propositionum est impossibilis, & non minor, igitur maior, & sic ipse mundus non erit corruptibilis. Tertio sic: Omne quod fuit nõ ens, postea ens, iterum quandoq; erit non ens. Sed mundus fuit non ens postea ens apud Platonem: Igitur aliquãdo erit non ens. Maior declaratur, quia esse & non esse sibi mutuo succedunt, igitur & potentiæ ad illa, igitur vt ad esse sequitur non esse & econtra, sic ad posse esse sequitur posse non esse & econtra, & ita eiusmodi potẽtiæ sibi mutuo succedũt vt actus. His rationibus dici potest mundum antequã ad actum poneretur, fuisse in potentia ad esse, ac aduenientе ipso esse, cessat potentia ad illud, & non surgit potentia ad nõ esse, nam per aduentum actus essendi, ipse adeptum æternitatem. Et hanc responsionẽ tradunt nõnulli Theologi de rationali anima, quæ antea fuit sub nõ esse, & postea a deo adepta est æternitatẽ. Huic respõsioni obijcit Auerro, primo quia tale æternũ est nõ possibile nõ esse p te, igitur impossibile nõ esse ab æquualẽti ad æqualens. Vltra, est ĩpossibile

Que Auer. Cõm. 20.

Q

Rñsio ad rationem.

Arist. Obiectio.

non esse

A non eſſe, igitur neceſſe eſſe ſimili ratione. Vltrà, neceſſe eſſe, igitur ſemper ens: hæc. n. eſt definitio neceſſarij, & ita in nulla differentia tẽporis non ens, & ita nõ fuit nõ ens. Amplius arguit: Accipiatur tps quo mundus ſtetit ſub non eſſe, aut tale tps ante mundi genituræ eſt finitum aut infinitũ. ſi infinitum, igitur tps non eſſendi & tps potentiæ eſſendi erit unũ: igitur in eodem tpe erit ens & nõ ens, qm̃ tps potentię unũ eſt ac omni ex parte infinitum. At ſi tps eſſendi & tps non eſſendi ſunt finita ac diuerſa, igitur quodlibet illorum erit finitum, & ita alternatim erit nunc ens nunc non ens. Debes ſcire ꝙ oẽs iſtæ rõnes ſuſtẽtãtur in duobus, quorum primũ eſt: Oẽ poſſibile fieri qñq; in actu, ut iã in ſuppoſitionibus ſumptum eſt: dictũ. n. eſt falſum poſſibile differre à falſo impoſſibile, quia falſum poſſibile qñq; erit, at falſum impoſſibile nunq̃ erit. Secundum, oẽ id quod eſt infinitum per tps infinitũ una ex parte per ſe, eſt infinitũ omni ex parte. Nã ex quo per ſe eſt infinitũ, non magis ad unã q̃ alterã partẽ erit tale: Aut igitur ad ambas partes tale eſt, aut ad neutrã. His ita ſumptis, rõnes oẽs Ariſt. & Auer. ſunt efficaces. Sed contra hanc ſecundã ſuppoſitionẽ obiiciunt: Nã potentia materiæ eſt infinita à parte ante, & tñ non eſt infinita à pte poſt, cũ in aduentu formæ ceſſat ipſa, & ſic non oportet oẽ infinitũ una ex parte eſſe infinitũ ex oĩ. Soluit Auer. hanc primò dicens talẽ potentiã eſſe infinitã oĩ ex parte, rõne habita ad ſubiectũ remotum, qđ eſt prima materia: rõne uerò habita ad ſubiectũ ꝓpinquũ, uidelicet ad mãm ꝓximam erit utraq; ex pte finita, ut ẽt ſentit ipſe. 12. meta. cõ. 11. Sed dices tũc eadẽ res erit æterna & non æterna ut potentia materiæ, hoc aũt impoſſibile eſt tã abſolutè q̃ cõparatiuè. Secundò, in aduentũ formæ ceſſat oĩs potentia q̃ ꝑerat in mã, igitur nõ remanebit à pte poſt. Fortaſſe ꝓp hęc Auer. aliter ait, & uult potentiã mãæ reſpectiuã eſſe æternã à pte ante ꝓ accñs, ꝙa genita infinita ꝑceſſerunt, inter q̃ fuit ordo per accidens, ut dr̃. 8. phyſicæ auſcultationis. cõ. 15. Tunc ad formã diceret: Secus eſſet de æterno à parte añ, & æterno à pte pòſt: nam æternũ à pte ante põt eſſe ꝓ accñs, quatenus ꝓ accñs potuerunt ꝑcedere infinita: at æternũ à pte pòſt, non eſt niſi ꝓ ſe, ꝙa non eſt tale niſi ꝓ priuationẽ cãrũ facientiũ corruptionẽ, & ſic tale ꝓ ſe: & ita rõ non eſt ad ꝓpoſitũ. Hinc emergit error hoĩum ut Auer. addit, quia uiderunt potentiã reſpectiuã poſſe eſſe æternã à pte ante, & deſinere à parte pòſt, credidere à ſimili poſſe quicq; eſſe æternũ à pte pòſt, & factum à parte ante quare cũ illa potentia ad eſſe eſt infinita à pte ante, poterit ẽt potentia ad nõ eſſe infinita eſſe à parte pòſt. Hoc aũt dicit nõ eſt ſimile, qm̃ ꝓ accñs eſſe põt q̃cq; æternũ à pte ante, nihil aũt eſſe põt æternum à pte pòſt, niſi ꝓ ſe: & hinc error illoꝝ ꝓficiſcitur, ꝙa non diſtinxerunt inter eſſe tale ꝓ ſe, & tale ꝓ accñs. Ad ꝓpoſitũ igitur, oẽ infinitũ ex una pte ꝓ ſe, eſt infinitũ oĩ ex pte ꝓ ſe, ꝙa cum tale ꝓ ſe ſit infinitũ, & ꝓ ſe & de oĩ ſint idẽ atq; ſm̃ q ipſum, erit tale ĩfinitũ oĩ ex ꝓ te & ſua natura infinitum, & ita utro latere: & hoc modo eſt D mundus: Ipſe enim mundus ſi eſt æternus à parte pòſt, cum ſit tale per ſe, nihil ipſum præceſſit nec per ſe nec per accñs: & cũ ſit primum corporũ, nec à parte ante eius generatio potuit impediri, nec eius corruptio à parte pòſt: ideo ẽ ꝙternus omni ex parte. hæc Auer. in præſenti commen.

Circa hæc q̃runt, utrũ aliquod æternũ poſſit eſſe corruptibile, ſiue utrũ oẽ corruptibile neceſſario corrũpetur. Et ur̃ q̃ non, primò nã partes centrales terræ ſunt corruptibiles, & tñ nunq̃ corrũpentur, cũ illis non poſſit applicari cõtrariũ: eadem quoq; rõ fieri põt de partibus ignis iuxta concauum cœli conſtitutis. Secũdò, motus cœli eſt æternus & põt nõ eſſe, ut. 12. meta. cõ. 41. ſentit Auer. Tertiò, lumen ſolis eſt corruptibile, & tñ nunq̃ corrũpetur. Quartò, ſm̃ Ariſt. nõ oĩa neceſſario eueniunt, ut in lib. de interꝓtatione uiſum eſt: igitur non oẽ gñandũ neceſſario gñabitur, nec aliquod corrũpendũ neceſſario corrũpetur. Præterea dubitatur contra rõnes Ariſt. primò ꝙa Socrate exiſtente albo põt fieri niger: ponatur igitur in eſſe, tunc idẽ erit albus & non albus, quod hñs eſt falſum impoſſe, igitur argumenti Ariſto. forma nulla eſt. Secundò dici poſſet de ſenſu diuiſo æternũ poſſe nõ eſſe, de ſenſu uerò cõpoſito non põt æternũ non eſſe, ut logici tradunt. Tertiò dici põt ſm̃ ueritatẽ mundũ eſſe corruptibilẽ, & qñ dr̃ ponatur in eſſe ꝙ corrũpat, caſus non debet admitti ꝙa repugnat poſito: eſt. n. poſitũ mundũ eſſe æternum. In qõne hac iuniores oẽs conſentiunt determinationẽ Ariſtot. non hr̃e locũ niſi in ſubſtãtiis in ſubſtãtiis. n. oẽ æternum à parte ante eſt æternũ à parte pòſt, & nihil in ſubſtãtiis eſſe põt æternũ & corruptibile: At in accidentibus determinationẽ Ariſt. locũ non hr̃e aiunt, ut argumenta cogunt de motu & lumine. Huius rei coniectura, quã ipſi non dicunt, eſſe põt ex eo quia ſubſtantia eſt æterna ꝓ priuationẽ cãrum corruptionis: ut. n. ſubſtantia eſt corruptibilis ex eo quia habet cauſas ſuæ corruptionis, uidelicet materiã & cõtrarium: ita eſt æterna per hanc cãrum priuationẽ, & ſic in ſubſtantia nihil æternũ põt eſſe corrptibile: eſſet. n. ſine cauſis corruptionis, & cum cauſis corruptionis: At accidẽtia ipſa multas ob cãs eſſe pñt æterna, interdũ quia eorum ſubiectum eſt æternũ, ut motus cœli, qui ſui ex parte corruptibilis eſt, ſed à pte ſubiecti eſt æternus, atq; à parte agentis. Interdũ per priuationẽ cãrum corruptionis ueluti dimenſio ipſa materiæ, quę quidẽ quia caret contrario, iõ eſt incorruptibilis, & ita nõ eſt ſimile de ſubſtantiis & de accidentibus: nã in ſubſtantiis oẽ corruptibile uno mõ eſt corruptibile omni modo, cum non niſi uno mõ ſubſtantia corruptibilis ſit: at in accidentibus põt accidens merito contrarii eſſe corruptibile, ut motus rõne quietis, alia rõne erit æternũ, uidelicet ſubiecti & motoris: quibus maior pars qõnũ deletur. Sed hæc ſolutio uideẽ ſtare non poſſe, primò per uerba Ariſt. ſuperius, ubi accepit uel̃ in omni p̃dicamento eſſe maximũ tps ſignandũ, quo aliquid põt corrũpi: ubi Auer. cõ. illo. 118. uoluit in oĩ p̃dicamẽto corruptibile fore corrũpendum. Secundò, rõ Ariſt. uẽ cõtra hos de accidentibus ut de ſubſtantiis, ſic ſi aliquod ꝙternum põt deſinere eſſe ſiue ſit ſubſtantia ſiue ſit accidens, igit̃ habet potentiã ad non eſſe, aut igitur tpe finito uel tpe infinito, & arguatur ut prius, & quicquid dices tu de accidẽtibus, dicã ego de ſubſtantiis pro Platone. Tertiò, Ariſt. & Auer. infra cõ. 138. ſumunt oẽ perpetuũ uel̃ ſm̃ indiuiduũ eſſe neceſſe eſſe, quoꝝ rõnes perquire. Demũ Auer. idem ſumit in accidentibus in. 2. huius. cõm̃. 15. ut uidebitur. Propter hęc uidetur mihi uel̃ eſſe dicendũ, tã in ſubſtantiis q̃ accidentibus nullum æternũ poſſe eſſe corruptibile, nec corruptibile q̃cq̃ eſſe æternum. Amplius, omne corruptibile neceſſario corrumpetur, & omne generabile neceſſario generabitur in ſe uel ſibi ſimili: dico uel ſibi ſimili, quia non eſt ſimile de corruptibili & generabili, omne nãq; corruptibile de neceſſitate corrumpetur: At põt eſſe aliquod generabile, quod nõ neceſſario generabitur, ut forma animalis quæ eſſet infinito tẽpore poſtea generanda. Cuius dr̃iæ cãm dedit Auer. ex eo, nam corruptibile eſt per ſe tale: at gñabile per accidens põt impediri ſm̃ indiuiduũ, & ſatis eſt ut non impediatur ſecundũ ſpẽm. Hæc peripateticè dicerẽ. Tunc ad rationes, nonnulli ad primã ex ignorantia logicæ negant albũ poſſe eſſe nigrũ: nã oẽ poſſibile ut dicunt apud Ariſto. neceſſario erit. Sed iſti ſunt reprehenſione digni, nã Ariſto. dixit expreſſe ſe dentẽ currere eſſe falſum q̃dem, ſed poſſibile: & ita interdũ erit. Propterea debes ſcire ꝙ ſecus eſt loqui in poſſibilibus ſecundum tempus æternum, aliter & in poſſibilibus ſecundum tempus finitum: poſſibile enim æternum determinatur ad unum, at poſſibile nouũ eſt contingens ad quodlibet illorum: ideo ratio Ariſtotelis ualet contra Platonem, qui dixit æternum poſſe corrumpi tẽpore infinito. Hæc reſponſio eſt Auer. infrã commen. 124. Verum hæc ſolutio non eſt ad formam, propterea dicerem ſecundum peripateticos omne poſſe poſſe poni in eſſe, ut ex eius definitione colligit̃: ueꝝ interdũ põt poni in eſſe in eodẽ tpe ſubiecto conſtituto ſub eadẽ forma q̃ ꝑfuit, interdum in diuerſis tpibus: in hac. n. põt Socrates eſſe albus, ipſo ſub eadẽ forma cõſtituto uerificaẽ ꝓ uno & eodẽ tpe eſſe Socratẽ & albũ: at dicendo ſedentem poſſe eſt currere, nõ poſſumus ponere in eſſe ꝓ eodẽ tpe ſub eadẽ forma, ſed eſt ſenſus ꝙ abiecta ſeſſione, id qđ ſedebat curret: & ita ꝓ diuerſis tpibus ex his ad formã: Si. n. æternũ

Rationes Ari. i oib' fundantur.

B Obiectio

Solo Auer.

Replica

Alia Auer. reſponſio.

C

Q. õ optia

B

Solones

F

Cõfutatio

G

Põ ꝓpria

Solones rõnum & ad primam

Sol aliquo um.

H Cõfutatio Propria ſo Auer.

Qualis ſol. Auerro. Alia ſolo.

I poteſt deſinere ſiue eodē tempore ſiue diuerſo aliquando deſinet. & ita patet ſolo ad primā, per idem ad ſecundam.

Ad tertiam eodem modo tollitur, nam nulla præceſſit obligatio. Nam Ariſtoteles non contra obligationem, ſed contra pōnem inſtetit, & ita ſi æternum pōt non eſſe aliqñ non erit, ſiue eodē ſiue alio atq; alio tpe, & ſi Plato ex obligatione conceſſerit mundū eſſe æternum, non debuit concedere poſſe nō eſſe, nam ex hoc conceſſo ſequitur repugnās. Mō nullum repugnans poſito & cōceſſo debet admitti uel concedi. Hæc ad rōnes contra demonſtrationē Ariſt. nunc ad rōnes contra ueritatem in ſe. Ad primā de partibus terræ & ignis miror recentiores, qui neſcientes ſolonē ad illā multa blacterāt: concedunt. n. aliquod eſſe corruptibile qđ nūq; corrumpet, quia potentia ad priuationē non debet reduci ad actum: ſed ad eſſe, quia eſt ad perfectionē potentia n. ad ipſam priuationem fruſtrari pōt. Sed hæc ſunt directe contra Ari. & Auer. qui uīr uoluere omne coruptibiie qñq; corrumpi non modo ſm idem ſpē, ſed ſm idem numero.

K Propterea debes ſcire q Ariſ mouit & ſoluit dictam dubitationem de partibus centralibus atq; partibus ignis iuxta cœlū conſtitutis, in libello de longitudine & breuitate uitę. cap. 3. ibi nāq; ait: Omne corruptibile qñq; fore corrumpendū. & ita partes cētrales terræ non a continente corrūpētur, ſed uenient ad locū ſuæ corruptionis per accns, aut ex ordine uniuerſi, aut ex eo qa terra ex una parte conſumitur plus, & uerſus illā mouetur tota ut uniuerſi mediū teneat, & inde interdū partes centrales fiēt circunferentiales, & eodē modo de partibus ignis: ignis. n. ex una ꝑte corrūpit, & idene deſ uacuū cæterę ſuccedunt, & tandē quæ erant remotę ab ipſo aere ꝓximæ fient. Ad illud de motu & lumine dictum eſt: nam hæc cōtinue gñantur & cōtinue corrumpuntur, & ſic ſunt alia atq; alia: hoc. n. ait Auer. in eſntis: Nam eſt æternū eſentū omne ſm totum, attamen continuo eſt aliud atq; aliud ſm partes. De dimenſionibus ēt patet. ſunt. n. ęternæ ſecundum eſſentiam: at ſecundū eſſe continuo ſunt aliq atq; aliæ, ut in libro de ſubſtantia orbis diximus. Ex his patet primo oē corruptibile qñq; corrūpi, itemq; nullum æternum poſſe eſſe corruptibile. Sc̄o patet rō Ariſ. nam ubi æternū eſſet corruptibile, æternū poſſet nō eſſe per definitionē corruptibilis. & ſi poſſet non eſſe, qñq; nō erit. nā ſuppoſitum fuit eē maximum tps tā potentiæ ad eſſe, q̄ potentiæ ad non eſſe, & ita tale æternū qñq; nō erit, & cum erat ęternū, erat in tpe infinito ens, & ſi in tpe infinito ens, in oī dria futuri tpis ens. & qa erat corruptibile & in quadā dria tpis nō ens ꝑ deducta, tūc in illa tpis dria erit nō ens & ens. nō ens quidem, qa iam in illa fuit deducta potentia ad actum: ens uero qa erat in oī dria tpis ens, & ꝑ conſequens in illa quare ſil' ens & non ens: At cū iſtud conſequens ſit impoſſe primū quoq; añs erit impoſſe, & ita nullū æternū eſt corruptibile. Debes ſcire q hæc qō, utrū oē corruptibile de neceſſitate corrumpet, aut omne generabile neceſſario generabitur, eſt impertinēs huic rōni Ariſ. qm̄ ſiue concedant ſiue negent, rō Ariſ. eſt efficax. per illa. n. ſufficit ſupponere, q oē corruptibile corrūpat aut in ſui indiuiduo aut in ſui ſpē, ſil'r

M q oē gñabile generet aut in ſui indiuiduo aut in ſui ſpē. ſcd'o ēt ſupponere mūdū de mēte Platonis eſſe unum numero in ſui ſpē. Ex his facile rō deducit, mūdus eſt corruptibilis, igit aliqñ corrūpet aut in ſui ſpē aut i ſui indiuiduo: nō in ſpē qa nō ſunt pl'es mūdi in eadē ſpē, igit idē numero mūdus qñq; corrumpet, & ultra, tūc idē erit & nō erit ſcd̄m numer, & deduci patet. Sil'r deduci ꝑt de gñabili. erit. n. ipſe qñq; aut in ſpē aut in indiuiduo genitus, & ita idē qđ prius. Ex his ſequitur quomodolibet ſoluat prima quæſtio, ſemper rōnem Ariſ. ualere. Hæc nunc mihi uidentur.

Simili rōne ēt ingenitū erit, nā ſi gñabile é, aliquo in tpe ipſum nō eſſe poſſe erit: ſi quidē corruptibile id ſit, qđ prius quidē nō erat, nūc aūt eſt: aut quod nō: quidē eſt, pōt aūt aliqñ poſterius nō eſſe: gñabile uero id qđ prius nō eſſe poterat. At nō eſt tps aut finitū aut infinitū in quo id qđ ſp eſt, nō eſſe poſſit: etenim finito tpe eſſe pōt, infinito ſi quidē & in tpe N eſſe pōt: Non igitur contingit idem unumq; & ſemper ens & eſſe & non eſſe poſſe.

Hactenus probauit æternū non poſſe eſſe corruptibile, Expoſitio nunc uult probare q æternū nō ſit genitū ſiue gñabile, & duo facit: Primo ꝓbat ſempiternū nō poſſe nō eſſe, ſcd̄o ꝓbat ſempiternū nō poſſe ſemper nō eē. Quo ad primā partē arguit ut ſupra de corruptibili, hoc mō: Si æternū ꝑt eē genitū, æternū qñq; fuit nō ens, ut ex definitione ipſius geniti patet, uidelicet fuit qñq; nō ens, igr certa dria tpis fuit nō ens. ſed tale eſt æternū, igit omne dria tēporis fuit ens, & ita in illa qua fuit nō ens, ēt fuiſſet ens, qua ratione ſil'r idem erit & non erit, & hæc ratio, ut diximus, fundatur in illa una ſuppoſitione, omne eternum quod ꝑ ſe. limitat ſibi tps infinitum una ex parte, limitat ſibi illud oī ex ꝑte. inquit. Sil'r ratione ēt ipſum æternum ingenitū erit: hæc eſt intentio, q̄ probās & inquit: nam ſi genitum erit uel ſi generabile eſt, aliquo in O tpe ipſum non eē poſſibile erit. deducit per definitiones q̄s ſumpſit, & inquit: Si quidē corruptibile id ſit, quod prius qdem non erat, nunc aūt eſt: aut quod nūc quidem eſt, poteſt aūt aliquando poſterius non eē: generabile uero id qđ prius non eſſe poterat. & ſic patet illa conſequentia, uidelicet ſi æternum aliquod eſt genitum, illud qñq; non fuit. Deſtruit conſequēs & ingt: At non eſt tps aut finitum aut infinitum in quo id quod ſemꝑ eſt, non eſſe poſſit. Addit tñ q qcqd eſt uel poteſt eē tpe infinito, eſt uel pōt eſſe tpe finito, qcqd n. pōt eē in oī tpe, eē ꝑt in qualibet tpis dria, & ex hoc uult hr̄e ſi illud ſempiternū ſit ſp ens, ēt a ꝑte añ fuit ſp ens: & ubi a parte añ te eſt ſp ens, tūc idē ſil' eſt atq; nō eſt. eēt. n. a ꝑte ante qa ſempiternū & in oī tpe ens, nō eſſet aūt, quia genitum & quodā tpe non ens, & ita illud conſequens eſt impoſſibile, ꝓpea concludit oppoſitum añtis, & ingt: Non igitur contingit idem unūq; & ſp ens eſſe & non eē poſſe, nullum ergo ſempiternum eſt genitū uel ingñabile. Hæc Ariſ.

At uero nec negatio cotingit, uꝫ ut nō ſp ſit impoſſe: igit eſt & ſp aliqd eē & corruptibile eſſe: pariP ter quoq; nec gñabile. Nā ſi duo ſint termini, quorū poſterior ſine priore eſse non pōt, ſi ille ineſſe alicui nō poſsit, ét poſterior eidē ineſse nō poterit. Quare ſi id quod ſemꝑ eſt non pōt aliqñ non eſse impoſſibile eſt & generabile eſse.


Hactenus probauit æternum non poſſe eſſe genitum, Expoſitio. non probat q non poſſit non ſemper eſſe. Debes ſcire q ipſi ſemper eſſe duo opponuntur, alterum eſt poſſe non eſſe, alterum uero poſſe non ſemper eſſe. Ariſto. igitur remouit a ſemper ente primum, probauit enim ſemper ens non poſſe non eſſe: nunc remouet ſecundum, & probat ſemper ens nō poſſe non ſemper non eſſe, immo q ſemper ens neceſſario, & ſemper ſit, & primo proponit intentionē, & inquit: At uero nec negatio contigit illa oppoſita, uidelicet ut non ſemper ſit. dicebamus. n. hæc opponi, ſemper eſſe, & non ſemꝑ eſſe, & ita nunc remouet ſcd̄m, uidelicet q ſemper ens non poſſit non ſemper eſſe. Hoc aūt non alia ratione uult eſſe ꝓ batū, niſi ea quę paulò ante tacta eſt: erit enim idem ſimul Q ens & non ens. Ex his epilogando & aliquid addendo concludit. Impoſſibile igitur eſt & ſemper aliquid eſſe, & corruptibile eē, & hoc quod ad primam rōnem: Pariter quoq; nec generabile, & hoc quo ad ſecundam rationem. Ad hoc uero utrumq; addit rationē, quæ non eſt tacta ſub hoc modo, licet in re ſit illa mec, & inquit: Nam ſi duo ſunt termini, quorum poſterior ſine priore eſse non poteſt, ſi ille prior alicui ineſſe non poſſit: etiam poſterior eidem ineſſe nō poterit. uerbi cauſa, ut quoniam animal & homo ſunt termini ordinati ſecundum prius & poſterius, & homo nulli ineſſe poteſt niſi eidem animal inſit, propterea cui non ineſt aīal, eidem nec poteſt homo ineſſe. Hæc ſumatur ut maiori, cui ſubaudi tu minorem: Sed poſſibile eſſe, & non eſſe, & corruptibile & generabile ita ſe habent, quod poſsibile eſse & non eſſe eſt prior & cōior & ipſo corruptibili & ipſo generabili. oē. n. corruptibile eſt poſsibile eſse & nō eē, non aūt

econtra:

A econtra: ſiſtr oē gñabile eſt poſſe eſſe uel non eſſe, & nō ecō-
tra: aut ſaltē ſi nullus horū ſit altero cōior, erunt cōuertibi-
les ſecūdū cōſequentiā. Ex his ſeqtur q̄ ſi id qđ eſt ſp ens
non poſſit nō eſſe, hoc eſt, ſi ipſi ſempiterno non ineſt poſſe
eſſe & nō eſſe, ipoſſibile eſt & gñabile eſſe & corruptibile
eſſe: & ſic patet epilogus cū noua rōne, licet nō differat in
Qui auer. cō. 121. re à cæteris. Auer. aūt inter has rōnes, uidelicet eā qua ꝓ-
bauit nullū æternū eſſe corruptibile, & hāc qua ꝓbat ꝑter-
nū non eſſe gñabile, talē ſentit dr̄iā, q̄ prima ducit ad illud
incōueniēs: Q̄ ſi æternū eſt corruptibile, in eo eſt potentia
infinita ad corruptionē. Hoc aūt ducit ad incōueniens ſub
diuiſione, uidelicet q̄ in eo erit potētia ad corruptionē fini-
ta uel infinita, & tūc colligit ex his uerbis q̄ ut actus poten
tiarū ſunt incōpoſ'es, ſic quoq; potentiæ ad illos: & ita ut
actus ſibi ſuccedunt in eodē, ita potentię: & intelligit de po
tentijs ad contraria immediata, ut dictum eſt. Sed qcq̄d ſit
de ueritate rei, hæc expō non conuenit textui. Ariſt. n. nullā
in his rōnibus facit dr̄iam, niſi quia prima proceſſit à par-
te antè, ſecunda uerò à parte pòſt.

B Quærunt hìc utrū oē gñabile de neceſſitate gñabit̄, & li-
Quæſtio cet qō ſit impertinēs, ut uides, (Ariſ. n. ꝓbauit æternū non
poſſe eſſe genitū, qa tunc aliq̄ fuiſſet non ens, & ita aliq̄
ens & non ens) rō arguit̄ ad illā: nā ſi oē gñabile neceſſario
Ioānis ſol. gñareť, tūc oīa euenirēt neceſſario, contra Ariſ. ubiq;. Te-
net Io. in qōnibus, oē gñabile neceſſario gñari, & oē corru
ptibile nec ſſario corrūpi: & ꝓſuadet hāc pōnē primo per
ſiſe: nā ut corruptibile ad ens, ita gñabile: ſed oē ens corru-
ptibile neceſſario corrūpet̄, igit̄ oē ens gñabile neceſſario
gñabit̄. Secūdò, rō Ariſ. pōt ualere de gñabili ut ualet de
corruptibili: & arguit: Si aliq̄ corruptibile nunq̄ cortūpet̄,
idē ſiſ'ē & nō ē: eodē mō arguit̄, ſi aliq̄ gñabile nunq̄; ge-
nerabit̄, idē ſiſ' eſſet & nō eſſet: eſſet qdē, qa oē poſſe aliqñ ē:
nō eſſet aūt, qa nūq̄ gñabit̄. Tertiò arguit: Sp ens ſecūdū
Ariſt. eſt neceſſariū ens, igr̄ ſp nō ens eſt neceſſe non eſſe:
ſp. n. ens & ſp non ens ſunt contraria, & ſic neceſſe eſſe &
neceſſe nō eſſe ſunt contraria: Vltrà, ſp non ens eſt neceſſe
nō eſſe, igr̄ eſt īpoſſe eſſe, qa neceſſe non eſſe & īpoſſe eſſe
cōuertūtur ꝙpollēter. Ex hoc pōt argui ſic, ſi non oē gña-
bile neceſſario gñareť, poſſet eē aliqđ gñabile qđ nūq̄ gña
C retur. ſit iſtud. a. arguo mō ſic. a. nūq̄ gñabit̄, igr̄. a. ſp non
ens. Vltrà, ſp nō ens, igr̄ neceſſe nō eſſe: neceſſe nō eſſe, igr̄
īpoſſe eſſe: īpoſſe eſſe, igr̄. a. non gñabile eſt: at erat gñabile,
igr̄ idē erit gñabile & nō gñabile: hoc cōſequens eſt īpoſſe,
Cōfutatio igit̄ primū añs; & ita oē gñabile qñq; gñabit̄. hæc Io. Sed
uir iſte delirat, primò qa pōt aliqua foŕa eſſe gñabilis, quę
nunq̄ gñať, ut foŕa ad quā mā eſt in potētia ꝓ infinito tpe
futuro poſt hoc tps nr̄m: igr̄ nō oē gñabile neceſſario gña-
bit̄. Secundò, ſi oē gñabile neceſſario gñareť, gñatio nō poſ
ſet ipediri, & ſic inter cās gñationis & rē genitā eſſet ordo
eſſentialis & neceſſarius, & nō ꝑ accñs, ut dixit Auer. Vltr̄
Proprlapō mò, oīa neceſſario euenirent, qđ Ioā. non pōt euitare, licet
multa dicat ꝓ rñſione huius. Propterea debes ſcire q̄ du-
plex eſt ſp ens, duplexq; ſp nō ens: eſt. n aliqđ ſp ens ꝑ ſe,
qđ qdē eſt tale ꝑ ſui nām: & qa nihil pōt eſſe tale ꝑ ſui na-
turā, niſi ꝑ priuationē cārū corruptionis, uidelicet māæ &
contrarij, iō oē tale eſt neceſſe eſſe. Aliud aūt eſt ſp ens per
D accñs, ut potētia māę ad formā in infinitū poſt gñandā: hęc
enī potentia eſt ꝑ accñs ſp ens, ꝓ q̄to īpediť in ſui exitu
ad actū ex ſucceſſiōe infinitarū formarū futurarū in mā, inter
q̄s nō eſt ordo neceſſarius: & tale ſp ens nō eſt neceſſe eſſe,
īmò ſui nā eſt cōtingēs eſſe, ſed ꝑ accñs ſp ens: Sil'i ratione
duplex eſt ſp nō ens, aliqđ ꝑ ſe tale, ut illud qđ ꝑ ſe eē non
pōt ꝑ priuationē cārū potētiū ipm gñare, ut hypocētaurus
& mons aureus: & tale cū ſit ꝑ ſe tale, eſt neceſſe nō eē &
īpoſſe eē. Aliud eſt ſp non ens ꝑ accñs, ut foŕa q̄ in infinito
tpe poſt eēt gñabilis: hæc. n. ꝑ accñs eſt ſp nō ens, qa im-
pediť ab infinitarū formarū ſucceſſu in eadē mā, inter quas
eſt ordo cōtingēs & ꝑ accñs. Ex his ſeqtur oē gñabile ꝑ ſe
neceſſario gñari aliqñ, ſil'r oē corruptibile ꝑ ſe neceſſario
eſſe corrūpēdū: cum qbus ſtat aliqđ eſſe gñabile ꝑ accñs,
qđ nunq̄ gñabit̄, & aliqđ corruptibile ꝑ accñs, qđ nunq̄
corrūpetur. Seqtur ulterius ſi mundus fuit generabilis neceſ E
ſario fuiſſe genitū: ſi aūt corruptibilis neceſſario fore corrū
pendū. Nā cum non poſſit impediri eius ſiue generatio ſi-
ue corruptio, neceſſario fuiſſent deductæ ad actum. Tūc Soł. rōnū Ioan.
ad rōnes Ioan. & ad primā patet ſolutio. non. n. omne cor-
ruptibile neceſſario corrūpetur, nec omne generabile ne-
ceſſario gñabitur, ſed ſolū eſt uerū de his q̄ ꝑ ſe, & nō ꝑ ac
cidens. Ad ſecundū, rō Ariſto. concludit de per ſe corru-
ptibili: nā corruptibile per ſe, eſt qđ per ſe pōt non eſſe, &
ita qñq; non erit: & ſic non pōt eſſe ſempiternū, quia tunc
in aliqua dr̄ia ipſis idem erit & non erit: & cā deductionis
eſt, quia oē poſſe non eſſe ꝑ ſe debet reduci ad actū in ſpē
& in individuo: at corruptibile ꝑ accñs non oportet ut re-
ducatur ad actū, niſi in aliq̄ ſuæ ſpēi: ſil'r concludit de ꝑ ſe
generabili, non aūt de ꝑ accñs gñabili. Ad tertiū patet ſo
lutio, cōcedo. n. a. eſſe gñabile & nunq̄ gñari per accidēs,
& ſic concedo ipſum eſſe ſemp non ens ꝑ accñs, & ꝑ con
ſequens non oportet eſſe neceſſe nō eſſe, & īpoſſe eſſe. Vñ F
ut ſemper ens ꝑ accñs non eſt neceſſe eſſe, ſic ſemp non
ens per accidens non eſt neceſſe non eſſe. hæc de qōne.

Cū aūt negatio quidē eius qđ eſt, ſemp poſſibile
eſſe ſit id quod non ſemp poſſibile eſſe exiſtit, con-
trariū aūt ſit id qđ ſemp poſſibile nō eſſe eſt, cuius
qdē negatio eſt nō ſemp poſſe nō eē: negationes am
borū eidē in eſſe neceſſe ē, eſſeq; medium eius qđ
ſemper eſt, atq; eius quod ſemper non eſt, id quod
eſſe & non eſſe poſſibile eſt.



Secundā rōnē uult nunc conficere, & ſupponit mediū in- Expoſitio.
ter ſemp poſſibile eſſe, & ſemper poſſibile non eſſe, eſſet
poſſibile eſſe & poſſe non eſſe: & hoc ꝓbat (ut mihi uī) ſic:
Mediū ſemp poſſibilis eſſe, & ſemp poſſibilis non eſſe,
eſt non ſemp poſſe non eſſe non ſemp poſſibile eſſe: ſed
qñq; poſſibile eſſe eſt non ſemp poſſibile nō eſſe, & qñq; H
poſſe non eſſe eſt nō ſemp poſſe eſſe: igr̄ qñq; poſſe eſſe &
qñq; poſſe non eſſe ſunt mediū ſemp poſſibilis eſſe, & ſp
poſſibilis nō eſſe. inqt: Cū aūt negatio qdē eius qđ eſt ſem
per poſſibile eſſe: ſit id qđ non ſp poſſe eſſe exiſtit: nihil ue
rius contradicere, q̄ ꝑ negationē ꝓpoſitā, ſubdit: Contra-
riū aūt ſit id qđ ſemp poſſibile nō eſſe eſt, cuius qdē nega
tio eſt non ſemp poſſibile non eſſe, cū inquā ita ſit, nega-
tiones amborum illorū quæ ſunt ſubcontrariæ eidē ineſſe
neceſſe eſt, nam ſubcontrariæ ſimul ueræ ſunt, eſſeq; me-
dium eius quod ſemper eſt atq; eius quod ſemper non eſt,
id quod eſſe & non eſſe poſſibile eſt: & ſic habetur ſuppo
ſitio. Debes ſcire q̄ ex his exoritur alia figura, ut ſemper
ens, ſemper non ens ſunt contraria: non ſemper ens, non
ſemper non ens ſub contraria: nā ex poſſibili ſequitur eſſe,
& ex impoſſibili ſequitur non eſſe. Secundò debes ſcire
q̄ ꝓpōnes de aduerbio ſemp æquipollent uſibus ſecundū
tps, ut ſemper ens æqpollet illi in omni tpe ens, & ſemper

I non ens illi in oī tpe non ens, aut in nullo tpe ens. Subcōtrariæ aūt æquipollent partibus ſm tps, ut non ſemp ens, illi aliquando ens: at non ſemper non ens, illi aliquādo nō ens, & ſic patet ordo harum propoſitionum.

Vtriuſq; nāq; negatio qñq; eſt, ſi non ſit ſemp quare & non ſemp non ens erit qñq;, & qñq; non erit atq; erit non ſemp poſſibile eſſe, uidelicet qa qñq; ē ens atq; ēt non ens. Idem igitur erit poſſibile eſſe & non eſſe, quod quidem & medium eſt utrorūq;.

Expoſitio. Probat nūc ſuppoſitionē ſumptā, & rō eſt qđ non ſemp ens, & nō ſemp non ens, ſunt illorū media: at qñq; ens eſt non ſemp non ens, & qñq; non ens eſt non ſemp ens. igit qñq; ens & qñq; non ens ſunt mediā; huius ſumit minorē, & inquit: Vtriuſq; nāq; negatio qñq; eſt, ſi pro qa, non eſt ſemp. & tu intellige ſingulā referendo ſingulæ ut negatio ſemp entis eſt qñq; non ens, negatio ſemp non entis ē qñq; ens: & ſic patet minor: ex hoc concludit minorē, & inquit: Quare & non ſemp non ens erit qñq; ens, & qñq; non erit atq; erit non ſemp poſſibile eſſe, uidelicet qa qñq; eſt ens atq; qñq; non ens. Tunc dat concl'onē, & ingt. Idē igitur erit poſſibile eſſe & non eſſe, qđ' qdē & medium eſt utrorūq;: & ſic patet dicta ſuppō. Ex uerbis Auer. pōt aliter rō formari hoc mō: Contrariorum negationes ſunt mediū quoddā, ut ſemp eſſe & ſemp non eſſe ſunt contraria, igitur horū negationes ſunt mediū. Huic concluſioni ſubaccipio, ſed non ſemp non ens & non ſemp ens, itēq; qñq; ens & qñq; non ens ſunt illoꝝ negationes, (ut diximus) igitur ſunt mediū: & hæc pñt colligi ex uerbis eius, licet non expreſſe. Et ſi dices negationes haꝝ, omnis homo eſt animal, nullus homo eſt animal, non ſunt medium, quia ſunt ambæ falſæ: dici pōt illud intelligi de contrariis quæ diuidunt ens ſecundum uerum & falſum, hoc eſt, de contrariis quorum unum eſt uerum, alterum falſum: quod ēt Auerroes innuere uidetur.

K


Que auer. cō. i 22.

Dubitatio

Solutio.

L

Rō aūt uīs hęc eſt. Sint. n. a. & b. nulli eidē poſſibilia ineſſe, a. uerò aut c. & b. aut d. cuilibet iſunt. Cui igitur neq; a. neq; b. ineſt, ei c. d. cuilibet inſint neceſſe eſt: At id qđ' inter a. b. medium eſt, ſit e. id. n. quod neutrū contrariorum eſt, medium eſt illorū. Ambo igitur, uidelicet c. d. eidem ineſſe neceſſe eſt. Nam aut a. aut c. cuilibet ineſt, quare & ipſi e. Cum igitur a. illi impoſſibile ſit ineſſe, c. illi inerit. Eadem eſt & in ipſo d. ratio.



M

e

Expoſitio. Nunc probat illud in terminis uīs ad oēm materiā, et uī eius rō hæc: A ḡbus ambo cōtraria remouenī, eiſdem ambæ illorū negationes cōpetunt: de quolibet. n. alterum contradictoriorū dī: ſed ab e. ipſo ambo contraria remouentur ut a. & b. igitur ambæ illorū negat ones, uidelicet c. d. cōpetunt: quare e. eſt c. & d. & ita nō ſemp ens, & nō ſemp nō ens: & ſic qñq; ens, & qñq; non ens inquit: Rō aūt uīs hæc eſt: ſint. n. a. & b. nulli eidē poſſibilia ineſſe, & ita ſint contraria: horꝝ aūt negationes ſint ad a ipſum c. ad b. uerò ipſum d. a uerò aut c. cuilibet inſunt, & b. aut d. cuilibet inſunt, cum ſint contradictoria. Cui igitur neq; a. neq; b. ineſt, ei. c. d. cuilibet inſint neceſſe eſt. hoc eſt igitur maior à quo remouentur a. & b. contraria, ei inſunt c. d negationes illoꝝ: At id qđ' inter a & b. mediū eſt: ſit e. id. n. qđ' neutrū contrariorꝝ eſt, mediū eſt illorꝝ: ē igitur minor, ſed ab ipſo e. remouentur a. & b. contraria. Tunc dat concluſionē, & ingt. Ambo igr̄ uidelicet & c. & d. eidē ineſſe neceſſe eſt. Repetit rōnē, & inqt: Nā aut a. aut c. cuilibet ineſt, cū ſint contradictoria: quare & ipſi e. aut c. inerit. Cum igitur a. illi impoſſe ſit ineſſe, c. illi inerit: Eadē eſt & in ipo d rō, ut de e. & a. qa d. b. ſunt contradictoria ēt. Et ita patet e. ipm eſſe & c. & d. & ita qñq; ens, & qñq; non ens: & p ñs id qđ' eſt non ſemp ens, & non ſemp nō ens, eſt qñq; ens & qñq; non ens, ut ꝓpoſuimus. Quod uerò ad uerba attinet, debes ſcire q Ariſ. dixit ipſi e. cōpetere d. & c. ſi ab eodē remouenī ambo a. & b. Nā ubi ambo illa non remouerenī, nō oportet hæc ambo ineſſe, ut qm̄ è cœlo ipſo ambo illa nō remouētur: eſt. n. cœlū a. hoc eſt, ſemp ens, iō cœlo non inſunt hæc ambo, ſed illud e. q̄ remoueī alterū illoꝝ: & ita ſibi ineſt d. hoc eſt, non ſemp non ens, qa ab eo remouetur b. hoc eſt, ſemper nō ens, & ineſt a. hoc eſt, ſemper ens: hæc enim ambo ſubalterna competunt ſibi.

N

O

Aīaduer. ſio.

Igitur nec id quod ſemper eſt, neq; id quod ſemp non eſt, generabile aut corruptibile eſt. Præterea p ſpicuum eſt, & ſi generabile aut corruptibile ſit, nō ſemper eſſe: ſimul nanq; erit poſſibile ſemper eſſe, & poſſibile non ſemper eſſe. At hoc oſtenſum eſt prius eſſe impoſſibile.

Expoſitio. Ex his concludit & ſyllogiçat ꝓpoſitū, & dat duas cōcluſiones, uidelicet conuerſam & conuertentē. Prima eſt neq; ſemp ens, neq; ſemper non ens, eſt gñabile uel corruptibile: quod ſyllogiçatur ex dictis ſic, omne generabile & corruptibile eſt e. hoc eſt, qñq; ens & qñq; non ens ſiue non ſemp ens & non ſemp non ens, at ſemp ens & ſemp non ens non ſunt e. igitur nec ſunt gñabile nec corruptibile, & hoc inquit: Igitur nec id qđ' ſemp eſt, nec id qđ' ſemp non eſt, gñabile aut corruptibile eſt. Hæc eſt cōcl'o, cuius ſyll's patet ex dictis. Deinde cōcludit cōuertētē, uidelicet nullum gñabile nullumq; corruptibile ſp eſt aut ſp non eſt, & hoc patet ſimili ſyll'o: nā nullū ſp ens nullūq; ſp non ens eſt e. hoc ē, qñq; ens & qñq; nō ens: at & gñabile et corruptibile eſt e. igit generabile & corruptibile nō eſt ſemp ens, nec ſp non ens. ingt. Præterea pſpicuū eſt, & ſi gñabile & corruptibile ſit e. ipm non ſemp eſſe, & nō ſemp nō eſſe: ſimul nāq; erit poſſe ſemp eſſe, & poſſe non ſp eſſe: At hoc oñſum eſt prius eſſe impoſſe. & ita pſpicuæ ſunt ambæ illæ ex his q̄ ſuppoſuit. Sūt q̄ faciūt dr̄iā inter ſp ens & æternū à pte pòſt, ſil'r ſp nō ens & æternū à pte añ. Cōcedūt. n. aliquid eſſe æternū à pte pòſt, ut rōnalis aīa, & hæc nec eſt ſemp ens, nec ſp non ens. Sil'r informitas māæ q̄ gñation ē mundi p̄ceſſit, eſt æternū nō ens à pte añ, non tñ ſp nō ens: & tunc cōcedūt aīam rōnalē eſſe qñq; ens, & qñq; non ens: qñq; non ens qdē, ante uidelicet q̄ fuiſſet: qñq; uerò ens, poſteaq; eſt. Et hoc uolunt Ariſ. nō contradicere hic: nā ipſe tm̄ ꝓbat nullū ſp ens, nullūq; ſp non ens, eſſe gñabile uel corruptibile: & ecōtra nullū gñabile uel corruptibile eē ſp ens uel ſemp non ens: & hoc cōcedunt: aīa. n. rōnalis eſt qñq; ens à parte pòſt, in omni tpe & in nullo tpe à parte añ. Hæc igitur dicunt ad ſaluandū rōnalē aīam eſſe æternā cū rōnibus Ariſ. ſed de his uidebimus in fine. Hāc obiectionē Auer. tangit in cōmē. pōt. n. dici rōni Ariſ. q̄ illa eſt ex ſufficientibus & probabilis, nā poſſibile eſt ut aliqd ſit genitum & nunq̄ corrumpatur, ſil'r eſſe poteſt nō ens

P

Pō aliquorū & de rō nali anima

Q

Quæ auer. com. i 24.

ſemper

A ſemper in ꝑterito & ſemper ens in futuro. Illud aũt quod Ariſ. ꝓbat, eſt ſemꝑ ens in oĩ dr̃ia tꝑis tã ꝑteriti q̃ futuri nõ eſſe generabile neq; corruptibile. Cũ quo tñ ſtat aliqd eſſe ſempiternũ in futurꝫ & eſſe genitũ, aliqd' eſſe æternũ in ꝑterito, & eſſe corruptibile de futuro. Quare cũ rõne Ariſ. ſtat rõnalẽ animã eſſe factã & æternã à parte pòſt. Vult Auer. hanc obiectionẽ remouendã eſſe per primã demonſtrationẽ: accepit. n. in prima demõſtratione, ꝙ oẽ id qd' ꝑ ſe ſibi limitat æternitatẽ ꝓ aliquo tꝑe, illam ſibi limitat pro omni tꝑe: Dico per ſe, quia per accidens ob impedimentum põt aliquod limitare ſibi æternitatem pro uno tꝑe, ut potẽtia materiæ ꝓ ꝑterito, quã non ſibi limitat per ſe ꝓ oĩ tꝑe: & hoc mõ intelligitur ꝓpõ Ariſt. oẽ æternum per ſe, omni ex parte eſt æternũ: & tunc patet eius concl'o q̃ eſt, nullum æternũ ꝑ ſe eſt generabile nec corruptibile. Obiectio uerò

B ablata ẽ, nã iformitas potẽtiꝫ, & id genº, ſũt ꝑternę ꝑ accñs.

Digreſſio Auẽo. cõ, Propter hæc notat Auer. eſſe impoſſibile ut aliquid habeat potentiã ad eſſe uel nõ eſſe infinitum in præterito ſine futuro, uel in futuro, ſine præterito: & tu intellige per ſe, nã (ut dixi) per accidens eſſe põt, ut de potentia materiæ diximus. Probat hoc primo, quia tunc infinitũ reciperet additionem, immò ſequitur ꝙ reciperet additionem & non reciperet: reciperet quidẽ, quia uel futurũ præterito, uel præteritũ futuro adderetur: non reciperet uerò, quia ex quo id limitat ſibi infinitũ tꝑs per ſe, uꝫ ſibi limitare illud omni ex parte: & ſic non poſſet ſibi fieri additio. Secundò infert in tali ſempiterno ſimpliciter non poſſe eſſe potentiã ad eſſe, nec potentiã ad non eſſe, quia tunc ſiꝫ & ſemel eſſent actiones ambarũ potentiarꝫ, hoc eſt, quia tunc illud eſſet & non eſſet: Deducit, quia ſemꝑ cũ potentia unius contrarij ſtat alterꝫ contrariũ, ut cũ poſſe eſſe ægrũ ſtat ſanũ eſſe, cũ poſſe uerò eſſe ſanum ſtat ægrũ: ſuccedunt. n. ſibi potẽtiæ ut ipſi actus. Igitur ſi in ſempiterno eſſet potentia ad eſſe, ſecũ eẽt non eſſe ſiue priuatio ipſius eſſe: & quia in eo eſt potentia

C ad non eſſe, ẽt ſecũ eſſet eſſe: Igit ſiꝫ in eo eſſent eſſe & non

Cauillu, eſſe. Sic igit in ſempiterno ſimpꝫr nulla eſt potẽtia. Ex his remouet cauillũ: poſſet. n. dici aliqd' eſſe æternum à parte pòſt, & hr̃e potentiã ad non eſſe, ſiue ad corruptionẽ. Nam cũ actu contrario ſtat potentia contrarii, & ita cũ eſſe ſtat

Cõfutatio potentia ad non eſſe: igit cũ eſſe ſempiterno ſtat potẽtia ad non eſſe ſempiterna. Contrà obĵcit, primò ꝙa duæ potentiæ eſſent in eodẽ, uideli cet ad eſſe & non eſſe: hęc conſeq̃ntia ꝓbat ꝑ id qd' dixit, ꝙa æternũ ꝑ ſe ex una parte eſt æternũ ex oĩ: & ſic ſi hẽt potentiã ad non eſſe q̃ndꝫ non erit, & erit ꝙa ſempiternũ: igit habet potentias utraſq; ad eſſe quidẽ, ꝙa non erit: ad non eſſe uerò, ꝙa erit. Secundò ſaltẽ ſequitur ut potentia ad non eſſe ſit fruſtra, quia nunq̃ reduceret

Solu, pro Platone ad actũ ꝑte. Deinde Auer. ꝓ Platone rñdet, & uult mundũ ab intrinſeco eſſe corruptibilẽ, ſed ab extrinſeco rõne agentis non põt corrũpi, ex eo ꝙa aut non eſt agens aptum ipſum corrũpere: uel ſi eſt, utpote deus, ipm non corrũpit, ꝙa ſapiens non deſtruit opus ſuũ. Aut ꝙa deficit contrariũ, quo tale agens mũdũ corrũpat, aut ꝙa non corrũpet omnino, ꝙa mũdũ fecit hac lege, ut non corrumpat oĩno. Qua

D rõne dici põt mũdũ ab intrinſeco rõne mãæ eſſe corruptibile, defectu agentis corrũpi non poſſe: & hoc mõ ſi mundus poneretur in eſſe corrupto, ſequit falſum impoſſibile,

Cõfutatio, non qdem ex ꝑte mãæ, ſed ex parte agentis. Contra obĵcit Auer. & primo ſumit talem diſtõnẽ, poſſe duplex, ab intrinſeco ut rõne mãæ, & ab extrinſeco rõne agentis uel contrarĵ, & arguit: Si mundus eſt corruptibilis, aut potẽtia ab extrinſeco & ab intrinſeco, aut potentia ab intrinſeco & non ab extrinſeco, aut potentia ab extrinſeco & non ab intrinſeco. Non eſt dicendũ ipm eſſe corruptibile utraq; potentia, ꝙa ſic aliq̃n corrũperet contra Platonẽ. Si uerò dicit poſſe corrũpi ab intrinſeco, ſed non ab extrinſeco, contra definitionẽ poſſis hoc uꝫ, nã aliqd' eſſet poſſe qd' nunq̃ eẽt, immò ipm eſſe eſt falſum impoſſe: ſi. n. eſſet corruptibilis ab intrinſeco, poſſet poni in eſſe corrupto. Aut igitur à ſe, uel ab agente: non à ſe ſine agente: igitur ab utroq;, aliter nõ poſſet poni in eſſe, contra definitionẽ eius q̃ eſt, poſſe ẽ, quo poſito in eſſe: nullum ſequit impoſſe. Si uerò dr̃ ipſum E poſſe corrũpi potentia ab extrinſeco & non ab intrinſeco, rñdetur, quod nã oẽ poſſibile ab extrinſeco eſt poſſe intrinſecè: cuilibet. n. potentiæ actiuæ corrñdet paſſiua. Vñ ait Auer. ꝙ ſm ueritatẽ hæc duo conuertunt, poſſe ab intrinſeco & poſſe ab extrinſeco, quia oẽ poſſibile ab extrinſeco eſt poſſibile ab intrinſeco, & econtra: ſiꝫ & oẽ impoſſibile ab extrinſeco eſt impoſſibile ab intrinſeco: cuilibet. n. potẽtiꝫ actiuæ rñdet paſſiua, & econtra. Verũ eſt hęc dr̃ia: nam oẽ poſſe ab extrinſeco apparet eſſe poſſibile ab intrinſeco, & ſm rẽ eſt poſſibile ab intrinſeco: contra uerò non apparet, licet ſit. Eſt. n. oẽ poſſibile ab intrinſeco poſſibile ab extrinſeco, licet exiſtimẽt eſſe aliqd' poſſe intrinſecè ex ſe, qd' non eſt poſſe ab extrinſeco, ut dicit Auicẽ. de ipſo cœlo: de ipſo tñ impoſſibili eſt totũ oppoſitũ, oẽ impoſſibile ab intrinſeco eſt impoſſibile ab extrinſeco, econtra uerò non apparet, F ꝙa exiſtimat aliqd' eſſe impoſſibile ab extrinſeco, quod ẽ poſſe ab intrinſeco: Ait tñ hæc conuerti ſm rẽ, ꝙa oẽ poſſibile reſpectu agentis eſt poſſe reſpectu patientis, & econtra, oẽ poſſibile reſpectu patientis eſt poſſibile reſpectu agentis. Sic igitur dici non põt eſſe poſſe ab intrinſeco rõne materiæ, & defectu agentis non eſſe poſſibile, ut hac rõne eſt deductũ. Confirmat hanc eandẽ rõnem locus à contrario, nã poſſibile & impoſſe ſunt contraria. igitur ſi oẽ impoſſibile ab intrinſeco eſt impoſſibile ab extrinſeco, ꝑ locum à contrario, oẽ poſſibile ab intrinſeco erit poſſibile ab extrinſeco: igit ſi mundus eſt poſſibilis ab intrinſeco, mundus ẽ poſſibilis ab extrinſeco: & ſic rñſio Platonis eſt nulla, & ꝙa hæc rõ q̃ dr̃. 2. topic. conſequentia in ipſo, ẽ locus topicus, & dixit rõnẽ Ariſ. q̃ ſit ꝑ definitionẽ poſſis eſſe firmiorem.

Addit tñ hunc locũ hr̃e uim demr̃onis, qñ prædicatũ antecedentis eſt uerè contrariũ conſequentis, & ſubiectũ ſubiecto, ut eſt in ꝓpoſito: impoſſe. n. & poſſibile oppoſita ſũt, G & eſſe tale ab extrinſeco & ab intrinſeco ſunt ſubiectũ cõtrariũ ei qd' eſt, non eſſe tale ab intrinſeco nec ab extrinſeco. iõ ſequit impoſſibile ab intrinſeco ẽ impoſſibile ab extrinſeco: igitur poſſibile intrinſece eſt poſſibile ab extrinſeco, ſunt. n. prædicata prædicatis, & ſubiecta ſubiectis contraria: igit locus neceſſarius. Sic igr̃ patet rñſionẽ Platonis eẽ nullã. cũ. n. mũdus ſit poſſis corrũpi ab intrinſeco, põt aliq̃n eſſe corruptus ab intrinſeco, põt aliq̃n eſſe corruptus. Ponat in eſſe, ꝙa poſſe eſt, q̃ poſito in eſſe, nullũ ſequit impoſſibile. Igit uel à ſe ponit in eſſe, uel ab extrinſeco: non à ſe, ꝙa nihil corrũpit ſe: ſi igit ab extrinſeco, habeẽ ipm eſſe poſſibile corrũpi utroq; mõ, & ab intrinſeco, & ab extrinſeco: & hoc uoluit Ariſ. Vr̃ nãq; implicatio contradictiõis, ut aliqd' ſit poſſe intrinſecè, & non ab extrinſeco, ꝙa tũc eẽt poſſe, & non poſſet poni in eſſe. Hæc ſunt q̃ ex cõ. colligun

cõfu. põnũ tur. Ex his patet cõfutatio triũ põnũ. Dicunt. n. nonnulli Prima põ. cœlo in eſſe mãm eiuſdẽ rõnis cũ mã gñabiliũ, & eſſe i eo potentiã ad corruptionẽ ex ꝑte intrinſeca, ſed defectu con

Cõfutatio trarĵ non corrũpet. Patet hanc põnẽ non eſſe peripateticã: H nã ſi cœlum põt corrũpi ab intrinſeco, ẽt ab extrinſeco rõne contrarĵ uel agentis corruptiui poterit corrũpi: oẽ nãq; poſſibile ab intrinſeco eſt poſſibile ab extrinſeco ſecundũ peripateticos. Alii dicunt primũ motorem, ut Deũ, eſſe Secũda põ infiniti uigoris in agendo, defectu tamen materiæ nõ agit uel agere põt infinitum: eſt enim ille effectus infinitus poſſibilis quidem ab extrinſeco, non aũt ab intrinſeco. Patet Cõfutatio ẽt nec hoc eſſe peripateticè dictũ, licet ſit uerũ: nã oẽ poſſibile ab extrinſeco eſt poſſibile ab intrinſeco, & oẽ impoſſe ab intrinſeco eſt impoſſibile ab extrinſeco. quare ſi effectus infinitus eſt impoſſibilis ab intrinſeco, ẽt ab extrinſeco erit impoſſis: & ſi poſſis ſit ab extrinſeco, ẽt ab intrinſeco erit poſſis. Alii ad mẽtẽ Ariſto. contendunt rõnalẽ animã incepiſſe à parte ante, eſſe uerò æternam à parte pòſt. Nec hoc uꝫ peripateticè dictũ, nã cũ anima rõnalis ſit poſſibilis deſinere ab extrinſeco, ſi Deus uellet, ẽt erit poſſibilis deſinere ab intrinſeco: modo non eſt peripateticè ſentire eſſe aliquod utroque modo poſſibile, & æternum quauis ex parte. Vtrum uerò poſſit defendi cum dictis Ariſt.

I anim æ rõnalis perpetuitas, posterius dicemus. Sed quic
Defensio Platonis quid sit de his, Plato defendi põt: nam põt teneri mũdũ in cepisse per creationem, ut tenemus nos. Verũ in hac crea tione duo consideranda sunt mundi ipsius productio, & ꝓducti mundi ornatus: Deus.n. mundum fecit consusum, deinde ornauit, qđ Moses septem diebus esse factum scri bit, & hoc modo informitas præcessit ornatũ. Tũc ad rõ nem concedo mundũ incepisse, & sui natura esse possibilẽ nõ esse, uoluntate tñ opificis esse æternum. Ad primã, om ne illud qđ sibi limitat infinitudinẽ tꝑis suapte natura una ex parte, limitat sibi illã oĩ ex parte, concedo: at cum dr̃, mũ dus limitat sibi per se suapte natura infinitudinẽ tꝑis à par te post, nego, qm̃ hanc nanciscit ẽ uoluntate opificis, & nõ propria natura: nam, ut dicit Plato in Timæo, sua nã solu bilis est, sed uolũtate primi opificis æternus. Ad cõfirma tionem rõnis Auer. dico ꝙ illa probat mundũ esse possibi le esse, & possibile non esse ab intrinseco, & ab extrin-
K seco: mundus.n. põt corrumpi ab intrinseco, & Deus ipm põt destruere, ĩmo redigere ĩ nihil, ut nos tenemus, sed sua uolũtate limitata ad conseruandũ ipsum est æternus. Ad secundã rõnem Aris. patet solutio: Auer.n. dixit illa nõ ua lere nisi robore primæ rõnis. Illa.n. probauit nullũ sempi ternum oĩ ex parte esse, aut generabile, aut corruptibile, & nullũ generabile aut corruptibile esse æternũ oĩ ex parte, & hoc cõcedo. Attñ inter ſꝑ ens & semꝑ nõ ens, esse pñt media ens qñq; & non ens qñq;, itẽq; ꝑternũ à parte post factũ a parte ante, & æternũ a parte ante factum a parte post: quare rõnes Aris. usq; huc contra Platonem non de monstrant ut peripatetici credunt.

Vtrum igitur si quid & ingenerabile fuerit atq; ens: id sempiternũ esse necesse sit, similiter ẽt si ali quid sit incorruptibile atq; ens. Dico aũt ingenera bile & incorruptibile, ea quę proprie dicunt. Inge-
L nerabile quidem id quod nunc est, prius uero nõ erat uerũ dicere nõ esse. Incorruptibile uero id qđ nũc est, posterius uero nõ erit uerũ dicere nõ esse. Nam si hęc mutuo sese consequunt hoc pacto, ut & ingenerabile sic incorruptibile & incorruptibile ingenerabile, ipsum ẽt sempiternum utrũq; conse quatur necesse est. & si est aliquid ingenerabile, & si est aliquid incorruptibile, sit continuo sempiter num necesse est.

Expositio. Circa ea quæ antea dixerat, mouet qõnem, utrum si ali quid sit ingenerabile atq; ens, id sit sempiternũ. Sil'r ẽt si ali quid sit incorruptibile atq; ens, quæritur utrũ sit sempiter num uel ne. Adiecit aũt, atq; ens, qm̃ ex negatiua nõ sequi tur affirmatiua nisi cum constantia subiecti. non.n. ualet a. est ingenerabile, igitur sempiternũ, nisi addatur, a. est in generabile atq; ens, igitur sempiternum, hypocẽtaurus.n. est ingenerabilis, non tamen sempiternus. Et quia multis modis sumptum est ingenerabile & incorruptibile, ne sit
M sol'onis uel qõnis obscuritas, exponit quonã modo sumit illa in qõne, & inquit: Dico aũt ingenerabile & incorrupti bile ea quæ proprie dicuntur. ingenerabile quidẽ id quod nunc est, prius uero nõ erat uerum dicere nõ esse. Incorru ptibile uero id quod nunc est, posterius uero non erit uerũ dicere non esse. & sic patet qõnis titulus. Soluit hanc quæ stionem hypothetice, & inquit: Nam si hæc sese consequũ tur hoc pacto, ut & ingenerabile sit incorruptibile, & in corruptibile ingenerabile, ipsum ẽt sempiternum utrunq; consequatur necesse est, & si est aliquid ingenerabile, & si est aliquid incorruptibile, sit continuo sempiternum necesse est. Est igitur solutio hypothetica hoc modo, si ingene rabile & incorruptibile cõuertuntur, necesse est sempiter-
Quæ auer. com. 125. num prędicari de utroq; & de positione añcedentis statim disputabitur, ut sciamus an sit ponendũ consequẽs. Auer. uero hunc tex. non qõnarium facit, sed illatorium, credit enim. Aris. ex modo dictis inferre conclusiones, quarum prima est, ingenerabile est æternum: secunda, incorrupti-

bile est æternum: tertia, ingenerabile est incorruptibile & N
econtra: & hanc expõnem uĩ sectari expositor noster, & in fine cõmenti colligit rõnem talem: Cũ aliquid prædicatur de duobus conuertibiliter, necesse est illa duo conuerti: ut, si a. de b. & c. prædicatur conuersim, b. c. necesse est cõuerti: in prioribus.n. dictũ est, quoties tres termini syll'i conuertuntur inter se, ꝓpositio q̃ est concl'o in terminis cõuertitur. Hinc emergunt duo syll'i, primus: oẽ æternũ incorru ptibile, ingñabile æternum, & gñabile incorruptibile. Se cundus, oẽ æternum ingñabile, omne incorruptibile æter nũ, omne incorruptibile ingñabile: hæc.n. est cõcl'onis cõ uersio. Hæc est expõ Auer. gñatim. Sed hæc expõ non con
Cõfutatio expõnis Auer. uenit uerbis græcis, in græco.n. codice ita scribitur ἀϱ' οὖν εἰ καὶ ἀγένητον, ὂν δὲ, τοῦτο αἰ ἀγκη ἄϊδιον εἶναι, quorum uer bum uerbo reddendo sensus est, igitur ne si & ingñabile, ens tñ, id necesse est sempiternũ esse? Ecce q̃ modo uerba sunt qõnaria, & non illatoria: & si sunt illatoria, nõ sunt cõ clusionis illatoria, sed qõnis quæ ex dictis emergit.

At uerò hæc ita esse ex ipsorum definitione patet, O etenim siqd corruptibile est, gñabile esse necesse é. Aut enim ingenerabile aut generabile est: at si inge nerabile est, incorruptibile esse supponitur. Insuper ẽt si quid generabile est, id corruptibile esse neces se est. Aut.n. corruptibile, aut incorruptibile est: at si incorruptibile, sic ingenerabile esse supponebat.

Expositio. Nunc disputat de positione antecedentis, utrũ uidelicet in generabile & incorruptibile conuertãtur, & supponit duo quorum primum est una hypothetica, uidelicet ꝙ si inge nerabile & incorruptibile conuertuntur, necesse est gene rabile & corruptibile conuerti. & inquit: At uerò hæc ita esse ex ipsorum definitione patet. & probat suppositione q̃ ad ambas partes, & inquit: Etenim siquid corruptibile est generabile esse necesse est. quod probat: Aut enim ingene rabile, aut generabile est, nec datur mediũ: at si ingenerabi le est, incorruptibile esse supponitur. & sic idem erit corru ptibile & incorruptibile, quare siquid corruptibile, idẽ ge nerabile est. Hæc est prima pars suppositionis. De secun da. inquit: Insuper ẽt si quid generabile est, id corruptibile esse necesse est. probatur ut prius, quia aut corruptibile, aut incorruptibile est: at si incorruptibile, sic ingenerabile esse supponebatur. & sic idem generabile esset & ingenerabile. P
Simplicius uerò & Auer. qui tenent rõnalem animam ſimul cũ corpore incipere, ſimulq; cum eo deſinere: Ariſ. uerba gloſſant, & aiunt rõnalem animam eſſe quid conſtitutum ex parte ſenſitiua, ex ſemine traducta uti ex materia, et intellectu deforis accedẽte ſiue nouiter copulato illi uti ex forma. Fingunt. n. in cõmentationibus libri de anima, intellectũ ipſum poſſe dupliciter conſiderari, aut quo ad eſſe intentionale, & hoc mõ eſt unus numero æternus à parte ante & à parte põſt. Alio mõ quo ad eſſe reale, & ſic eſt pars & forma: pars quidẽ animæ rõnalis quæ conſtituitur ex ipſo & parte ſeminaria, quæ eſt perfectiſſima ſenſitiuarum: forma uerò hominis, nã mediante illa ſenſitiua homini eſſe præbet intellectuale. Præbendo. n. eſſe & copulando ſe illi ſenſitiuæ, præbet eſſe ipſi homini. Verba igit̃ Ariſto. in lib. de animalibus, intelligunt de intellectu ipſo: hũc enim Ariſt. ait deforis accedere: nã diſpoſita materia & in illa inducta per agens naturale ſenſitiua parte, mox intellectus accedit & illi copulatur unà cũ ea animam rõnalẽ faciens & corpus conſtituens. diſoluta uerò materia & ſenſitiua anima, rõnalis anima ſoluitur, intellectus remanet ſecundũ ſe perpetuus: & ita intelligunt uerba. 12. meta. & libri ſecundi de anima. Sed pace horum dixerim hæc uideť fictio, ut multis rõnibus in lib. de intellectu demonſtrauimus, & nunc aliquantulũ demonſtremus. Primò ꝙ Ariſt. in lib. de anima, primò perſuadens animã ſimul cum corpore non corrũpi, inquit: Quare ſeniũ non eſt in ſuſtinendo aliquid animam, ſed ueluti in ebrietatibus & infirmitatibus Ecce quo mõ non de intellectu ſed de anima loqtur: nã de anima concludit intentũ ſuum. Præterea in calce eiuſdem primi de anima, inquit: Et ipſa quidẽ ſeparatur à ſenſibili principio, ſenſum tamen nullum ſine hoc habet. Ecce quo modo de rõnali anima ipſa loquitur, & non de intellectu. Præterea apud Ariſto. interdum intellectus & rationalis anima idem ſunt. in. 2. n. de anima, inqt: Anima eſt hęc, qua uiuimus & ſentimus, & mouemur & intelligimus. modo niſi rationalis anima non eſſet intellectus, ea nõ intelligeremus. Præterea. ibidem Ariſto. uocat intellectum alterum genus animæ, ſeparariq; ſolum ueluti perpetuum à corruptibili: & ita uult intellectum eſſe animam, licet alterius rationis ab aliis animabus corruptibilibus. Multas alias auctoritates Ariſto. ſcripſimus in libro noſtro de intellectu, & potiſſimum ex lib. quem Ariſto. de natura deorum inſcripſit, quem fortaſſe in hoc primo extra circulares rationes appellauit. Quod igitur illi contradicant Ariſto. alibi, nunc hęc pauca ſufficiant. Quod uerò aĩæ immortalitas poſſit ſtare com rationibus Ariſt. hic declaremus, ubi primò animaduerſione dignum, ea quæ fiunt eſſe in duplici differentia: quædã enim ſunt compoſita, quædam ſimplicia. Compoſita quidem omnia apud Ariſto. non fiunt, niſi præſuppoſita materia, & per conſequens non niſi per uerã generationẽ: non enim Ariſto. 7. meta. & alibi nouit compoſita poſſe fieri niſi per hoc, ꝙ forma extrahitur de potentia materiæ ad actum à miſto cum materia. Simplicia uerò, ut rationalis anima & cœlorum animæ & id genus, nouit fieri poſſe non p̃ſuppoſita potentia materiæ de qua extrahuntur, ſed ſolũm præſuppoſita materia in qua recipiuntur. Rationalis enim anima ipſa non fit præſuppoſita potentia ex qua educitur ab agente naturali, ſed præſuppoſita potentia in qua inducitur: ueluti formæ artificiales præſupponunt materiã in qua, & non ex qua: entia enim naturalia in quibus tales formæ recipiuntur, nec inclinantur ad illas, nec contradicunt: & hac ratione dicit̃ in qua. At potẽtia ex qua, illa dicit̃ quæ inclinatur ad id quod in eius ſubiecto inducitur, ueluti reſpectu formę ignis, & id genus: qua ratione fit, ut hæc non per generationem fiant: & propterea uidemus Ariſto. factionem taliũ nunc acceſſum uocaſſe, ut in libro de generatione animalium, mentẽ foris accedere dixit. Nunc uerò iuſſum Dei, ut in lib. de proprietatibus elementorũ inquit, ſpiritum uitæ uenire iuſſu dei: hic enim dei iuſſus, eſt animæ ipſius productio. Interdum appellauit illam dependentiam. inquit enim in. 12. metaphy. Deus eſt animal ſempiternum à quo cœlũ & tota natura dependet. Auer. ubiq; appellauit taliũ ſimplicium productionem, generationem æquiuocè. Theologi creationem, & alii aliis modis innumeris. Sed quicquid ſit de uerbis ipſis, uideť de mente Ariſto. bifariam eſſe modum generationis: alterum quidẽ quo compoſita ipſa generantur, quẽ ueram generationem eſſe ait, eiuſq; oppoſitũ ueram corruptionem: alterum uerò quo ſimplicia ipſa producuntur, & hunc ſiue acceſſum, ſiue iuſſum, ſiue dependentiam, ſiue generationem æquiuocã appellemus, non dicunt Theologi niſi creationem. Cũm quo Plato ẽt in Timæo conuenit, aſſerens Deum hac generandi forma ſpiritus omnes ſua uoluntate effeciſſe. Q. ſi ambiges cur compoſita ipſa Ariſto. uoluit non fieri niſi uera generatione, ſimplicia uerò æquiuoca generatione in lib. de intellectu perquire. Quibus uiſis patet Ariſto. in hoc lib. recte contra Platonem proceſſiſſe, non aũt contra rationalem aĩam, aut generationem, aut corruptionem. Mundus enim eſt apud Platonem compoſitum quoddam: quare ſi fit, generari non poteſt niſi p modum quo omnia compoſita fiunt: & ita per ueram generationẽ, atq; uerã eius formę extractionẽ de potentia ad actũ. Igit̃ ſi hac generatione non fit, nec uera corruptione corrũpeť: & ita erit ſimpliciter ingenitus ac ſimpliciter incorruptibilis, cũ nullo alio mõ fieri aut corrũpi poſſit. Valẽt igit̃ rõnes Ariſto. aduerſus Platonẽ, & non aduerſus animã rõnalẽ. Tunc ad primam, ꝙ rationalis anima ante eius creationẽ non habuit potentiã ad eſſe ex qua extraheretur, ſed ne præſuppoſuit potentiã ad eſſe in agente, & potentiã materiæ in qua ipſa induceretur, poſtq; uerò ipſa fuit ſubjecta, ceſſauit potentia ad eſſe & ad non eſſe: ad eſſe quidem, qa ipſa eſt actu: ad non eſſe uerò, quia uirtute dei acquiſiuit eẽ neceſſarium: ẽt quia potentia ad eſſe & non eſſe eſt potentia ex qua, quã ipſa nec habuit antea, nec p conſequens poſtea: qua rõne fit ut p eius creationem acquiſierit naturam

Vis omniũ ratio.

Cõfutatio diuę põſi.

Que Ariſ. alibi.

Tex. c. 17.

Tex. c. 21.

Que auer. & ſimplici

Cõfutatio

Tex. c. 65.

Tex. c. ult.

Tex. c. 24

Tex. c. 21.

Quõ aĩæ ĩmortalitas ſtat cũ Ariſ. rõnibus

Potẽtia ex qua potentia in qua.

Quouerbo factio ſimpliciũ dicat Acceſſus iuſſus.

Depẽdẽtia

Gn̄atio ęq Creatio

Bifariã modus gn̄onis

Quales rõnes Ariſto. cõtra Pla.

Sol. rõnũ. Sol. primę

I necessaria, ꝙua simul cesset potentia ad esse & ad non esse: Secus aũt est de mundo: cũ. n. mundus ipse sit ens cõpositũ, supponit potentiã ex qua, quã ẽt aduẽniente esse retinet, & cõuertitur ad potentiã ad non esse: quare cũ ipse acqsierit esse, relinquit potentia ad non esse, & ita restat corruptibilis: Rõ igitur Ari. ualet de mundo, & non de rõnali anima. Ad secundã dico diuisionẽ illã esse bonã in cõpositis: ois. n. natura cõposita est, aut necessaria, aut contingẽs, aut impossibilis: In simplicibus uerò secus est. rõnalis. n. anima non est simpliciter necessaria, nec simp'r contingẽs, nec impossibilis: sed est necessaria ẽm qd, utpote tpe sui esse: contingens uerò tpe sui non esse. Ex hoc patet illud Ari. dictũ, oẽ necessariũ ex una pte esse necessariũ simp'r, non esse uerũ nisi in cõpositis: nã cõpositũ est, aut total'r necessariũ, aut total'r contingens. Ad tertiã dici põt, in cõpositis inter sp ens & sp nõ ens, mediare solũ contingens siue pos'e esse & nõ esse. Sed i simplicibus (ut rectè dixit Auer.) inter semp ens & semp nõ ens põt tria esse media: unũ est ens qnq; & qnq; nõ ens, ens æternũ à pte ante & corruptibile à parte pòst, ens genitũ à pte ante & æternũ à pte post: & ita concedo aĩam rõnalẽ nõ esse semp ens, ꝙ qnq; fuit non ens: nec semp non ens, ꝙ postea sempiterna erit. Nec sequitur ut pp hoc sit cõtingens: nõ n. oẽ nõ semp ens & nõ semp non ens est cõtingẽs, ꝙ põt esse necessariũ ẽm qd, ꝙ potuit esse tpe q̃dã nõ ens, & tpe q̃dã ens necessario. In ipso mundo secus est: est. n. ipse cõpositũ q̃ddã, & ita uel semp ens, uel semp nõ ens, aut contingẽs ut diximus. Ad quartã dr̃, aĩam rõnalẽ esse pos'em ab intrinseco potẽtia in qua, & pos'em ab extrinseco potentia agentis. Mundus aũt esse non põt pos'is nisi potentia ex qua, ꝓpea ualet rõ de mũdo non de rõnali aĩa. Ad qntã dr̃, rõnalẽ aĩam nec esse nãm simp'r necessariã, nec simp'r impos'em, sed necessariã secũ dũ qd. Et cũ dicis accipio eã ante eius creationẽ, & sic uel est cõtingens uel necessaria: dico ꝙ est nã contingens, non qdẽ cõtingentia eius, sed cõstituta in agente. Et si dicas, cũ ipsa fiat necessaria, tunc natura contingens uertit̃ in necessariã: dico nihil esse impossibile nãm contingentẽ uoluntate agentis effici necessariã ꝓpria nã: hoc. n. non fit ut illa contingentia remaneat, sed solũ fit abiecta cõtingentia: illa. n. abiecta nanciscitur æternitatẽ à parte pòst formaliter, licet effectiuè dependeat. Ad sextam iã in expositione diximus responsionẽ, ualet. n. contra Anaxagorã, ꝙa remanẽt oẽs partes mundi, & mundus non põt esse nisi unus numero, ꝓpea oportet ut ille met redeat: ubi aũt essent plura numero individua, non oportet ut redeat nisi idem spẽ. Ad illud Empedoclis dicere hoĩem uerè corrũpi, ꝙa ut generabatur per hoc ꝙ agens summã dispõnẽ induxit, qua rõnalis anima nãm informaret: ita corrumpitur dispõne ea corrupta, qua anima illa in materia conseruabatur. Secus est in mundo: nã in mundo non alia ponunt̃ nisi elemẽta & cœli, q̃ remanẽt post amicitiam eodẽ modo dispos'ita, & quantitate & qualitate: ideo mundus non substantialiter corrũpitur. Q. si dicas, nulla pars hoĩs substantialiter corrũpit̃, igitur homo non substantialiter corrumpitur: nego consequentiã, ꝙa debes dicere, nulla pars hominis substantialiter corrumpitur, nec aliquid ad substantialẽ unionẽ ordinatũ, igitur homo non substantialiter corrumpit̃. Modo & si nulla pars substantialis corrũpatur, tñ corrũpitur dispositio essentialiter ordinata ad substantialem unionẽ. Tu lege in li. de anima. Hæc de qõne uident̃ mihi nũc esse dicẽda.

Sol̃o. 1.

Sol̃o. 3.

Sol̃o. 4.

Sol̃o. 5.

Sol̃o. 6.

De mundi genitura secũdũ Pla. Põ Alexã.

Consequenter uideamus qd Plato sentit de mundi genitura, & utrũ rõnes Ari. ualeant contra Platonẽ. Alex. aphrodisius magnus pipateticus, Platonis uerba intelligi cõtendit ut iacent, ueluti & Arist. illius discipulus interpretatus est. Propterea circa mundi genituram imaginatus est de mẽte Platonis, ante illius gnationẽ ꝑcessisse chaos seu informẽ mãm, p tps infinitũ antea, qd' postea ab ipso oĩum rerum opifice reductũ fuit ad ordinẽ atq; ornatum. Quæ rõ docet mundũ non incepisse de nouo, sed ab æterno fuisse à Deo ꝓductũ, licet indistincte & confuse: postea uerò in tpe non mundi ipsius ꝓductionẽ fuisse, sed ipsius distinctionẽ aut ornatũ, quã quidem Plato uocat genituram. Et iuxta hãc expositionem de mẽte Platonis oportet concedere, & productionẽ & distõnẽ. Productio qdẽ mũdi fuit ab ęterno, ut ẽt Ari. sentit, distõ uerò in tpe: aũ distõnem qdẽ ꝑcessit motus informis atq; inordinatus, & sic' cũ eo tps: in distinctione uerò motus ordinatus factus est, & in eo tps ordinatũ. hæc Alex. Xenocrates uerò Platonis discipulus, & Simplicius pipateticus, uoluerunt ab æterno fuisse mundi ꝓductionẽ & distõnẽ, ut Arist. sentit in sua opinione: uerũ mundũ considerari dicunt, & respectu dei opificis, & respectu partiũ. Si qdẽ respectu dei, cũ ab illo sit factus totus simul, ut quasi factus informis & cõfusus: si uerò respectu partiũ, ut sic ut distinctus & ornatus: & ita Plato ꝓductionẽ mũdi uult esse illius dependentiã ab opifice, genituram uerò & ornatũ illius dependentiã à ptibus. Et quãuis una sit secũdũ rẽ dependẽtia eius ab opifice & à ptibus, rõne tñ differunt, quatenus illa dei nã ꝑcessit illã partium: & ꝓpea dixit informitatẽ ꝑcessisse distõnẽ & genituram, non qdem tpe, ut credit Arist. sed nã atq; cãlitate. Qua rõne euenit ut Arist. nõ rei, sed uerbis Platonis malè intell'is contradixerit. Catholici uerò Platonẽ reducunt ad ueritatẽ religionis & aiũt Platonẽ uoluisse mũdũ esse factũ de nouo, uerũ prius informẽ & cõfusum, postea p septẽ dies fuisse ornatũ: & sic nihil aliud sentire Platonẽ cõtendũt, q̃s id qd' Moses in lib. geneseos scribit. Confirmãt hoc Numenius & Hermipp⁹, q Platonẽ aiunt nihil aliud esse q̃ Mosem in lingua attica, & Timæũ nihil aliud esse q̃s Atticã genesim. Quibus expositis patet rõnes Ari. nullas esse, siue prima siue. 2. siue. 3. defendat̃ põ. Qd' qdẽ nullæ sint, si. 2. &. 3. põnes defendantur, nemo dubitat. Et ꝙ nullæ sint si defendat̃ prima, declaremus soluẽdo oẽs: Ad primã igr̃ dico ꝙ potentiæ sibi mutuo succedunt ꝓpria nã subiecti, sed uoluntate opificis põt cũ ipso esse nõ succedere potentiã ad nõ esse, & hoc Plato ait in Timæo cũ inqt: Vestra nã solubiles estis, mea aũt uoluntate insolubiles: est. n. uolũtas mea maior nexu uestro.

Põ Xenocratis & simplii.

Põ cathol.

Sol. rõnes Aristo.

Ad secãm diceret Plato negãdo illud Arist. principiũ, non enĩ oẽ ęternũ una ex pte est æternũ oi ex pte, nisi circũscripta oi extrinseca rõne. Mõ mũdus nactus est æternitatem nõ p eius nãm, sed uirtute opificis atq; illius uolũtate. Ad tertiã Plato ponit inter sp ens & sp nõ ens media plura, tã uidelicet in simplicibus q̃s in cõpositis, ut rectè Auer. dixit: enumerat. n. ultra cõtingẽs adhuc ĩpos'e secundũ qd, & necessariũ secũdũ qd, hoc est, una ex pte. Ad q̃rtã rõ cõcludit mũdũ posse desinere esse pos'e ab intrinseco & sua nã, & potentia agẽtis absoluta: tñ est necesse esse à pte post, ex suppositione uoluntatis opificis. Ad quintam patet solutio apud enim Platonem illa diuisio naturæ in contingentem & necessariã & impossibilẽ, si p necessarium & impossibile intelligat Aristo. simpliciter, non est sufficiens: nam est aliquid necessarium ex suppositione, aut impossibile ex suppositione: Sed arguebat Auer. aut mũdus sua natura põt non esse, uel sua natura est necesse esse: si sua natura est necesse esse, igitur omni ex parte est necesse esse: si sua natura põt non esse, igitur qnq; non erit: aliter possibile nunq̃ poneretur in esse. Amplius Arist. arguebat, mundus caret contrario, igitur est simpliciter incorruptibilis: at ingenerabilis diceret Plato ad primũ, ꝙ mundus sua natura nec est necesse esse nec possibile esse, sed datur medium, ut dixi: nam datur aliquid qd' sua natura est necesse esse secundũ qd, & non simpliciter, ut mundus ipse: & in hoc fallitur Auer. quæ enim dixit sunt peripatetica, & non Platonica. Ad secundum Aristo. diceret Plato ipsum esse incorruptibilem per carentiam contrarii, & ẽt per uoluntatẽ opificis: nec sequitur ipsum esse ingenitũ nisi modo quo animalia generantur. est enim genitus per distinctionẽ & ordinẽ, & non per inceptionem realem, ut diximus de mente Alexã. Hæc Plato diceret in sui defensione, & per consequens de Libro primo.

Cõfirma. Auer.

¶ Finis Primi Libri de Cœlo.

ARISTOTELIS DE Cœlo Liber Secundus, interprete & expositore Augustino Nipho Philosopho Suessano.



NIVERSVM igitur cœlū, neq; factū esse, neq; interire posse, ueluti censuerequidā, sed unū esse atq; sempiternum: neq; principium, neq; finem habens uniuersi æui, infinitum aūt habens & continens in seipso tempus, & ex his quæ dicta sunt, & per opinionem aliorum qui etiam ipsum ortum esse asserunt, fidem sumere licet. Nam si sic quidem sese habere non est inconueniens: illo autem modo quo illi inquiunt est inconueniens. magnum & hoc profecto momentum habet ad faciendam fidem de īmortalitate, deq; æternitate ipsius.

Expositio.

ACTENVS In libro primo de uniuerso mundo, nunc de ea mundi parte quæ cœlum dicitur, proponit ꝓtractare, resumit autem primo ea quæ dixit de illa in primo libro, & addit persuasiões, & inquit: Vniuersum igitur cœlum, neq; factum esse, neq; interire posse, ueluti censuere quidam, sed unum esse, atque sempiternum, neque principium, neq; finem habens uniuersi æui, infinitum autem habens, & continens in seipso tempus, & ex his quæ dicta sunt in libro primo, & per opinionem aliorum qui ēt ipsum ortum esse asserunt, fidēm sumere licet. hæc sunt dicta. Quod uero ad uerba attinet, quid per cœlum Aris. uelit, dubitant grēci expositores, quos expositor sectatur per cœlum intelligere totum mundum, cuius rei signum est, quia ait ὁ πᾶς οὐρανός, hoc est, omne cœlum, quod Aris. semper uniuerso mundo tribuit: At mihi uidetur Arist. per cœlum ipsum uoluisse quintum corpus, quod est mundi pars, & non totum mundum: nam & de hoc in fine primi libri disputauit, & de hoc in hoc libro secundo uult agere. Dixit aūt uniuersum cœlū, non pro mundo ipso, sed ratione habita ad elementa: nā nullum elementorum est æternū nisi secundum species, nō aūt secundum totum & partes: propterea ait uniuersum cœlum esse ingenitum, hoc est, secundum totum: & q̄libet sui partem. Adiecit neq; interire posse, propter opinionem Platonis, qui cœlum esse sua natura corruptibile asserit, uoluntate opificis æternum. ꝓpterea subdit, neq; interire posse ueluti censuere quidam. Et ne credat aliquis cœlum ipsum esse sempiternum, secundum speciem & successionem infinitorum individuorum suæ speciei ut homo, subiecit. Sed unum esse atq; sempiternum, neq; finem habens uniuersi sui æui. q. d. ipsum esse sempiternum & specie & numero. Amplius ne quis putet cœlum esse æternum ueluti Deus ipse, cuius esse & uiuere est totum simul absq; successione prioris & posterioris, subiecit: Infinitum autem habens & continens in seipso tempus. & ita coextensum est temporis successioni. Dicitur autem cœlum habere tempus, ut subiectum habere dicitur accidens: cœlum enim primum habet motum primū, qui aut est tempus, aut primum temporis subiectum. Dicitur autem cœlum continere tempus, ueluti causa continet effectum, & quatenus extra cœlum non est tempus, neq; tēporarium quicq̄, sed res quæ optimam uitam ducunt. Et ꝙa hæc conclusio fuit probata propriis rationibus ex propria intentione, hic persuadet eam ex positionibus aliorum qua si loco a cōtrario, quia uidelicet ad hanc positionem nullum prorsus sequitur impossibile, ad positionem uero contrariā sequitur impossibile. Veritas enim est, ut dicit in libro prio-

Quid ꝙ ꝙ hic.

rum, quæ testatur sibi ex omni parte. Inquit: Nam si sic quidem sese habere non est inconueniens, & hoc intelligit per uerbum illud græcum ἐνδέχεται. illo autem modo quo illi inquiunt est inconueniens. quod intelligit uerbo illo οὐκ ἐνδέχεται. q. d. nam si ad hanc opinionem nostram nullum sequitur inconueniens, ad illam aūt contra. iam sequitur magnum: & hoc profecto momentum habet ad faciendam fidem & persuasionem de immortalitate, deq; ęternitate. Immortalitatem retulit ad uitam, æternitatem uero ad esse: nā cœlum & est æternum, & uiuit æterno tempore. hic est epilogus. Sed quia qđ græce est γέγονεν, & latine factū, Auer. in suis translationibus habet non esse ex elemento, laborat Auer. declarare quonam modo cœlum ipsum non sit ex elemento, & distinguit de duplici compositione: quatenus elementum potest sumi pro materia, & pro corpore elementario. Nam alia est compositio prima, q̄ ex elemento fit, ꝑ prima materia sumpto: & alia est compositio secunda pro mistione accepta, quæ ex elemento, ꝑ corporeo elemento sumpto. Vult igitur Auer. cœlum non esse ex elemento, nec prima nec secunda compositione. Prima quidem nō, quia cœlum non habet contrarium, & quia caret potentia transmutationis. Secunda uero minime, quia est simplex, & quia nō est compositum ex contrarijs, & quia mouetur motu circulari simplici. Quę expositio uana est nihil faciens ad uerba Arist. sed ad uerba translationis barbarę. Notat hic Auer. causam ob quam nos simus plus Arist. sectaturi q̄ cæteros philosophos, & ait auctoritate Alexandri hoc eueniſſe, quia hæc Aristotelis doctrina est minoris ambiguitatis, & a contradictione remotior.

Quæ auer. cōmē. i.

Qualis ex pō Auer.

Quocirca bene sese habet idipsum, quod sibi persuasere ueteres, atq; maxime ueræ sunt maiorū nostrorum sententiæ, quæ quidem asserunt esse immortale atq; diuinum aliquid eorum, quæ motum quidem habent: talem tamen ut nullus ipsius sit finis, sed potius ipse cæterorum terminus.

Expositio.

Vult laudare nunc positionem antiquorum, ut Chaldæorum, propter duo, & ut concludat propositionem, & ut persuadeat opinionem suam. & inquit: Quocirca bene sese habet idipsum quod sibi persuasere ueteres, atq; maxime ueræ sunt maiorum nostrorum sententiæ, quę quidem asserūt esse immortale atq; diuinum aliquid eorum quæ motum q dem habent. & explicans de quo habente motum intelligat inquit. Talem tamen ut nullus ipsius sit finis, sed potius ipse sit cæterorum motuum terminus, hoc autem ait excludēdo ea quæ motu recto mouentur, hæc enim mouentur motu habēte finem aliquem, & non motu qui sit finis aliorum, ueluti mouetur cœlū ipsum. Quod uero ad uerba attinet, debes scire ꝙ cœlum ipsum dicitur ęternum, immortale, & diuinum: æternum quidem ratione habita ad esse, quia hēt esse indeficiens. Immortale ratione habita ad uitam, quia æterno tempore uiuit. Diuinum autem ratione habita ad operationem, quia uelocissime fertur, & motu qui est finis aliorum, nullum finem habens.

Cœlū æternū, īmortale. diuinū.

Finis nāq; continet. Et hæc circulatio cum sit perfecta, & imperfectos motus continet, & eos qui finē atq; cessationem habent. Ipsa quidem neq; principiū neq; finem ullum habet: nam incessabilis cum sit, infinito tempore existit. Cęterorum uero, horum quidem sit causa & principium, illorum autem ut cessationem suscipiant.

Expositio.

Antiqui cœlum esse æternum excoluerunt, propterea, ut dixit, quia ipsum moueri motu qui est aliorum finis credidere runt. Probat nunc circulationem, qua cœlum ipsum mouetur, esse finem aliorum, & syllogizat: sic omnis finis continet hæc circulatio qua cœlum mouetur continet, igitur in tertia figura, hec circulatio qua cœlum mouetur est finis. Deratione ponit maiorem & inquit: Finis nāq; continet. hæc enim est finis descriptio, ab eo enim quia est ultimum continet omnia ante ultimum. Deinde tangit minorem, & simul il-

lius probationem,& inquit:Et hæc circulatio cum ſit perfecta,& imperfectos motus ut rectos continet,& eos qui finem atq; ceſſationem habent & per imperfectos forte rectos,per eos autem qui finem atq; ceſſationem habent, generationem atq; alterationem & auctionem intelligit. Exponit autem quæ dixerat:(duo nāq; dixit)& ipſam non habere principium neq; finem,& eſſe cæterorum cauſa atque finis,quæ exponit dicens:Ipſa quidem circulatio qua cœlū ipſum fertur,neq; principium neq; finem ullum habet, nā inceſſabilis cum ſit,infinito tempore exiſtit. Hæc quo ad primum,quo uero ad ſecundum.inquit. cæterorum uere.ſup. finis & cauſa, horum quidem cauſa & principium quo ad motus ipſos, illorum uero cauſa & principium ut ceſſationem ſuſcipiant,quo ad quietem. Quod uero ad uerba attinet,debes ſcire circulationem cœli eſſe cauſa motuum horum corporum inferiorum,ceſſationum uero non eſſe cām per ſe,ſed defectu recipientium:eſt enim cauſa motuum p ſe,propter ſimilitudinem, quia motus eſt ipſius motus per ſe cauſa:quietis uero per accidens,quia motus non eſt cauſa quietis niſi per accidens & defectu ſuſcipientis. hæc enī ceſſant moueri defectu naturæ eorum. Propterea aīt:illoq; autem ut ſuſcipiant ceſſationē. Auer.autem,licet non multum ad uerba,innuit cœleſtium motuum eſſe alios qui generant hęc,alios qui hæc conſeruant. Motus enim ſolis in obliquo circulo,hoc eſt per. 12.ſigna, qui anno pficitur,cauſa eſt generationis & corruptionis,per acceſſum quidem generationis,per receſſum uero corruptionis. Motus uero diarius,qui. 24. horis agitur,cauſa eſt conſeruationis & perpetuitatis,ut diximus in libro de generatione.

Declaratio uerborum.

Quæ auer. cōmē. 2.

Supremum autem locum cœlumq; ipſum ueteres quidem diis tribuerunt,argumento quia ſolum ipſum immortale eſt. Inſuper etiam ipſum nec genitum,nec corruptibile eſſe,itēq; omni mortali imbecillitate uacare. Præterea eſſe ſine labore, ea ratio nunc teſtatur, quæ eſt quòd nulli ſubiicitur uiolentæ neceſſitati, quæ quidem cohibens detineret ipſum aptum alio modo ferri. Omne ſiquidem tale languidum eſt,tanto quidem magis, quanto fuerit magis ſempiternus atq; optimæ diſpōnis expers.

Expoſitio.

Vlterius ueriſicat alia quæ Chaldæi dixerunt ſpeciatim, & quo ad cœli ſempiternitatem,& quo ad eius ſubſtantiā, & quo ad motus illius qualitatem. Quo quidē ad cœli eternitatem,inquit:Supremum quidem locum cœlumq; ipſum ueteres quidem tribuerunt dīs,argumento quia ſolum ipm inter cætera corpora immortale eſt. congruebat enim immortalibus locus immortalis & ſempiternus. Quod uero ad uerba attinet,cœlum ipſum locus ſurſum dicitur,quia ueteres cœlum eſſe aut ignem aut igneum quid dixerunt,modo locus ignis uel ignei ſurſum eſt:uel cœlum ſurſum locus eſt,quatenus eſt terminus leuium,atq; locus ad quem ferūtur leuia. Quod uero ad cœli ſubſtātiam inquit. Inſuper etiā nec genitum nec corruptibile eſſe,itemq; omni mortali imbecillitate uacare:hoc eſt,omni morbo atq; labore. Et hæc quo ad ſubſtantiam, quo autem ad motus ipſius qualitatē, inquit:Præterea eſſe ſine labore.hæc quo ad motus qualitatem,quorum tamen rationem ſubſcribit & inquit. Ea ratio nunc teſtatur,quæ eſt ꝙ nulli ſubīcitur uiolentæ neceſſitati,quæ quidem cohibens detineret ipſum aptum alio modo ferri. Vnde ſyllogiſmus eſſe poteſt,nullum ſubīciens uiolentæ neceſſitati eſt caducum,imbecille atq; in motu laborat:cœlum nulli ſubīcitur neceſſitati uiolentæ:igitur nec caducum,nec imbecille,nec cum labore eſt. & hoc modo exponendo textum,illa tria uidelicet,nec caducum,nec imbecille eſſe,nec moueri cum labore, attinent ad concluſionē: cuius rei uniuerſæ ea ratio eſt,quia nulli ſubīcitur uiolentæ neceſſitati. Aut exponi poteſt quod illa tria ſint præmiſſæ, atq; attineant ad rationem. Et tunc Ariſtoteles probat qđ dixerunt Chaldæi uidelicet cœlum eſſe perpetuum ex tribus. Primo quia cœlum ipſum eſt nec genitum nec corruptibile,hoc eſt,quia nō eſt caducum. Secundo quia non eſt imbecille. Tertio quia mouetur abſq; labore. Et tunc translatio ad uerbum,& ſenſus uerborum erit hoc modo:cui q dem ea nunc ratio aſtipulatur,quæ eſt ſup. ꝙ nec corrupti bile nec genitum eſt.hæc eſt prima ratio. Deinde tangit ſecundam,& inquit:Itemq; & quia omni mortali imbecillitate uacat. Deinde tangit tertiam,& inquit:Præterea,& quia mouetur ſine labore, quod græce eſt ἀπονον. Deinde tangit cauſam huius tertiæ rationis, quod quidem ſignanter facit,quia eſt noua & non primo explicata libro, & inquit: Propterea quia nulli ſubīcitur uiolentæ neceſſitati, quę qui dem cohibens detineret ipſum aptum ferri alio modo. & ꝙ nihil ſit tale uiolans neq; cohibens,probat & inquit:Omne ſiquidem tale eſt magis laborioſum ſiue rigoroſum, quanto magis motus eius eſt ſempiternus,atq; optimæ diſpoſitiōis expers,hoc eſt,quietis. Aliquod enim eſt cohibens debile, ut cogens ad oppoſitum pro modico tempore aliquod pol lens,ut id quod cohibet pro multo tempore aliquo pollentiſſimum,ut cohibens pro æterno tempore: quare cohībens cœlum ferri eo modo quo fertur,pollētiſſimum eſt eo maxime,quia ſempiterno motu mouetur & ſine quiete. Aut forſitan uerbum illud ἀπονον latine languidum eſt,& tunc debes ſcire id eſſe languidum,qđ contra naturalem inclinationem ferī,id uero idoneum atq; ualidū,qđ naturali inclinatione ferī. Ex hoc ſequitur cœlū nō ferri cum labore, atq; cōtra naturalē inclinationē,& huius rei cām affert dicēs,Oē ſiquidē tale languidum eſt, (dcm eſt.n.languidum eſse qđ contra naturalem inclinationem fertur, & cum labore)tanto quidem magis & maxime languidū, quanto motus eius fuerit magis ſempiternus, & perpetuo contra eius naturalē inclinationem,atq; optimæ diſpoſitionis expers,quę eſt ualitudo & ſtatus in naturali diſpoſitione. Sic igitur cœlum nō mouetur cum labore,quia tunc eſset lauguidiſſimum omnium,cum perpetuo contra eius naturalem inclinationem ferreretur,& eſset ab optima & naturali diſpoſitione ſemp uacans. Et hæc expoſitio eſt uera & mens Ariſto.

Auerroes uero digreditur in præſenti commento ſatis fructuoſe,cuius digreſſio incipit:Et cauſa illius eſt: ubi primo declarat quonam modo motus cœli eſt ſine labore. Et debes ſcire cauſam laboris in animali terraceo, eſse contrarietatem principiorum motuū:anima nāq; ſuapte natura mouet corpus eius circulariter,corpus uero prędominio elemēti grauis,moueri eſt aptum deorſum,unde iam duo motus exiſtunt,ex quibus ſit miſtus animalis motus, qui proceſſiuus dicitur,& cum labore ſit in animali ipſo, ob principiorum motus contrarietatem. Ex quibus ſyllogiſmus Auerrois eſt, omne quod mouetur cum labore, componitur ex contrarīs principīs motus:cœlum nō componitur ex principīs contrarīs:igitur mouetur ſine labore. Deinde ibi. Et iſte motus in ipſo. remouet tacitum cauillum: poſset enim dici,ſi cœlum non mouetur uiolenter,atq; labore, utrum ne moueatur motu naturali. Probat ꝙ nec motu naturali,et qa naturalis eſse poteſt motus,aut ratione principī actiui,aut ratione principī paſſiui,ideo probat dupliciter motum non eſse naturalem. Primo quia non ratione principī paſſiui, qa tunc eſset compoſitum ex materia & forma, & ita genitū, & corruptibile. Secundo quia nō ratione principī actiui,cū cœlum non habeat formam niſi æquiuoce, quæ partim eſt forma naturalis,partim abſtracta: naturalis quidem, quia cœlo motum tribuit,& quia eſt in cœlo ut in proprio ſubiecto: abſtracta uero pro quanto non educitur de potentia materiæ,nec diuiditur ad diuiſionem corporis in quo eſt: q̄ ratio docet potius motum cœli eſse uoluntarium & intellectiuum,quatenus eſt a forma, quæ eſt magis intellectus q̄ natura. Ex his infert formam cœli non habere ſubiectū,uidelicet ut generabilia habent,neq; contrarium,nam nō eſt natura,ſed intellectus. Sed ſtatim ambiges, ꝙ ſi ſubiectū illius formæ ſit ſimplex atq; contrarietatis expers,quale nā eſt? Reſpondet ſubiectum illius eſse corpus ipſum cœlicū, ueluti corpus ipſum actu eſt animæ ſubiectum,ad quam formam ſequuntur dimenſiones corporeæ, ſaltem ſecundum

naturam

Syllogiſmus.

Expoſitio.

Quę ano. cōmē. 3.

A naturam,& alia accidentia cœli,ut lumen, & figura,& id genus. Quare hic erit ordo,quòd intellectus recipitur primò in cœlo ipso,secundò dimensiones,tertiò cætera accidentia. Ex his infert multa, & pro intellectu primi debes scire apud Auerro.trifariam esse compositionem in rebus,una quidem & potissima est ex intellectu agente & possibili,secunda ex intelligentia & orbe, tertia ex materia & forma.& ideo inquit: Et ideo forma & formatum sunt in cœlo idem numero,sed secundum dispositionem magis diminutam,quàm sit adunatio recipientis & recepti in forma abstracta,quæ est cõposita ex intellectu agente & possibili:& sic in primò gradu unionis est compositio ex intellectu agente & possibili,in secundo uerò ex intelligentia & orbe,in tertio ex materia & forma.Causam huius affert,quia intelligentia recipitur in cœlo per carentiam medij & receptiui & dispositiui:at forma recipitur in materia mediantibus dimensionibus,quæ sunt saltẽ me-
B dium dispositiuum:cur uerò hæc sit minor compositione intellectuum,non explicat,sed postea dicemus . Secundò infert cœlos ipsos recipere intellectus:nam recipiunt formas indiuiduas & sine medio:igitur intellectus. Tertiò infert cœlos esse animatos atque intelligentes secundum se & quodlibet sui,nam formantur à forma quæ est anima & intellectus.Quartò infert motum eius esse sine labore,quia, ut patet ex dictis, est motus animæ tantum. Quintò infert id esse optimum in cuius actione non cadit diminutio.Hæc colliguntur ex commenti digressione.

Dubõnes Prima Solo.Ioan. Sed circa dicta hæc occurres primò,utrum intelligentia sit causa orbis alio genere causæ quàm formalis? Ioãnes alibi sentit intelligentiam esse causam cœli solum ut formam,& nullo alio genere causæ,nisi ut finis,siquidem finis & forma coincidant:& persuadet opinionem, quoniam omne agens agit per motum, at intelligentia cœlum non efficit per motum, igitur non est causa effectrix
C cœli. Sed positionem hanc refellit Auerroes in libro De structio destructionum, primò sic. omne finitæ actionis atq; finitæ quantitatis dependet à sua forma effectiuè. cœlum est finitæ actionis ac dimensionum finitarum,igitur dependet à sua forma effectiuè.Secundò,agens aliquam actionem sine qua compositum esse non potest, est causa agens illius compositi: sed intelligentia est causa motus, sine quo cœlum esse non potest:igitur ut prius. Tertiò, in separatis à materia,forma,finis,& agens,idem sunt:at intelligentia est forma separata à materia: igitur est finis, agens,& forma cœli.Ratio autem Ioannis tollitur p hoc, quia intelligentia est agens cœlum æquiuocè, & non per
3. dubita. Põ Ioan. motum ut agens physicum. Secundò occurres compositione ex intellectu agente & intellectu possibili, cuius est apud Auerro. Ioannes ubiq; uult esse animæ rationalis: uult enim animam rationalem esse separatam substantiã
Cõfutatio. compositam ex intellectu possibili & agente.Et licet positio hæc nullatenus sit catholica,nihilominus nec Auerroica est:nullus nanq; stultus rationalem animam poneret
D penitus separatam & unam numero omnium, cùm omPõ Auer. nis anima actus sit corporis. Propterea quicquid catholicè sit sentiendum,de mente Auerrois duplex est compositio in homine,altera prima,quæ est ex intellectu possibili & cogitatiua,quam Simplicius uocat διάνοιαν:his enim rationalis conficitur anima, quæ quidem numeratur ad numerationem corporum,saltem propter διάνοιαν. Altera & secunda ex intellectu agente & possibili, qua efficitur homo beatus.Et composito huic non dedit Auerroes nomen,nisi dicatur intelligentia hominis in actu:& sic patet solutio. Ex his patet hanc compositionem esse maximam, quia est ex rebus uniuersalibus omnino eiusdem generis.In secundo loco patet esse illam quæ est ex orbe & intelligentia,quatenus est ex rebus differentibus penitus. Minimam uerò esse eam, quæ est ex materia & forma,& quæ est ex genere differentibus & per medium. E

Tertiò occurres utrum omnis forma indiuidua sit intellectus. Respondent iuniores quòd non, nam animę brutales sunt indiuiduæ & totæ in toto,& totę in singula parte,& non sunt intellectus. Hæc positio non est peripatetica,nam omnis forma quæ educitur de potentia materię & conseruatur ac dependet in esse & conseruari à materia,dependet per modum materię,& ita diuisibiles erunt omnes. Propterea dicendum peripateticè, omnem formam indiuiduam esse intellectum,nam omnis talis & si sit in materia,non dependet à materia,nec educitur de potentia materiæ:solum enim hanc uocant intellectum,quę perficit subiectum,& non educitur de potentia subiecti. 3. dubita,. Cõfutatio. Põ peripateticorum, F

Quartò occurres,utrum idem sit anima & natura? Respondet Alexander,animam & naturam esse subiecto idẽ differre tamen definitione:dicitur quidem anima pro quãto est actus corporis physici, natura uerò pro quanto est principium omnium motuum qui sunt in animali. Obijcit Simplicius,quæ differunt definitione,differunt re:quæ differunt re,differunt subiecto:igitur non possunt aliqua definitione differre, & subiecto esse eadem. Dici potest quòd omnia quæ differunt definitione differunt re, sumẽdo rem pro ente siue essentia, non autem sumendo rem pro numero:& ita Alexander sumit:aliqua enim differũt essentia,quæ non differunt numero. Quintò occurres, quot sunt causæ quibus aliquid mouetur cum labore? 4. dubita. 5. dubi.

Dici potest esse tres,& remotissimam quidem esse materiam:nihil enim potest cum labore moueri nisi sit in materia,non quòd omne existens in materia moueatur cum labore.graue enim non laborat in descendendo. Remotam uerò esse contrarietatem principiorum motus: nihil enim mouetur cum labore, nisi componatur ex principijs contrariis,non tamen omne tale mouetur cum labore:mixtum enim terraceum nõ mouetur cum labore. Proxima demum causa est spirituum resolutio:hac enim stante est labor,& hac remota cessat labor,& propterea causa hæc conuertibilis est cum effectu,& proxima existit.Quibus patet cœlum non moueri cum labore propter tria,& quia caret causa remotissima, & quia caret causa remota, & quia caret causa proxima. Sextò occurres,si motus cœli nec est naturalis nec uiolentus,quonam modo in primo libro uoluit ipsum esse naturalem? Amplius, si est uoluntarius,igitur potest non esse. Dici potest esse illum naturalem æquiuocè,quatenus forma & materia cœli sunt naturæ æquiuocè dictæ, & sic loquitur in libro primo: hîc uerò uult illum non esse naturalem propriè. Ad secũdum dici potest cum uoluntate stare contingentiam & necessitatem,potest enim aliquid esse liberum & necessarium, ut in libro Destructio destructionum patet . Quonam modo cœlum sit locus deorum, in libro primo exposuimus. G 6. dubita, Solutio.

Quamobrem neque putandum est ipsum ita sese habere iuxta ueterum fabulam, qui ad ipsius subsidium egere Athlante ipso ferunt.Hi nanque qui hanc protulerunt sententiam, idem quod posteri uisi sunt sentire . Suppoſuere enim cœlo ipsi fabulosè animæ necessitatem , ceu corporibus his terraceis quæ sursum sunt,ac pondus habent.Nõ igitur hoc pacto existimandum est. H

Refellit falsas responsiones de motu coeli:nam alii coeli motum esse uiolentum & cum labore arbitrantur, &

I tunc ad rationem Aristotelis quę erat quòd hoc dato, motus coeli non esset perpetuus, respondet iuxta tres opiniones. Prima est poetarum, qui concedunt motum coeli esse cum labore & uiolentum, perpetuum tamen subsidio Athlantis gigantis, qui pedibus constitutis super duas columnas humeris coelum sustinet, & ipsum perpetuò reuoluit. Contra obiecit Aristoteles, quod hæc opinio poetarum est similis opinioni posteriorum Platonicorum, qui coelum esse graue dicunt, sustineri tamen animæ necessitate. Sed hoc est confutatum primo libro, ubi declaratum est ipsum neq; graue esse neq; leue. inquit: Quamobrem neque putandum est ipsum coelum ita sese habere iuxta ueterum fabulam, qui ad ipsius subsidium sursum egere Athlante ipso gigante ferunt: & hoc probat allegoriçando fabulam, & confutando illius allegoriam, & inquit:

K Hi nanq; qui hanc protulerunt sententiam, idem quod posteri uisi sunt sentire. & per posteros intelligit Platonẽ & sequaces: & quòd hoc modo sentiant, declarat & inqt: Supposuere enim coelo ipsi fabulosè animæ necessitatẽ, ceu corporibus his terraceis quæ sursum sunt, ut homines qui caput habent sursum erectum, & pondus habent. & ita per Athlantem animam uisi sunt intelligere, quæ coelum sustinet, ueluti anima hominum sustinet homines ad coelum erectos. Ex hoc infert errorem, & inquit: Non igitur hoc pacto sentiendum est. quia tunc coelum esset graue, contra ea quæ diximus in libro primo. Debes scire quòd fabula Athlantis habet adhuc duas allegorias, quarum alteram tangit Aristoteles in libro de causa motuum animalis, cum ait pedes Athlantis esse in terra, quatenus centrum est punctum circa quod uoluitur coelum, & per quod transit diameter mundi: humeros autem habuisse ad ortum & occasum, quatenus sunt dextrum & sinistrũ coeli: caput uerò ad meridiem, quatenus est coeli sursum, ut dicemus. Alteram uerò asserunt iuniores interpretes,

L qui Athlantem coelum sustinuisse ferunt ob astrorũ scientiam, quam magnam habebat: attollebat enim semper mentem ad stellas: ideo sustinere coelum fabulantur poetæ. Aristoteles autem hîc confutauit primam allegoriam, per hoc quia tunc coelum esset graue. Auerroes autem aliter textum introducit, & uult Aristotelem hucusq; declarasse opinionem suam de perpetuitate coeli esse uerã, tum propter rationes, tum propter authoritates ueterum: nunc uerò uult Aristotelem declarare opinionem suam de natura coeli, quòd non sit graue nec leue, esse etiam ueram: & hoc respiciendo ad positiones contrarias. Nam dicentes coelum esse graue, coguntur ponere impossibilia, alq; Athlantem, alij celeritatem, alii animam fingere coguntur: Animaduertit tamen Auerroes eam positionem quæ ponit ipsi coelo animam, esse partim ueram partim falsam: ueram quidem quo ad conclusionem, coelum

M enim est animatum & uiuum, etiam secundum Aristotelem: falsam uerò quo ad rationem atq; syllogismum. asserebat enim coelum esse animatum, argumento quia graue est, qua ratione indiget anima sustinente ne cadat. Hęc quidem ratio peccat, primò quia propositiones sunt falsæ: coelum enim neq; est graue, neque leue, sed tertiæ est naturæ. Secundò quia melius est dicere ipsum esse leue quàm graue, quia leuibus cognatum, licet etiam sit error, cùm nec graue sit nec leue. Tertiò, dato quòd ualeat, coelum est graue, igitur habet animam: non tamen ad motus subsidium sufficit sola anima, cùm omne graue egeat quiescente, in quo sustineatur, ut in libro de causa motuũ animalis est dictum: & ita ultra animam est necessarium aliquid aliud, in quo sustineatur. hæc Auer.

Præterea neq; sustineri tanto tempore potest ob conuersionem ipsam, quæ celerior motus est propria sua inclinatione, ut Empedocles inquit. N

Athlantis fabulæ expositio.

Quę auer. cõm. 4.

Expositio.

Secundò respondebat Empedocles, tenendo coeli motum esse uiolẽtum & cum labore, coelum etiam esse graue: sed perpetuò ferri ac continuò ob eius celerem conuersionem, quæ celerior est coeli propria ad centrum declinatione, ueluti in motu aquæ in cipho repositæ uidetur, quæ sursum detinetur ob ciphi celerem agitatum. Contra instare uidetur Aristoteles per hoc, quia non tanto tempore fuisset, siquidem nullum uiolentum perpetuum.

Quæ auer. cõm. 5.

Auerroes autem uult, ut diximus, nunc refelli positionem dicentem conuersionem: nam propter celeritatem conuersionis enitebatur Empedocles defendere coelum esse graue. Præterea Auerroes resoluit textum suum ad syllogismos quatuor, quos in uerbis græcis Aristoteles non sentit: si quis tamen uult illos legat Auerroem.

Præterea nec ab anima quæ perpetuò ipsum manere cogat, consentaneum est rationi: nam talis animæ uita nequaquam sine tristitia beata esse poterit. Motus enim, & quoniam est cum ui, (mouere siquidem corpus primum aliter aptum ferri) & continuò mouet, & negotiosam esse, & omni à mentis delectatione uacare necesse est. Quòd si neq; ut animæ mortalium animalium ineſt reqes aliqua, quæ est corporis remissio circa somnum facta: erit profectò necesse ut ipsa detineat illud perpetuum atque incorruptibile, ueluti quędam rota Ixionem. O

Expositio.

Vltimo refellit positionem Platonis, quam in Timæo scripsit. Plato enim posuit ibi animam mundi in medio, quæ uniuersum sustinet, quæq; mouet totum motu perpetuo & conformi: de qua diximus satis in libro de intellectu. Huius fundamentum (ut Auerro. inquit) est, quia corpora hæc terracea præseruantur ac conseruantur à putrefactione propter eorum formas. Quare quantò corpus erit præstabilius ac temperatius, tanto eius præseruatio erit maior: & quia coelum est cæteris corporibus sublimius, ideo meruit animam præstabiliorem: & hæc uidetur ratio Platonis apud Auer. Huic opponit Aristo. quòd tunc uita talis animæ non poterit esse beata: nam mouet cum ui, & conatu, & perpetuo: igitur cum tristitia semper uitam ducet, & ita nec beata nec delectabilis erit. inquit. Præterea nec ab anima quæ perpetuò ipsum manere cogat consentaneum est rationi, supple ipsum moueri: (ut Plato sentit) nam talis animę uita nequaquam sine tristitia beata esse poterit. Cuius rationem affert dicens: Motus enim & quoniam est cum ui, propter rationem dictã, uidelicet quia mouet corpus primum aptum aliter ferri: & continuo mouet, (quia enim mouet cũ ui & continuo) & negotiosam esse atq; occupatam, & ab omni mentis delectatione uacare necesse est. Verbum enim illud ἐ'μφρονας pro mente transtuli, & non pro prudentia, ut alij secerunt. Deinde quasi rationem hanc epilogando sub alia ui eam replicat & inquit: Quòd si neq; ut animæ mortalium animalium ineſt requies aliqua, quæ est corporis remissio siue dissolutio & restauratio spirituum circa somnum facta, necesse erit profectò ut ipsa illud detineat perpetuum atq; incorruptibile, ueluti rota quædam Ixionẽ.

Quæ auer. cõm. 6.

P

Q

Quis Ixio

Ixio fuit uir ille, qui (ut poetæ aiunt) cum Iunone concumbere uoluit, & uirtute Iouis loco eius cum nebula concubuit, ex quo centaurus factus est: ad cuius punitionem

A punitionem ferunt Iouem cõſtituiſſe ut rotę radijs eius membra frangerentur. Vnde poeta.

Illic Iunonem tentare Ixionis auſi,
Verſantur celeri noxia membra rota.

& Ouidius.

Quiq; agitur rapidæ uinctus ab orbe rotæ.

Et hoc pacto Plato cogitur dicere de anima illa, qua perpetuò mouetur corpus cum pœna ueluti Ixion. Auerro. autem loco Ixionis, habet Aquiten, quem ignoro. Debes ſcire quòd omnes hę tres poſitiones reducuntur in unam: nam poetæ per Athlantem animam uoluerunt intelligere, Empedocles uerò per uelocitatem motum animæ mentalem, & hunc Plato motum animę dicit. Secundo debes ſcire quòd Platonis poſitio poteſt reduci in bonum. nam uerbum illud βάρος, quod nos graue dicimus, interdum pro corpore apto deorſum ferri, interdum pro corpore dependente ſumpſerunt græci: & in hunc ſenſum ſumpſit Plato: Cœlum enim
B graue appellat, ſiue βάρος, pro quanto ſubtracta eius anima & dependentia eius ab illa, demergeretur ad chaos, atq; ad priuationem, & ſic graue ſumpſit pro corpore dependente ab illa anima: & hoc modo fortaſſe Simplicius allegoriçat Platonis ſermonem. Hæc de poſitione ueterum.

Si igitur (quemadmodum diximus) res dicto modo de prima latione ſeſe habere licebit, non tantum melius de eius æternitate erit ſentiendum, ſed etiam hoc duntaxat pacto de ea uaticinatione, quã de his habemus, ſententias conſonas certius proferre poſſumus. Sed de his rationibus hactenus nunc.

Expoſitio. Concludit nunc fructum ſuæ poſitionis: ubi debes ſcire de dijs tradi hæc, quòd moueant ſine labore, quòd perpetui, quòd beati, quòd formæ ſeparatæ, & eiuſmodi id genus: & hæc omnia per poſitionem Ariſtotelis haberi poſſunt: Nam ſi motus cœlorum ſint perpetui & ſine labore, dij qui cœlos mouent, erunt ſine labore, perpetui, beati, atq; ab omni mo
C le ſeparati, ut uidimus in libro phyſicę auſcultationis etiam, quare & hic eſt tantus eſt Ariſtotelis fructus. inquit: Si igitur quemadmodum res dicto modo de prima latione ſeſe habere licebit, ut quòd ſit perpetua & ſine labore, non tantum melius de eius æternitate erit ſentiendum, ſed etiam hoc dũtaxat pacto & per noſtram duntaxat poſitionem de ea uaticinatione, quam de dijs habemus, ſententias conſonas certius proferre poſſumus. Sententiæ hæ conſonæ, quas uaticinationes appellat, ſunt diuinæ illæ cognitiones, ut quòd dij ſint ſine labore, perpetui, beari, & à mole ſeparati: hęc enim tantum per poſitionem Ariſtotelis haberi poſſunt, & hoc ſi naturali cognitione habentur: Nam ſi reuelatione nos Chriſticolæ ueritates has habemus, certiores ſumus. Verùm quia res hæc eſt metaphyſica, addit: Sed de his hactenus. hæc Ariſtoteles.

D Cum autem ſint, qui dextrum ipſius cœli aliquid eſſe inquiunt, & ſiniſtrum etiam: ut hi qui pythagorei nuncupantur: (eſt enim hæc illorum ſententia.) conſiderandum eſt utrum res ſic ſeſe habeat ut illi dicunt, an alio modo, ſi eiuſmodi principia corpori ipſius uniuerſi accommodentur.

Expoſitio. Hactenus de æternitate motus, & de ipſius qualitate egit: nunc mouet quæſtionem circa poſitionis cœli differentias, utrum in cœlo reperiantur ſex differentiæ poſitionis. Cauſa autem quæſtionis eſt, quia pythagorei in cœlo dextrum & ſiniſtrum ſtatuerunt, emergit quæſtio, utrum cæteræ aliæ inerint cœlo, & inquit: Cum autem ſint qui dextrum ipſius cœli aliquid eſſe inquiunt, & ſiniſtrum etiam: ut hi qui pythagorei nuncupantur, quorum hæc eſt poſitio: conſiderandum eſt utrum res ſic ſeſe habeat ut illi dicunt, an alio modo, hoc eſt, non tantum illa duo, ſed etiam reliqua quatuor: E
& quia quæſtio eſt hypothetica, addit: Si eiuſmodi principia corporis ipſius uniuerſi accommodentur. Quæſtio igitur hypothetica eſt, ſi dextrum & ſiniſtrum cœlo inſint, cæteræ omnes inerunt. Hæc quæſtio eſt Ariſtotę.

Confeſtim nanque primò, ſi dextrum ineſt ei ſiniſtrumq;, priora principia prius ipſi ineſſe ſentiendum eſt:

Quæſtio illa gemina fuit, nam & hypothetica & catego- Expoſitio.
rica eſſe poterat: poteſt nanq; abſolutè quæri utrum illæ differentiæ cœlo inſint, & poteſt quæri hypotheticè utrum ſi cœlo inſunt dextrum & ſiniſtrum inſint cæteræ omnes. Ariſtoteles igitur primò reſpondet ad quæſtionem ut hypotheticè formatur, & inquit: Confeſtim nanque ſi dextrum ineſt ei ſiniſtrumq;, priora principia atque communiora ut antè & retro, ſurſum & deorſum, prius ineſſe ipſi cœlo ſentiendum eſt. Ad formam igitur quæſtionis ſolutio eſt, quòd ſi
F illa duo inſunt, oportet cæteras omnes ineſſe: & in hoc appa ret defectus pythagoreorum, qui illas duas tantum cœlo tribuunt, reliquas auferunt.

Determinatum igitur de his eſt, in his quæ de animalium motibus ſunt definita, quòd uidelicet ipſorum naturæ accommodentur. Clariſſimè nanque animantibus ineſſe uidentur, quibuſdam omnes eiuſmodi partes, ut dextrum & ſiniſtrum & cætera quibuſdam quædam, ſtirpibus uerò ſurſum & deorſum duntaxat.

Nunc incipit ſoluere quæſtionem abſolutè, & ſumit quæ Expoſitio
dam, quorum primum eſt eiuſmodi differentias clariſſimè ineſſe animantibus, ſed non eodem modo: nam alijs inſunt omnes, ut hominibus: alijs quædam, ut ante & retro, ſurſum & deorſum, ueluti animalibus imperfectis ut conchis & id genus: aliis duæ tantum, ut ſurſum & deorſum, ueluti plantis inquit: Determinatum igitur de his eſt in his quæ de animalium motibus, ſunt definita, quòd uidelicet ipſorum animalium naturæ accommodentur. inſunt enim hæ animali G
ipſi quatenus animal eſt, & inquit: Clariſſimè nanq; animãtibus ineſſe uidentur, quibuſdam omnes eiuſmodi partes in eſſe uidentur, ut dextrum & ſiniſtrum, & ſupple cętera id genus: quibuſdam quædam, ut antè & retro, ſurſum & deorſum: ſtirpibus uerò ſurſum & deorſum duntaxat. Ex his patet in talibus hunc eſſe ordinem, ut communiſſimæ ſint ſurſum & deorſum, quia omnibus inſunt: poſt has ſint antè & retro, ultimæ ſint dextrum & ſiniſtrum. Hæc eſt de prima ſuppoſitio.

Inſuper etiam ſi oportet aliquod ipſorum cœlo ineſſe, primum profectò, quod quidem ineſſe diximus animalibus, conſonum eſt ipſi ineſſe.

Sumit ſecundò quòd cui aliquod horum ineſt, ei neceſſe Expoſitio.
eſt ineſſe omne id quod eſt ante illud, ut ſi animali ineſt dextrum & ſiniſtrum, eidem inſunt ante & retro: & ſi alicui antè & retro, eidem inſunt ſurſum & deorſum: & non conuertitur ordo. Hæc ſuppoſitio eſt data in reſponſione ad quæ- H
ſtionem primo modo formatam, & reſumitur hîc, quia ſeruit ad propoſitum.

Præterea hæc tria cum ſint, unumquodque horum eſſe poteſt quoddam principium. Dico tria, ut ſurſum deorſum, & antè & retro, & dextrum ſiniſtrum. Hæ nanque dimenſiones inſint omnes corporibus perfectis conſonum eſt. Præterea ſurſum eſt, quod longitudinis eſt principium: dextrum, quod latitudinis: ipſum antè, quod altitudinis. Inſuper etiam alio modo motuum ratione: hæc enim principia dico, unde motus incipiunt his, quæ mo-

tum habent. Ab ipso quidem sursum est auctio, à dextro motus secundum locum, ab ipso antè motus sensitiuus. Id nanq; dico esse antè, in quo sunt sensus ipsi.

Expositio. Tertiò sumit hæc tria esse principia, quod tripliciter probat: primò quia insunt corporibus perfectis. omne nanque quod perfecto ineſt, sapit naturam principii, quia ratio principii uult esse perfecta. Secundò quia sunt dimensionum principia, ut exemplo indicat. Tertiò quia sunt motuum principia. inquit: Præterea hæc tria cum sint, unumquodq; horum esse potest quoddam principium. & exponit esse tria, quia sunt sex: ait tamen esse tria, quia res differentiæ sunt, quarum prima est sursum & deorsum, secunda est antè & retro, tertia dextrum & sinistrum. & probat hæc esse principia, & inquit; Hæ nanque dimensiones siue differentiæ insint omnes corporibus perfectis consonum est. Hęc prima, deinde tangit secũdam & inquit; Præterea sursum est, quod
K longitudinis est principium; dextrum, quod latitudinis: ipsum antè, quod altitudinis siue profunditatis. Hæc est secunda ratio, deinde tangit tertiam & inquit: Insuper etiam alio modo motuum ratione; hæc enim principia dico, unde motus incipiunt his quæ motum habent. Ab ipso quidem sursum est auctio, à dextro est motus secundum locum, ab ipso antè est alteratio ut motus sensorius. Id nanque dico esse antè, in quo sunt sensus ipsi. Igitur hæc sunt principia, & hæc est tertia suppositio; Animaduersione dignum tria horum esse principia, è quibus & tres terminos, ad quos sursum longitudinis & auctionis principium est, deorsum uerò finis utriusque; dextrum principium latitudinis & motus localis, sinistrum finis; antè principium altitudinis & alterationis, retro finis. Hæc Aristote. ipse. Quod uerò ad uerba attinet,
Quę auer. cõm. 8. animaduerte uerba Aristote. fideliter esse translata, licet friuola quædam uerba mutauerim ut sensus exposcebat, quę non refero quia sunt perspicua. Auerro. autem uelle uidetur
L hîc Aristote. non posuisse tertiam suppositionem, sed conclusionem principalem, uidelicet quòd cœlo insint eiusmodi tres differentiæ positionis: & uult Aristotelem hoc probasse, tum inductione, tum definitione. Inductione quidem quia cunctis insunt animalibus perfectis, cœlum autem animal esse perspicuum est. Definitione uerò, quia ipsi coelo in-
Quæ expõ Auer. Dubitatio. sunt omnes definitiones horum, igitur & definita. Quæ expositio dissonat uerbis & processui Aristotelis, ut patet. Sed quod ad uerba attinet, dubitaret aliquis, quia appellat illa esse tria & in exemplo enumerat sex, indicat Auerroes solutionem dicens Aristotelem pro tanto illa dixisse tria, pro quanto respexit ad nobiliora quę sunt principia, dextrum, sursum, & antè: reliqua tria his opposita sunt ignobiliora, & potius termini siue fines quàm principia. Sed adhuc ambiSolutio. ges, quonam modo hæc tria habent uim principii, cætera autem non? Indicat Auerroes declarationem: dextrum enim
M rationem habet principii, quia pes dexter est principiũ motus, sinister uerò concurrit per accidens ut sustentaculum: quod an ita sit, perquire librum de causa motuum animalium. Amplius, sursum est auctionis principium, aut quia p
2. dubita. Solutio. ipsum nutrimentum assumitur, quo animal augetur, aut qa penes ipsum & à parte eius augeri dicitur animal: præterea ipsum antè esse alterationis principium etiam patet, quia, ut dicetur in textu, in ipso ponuntur sensus ipsi, quia à sensilibus alterantur. Hæc ex commento.

Insuper etiam non omni in corpore quærendum est sursum & deorsum, dextrum & sinistrum, antè & retro: sed in his quę animata cum sint, motus principium habent. In nullo si quidem inanimatorum uidemus unde principium motus: nam alia quidem omnino non mouentur, alia uerò mouentur quidem, sed omni ex parte similiter, ueluti ignis sursum duntaxat, & terra ad medium. N

Expositio. Quartò sumit eiusmodi differentias esse quærendas tantum in corporibus animatis, argumento quia motus principium habent: aut fortè quarta suppositio est, has differentias his in corporibus inueniri, quæ motus habent principium, argumento quia animata sunt, & quia in rebus inanimis non reperiuntur. inquit: Insuper etiam non omni in corpore quærendum est sursum & deorsum, dextrum & sinistrum, antè & retro: sed in his quæ animata cum sint, motus principium habent. huius rationem ponit per locum ab oppositio, & inquit: In nullo siquidem inanimatorum uidemus unde principium motus: nam alia quidem omnino non mouentur, alia uerò mouentur quidem, sed omni ex parte similiter, ceu ignis sursum duntaxat, & terra ad medium. Quod Dubi. ad uerba. Solutio. uerò ad uerba attinet, posset qs occurrere & quęrere qd Aristoteles uelit, per principia motuum esse in rebus animatis, O non autem in rebus inanimatis. Expositor ait posse intelligi per principia, & interna ut est anima ipsa, siue melius uirtutes siue potentiæ animæ, hæ enim rebus ipsis animatis insunt, inanimis uerò non: & externa quæ partes sunt: & hoc modo exponit Auerroes. Quæ expositio uidetur plus textui consonare, quia probat inanima nõ habere talia prin 2. dubi. cipia, quia omni ex parte feruntur: Secundo posset occurrere quia omnia naturalia habent principium motus, igitur non recte ait quibusdam nullas inesse quibusdam aliquas.

Exponit expositor dupliciter, aut primum uerbum retulisse ad artificialia, & tunc est sensus, alia nanque omnino non mouentur ut artificialia, quæ mouentur per accidens, & non inquantum talia: alia uerò mouentur quidem, sed omni ex parte similiter ut naturalia: uel uerbum illud retulit ad naturalia cum sunt in propriis locis constituta. Secundum uerò ad illa naturalia, quæ extra locum proprium collocantur, & hoc inquit. Nam alia quidem omnino non mouentur, ut corpora naturalia constituta propriis in locis: alia uerò mouen- P tur quidem sed omni ex parte, similiter ut naturalia extra locum collocata: & hæc expositio secunda consonat exemplo. Hæc quo ad uerba.

Verum in his, sursum & deorsum, dextrum & sinistrum, ad nos ipsos quidem dicimus referendo: nam aut respectu nostri dextri, ut augures: aut similitudine ad nos, ut in ipsa statua: aut in his quę contrario modo sese habent in positura, dextrum quidem ad nos sinistrum est, sinistrum autem è contra: & retro quod ad nos anterius est. In seipsis uerò consideratis nullam cernimus differentiam: nam si contrauertantur contraria dicemus, de xtra & sinistra, sursum & deorsum, antè & retro.

Expositio. Obiter occurrit dubitatio, utrum aliquo modo rebus inanimis talia sint tribuenda. Respondet & indicat talem distinctionem, quòd res inanimæ possunt dupliciter considerari, aut ad nos, aut absolute. Si ad nos, sic trifariam repe- Q riũtur: aut respectu nostri dextri, ut augures faciunt qui cornicem leuam in bonum referunt, dextram in malum: aut similitudine ad nos, ut statuæ quæ talia habent per quandam similitudinem nostram: aut per contrapositurам, ut in imaginibus quæ apparent in speculis. inquit: Verum in his sursum & deorsum, dextrum & sinistrum, ad nos ipsos quidem referendo dicimus inesse: nam aut respectu nostri dextri, ut augures: aut similitudine ad nos, ut in ipsa statua: aut in his quæ contrario modo sese habent in positura ad nos, ut imagines habent quæ in speculis apparent, in quibus dextrum ad nos est sinistrum, sinistrum è contra uidelicet dextrum: & retro quo ad nos anterius est. hæc si considerent ad nos. Si uerò inanima absolutè in seipsis considerantur, nullam

A Iam in eis cernimus differentiam: nam ſi contrauertantur contraria dicemus, dextra & ſiniſtra, ſurſum & deorſum, ante & retro. Hæc quo ad dubitationem. Auerro. autem in commento, uult rebus ipſis inanimis etiam dici ineſſe tales differentias per reſpectum ad mundum, ut dicatur ſurſum eſſe in lapide ea lapidis pars, quæ magis loco ſurſum appropinquat: ea deorſum, quæ loco deorſum. Et hoc eſt bene dictum.

Quæ auer. cõmẽ.io.

Quamobrẽ & Pythagoricos admirabitur quiſpiam ſola hæc duo principia protuliſſe, dextrum & ſiniſtrum: reliqua uerò quatuor omiſiſſe, quę non minus principalia ſunt. Non minorem ſiquidem ſurſum ad deorſum, & antè ad retro, quá dextrum ad ſiniſtrum, in cunctis animalibus differentiam habent: quippe cum hæc ui ſolum, illa figura etiam differũt.

Expoſitio. B Fecit pro ſolutione quæſtionis quatuor ſuppoſitiones, q̃s nunc ſoluit, & primo narrat & refellit opinionem Pythagoricorum, ſecundò reſpondet ad quæſtionem ſecundum opinionem propriam. Quantum ad primũm Pythagorei cœlo tribuerunt duo horum tantum, dextrum uidelicet & ſiniſtrũ: reliqua uerò quatuor præterierunt. Hæc ſuit poſitio Pythagoricorum. Obiicit autem Ariſtoteles huic poſitioni primò ratione ſumpta à differentia illorum ſic, quæ non minorem differentiam habent nõ minus principalia ſunt, reliqua quatuor non minorem differẽtiam habent immò maiorem, igitur non minus principalia ſunt. ac de ratione tangit minorem, & primò narrat poſitionem illorum, & inquit: Quamobrem Pythagoreos admirabitur quiſpiã ſola hæc duo principia protuliſſe atq; cœlo tribuiſſe, dextrum uidelicet & ſiniſtrum: reliqua uerò quatuor omiſiſſe, quæ non minus principalia ſunt. & q̃ non minus principalia ſint, ſyllogiçat & ſumit primò minorem, & inquit: Non minorem ſiquidem ſurſum ad deorſum, & ante ad retro, quàm dextrum ad ſiniſtrum in cunctis animalibus differentiam habent. immò C maiorem, quod probat & inquit: Quippe cum hæc duo uidelicet dextrum & ſiniſtrum ui ſolum, illa quatuor figura etiã differunt: hoc eſt, non tantum ui, ſed ui & figura. Debes ſcire, ut colligitur à commento undecimo, q̃ maior differentia eſt inter ſurſum & deorſum, & inter ante & retro, quàm inter dextrum & ſiniſtrum: nam dextrum & ſiniſtrum ſolum differunt uirtute, & conueniũt in figura. Manus enim dextra pollentior eſt ſiniſtra, licet ſit eiuſdẽ figuræ: ſimiliter dexter humerus eſt fortior ſiniſtro ad motum, licet ſiniſter ſit fortior ad portandum pondus: amplius, pes dexter potentior eſt ad motum, ſed pes ſiniſter ad fixionem: & ita differunt uirtute & potentia, ſed figura conueniunt. Secundò differunt uirtute, quia in dextro eſt uis principij, in ſiniſtro uerò uis finis: attamen figura conueniunt. At ſurſum & deorſum non tantũ uirtute, ſed etiam figura differunt: uirtute quidem, quia in ſupera parte uis eſt principii auctionis, in parte infera finis: D amplius, in anteriore parte uis principii alterationis, in poſteriore finis. Figura uerò, quia ut uidetur diſſimilaria ſunt. Et tu intellige illa magis differre, hæc minus, hoc eſt, illa pluribus, hæc paucioribus differentiis differre. Hęc ex cõmẽto.

Qꝛa auer. com.11.

Inſuper etiam ſurſum quidem & deorſum omnibus animantibus ineſt, pariter animalibus & ſtirpibus: dextrum uerò & ſiniſtrum ſtirpibus non ineſt.

Expoſitio. Secundò idem indicat ratione ſumpta ab ordine, hoc modo: quibus inſunt poſteriora, eis inſunt priora: dextrum & ſiniſtrum ſunt poſteriora, illa quatuor ſunt priora: igitur quibus inſunt dextrum & ſiniſtrum, his inſunt illa quatuor. de ratione uim & probationem minoris tangit, & inquit: Inſuper etiam ſurſum quidem & deorſum omnibus animantibus ineſt, pariter animalibus & ſtirpibus: dextrum uerò & ſiniſtrum ſtirpibus non ineſt. & ſic ſi cœlo hæc duo inſunt, etiam illa quatuor eidem inerunt.

Præterea ſi longitudo latitudinem antecedit, & E ſurſum quidem longitudinis, dextrum uerò latitudinis principium fuerit, ſitq; rei prioris principium prius: erit profectò ipſum ſurſum dextro ipſo generatione prius. Multifariam nãq; ipſum prius dicitur.

Expoſitio. Hæc ratio non uidetur ad principalem cõcluſionem, ſed ad probationem minoris proximæ rationis procedere, quæ erat cætera quatuor eſſe priora illis duobus, uidelicet dextro & ſiniſtro, & ſic uidetur confirmatio: & ſignanter probat ipſum ſurſum antecedere dextrum, & facit unum enthymema, in cuius antecedente ſumit tria, & inquit: Si longitudo latitudinem antecedit, & ſurſum quidem longitudinis, dextrum latitudinis principium fuerit, ſitq; rei prioris principium prius. his tribus ſumptis infert intentum, & inquit: Erit profectò ipſum ſurſum dextro ipſo generatione prius. & quia multifariam dicitur prius, ut generatione, tempore, & definitione, & ipſe uoluit ſurſum eſſe prius generatione, addit: Multifariam nanq; ipſum prius dicitur. ideo ſupple ſignanter dixi generatione prius eſſe. Et enthymema hoc poteſt ſic ad ſyllogiſmum reſolui, principium rei prioris eſt prius, ſurſum eſt principium rei prioris, dextrum uerò eſt principium rei poſterioris: igitur ſurſum eſt dextro prius. Minor proſyllogiçatur ſic, longitudo eſt prior latitudine, latitudo enim cauſatur ex fluxu longitudinis. ſurſum eſt principium longitudinis, dextrum uerò latitudinis: igitur ſurſum eſt principium rei prioris. Animaduerte quòd ipſum ſurſum eſſe dextro prius generatione, ut longitudo latitudine: quia ex fluxu longitudinis generatur latitudo. Sed in hac ratione non parua occurrit quæſtio, per eam enim probarem dextrum eſſe prius ipſo ante. Nam latitudo eſt prior latitudine: latitudo enim motus, facit altitudinem ſiue profunditatem, & cùm dextrũ ſit principium latitudinis, ipſum autem antè ſit principium profunditatis: uidetur per hanc rationem ipſum dextrum eſſe prius ipſo antè. Hæc quidem non parua eſt quæſtio, cui nũc nihil mihi probabilis occurrit, fortè alias conſiderabo. F

Dubi. maxima.

Excuſatio.

Ad hæc ſi ſurſum quidem eſt ſuper quod agitur motus, dextrum è quo, ipſum uerò ante per quod, G ita ut uim aliquam principii ipſum ſurſum inter alias ſpecies ſubeat, iurè profectò increpãdi ſunt: tum quia principaliora principia omiſerunt: tum quia uniuerſis hæc ſimiliter ineſſe putabant.

Expoſitio. Tertiò principaliter arguit, Pars ſuper quam fit motus, & pars è qua fit motus, & pars per quam fit motus, ſunt in cœlo. Sed ſurſum eſt pars ſuper quam fit motus, dextrum eſt pars è qua fit motus, ante uerò eſt pars per quam fit. Igitur in cœlo ſunt ſurſum, dextrum, & antè. Debes ſcire quòd motus animalis incipit à dextro & conuertitur in ſiniſtrũ: propterea fingamus hominem moueri in orbem è latere dextro in ſiniſtrum, tunc patet in tali motu dextrum eſſe principium motus, & ſiniſtrum finem: ſurſum & deorſum puncta ſuper quæ fit motus, antè & retro partes per quas fit motus. Ad propoſitum, ſi motus cœli incepit, principium motus fuiſſet ortus, & ita eſſet dextrum cœli: finis occaſus, & ita ſiniſtrum: polos ſuper quos uertitur ſurſum & deorſum: culmen & imum per quæ fieret, & ita ante & retro. de ratione igitur tangit minorem, & inquit: Si ſurſum eſt ſuper quod agitur motus, dextrum è quo agitur, ipſum uerò antè per quod agitur, ita ut uim aliquam principii ipſum ſurſum inter cæteras ſpecies obtineat: & hæc ſupple in cœlo ſunt, uidelicet pars è qua, & pars ſuper quam, & pars per quam: iurè profectò increpandi ſunt: tum quia principaliora principia omiſerunt, uidelicet antè & retro, ſurſum & deorſum: tum quia hæc duo, uidelicet dextrum & ſiniſtrum uniuerſis ineſſe putabant. at non eſt ita, ſolum. n. perfectis animalibus inſunt. Hæc mihi uĩ interpꝛtatio & expoſitio huius loci. Alii uerò aliter hunc locũ intelligũt, ut Thomas & iuniores, q̃s ſe H

I cutus ſum alias: nunc uerò uidetur mihi hæc explanatio ue-
Quæſtion. com. 12. rior. Auerroes uerò uult ipſum ſurſum eſſe principium mo
tuum, quia in eo collocatur cor: eſt enim in ſpiritualibus con
tentum, & uerſus ſurſum uergens. Modò cor eſt principium
Confu. expõnis Aũ. omnium motuum. Verum hæc expoſitio non ualet: primò
quia Ariſtoteles in libro de animalibus, ait cor eſſe in me-
dio. Secundò quia non conuenit uerbis Ariſtotelis. Secun-
do exponit Auerro. propter quid ipſum antè eſt ad quod, &
uult ipſum antè eſſe ad quod trifariam: primò quia uiſio fit
intramittendo, ſecundo quia contraponitur uiſilibus, tertiò
quia eſt ad quem mouentur ſpiritus à corde: ſed prima ex-
poſitio eſt de mente Ariſtotelis. Mouet tamen Auerroes
Q. õ auer. quæſtionem dicens: Ariſtoteles ait ipſum ſurſum, id eſt, cor
eſſe principium motuum: nam dextrum ait eſſe principium
exitus & manifeſtationis, antè uerò dicit eſſe finem: propter
ea quære utrum hæc intelligantur reſpectu eiuſdem motus,
Soluſio. an reſpectu diuerſorum motuum. Soluere uidetur Auer-
K roes aſſerens ipſum cor eſſe principium omnium motuum
ſecundum rem, alia uerò eſſe principia manifeſtandi ipſum,
ut dextrum & ipſum antè, & hoc ſiue eiuſdem ſiue diuerſo-
rum motuum principia intelligantur. Et quomodocunque
ſit, ratio ualet: Ariſtoteles enim uult habere ipſum ſurſum
eſſe enumerandum inter principia, quòd habetur ex hoc qđ
cor eſt principium motuum, quod uel eſt ipſum ſurſum, uel
ſurſum uergit. Sed qualiſcunq; ſit hæc quæſtio & illa ſolutio,
Defenſio pythago. reorum. ad uerba Ariſtotelis non proſunt. Simplicius defendit Py-
thagoreos, aſſerens eos uoluiſſe in cœlo eſſe omnes ſex ut in
omni animali perfecto, uerũm harum ſolum duarum ſub-
meminit, quia omnia entia reduxit ad duo, uidelicet bonum
& malum, quæ per dextrum & ſiniſtrum habentur. Secun-
dò quia hæc ut poſtrema ſupponunt prima, & propterea
duo nominauerunt, dantes cæteras intelligere. Hæc Sim-
plicius.

Nobis uerò cum ſit iam antea definitum, tales po
teſtates ineſſe his quæ principium motus habent, &
cœlum ſit animatum atq; principium motus habẽs,
L patet ipſi & ſurſum & deorſum & dextrum & ſini-
ſtrum ineſſe.

Expoſitio. Nunc ſoluit quæſtionem categoricam ſecundum ueritatẽ
atq; propriam opinionem, & uult cœlo ineſſe omnes eiuſ-
modi differentias poſitiones, & ſyllogiçat ex his quæ ſuppo
ſuit hoc modo: Omne animatum habens principium per ſe
motus, habet dextrum & ſiniſtrum, ſurſum & deorſum, &
cætera id genus: hæc fuit una ſuppoſitio. Sed cœlum eſt ani-
matum & principium motus habens: ut alia ſuppoſitio di-
xit. Igitur cœlum habet dextrum & ſiniſtrum & id genus,
inquit: Nobis uerò cùm ſit iam antea definitum, tales pote-
ſtates his ineſſe quæ principium motus habent, & quæ ſup
ple ſunt animata, (Hæc eſt maior) & cœlum ſit animatum
atq; principium motus habens, (hæc eſt minor) patet ipſi &
dextrum & ſiniſtrum & ſurſum & deorſum ineſſe, & reli-
qua. Hæc eſt concluſio.

M Nec oportet profectò ambigere ob rotundam fi-
guram, quæ eſt ipſius uniuerſi, quonam pacto aliud
ipſius ſit dextrum, aliud ſiniſtrum, aliud ſurſum,
aliud deorſum ſi partes conformes ſint cunctę, atq;
omni tempore moueantur.

Expoſitio. Sed obiicit ſibi primò, omne habens eiuſmodi differen-
tias poſitionis eſt difforme in partibus, cœlum non eſt diffor
me in partibus. igitur cœlum non habet eiuſmodi differen-
tias. Secundò, omne habens dextrum incipit de nouo moue
ri, at cœlum non incepit moueri, igitur non habet eiuſmodi
inquit: Nec oportet profectò ambigere ob rotundam figu-
ram, quæ eſt ipſius uniuerſi, quonam pacto aliud ipſius ſit
dextrum, aliud ſiniſtrum, aliud ſurſum, aliud deorſum: ſi par
tes conformes ſint cunctæ, (Hæc eſt uis primæ dubitatio-
nis) atq; omni tempore moueantur. (Hæc eſt uis ſecundæ
dubitationis.)

Sed intelligendum eſt perinde atq; ſi quis in his N
figuris, quæ dextri etiam ad ſiniſtrum differentiam
habent, circumpoſuerit ſphæram: habebunt enim
poteſtates diuerſas, ob figuræ tamen ſimilitudinem
habere non uidebuntur.

Reſpondet Ariſtoteles ad primam, & breuiter intendit ne Expoſitio.
gare maiorem, quia poteſt conforme habere in figura uirtu-
tes eiuſmodi diuerſas, imaginãdo multiforme effici confor-
me. inquit: Sed intelligendum eſt perinde atq; ſi quis in his
figuris, quæ dextri etiam ad ſiniſtrum differentiam habent,
circumpoſuerit ſphæram, ita ut remanentibus omnibus uir
tutibus efficiatur orbis: habebunt enim tales partes confor-
mes poteſtates diuerſas, ob figuræ tamen ſimilitudinem ha-
bere non uidebuntur. & ſic breuiter maior neganda eſt, &
breuiter concedendum quod in cœlo conformia eſſe poſ-
ſunt illa ſex diuerſa. Ad illam enim uniuerſalem quę erat ma
ior, omne habens ſex ſpecies, poſitionis eſt difformæ, ſuffi-
cit inſtare per inſtantiam quæ eſt, uel eſt poſſibilis, uel ſaltẽ O
imaginaria: & ita licet nihil ſit conforme per quod inſtare
poſſem habens illas ſex ſpecies, nec poſſit eſſe, eſt tamen
imaginarium aliquod conforme habens illas, ut de homine
difformi conuerſo ad conformem per imaginationem.

Auerroes uerò aliter probat cœlum habere ſex differẽtias Quę auer. cõmẽ. 13.
poſitionis, & arguit hoc modo: Omne animatum quod plu
ribus partibus motus, fertur ex parte propria per partẽ pro-
priam ad partem propriam, habet ſex eiuſmodi differẽtias:
cœlum eſt animatum quod pluribus motibus mouetur ex
parte propria ad partem propriam: igitur habet illas ſex dif-
ferentias. Minor diuiditur in tres propoſitiones, quarum pri
ma eſt, cœlum mouetur pluribus motibus: ſecunda, motus
cœli eſt ex parte propria ad partem propriam: tertia, cœlum
eſt animatum. Dicit Auerroes duas ultimas propoſitiones
eſſe per ſe notas, cœlum enim moueri ex parte propria ait
patere. Amplius, cœlum eſſe animatum ſimiliter manifeſtũ
eſt per ſe. Et tam etſi Simplicius hîc diſputat, quod nos alio
loco pertractauimus, cœlum tamen moueri pluribus moti- P
bus non exponit, nec ait patere, poteſt tamen intelligi de mo
tibus partialibus: una enim motus pars incipit ab ortu &
terminatur ad culmen cœli, alia è culmine ipſo ad occaſum,
alia ab occaſu in imum cœli, ultima ab imo in ortum rur-
ſus. Sed occurres: (nam ex qualitatibus illarum poteſt ha-
beri intentum) Si cœlum mouetur ex parte propria per par
tem propriam ſuper partem propriam, ſequitur ipſum habe
re dextrum, ſiniſtrum, & cætera id genus. Similiter ualet,
cœlum mouetur pluribus motibus per ſe, igitur habet dex-
trum & ſiniſtrum & cætera id genus. Rurſus ualet, cœlum
eſt animal, igitur habet dextrum & ſiniſtrum & reliqua: ma-
xime ſi ſit animal perfectum. Quæres igitur, quare Ariſtote.
non accepit niſi tantum illam, cœlum uidelicet eſſe anima-
tum, & præteriit alias duas, è quibus non minus ſequitur
propoſitum illud? Innuit Auerro. ſolutionem, dicens hoc
eſſe factum, quia Ariſtote. uoluit dare cauſam ob quam ha-
bet dextrum & ſiniſtrum, & per conſequens reliqua: quæ Q
cauſa uidelicet ipſum eſſe animatum, modò per alias duas
non habetur cauſas: ut igitur demonſtratio ſua ſit per cau-
ſam, ſumpſit cœlum eſſe animatum, & præteriit reliquas:
Hæc ad quæſtionem. Quo uerò ad exemplum Ariſtot. de
homine conformi, qui prius erat difformis, Auerrois uoluit
hominem illum debere habere duas conditiones: prima eſt,
ut caput habeat ad polum meridionalem ſiue antarcticum,
pedes ad polum ſeptentrionalem ſiue arcticum, dextrum ad
ortum, ſiniſtrum ad occaſum, pectus & partem anteriorem
ad culmen cœli quod ſuper terram eſt, dorſum & partẽ po-
ſteriorem ad imum cœli, quod eſt ſub terra. Huius cauſam
affert, quia aliter non eſſet motus cœli ab ortu in occaſum p
meridies ſuper duos polos, quod eſt contra rõnẽ: nam pars
culminis cœli quæ eſt ſuper terram eſt præſtabilior, igitur
debet eſſe prima in motu, & magis quam pars cœli quæ eſt
ſub terra. Amplius, ortus eſt præſtantior occaſu, igitur ab or

tu

A tu debuit incipere ſecundum naturam uerſus culmen diei, ueluti è parte nobiliori uerſus partem nobiliorem. Secunda huius hominis conditio eſt, ut homo ille conuertatur ad figuram ſphæricam omnibus uirtutibus & potentiis, quas habebat ante conuerſionem remanentibus. Quibus perſpicuum eſt talem hominem habere has uirtutes & eſſe conformem, igitur cum conformitate partium ſtat diuerſitas uirtutum.

Addit Auerro. aliud exemplum ad propoſitum, ut ſi homo ſiniſtro pede fixo è dextro uerſus ſiniſtrum uolueretur perpetuò: ubi patet ipſum eſſe diuerſarum uirtutum, & conformem eſſe: & ita cœlum. Sed occurres Ariſtoteli dicendo, conditionalis nihil ponit ineſſe, igitur ex illa conditione, uidelicet ſi incepiſſet moueri, non debet poni ineſſe, quod habeat principium motus: poteſt enim conditionalis eſſe uera, cuius antecedens & conſequens ſunt impoſſibilia, ueluti ex illa conditione ſi equus uolat, nunquam de ineſſe ſequitur ipſum habere alas. Auer. quaſi ſoluens fingit duo principia in cœlo magnitudinis & temporis, & ſic uult cœlum
B habere principium magnitudinis ut orientalem partem, & ſi non habeat principium temporis: & ita uidetur euadere à quæſtione. Sed hęc ſolu. friuola uidetur, nam tunc dextrum non eſſet in cœlo niſi ſub ea ratione, qua eſset principium latitudinis, & non qua eſset principium motus: cuius contrarium ſentit Ariſto. Melius dici poteſt quòd licet conditionalis nihil ponat ineſſe, poteſt tamen eſſe ſignum propoſitionis de ineſſe: hæc enim conditionalis, ſi cœlum incepiſſet moueri haberet dextrum eſt ſignum q̃ oriens eſt dextrũ, non tamen cauſa. Hæc tamen dubitatio accidit in textu ſeq̃nti, quæ propter commentum mota eſt hîc.

Dubitatio. Sol. Auer. Cõfutatio. Proprìa ſo.

Eodem modo de mouendi principio eſt intelligendum: etenim etſi nunquam cœlum moueri cœperit, principium tamen habeat ipſum neceſſe eſt unde incepiſſet, ſi tale mobile inciperet moueri: & rurſus mouebitur, ſi ſtabit.

Expoſitio. C Soluit ſecundum & ait non propter hoc eſſe negandum principium mouendi è cœlo ipſo, & ſi non cœperit moueri: ut ſi homo perpetuò ſuper pedem ſiniſtrum eſſet motus in orbem, non minus haberet dextrum. & inquit: Eodem autem modo de mouendi principio eſt intelligendum: etenim etſi nunquam cœlum moueri cœperit, principium tamen habeat ipſum neceſſe eſt unde incepiſſet, ſi tale mobile inciperet moueri: & rurſus mouebitur, ſi ſtabit. ueluti homo haberet dextrum quod eſt motus principium, etiam ſi motus eſſet perpetuò in orbem: & ita non repugnat ei quod perpetuò fertur, habere principium motus. Dubitatio uero huic contingens eſt ſoluta in commento dicto.

At longitudinem ipſius dico, quæ ad uertices eſt intercapedo, atque uerticum alterum ſurſum alterum deorſum: differentiam enim hemiſphæriorum in ſolis his cernimus, argumento quòd uertices ipſi
D non mouentur. Præterea etiam mundi latera ſurſum eſſe & deorſum non dicere conſueuimus, ſed eſſe præter uertices, propterea quia hæc eſt ipſius longitudo: in latus enim eſt, quod præter ſurſum atq̃ deorſum eſt.

Expoſitio.

Hactenus quòd cœlum habeat dextrum & ſiniſtrum, & penes quæ ſumantur declarauit: nunc de ipſius ſupera & infera parte pertractat, & inquit: At longitudinem ipſius dico, quæ ad uertices eſt intercapedo. Vertices ſunt, quos græci polos uocant. Linea itaque quæ è uertice traheretur ad uerticem, longitudo mundi ſiue cœli eſt, quæq; diameter ẽt dicitur ſubiungit: Atque uerticum lineam illam terminantium, alterum ſurſum alterum deorſum dico: Generatim igitur quæ longitudo, & quæ pars ſupera & infera ſit, patet. Hoc probat primò ſic, ea penes quæ attenditur diſtantia attenditur diſtantia hemiſphæricorum: igitur uertices ſunt E partes ſurſum & deorſum. Minor patet pro tanto quia ſolũ uertices in cœlo ſunt immobiles, & propterea ſolum ſuper ſemiſphærarum, ſunt ſurſum & deorſum: ſed penes uertices ipſos fit motus. Debes ſcire quòd cœlum eſt ſphæra, cuius una medietas arctica, altera antarctica eſt: linea enim æquinoctij diuidit illas. Dicitur una arctica ſiue ſeptentrionalis, quia punctus ipſius medius eſt uertex ſeptentrionalis. Dicitur altera antarctica, quia punctus medius eſt uertex meridionalis: & ita patet hemiſphæria ſumi penes eiuſmodi uertices ob illorum immobilitatem inquit: Differentiam enim hemiſphæriorum, ut quòd unum ſit ſeptentrionale alterum meridionale, in ſolis his punctis cernimus, argumẽto quòd uertices ipſi non mouentur. & ita uidentur uti centra illorũ. Hoc docet totam cœli longitudinem eſſe intercapedinẽ ad illos uertices. Secundò idem perſuadet à conſueto modo loquendi, & hoc quia quæ ſunt ad ortum & occaſum non ſolemus dicere eſſe ſurſum uel deorſum, ſed magis ad latera: F quæ uerò ſunt ad uertices ipſos, ſolemus dicere ipſa eſſe aut ſurſum aut deorſum. Qui loquendi uſus docet uertices eſſe ſurſum & deorſum, ortum & occaſum eſſe latera ſiue latitudinis terminos, uidelicet dextrum & ſiniſtrum. inquit: Præterea etiam mundi latera ſurſum eſſe & deorſum non dicere conſueuimus, nec ea quæ ad illa ſunt, ſed eſſe præter uertices, propterea quia hæc eſt ipſius cœli longitudo: in latus enim eſt, quod præter ſurſum & deorſum eſt. & ſic ab hoc loquendi modo, habemus ortum & occaſum eſſe latera, ſiue dextrum & ſiniſtrum, uertices uerò eſſe ſurſum & deorſum.

Quæſtio.

Sed occurrit Auerroes, quia non uidetur uerum uertices eſſe immobiles, nam uel quieſcunt per ſe, uel per accidens. Si per ſe, igitur poſſunt moueri: cui enim ineſt unum oppoſitorum eidem ineſſe poteſt alterum, per regulam topicam. Si per accidens, igitur ad quietem alicuius per ſe: ſed nihil eſt actu in ipſo cœlo quod per ſe quieſcat, igitur nullo pacto quieſcunt. Innuit Auerroes duas ſolutiõs quarum prima Sol. Auer.
eſt Ariſtotelem loqui ſecundum imaginationem mathematicorum: illi enim fingunt polos ſiue uertices immobiles. G

Secunda eſt uertices ipſos quieſcere per accidens, ad quietem partium quæ iuxta uertices ponuntur, quæ quidẽ quieſcunt ſecundum naturam & ſubiectum licet ſecundum formam moueantur, ut ſexto phyſicæ auſcultatiõis dictum eſt. Vertices igitur per ſe ſecundum formam mouentur, quieſcunt tamen per accidens quiete partium, quæ quieſcunt ſecundum materiam. Sed hæc Auerro. determinatio friuola Confu. Aũ.
uidetur, primò quia ſi uertices mouerentur, mouerentur aut motu recto, aut motu circulari: non recto, quia neq; ſurſum neque deorſum: neque circulari, quia omne quod mouetur circulariter deſcribit circulum apud Euclidem. Quòd ſi uertex deſcribat circulum, tunc illius circulis adhuc erit dare cẽtrum, & uertices, & ita in infinitum. Secundò, datur medium inter quieſcens & mobile, ut id quod non mouetur: deus enim neq; quieſcit neq; mouetur, ſed eſt immobilis: ita uertices nec mouentur nec quieſcunt ſed ſunt immobiles, quia H
cùm ſint indiuiſibiles, non ſunt apti motui nec quieti. Solebam dicere uertices ſecundum mathematicorum imaginationem eſſe puncta indiuiſibilia, quæ nec mouentur nec quieſcunt: & ſic procedunt rationes quæ ſecundum phyſicã imaginationem, ſunt partes minimæ quæ mouentur motu totius per accidens, cùm ſint moueri aptæ, cùm ſint diuiſibiles: & hoc modo concederet Auerroes, illos deſcribere circulos per accidens propter motum fundamenti & cœli. Defenſio

Verticum uerò qui nobis apparet, infera pars eſt: qui uerò nos latet, eſt ſupera. Nam dextrum cuiuſq; dicebamus unde motus localis principium eſt. At conuerſionis cœli principium eſt, unde exoriuntur ſydera: quare hoc erit dextrum, ſiniſtrum uero ubi occumbunt. Si igitur à dextris incipit, & circunfertur ad dextra, uerticem qui nos latet, ſuperam partem eſſe neceſſe eſt. Si enim is erit qui apparet, mo-

I tus erit ad partes ſiniſtras: qđ qdē non concedimus.

Expoſitio.

Hactenus generatim quòd uertices ſint ſurſum & deorſum cœli, nunc ſpeciatim dicit uerticem qui nobis apparet eſſe partem inferam, qui uerò nos latet eſſe partem ſuperā. Syllogiçat autem ſic, ſi motus cœli incipit ab ortu & finit in occaſum, polum qui nos latet oportet eſſe ſuperum, qui nobis apparet inferum. ſed motus cœli incipit ab ortu: igitur polus occultus eſt ſurſum. inquit: Verticum uerò qui nobis apparet, ſi fera pars eſt: qui uerò nos latet, eſt ſupera. probat ſupponendo quæ de dextro & ſiniſtro dixit, & inquit: Nam dextrum cuiuſque dicebamus unde motus principium eſt: at motus localis cœli principium eſt, unde exoriuntur ſydera: igitur in prima figura ortus erit dextrum, ſiniſtrum uero ubi occumbunt. hoc ſumpto arguit: Si igitur mouetur à dextris & circunfertur ad dextra, uerticem qui nos latet, ſuperā par-

K tem eſſe neceſſe eſt. Probat poſitionem antecedentis per locum à contrario, & inquit: Si enim is erit qui apparet, motus erit ad partes ſiniſtras. quod quidem non concedimus. Vbi nanq; ille homo fingeretur, qui caput haberet ad uerticem apparentē, & pedes ad uerticem occultum, non poſſet habere dextrum ad ortum, niſi dorſum teneret ad culmen diei: quod eſt contra dicta: propterea ſi debeat habere pectus ad culmen diei, & dextrum ad ortum, caput habeat ad polum occultum, pedes ad polum ſublimem neceſſe eſt.

Quæ auer. cōm. 15. & Auer.

Auerroes uerò in commento huius loci digreditur, & habet quandam quæſtionem, quam mouet dicens, aut Ariſto. per dextrum & ſiniſtrum & eiuſmodi cætera, uult partes cœli integrales, aut extrinſeca quædam. Si partes integrales, tunc mutabuntur: erit enim una pars nunc in ortu, nunc in occaſu, & in aliis locis. Si intelligit extrinſeca, non uidetur quæ ſint. Hanc quæſtionem ſoluit ibidem, & uiſa eſt mihi eius ſolutio uelle innuere quòd eiuſmodi uirtutes ſunt animæ cœli poteſtates, ut illæ hominis: & tunc bifariam conſiderari poſſunt, uidelicet aut reſpectu animæ tantum, & ſic ſunt in uniuerſo cœlo & in qualibet parte cœli, ueluti anima

L ipſa etiam: & hoc modo ſunt immutabiles: Aut reſpectu illius in quod influunt & hoc dupliciter, aut reſpectu cœli, in cuius partem primò influxerūt, & ſic pars cœli nobilior quę primò fuit in ortu, dicitur dextra, quæ fortè fuit ſtellatior ps orbis primi: & huic oppoſita fuit in occaſu. Si enim cœlum incepiſſet moueri, hæc pars fuiſſet in ortu primò, & hæc primò recepiſſet influentiam dextri, & hoc modo hęc pars mutatur de dextro in ſiniſtrum, quia nunc eſt in ortu, nunc in occaſu, nunc in aliis poſituris: Aut reſpectu mundi habitabilis, in cuius una poſitura perpetuò influit: & hoc modo ſunt immutabiles, quia ea pars mundi quæ primò uim ortus aſſumpſit, ſemper eam detinet per eandem proportionem ad uertices & ad centrum: & ſic, ut unouerbo dicam, hæ differentiæ poſitionis accipi poſſunt pro uirtutibus animæ abſolutè, quæ non mutantur, & non ſunt in aliqua parte mundi

M magis quam in alia. Alio modo, pro partibus cœli, quæ in prima motus genitura, ſi incepiſſet, ſuſceperunt influentias talium: & ſic ſunt partes immutabiles ſecundum abſolutam rationem, licet mutationem ſubeant reſpectu mundi inferioris. Tertiò, poſſunt ſumi pro poſituris mundi acceptis in cōparatione ad uertices & centrum, & etiam ſic ſunt immobiles, quia ea mundi poſitura quæ ſemel fuit ortus, ſemper eſt dextrum: & in aliis ſimiliter. & ita per ortum uult eſſe intelligendum eam mundi poſituram, ad quam primò prima ps cœli fuiſſet ſi incepiſſet moueri, ut ea in qua fuiſſet Cancer, qui fuit horoſcopus genituræ mundi: & per occidens uult partem huic contrariam, ut eam mundi poſituram in qua fuiſſet Capricornus. Et addit iſtas poſituras eſſe ſtabiles, ſi terra quæ nunc habitatur, naturaliter ſemper habitetur: quod ait propter eos qui uolunt terram debere cooperiri aquis naturaliter, & quòd non mutetur ſimpliciter ſecundum totum quod ait propter tenentes diluuium, quod ait conceſſiſſe Albumaſarem mathematicum. Debes ſcire pro declaratione huius loci, quòd Ptolemæus fingit unum orbem maximum non realem, ſed more geometrico, imaginarium, qui immobiliter totum mundum continet: & hunc realem eſſe dicunt N catholici, & ſtabilem atque locum beatorum. Sed ſiue ſit realis ſiue imaginarius, propoſitum non deſtruitur. quo facto ulterius oportet imaginari illum hominem magnum conuerti in hunc, ita ut dextrum eius conuertatur in eam huius cœli partem, ſuper quam emerſiſſet prima pars cœli realis, & hęc eſt dextrum & ortus: ſiniſtrum uerò conuertatur in eam huius orbis partem, quæ primæ opponitur: pectus eius in tale culmen ſuper terram conſtitutum, dorſum in imum ſub terram poſitum, caput uerò ad uerticem antarcticum meridionalem auſtralem, pedes ad polum illi contrarium arcticum ſeptentrionalem borealem. Hoc conſtituto, dicendum uirtutes animæ ſiue cœli ſiue mundi poſſe trifariam conſiderari: aut reſpectu huius orbis imaginarii, & hoc modo ſunt ſtabiles atque fixę: ſemper enim uis dextri influit in ortum huius qualitatem initiatiuam motus perpetuam, & uis ſiniſtri in- O fluit in occaſum huius ſimiliter qualitatem terminatiuā motus, & ſimiliter aliæ uirtutes in alijs huius orbis differentijs. Aut reſpectu orbis mobilis motu diurno, & hoc modo in prima orbis motione ea huius orbis mobilis pars recepiſſet uim dextri, quæ primò fuiſſet in ortu primi orbis, quæq; mox ueri cepiſſet uerſus culmen diei: & ſic de aliis etiam dicendum eſt. Et hoc modo tales uirtutes ſunt mobiles & immobiles: mobiles quidem, reſpectu orbis imaginarii fixi, quia mouentur cum ſuis illis partibus, quæ primò affectæ fuerūt ab illa cœli anima. Immobiles uerò reſpectu partium cœli in quibus fuerunt receptæ, nam illas nunquam deſerunt, atq; nunquam in alias migrant. Aut conſiderari poſſunt abſolutè, hoc eſt, nec reſpectu orbis imaginarii nec reſpectu orbis mobilis, ſed ut ſunt uires animæ, & hoc modo ſunt immobiles omnino, quia ſunt totæ in toto illo, & totæ in qualibet parte illius, & hoc ſemper & immutabiliter. Hæc eſt declaratio Auerro. Secundò dubitaret aliquis an tales uirtutes ſex ſint in cœlo: & arguit Auerro. quòd non, quia tunc eſſent formæ in ſubiecto, & ita materiales, igitur corruptibiles, igitur aliquando corrumpentur, aliter poſſibile redderetur impoſſibile: declaratum eſt enim generatim tam in ſubſtantiis quàm in accidentibus, omne corruptibile neceſſario corrumpi. Soluit Auerro. has potentias ſiue uirtutes nō P eſſe materiales, hoc eſt, eductas de potentia materiæ: ſed ſunt potentiæ animæ cœli, quę cœlo unitur ſecundum ſe: & omnes eius potentias proprias: qua ratione ſunt formæ immateriales ueluti & ipſa anima cuius ſunt, licet ſint cœlo copulatæ ueluti anima ipſa. Adhuc occurres, tales ſex differētiæ ſunt in prædicamento relationis, quas tu modò ponis in prædicamento qualitatis aut ſubſtantiæ, ſi ſunt aut animę cœli qualitates aut ipſa anima. Adhuc reſpondet Auerro. & uult tales differentias poſſe etiam ſumi pro relationibus quibuſdam, & non tantum pro potentiis ipſis: nam ſi ſumātur reſpectu animæ. ſunt ſubſtantiæ uel qualitates: ſin autē reſpectu terræ habitabilis noſtræ, ſic ſunt relationes ſiue ſimilitudines quædam ſumptæ reſpectu terræ, ceu ſumuntur in columna reſpectu animalis: ita ut ea pars ſit in cœlo dextra, quæ eſt in directo illius habitationis ubi primò apparuit cœlum moueri, ſi incepiſſet moueri: ea in anteriore, quæ tranſit per eam terræ partem ad quam primò cepiſſet emergere: & ſic in cæteris ſuo modo: & hoc modo tales relationes ſunt fixæ, quia ſunt ſubiectiuæ in terra ipſa, & reales reſpectu terræ: in cœlo autem ſunt reſpectus rationis & imaginariæ, ut de columna dicitur in ſeptimo phyſi. Hoc autē per ſuadet auctoritate Ariſtotelis, qui ait Deum eſſe in maximo circulo ut in orbe primò, & non niſi in orientali parte illius: qua ratione fit ut orientalis pars ſit dextra. debet enim Deus eſse in nobiliori parte, qualis pars eſt dextra. Et hoc modo ut dicit, non mutantur iſtæ differentiæ, quia ſunt reales reſpectu terræ & fixæ, licet partes continuo mutentur, ut accidit in motu rotæ quæ mouetur a motore fixo, ubi patet partes uariari, & reſpectus ad illum eē inuariabilē. Sol ueobiter dubium, dixerat Deum eſse in parte orientali, & cū pars orientalis ſit ampla & magna, quæret quis in qua parte illius ſit deus: Soluitur, deum eſſe in medio ortus, nam ibi

Sel. Auer.

2. dubita.

3. dubita.

Q

De orbe fixo

apparet

A apparet potentia mouendi illius. Sed adhuc dubitares, in
Quinta du. cœlo ſunt nobile & ignobile, igitur cœlum ſit ex contrarijs.
Solutio. Reſpondet in calce commenti, & uult partem nobilem eſse ſtellatam: ignobilem eſse non ſtellatam: & hoc modo cœlum bene eſt ex partibus diuerſis, non tamen contrarijs.


Sexta dub. Adhuc dubitabis, cœlum mouetur ſucceſſiue de dextro in ſiniſtrum, & de antè in retro, & omnis ſucceſſio eſt per admiſtionem contrarij, igitur in cœlo eſt contrarietas. Reſpõ
Solutio. det authoritate Alexandri, non ſemper ſucceſſionem eẽ propter admiſtionem contrarij, poteſt enim quandoq; eſse propter incompoſſibilitatem terminorum, ut. 6. phyſi. eſt determinatum. Hæc Auerroes in commento, in quibus erũt dubitationes non paruæ.

Patet igitur eum uerticem qui nos latet, cœli partem ſuperam eſse, & eos quidem qui illic incolunt, in hæmiſphærio ſupero eſse, atq; in dextris: nos autem in infero, atq; ſiniſtris: cuius cõtrarium Pythagorei autumant, qui quidem nos ſupera faciunt dextraq; in parte, illos infera atq; in ſiniſtra: at contrarium accidit.

B Expoſitio. Ex dictis duo concludit, primo concluſionem principalem, uidelicet q̃ uertex meridionalis eſt cœli pars ſuperã. Secundo quòd illi qui ſub illo uel uerſum illum incolunt, ſunt in parte mundi ſupera, nos uero econtra ſumus in infera parte, quia uerſus uerticem ſeptentrionalem, q̃ quæ eſt cœ- E
li pars infera, hæc autẽ ſunt de directo contra Pythagoreos, ut ait, inquit: Patet igitur eum uerticem, qui nos latet, cum ſit ſub pedibus, quem manes uident, cœli partem ſuperam eſse, hoc eſt primum, & eos quidem qui illic incolunt, in hæmiſphærio ſuperiore eſse, atq; in dextris. nos autem in infero, atq; ſiniſtris, & hoc eſt ſecundum: cuius cõtrariũ Pythagorei autumant. illi enim nos ſupera faciunt, dextraq; in parte, illos infera atq; in ſiniſtra: at, ut inquit, contrarium accidit. Hæc contra Pythagoreos, in quibus erunt dubitationes non paucæ.

Sed ſecundæ conuerſionis ſeu uagarum ſtellarũ, nos quidem in ſuperis dextriſq; ſumus, illi uero in inferis atque ſiniſtris: eſt enim his motus principium contra, quia lationes ipſq; contrariæ ſunt. Quare fit ut nos in principio, illi in fine ſint conſtituti. De partibus igitur per dimenſiones locoſq; definitis, hæc hactenus. F

Forſitan uult declarare, quo nam modo hæ poſitiones diſtinguantur ſecundum motus ſtellarum uagarum, quæ græce planetæ dicũtur, & hæc eſt bona expoſitio, qua Thomas textũ hũc exponit, & placet. Aut forſitan uult declarare quo nam mõ nos ſimus ſiti reſpectu motus planetarum, declarauit enĩ quo modo ſumus collocati reſpectu motus dia- Expoſitio.



I rũ,& hoc modo exponit Auer & pro hac expoſitiõe facit ea ratio,q̃ Ariſt quaſi uerificat poſitionem pythagoricorum.

Sed quocũq; modo exponatur,debes ſcire uſq; ad tempora Ariſtote duos motus in ſtellis eſſe deprehenſos,alterum diarium communem omnibus ſtellis,quo uidelicet mouetur orbis ſtellarus,& omnes alij orbes in.24. horis. Alterũ uero proprium huic aduerſus ab occaſu in ortum,quo motu mouentur planetæ diuerſis temporibus,ut Sol & Venus & Mercurius fere in anno,Mars in tribus,& alij ſuis temporibus,quo motu ſtellas fixas moueri uſq; ad tempora Ariſt. non fuit obſeruatum. Tunc ſequitur,ortum in tali motu & dextrum eſſe in occaſu,ſiniſtrum in ortu:ſurſum ad ſeptentrionem, deorſum ad meridiem: ante ad culmen, retro ad imum. Et iuxta hęc patet habitatio noſtra qualis ſit reſpectu motus huius inquit:Sed ſecundæ conuerſionis quæ eſt uaK garum ſtellarum,nos quidem in ſuperis dextriſq; ſumus,illi uero in inferis atq; ſiniſtris. cuius cauſam ſubdit & ingt: Eſt enim his ſcilicet uagis ſtellis aut habitantibus motus principium contra quia lationes ipſæ contrariæ,hoceſt, aduerſæ ſunt,non enim propria eſt in eis contrarietas.cõcludit:Quare fit ut nos in principio,illi in fine collocati ſint. demũ epilogat & inquit: De partibus igitur per dimenſiones locoſq; definitis.hactenus.has enim partes dupliciter deſcripſit, p dimenſiones,ut dextrum per eſſe principium latitudinis, & alias alijs modis,& per motum localem, ut dextrum per eẽ principium motus localis,& ceteras alijs modis.hæc Ariſt.

Quæ auer. comẽ.16. Ex his colligit Auerroes,de intentione Ariſtotelis poſſe eſſe habitationem ultra æquinoctium,utpote inter polum meridionalem & circulum Capricorni,ueluti citra inter põlum ſeptẽtrionalem & circulum Cancri.Et hæc eſt intentio Ariſtotelis in meteoris,& Alexandri & Simplicij,& his noſtris annis.1507.uerificatum eſt per nauigantes, qui ultra æquinoctium per multa miliaria inuenerũt habitationes: ſed de

Quæſtio Auer. his alias. Sed mouet Auerroes quæſtionem, in qualibet quarta terræ eſt dextrum & ſiniſtrum,ante & retro, ſurſum L & deorſum & in qualibet ciuitate,& in qualibet domo,qua re ergo dixit Ariſtote.incolentes meridiem eſſe in dextro &

Prima ſol. ſurſum,& nos eſſe deorſum & in ſiniſtris? Soluerunt quidã Ariſtotelem,per nos,intellexiſſe græcos,ut ſit ſenſus nos.ſ. græci ſumus deorſum,quia ſub polo ſeptentrionali, & in ſiniſtro iſtius quartę,quia græci uergunt magis uerſus occa-

Cõfutatio per Auer. ſum. Sed hanc reſponſionem refellit Auerroes, quia a pari nonnulli etiam illorum alterius poli ſunt uerſus occaſum,& nonnulli uerſus ortum:igitur abſolute nõ debuit dicere eos eſſe in dextro,& ita uidetur eum non eſſe locutum de græcis tantum,ſed de tota hominum ſocietate quæ citra æquinoctium eſt,& de tota ſocietate hominum quæ ultra æqui-


Sol. The. noctium eſt,& ſic uidetur non parua quæſtio. Themiſtius dixit,ut narrat Auerro. Ariſtote.eſſe locutum more Pythagoreorum, qui dextrum & ſurſum pro eodem ſumunt, & ſimiliter ſiniſtrum & deorſum:& tunc iuxta hoc nulla eſt q̃ ſtio:nam ubi non eſt neceſſitas,loquendum ut plures:huius

M ſolutionis eſt etiam Thomas. Tertio reſpondent Ariſtotelem aliter accepiſſe hic dextrum & aliter antea: hic enim dextrum pro nobili,& ſiniſtrum pro ignobili ſumit, & ſic polus meridionalis eſt ſurſum & dextrum,hoc eſt,nobile,polus noſter eſt deorſum & ignobile. At Pythagorei contrarium autumant,dicunt enim hunc polum eſſe ſurſum & dextrum,quia nobilior eſt illo.Cuius ſignum forte dicunt eſſe ex multitudine ſtellarum,quæ in parte hac cœli ſunt, propter quas quidam dixerunt hunc locum eſſe habitabilẽ naturaliter:dicẽtes propter ſtellas terram hanc exiccari aquis, quia ſtellæ calefaciunt hunc locum:igitur hic polus eſt prę ſtantior ſaltem præſtatu ſtellarum, & dexter ſiue nobilis, ut dixerunt Pythagorei. Reſpõdet pro Ariſtotele aſſerens fortaſſe ſtellas huius poli eſſe plures numero, & quantitate diſcreta illis pollentiores & maiore, & ita illa pars facit id paucioribus,quod hæc pars pluribus facere non poteſt, & ita illa eſt nobilior. Sed tunc Auerroes quærit, utrum pars meridionalis ſit nobilior parte ſeptentrionali; hæc enim q̃ſtio uidetur ambigua,quia locus ille eſt deorſum & ſiniſter reſpectu motus planetarum,igitur eſt uilior,at noſter reſpe N ctu motus diurni eſt econtra, eſt enim ſiniſter & inferus, igitur uilior:ideo und q̃ ſunt anguſtię.Soluit ſub ambiguo, nam ſi motus diurnus eſt nobilior motu uagarum, ille erit præſtabilior, quia ſurſum & dexter: at ſi contra motus uagarum eſt nobilior motu diurno,iſte noſter eſt nobilior, & dexter. Aut aliter locus cœli dicendus eſt nobilis & ignobilis pro ratione ſtellarum,& quia ſtellæ illic ſunt maiores & pollentiores,forte ille locus eſt præſtantior. Ait tamen quę ſtiones has, & ſimiles non poſſe attingi ab intellectu noſtro,aut ſaltem eſſe difficiles. Aſtronomi uero dicunt illos præſtare,quo ad uitæ longitudinem: nam ſunt in dextro & ſupero motus diurno,e quo eſt continuatio & uita: nos uero præſtare quo ad reliqua animæ, quia hæc ſunt a uagis ſtellis, ſub quarum dextro, & ſupero collocamur. Hæc ſatis.

Sed circa finem huius capituli quærunt,an in cœlo ſiue mũ Prima q̃ do ſint hæ ſex poſitiones,dextrum & ſiniſtrum, ante & re- gñalis. tro,ſurſum & deorſum.Et arguo quòd non. Primo hæ po O ſitiones ſiue partes differunt ſpecie, ſed in mundo ſiue cœlo non uidentur differre partes ſpecie,igitur in cœlo hæ eſſe non poſſunt.Secundo,hæ ſumebantur & definiebantur per diuerſos motus, ut dextrum per motum in loco, ante per motum alterationis,ſurſum per motum auctionis:ſed in cœlo non eſt niſi unus & ſimplex motus localis: igitur hæ non ſunt in cœlo. Tertio, omne corpus in quo hæ partes ſunt, eſt diſſimilare: ſed cœlum non eſt diſſimilare, immo conforme in ſe & quolibet ſui: igitur ex his non uidentur eiuſmodi ſiue partes ſiue poſitiones eſſe in cœlo. Secundo quę Sed'a q̃. runt utrum dextrum cœli ſit ortus, & uidetur q̃ non. Primo, ortus non eſt principium latitudinis,igitur non eſt dextrum:tenet conſequentia per definitionem dextri, & antecedens patet,quia Ptolemæus ſumit per diſtantiam poloꝝ latitudinem,per diſtantiam ortus & occaſus ſumit longitudinem. Secundo,ſi ortus eſſet dextrum, ubiq; in cœlo eſſet dextrũ,quia quælibet pars cœli põt eſſe ortus alicui habitationi. Tertio, ſi motus incepiſſet,non prius incepiſſet in ortu quàm in cæteris cœli partibus, quia eſt continuum, & P continuum eſt cuius motus eſt unus: igitur nõ magis ortus Tertia q̃. eſt dextrum cœli quàm quæuis alia pars. Vlterius tertio dubitatur utrum ſurſum & deorſum debeant ſumi a polis, & uidetur quòd non. Primo, quia ſurſum eſt locus ignis, deorſum locus terræ. Secundo,quia ſurſum & deorſum debent ſumi ſecundum terminos longitudinis,ſed non eſt longitudo magis capienda inter duos polos,quàm inter quæuis duo alia puncta cuiuſq; maximi circuli. Tertio, deus eſt in loco ſupero,ſed deus eſt in orttu, igitur ortus eſt ſuperus locus. Quarto quærunt utrum culmen cœli ſit ante:& ui- Quarta q̃ detur quòd non. Primò ante eſt principium alicuius motus,ſed culmen eſt medium continuationis motus. Secundo, ante eſt principium alterationis,in cœlo non eſt alteratio. Tertio,ante eſt principium altitudinis, ſed in cœlo nihil eſt altius. Hæ ſunt dubitationes maximæ de eiuſmodi Q cœli partibus ſiue poſituris. Sed circa iſtas dubitationes Solu.q̃ñis & ſolutionis ordo. primo loquemur generatim dè toto,deinde ſpeciatim de oĩ bus. Quantum ad primam partem, quidam penitus e cœlo ipſo eiuſmodi differentias reales abſtulerunt, dicentes omne tale quod eiuſmodi differentias habet, eſſe difforme ac diſſimilare,& quia cœlum eſt conforme & ſimilare, has poſituras e cœlo ipſo remouent:ſed quia dicitur quandoq; ſtella dextra aliquando ſiniſtra, propterea uolunt eiuſmodi differentias eſſe in cœlo ſolum comparatione ad nos, terramq; noſtram quam inhabitamus, non autem realiter uel ſubiectiue in cœlo ipſo: ut de columna dicitur. Nonnulli in tantum huic poſitioni innixi ſunt, ut dixerint hanc poſitionem eſſe Auerro.cum dicat tales differentias ineſſe cœlo per reſpectum & ſimilitudinem ad nos. Pythagorei uero cœlo tribuunt ſolum duas dextrum & ſiniſtrum,uerticeſq; ipſos eſſe dextrum & ſiniſtrum,& ortum & occaſum ſimiliter, & culmen & imum etiam: potiſſimum tamen ortum & occaſum. Mouentur enim ex hoc, quia in cœlo non eſt

A niſi unus motus localis uidelicet, penes quem motum locales ſolum dextrum & ſiniſtrum colliguntur. Ex his ſolum

Diuiſio cœli.



Aliorũ põ. hæc duo cœlo ipſi tribuunt. Quidam alij uolunt in cœlo eſſe tales differentias, ſed eſſe ſtellam tantum: uolunt enim ſtellam eſſe dextrum cœli, ſiniſtrum: ante, & retro, & omnes differentias poſitionis in cœlo. Ad cuius declarationẽ diuiduſit cœlũ ipſum inquatuor quartas. Prima quidem eſt ab a. in b. per tres horas ante punctum ortus, & tres poſt. Secunda eſt ab ipſo b. in c. per tres horas ante punctum cul
C minis, & tres poſt. Tertia eſt ab ipſo c. in ipſum d. per tres horas ante occaſum, & tres poſt. Quarta uero eſt ab ipſo d. in a. per tres horas ante imum, & tres poſt. Dicunt igitur ſtellam, uerbi cauſa, ſolem in prima cœli plaga cõſtitutum eſſe cœli eius dextrum, ſolem uero in ſecunda collocatum ipſum eſſe cœli ante, ſolem in tertia poſitum eſſe cœli ſiniſtrum, ſolem in quarta diſpoſitum eſſe retro. Quæ ratio docet nihil aliud eſſe eiuſmodi cœli poſituras ſiue differentias niſi ſtellam orbis diuerſimode conſtitutam: & quemadmodum dicunt de orbe ſolis, ſic dici poteſt in quolibet orbe, omnis enim orbis habet ſtellam propriam, quæ eſt potior pars, & ita illa eſt oẽs hæ poſituræ diuerſimode conſtituta. Hãc poſitionem ſentit Albertus inter Latinos nõ paruus, nam ſtella eſt potior pars cœli: igitur in illa ſunt omnes uir-
Cõfutatio tutes animæ, & ipſa orbis anima, ueluti in corde omnes uirtutes & ipſa anima. Sed hæc poſitio non eſt peripatetica. Primo, quia ex hac ſequeretur ſolam ſtellam eſſe animam, uel ſaltem principaliter animatam, quia ibi ſolum eſt
D anima cœli, & omnes uirtutes. Et ubi conceditur, cum ſtella ſit animata anima nobiliori, adhuc ipſa habet dextrum & ſiniſtrum, & ante & retro, ſurſum & deorſum, & redit quæſtio de partibus eius, ex quo ipſa ſit uniformis, ut dictum eſt. Secũdo, hæc poſitio eſt contra exemplum Ariſtotelis: nam in litera declarans quo modo poſſunt tales partes cœlo ineſſe, fingit hominem magnum cuius dextrum teneat ad ortum, & ſiniſtrum ad occaſum, & ante ad culmen, & retro ad imum, & tunc uult talem hominem conuerti in ſphæram remanentibus omnibus uirtutibus. Si igitur ſtella habet omnes has uirtutes & eſt hæc omnia diuerſimode conſtituta, tunc ille homo habuiſſet caput, pedes, pectus, & dorſum, & brachia omnia in ſtella, contra imaginationẽ Ariſtotelis, Simplicij, Auerrois, & omnium. Tertio, uidetur hæc poſitio contra alium caſum Auerrois & Ariſtotelis, & cæterorum expoſitorum, qui aiunt ortum eſſe dextrum, quia ſi cœlum cepiſſet moueri, illinc primo cepiſſet. Ponatur igitur ad imaginationem uel ſecundum ueritatem religionis, E
motum incepiſſe: certum eſt tunc cœlum in primo inſtanti genituræ habuiſſe omnes has differentias, & partes, quia ſi dextrum, igitur & ſiniſtrum: & cum hæc ſint infima, ut dixit Ariſtoteles contra Pythagoreos, igitur omnes priores habuiſſet, & cum tunc non habuiſſet actu ſtellam niſi in aliqua quatuor quartarum, ſequitur tunc non habere illas omnes, ſed tantum dextrum uel aliquod unum tale, contra Ariſtotelem & eius rationem. Quarto, tunc in cœlo non poſſent aſſignare ſurſum & deorſum eſſe polos, quia nunquam ſtella uenit ad polos, aut ad quartas illi uicinas: nulla enim ſtellarum uagarum poteſt ultra eclipticam diſtare plus ſex gradibus, ut ſupputant Aſtrologi. Quinto, cum tot ſint ſtellæ in cœlo octauo, & ut dicunt mathematici, plures ſint æq̃ potentes atq; æque lucidæ: oportet aut has differentias non ſumi penes ſtellas, aut eſſe tot ſex, quot ſunt ſtellæ, quod nõ credo eſſe Peripatericum. Sexto, tunc in mundo non poſſunt aſſignari tales differentiæ, de quo Ariſtoteles principa- F
liter diſputat: nam nulla ſtella eſt, quæ ſit principaliter totius mundi: immo ſolum tales differentiæ poſſunt aſſignari in ſingulo orbe, cuius eſt una uaga ſtella: at non in mundo, neq; in orbe ſtellato, cuius contrarium Ariſtoteles probauit, qui has docuit penes motum diarium & penes motum uagarum ſtellarum, innuens primas quæ ſumuntur penes motum diurnum eſſe totius mundi, ſecundas eſſe orbis ſtellarum uagarum. Quod autem hæc poſitio ſit contra Auerroem, quem tantopere efferunt, patuit commen. 15. & præſenti commento. 16. & contra Alexandrum, Simplicium, & omnes expoſitores græcos. Reſtat igitur ut primo con- Propria põ.
cludamus in cœlo eſſe tales differentias, ſecũdo declaremus mentem Ariſtotelis. Dicamus igitur nihil dubitantes hæc cœlo eſſe tribuenda, & ſecundum rem, & ſecundum ſubſtãtiam: quod tribus rationibus poteſt explicari. Primo, hæc Prima rõ.
competunt animali ut animal, ſed cœulm eſt optimum animalium, igitur ſibi magis competunt: omne enim quod imperfectis animalibus competit, ſas eſt ut perfectiori competat, & hanc rationem dixit Auerroes eſſe a priori. Secundo, omne quod habet principia motus per ſe, quibus mouetur de parte terminata per partem terminatam & ſuper par- G
tem terminatam, habet dextrum atq; ſurſum & ante: pars enim terminata unde motus dextrum eſt, pars per quam eſt motus ante exiſtit, pars ſuper quã eſt motus eſt ſurſum. at cœlum hæc habet, ut probatum eſt: igitur cœlum omnia hæ principia etiam habet. Tertio, omne quod mouetur à ſe habet dextrum, & cætera id genus: nam quod mouetur à ſe habet principium motus & eſſendi, & manifeſtandi, & hoc dicitur dextrum: cœlum autem moueri a ſe nemo dubitat: patet igitur cœlum hęc habere. Quod quidem igitur cœ- Qualis ſint dñiæ põnis Quę Aſtro.
lum habeat ſex differentias poſitionis, perſpicuum. Vlterius quales & quæ ſint, declaremus, ac primo dicamus animaduerſione dignum, aliter Aſtronomum ſumere hæc, & aliter naturalem. Aſtronomus dextrum & ſiniſtrum ſumit H
penes ſitum ſtellæ ad ſtellam, ſimiliter & ſurſum & deorſum, ante & retro. Dextram appellat Ptolemæus ſtellam, quæ prius exoritur ante ſtellam, ut ſi Mars ſit in ſigno Arietis, & Iupiter in Tauro: Mars dicitur dexter ad Iouem, quia exoritur nobis ante Iouem: Iouem quoq; eſſe ſiniſtrũ Marti dicit, quia exoritur poſtea. Hoc etiam modo dicunt ante & retro: non enim faciunt inter dextrum & ante, ſiniſtrum & retro differentiam. Superior uero ſtella eſt, quæ pauciores ſigni partes diſcurrit, ut Mars ſi fuerit in Arietis parte prima, Iupiter in ipſius Arietis parte. 15. coniuncti dicuntur, ſed in coniunctione Mars dicitur ſuperior. Sumitur etiam quandoq; ſuperior, pro digniori in ſigno, ut Mars in Ariete ſuperior eſt Ioue, quia Mars habet in Ariete plures iuriſdictiones quàm haberet Iupiter: aliquando etiam pró eius conſtitutione in altiori parte orbilli ſiue epicicli, ut quando eſt in auge ſiue abſida. Hæc aſtronomi. Naturales autem ſumunt hæc quandoq; penes unum, quandoq; penes plures motus, hoc eſt, quatenus ſunt principia uel fines unius uel plurium motuum, plurium quidem, ante, dicunt quod eſt

I principium alterationis aut finis, dextrum, principium lationis, ſurſum uero, auctionis. Vnius uero dextrum dicunt, unde motus inciperet: ante autem, per quod motus cotinuatur: ſurſum, ſuper quod motus ſit. Verum apud phyſicos hæc ſumi poſſunt aliquando ut partes aliquando ut ubi, ut. 4. phyſicorum commen. 5. & quidem ut ubi, ſic duæ ſunt tantū differentiæ, uidelicet ſurſum & deorſum in mundo infero, & ſurſum qdem eſt locus ad quem leuia feruntur, deorſum uero locus ad quem grauia feruntur: & hoc modo non ſumpſit hæc Ariſtoteles. Vt uero partes, trifariam adhuc ſumpſerunt: aut ut partes poteſtatiuas, hoc eſt, pro poteſtatibus & uirtutibus ipſis, aut ut partes integrales, hoc eſt, pro membris, aut ut partes relatiuas, hoc eſt, pro relationibus. His uiſis uidendum eſt primo, quonam modo hęc ſint in uniuerſo mundo: ſecundo, quo modo in ſingulo orbe. De primo dicamus has ineſſe toti mundo ut uirtutes neminem debere dubitare. nam cum hæc competant ei quod mouetur a ſe & habet animā, ſiue deus ſit ut mundi anima, ſiue aliqua anima in medio mūdi, (ut ponit Plato) hæc anima ſine dubio K poteſt motum diurnum incipere, qua ratione uim dextri nā ciſcitur, illum continuare, & ita uim anterioris. illum circūuoluere, & ita uim ſuperioris, quare anima mundi erit iſtas poteſtates ſecundum ſubiectum, differēs tantum ratione, cō muni nanq; habita poteſtate ad ipſam animam ſunt idem, ratione habita ad partes cœli per quas influit, differunt. Vt enim per ortum manifeſtat uim initiatiuam motus, dextri poteſtas eſt: ut per occaſum manifeſtat uim terminatiuam, ſi niſtri eſt poteſtas, ut per culmen manifeſtat uim continuatiuam, poteſtas eſt anterioris: ut per polos uim ſuper quam uoluitur orbis, poteſtas ſupera eſt, & infera. Secundo, dico has mundo ineſſe ut relationes, nam tales partes terræ habitabili ſubiectiue inſunt, & cœlo terminatiue, ut dixit Auerroes, ea enim eſt mundi pars dextra, quæ ſemper correſpōdet ortui terræ habitabilis, ſiue ſit una ſiue alia atq; alia, ea ſiniſtra quæ occaſui, & ſic de alijs. Dico tertio tales non poſ L ſe ineſſe mundo ut partes ſiue membra, niſi per modum dicendum: primo, quia nihil eſt in mundo difforme atq; diſſimilare: ſecundo, quia hæ partes mundi continue uariantur (ut dicit Auerroes.) Hæc de differentijs generatim reſpectu mundi motuſq; diurni. Sed occurres primo an hæ uirtutes Dubitatio. ſint qualitates uel ſubſtantiæ. Secundo, quo nam modo cum difformitate uirtutum ſtare poſſit uniformitas corporis perfecti, per illas maxime quia ablata difformitate i q̄litate, tollitur diuerſitas in qualitate, eſt enim quātitas prior qualitate. Tertio, potentiæ differunt per actus, ſed unus eſt motus in cœlo: igitur una potentia. hæ dubitationes ſunt ſi hæc ſumantur ut poteſtates. Vlterius ſi ſumantur ut relationes, dubitatur etiam, quia dictū eſt has ſubiectiue in terra eſſe habitabili, & attributiue in cœlo, ut de columna dicitur, quod non uidetur uerum: primo quia tunc cœlum ſiue mundus non eſſet formaliter dexter uel ſiniſter uel aliqd tale. Secundo, quia tunc quæ pars nunc eſt dextra efficere- M tur ſiniſtra, quia quæ nunc eſt orientalis, erit occidentalis.

Vlterius dubitatur utrum hæ differentiæ poſſint attribui mundo, aliquo modo ut ſumuntur pro membris ſiue partibus integralibus. Hæ ſunt dubitationes maximæ. Ad primam dici poteſt has uirtutes ſiue poteſtates ſecūdum rem eſſe ſubſtantiam, quia ſecundum rem ſunt ipſa cœli anima quæ eſt multiplex poteſtate, per modū quo diximus in anima hominis: ſecundum uero modum eſſe qualitates, quia denominant cœlum quale, atq; ſibi tribuuntur ueluti aduētitiæ atq; exteræ: hæc ad primam. Ad ſecundam dici poteſt, quæ ſunt diſperſa in re inferiore, eſſe collecta in natura ſuperiore: & quæ poteſt natura inferior per difformitatem & multitudinem, poteſt natura ſuperior per ſimplicitatem atq; paucitatem, & ſic anima cœli per conformitatem, & p hanc paucitatē cœli, poteſt exire in actus harum uirtutum ad quos non exit ipſa natura inferior, & licet quantitas ſit prior qualitate, non tamen difformitas q̄tatis eſt prior qualitate: ipſa enim difformitas qualitas eſt, & una qualitas poteſt remanere ablata alia maxime cum remanet, prium ſubiectum. Ad tertiam dico omnes has ſex potentias attendi penes motum localem tantum cœli, licet in animali generabili penes diuerſos motus: & penes unicum motum, eo quia cœlum eſt ſimplicius & nobilius: uerum licet omnes hæ attendantur penes unum motum, non tamen uno modo conſideratur, quoniam attēditur ad illum motum ut inchoatus, & ſic eſt uis dextri, & ut continuatus, & ſic eſt uirtus anterioris, & ita in cæteris. Similiter & ita ſunt plures poteſtates ab unico actu diuerſimode cōſiderato. Ad alias dubitationes alterius partis dico, quod ad primam dici poteſt cœlum eſſe dextrum & ſiniſtrum & eiuſmodi formaliter, propter hæc ſumpta, ut poteſtates denominatiuæ denominatione extrinſeca propter relationes quę ſunt ſubiectiue in terra habitabili, & terminatiue in ipſo cœlo. Ad ſecun Concilij i- dam dico ſine mutatione cœli nunc unam partem effici dester pytha- extram nunc ſiniſtram, & hoc ſumendo hæc pro relationi- goreos & bus, quibus Pythagorei & peripatetici poſſunt facilè cōcor peripatet. dari: nam pythagorici negauerunt alias differentias poſitionis per reſpectum ad alias ſpecies motus, uidelicet alteratio nis & auctionis: dextrum autem & ſiniſtrum cœlo tribuerunt reſpectu motus in loco tantum. Ad ultimam dico quod O tales ſiue poteſtates ſiue membra ſiue relationes, nulli tribui poſſunt, niſi quatenus mouetur ſaltem ſpecie motus localis, & quia mundus ipſe ut uniuerſum eſt non mouetur niſi ſecundum partes, iccirco ſibi tribui non poſſunt, niſi quatenus ſibi competit motus. Vnde Ariſ. primo declarat tales differentias penes motum diurnum, ſecundo penes motū uagarum ſtellarum, & ſic uelle uidetur has nulli ineſſe, niſi propter motum. Id autem quod mouetur principaliter eſt primum mobile, ſiue ſit orbis ſtellatus apud Ptolemæum & Ariſto. ſiue ſit orbis nonus, qui eſt purus, non ſtellatus. Nūc autem ſupponamus non eſſe nonum orbem, atq; nullum ſuperiorem ultra octauum ſtellatum: nam hoc eſt phyſicum, & poteſt ſtare cum obſeruatione omnium motuum, ut in noſtris aſtronomicis diximus. Supponamus ſecundo motum diurnum incepiſſe, aut ſaltem poſſe intelligi incepiſſe. His habitis dicerem etiam poſſe ſumi hæc ſex pro mē bris, nam erit dextrum ea huius orbis pars, quæ eſt præſta- P tu prima, hęc autem non poteſt eſſe niſi aliqua horū quatuor aut Aries, aut Libra, aut Cancer, aut Capricornus. Hæc enī ſunt principalia ſigna cœli, primo quia ſunt initia diuerſorū temporum. tum quia ſole decurrente per ipſa nō parua mutatio fit in die, nam decurrente per Arietem efficitur equinoctium uernale, per Libram efficitur æquinoctium autumale per Cācrum facit Sol ipſe ſolſtitium eſtiuum, per Capricornum facit ſolſtitium brumale: quare hęc ſunt cœli ſtellati potiſſima ſigna. Vlterius, ſi cœpit mundus currere, ut probatū eſt in noſtris aſtronomicis, cœpiſſe in uere, hoc eſt, Sole decurrente per primam Arietis partem neceſſe eſt: ab Ariete nāq; ſupputat annum Ptolemæus, & cæteri aſtrologi anni principium faciunt. Ex his arguo ſi mundus incepit tempore ueris ſole tenente primam Arietis, partem, uel in ortu fuit Cancer, uel Capricornus, uel Libra, uel Aries. Non pōt eſſe Cancer, nec Capricornus, nec Aries, ut dicemus, quia motus principium uagarum ſtellarum eſt ab occaſu. Igit opor Q Solutio. tet ut mundus cœperit Sole exiſtente in occaſu, quia nō cœpit niſi quando Sol cœpit moueri: ſed cœpit moueri ab occaſu apud Ariſ. igitur ſi mūdus incepit in occaſu fuiſſet Aries, & conſequens in ortu fuiſſet Libra, in culmine Cancer, in imo Capricornus. Hinc patet Libram eſſe membrum dextrum, nam hæc primo ſuſcepit uim dextram, cœpitq; moueri primo, atq; primo in ortu fuiſſe: ſiniſtrum uero eſſe Arietem huic diametrum, quem ſol tenebat in occaſu, a quo occaſu cœpiſſet moueri per ſucceſſionem ſignorū uerſus Taurum, cœli ante eſſe Cancrum, qui tenebat culmen: retro uero Capricornum, qui tenebat imum, & ſic patet hęc ſex poſſe capi pro membris, poteſtatibus, & relationibus. Hęc de uniuerſo. Et de uagis ſtellis dicamus. Ariſ. ſumpſit in motu harum ſex iſtas differentias ſimiliter ut in motu diurno, propterea oportet dicere ita ſeſe habere ſtellam ad orbem ut cor ad animal: ut igitur cor eſt principale principium om

Qgoñ mō ſunt in uniuer.


A nium eorum quæ apparent,in animali,ſic ſtella in orbe, & ut cor eſt principale ſubiectum uirtutum dextri ſiniſtri & cæterarum,& partes corporis non ſunt principia harum ſecundum eſſe,ſed ſecũdum manifeſtationem,ſic in quolibet orbe ſtella eſt ſecundum eſſe omnes hę uirtutes, partes orbis manifeſtatiua principia tantum. Stella igitur eſt dextrũ orbis ſecundum eſſe & manifeſtationem: ſecundum eſſe q dem,quatenus omnes alias continet,ſecundum manifeſtationem uero, quia in illa cœpiſſet apparere motus orbis illius ſtellę. Pars uero huic oppoſita erit ſiniſtra,pars huic culminans erit ante, pars huic inferna erit retro:uertices uero orbis,ſurſum & deorſum:ſeptentrionalis ſuperius,meridionalis inferius. Ex his patet ſi mundus cœpiſſet,ut putat Albumaſar,fuiſſe conuentum omniũ ſtellarum uagarum in occaſu,quia ſi cœpiſſet, omnes fuiſſent ubi cœpiſſent moueri:ſed apud Ariſ. principium motus ſtellarum uagarum eſt occaſus,igitur omnes fuiſſent coniunctæ in occaſu. Secundo patet omnes fuiſſe in Ariete: immo in prima parte Arietis,quia ſi mũdus cœpiſſet non cœpiſſet niſi libra exB oriente,& ſic Sole cum cæteris occumbente. Tertio,patet q̃ fabuloſa ſit opinio Albumaſaris,q mundi horoſcopus ſit Cancer:ubi enim Cancer horoſcopaſſet in mũdi principio Sol culminaſſet atq fuiſſet ī medio cœli,& ita cœpiſſet moueri nõ a loco principij motus eius,uidelicet ab occaſu. Vnde poſitio hęc & religionem & philoſophiã deſtruit. Quarto patet q̃ fabuloſe præſagierint,qui ſcribunt annales prædictiones.omnes enim ſupponũt reuolutionem mundi ab

Error Albumaſaris & cęterorum aſtrono.

Figura genituræ mũdi apud Ariſtotelem ſi mundus fuiſſet genitus.

Ariete,atq mundi horoſcopum eſſe Cancrum,quæ omnia ſunt fabuloſa,& puerilia.Sed hæc ad aſtronomos,& de his ſpeciatim hæc hactenus. Nunc ad rationes in principio,& ad primam concedo hæc differre ſpecie,& in cœlo eſſe differentiam ſpecificam ſaltem uirtualem ſiue poteſtatiuã. Ad ſecundam patuit ſolutio:in cœlo enim hæc per unicum ſimplicem motum colliguntur, & per unicam ſimplicem figuram,quia eſt natura ſuperior:& hæc etiam ad tertiam. Ad rationes alterius dubrj, & ad primam dico ſecus eſt loquī de latitudine & lõgitudine habitationum, & reſpectu cœli. Ptolemæus enim dicit ab occaſu in ortum ſumi longitudinem,& a meridie in ſeptentrionem ſumi latitudinem,quatenus linea longitudinis eſt maiòr linea latitudinis,ut in poſito:eſt enim linea habitationis ab occaſu ad ortum partium.180.linea uero habitatiõis a meridie in ſeptentrionem eſt partiũ.63.at reſpectu motus diurni ſecus ẽ,ut diximus.

Ad ſecundam patet ſolutio quæ ſit pars cœli orientalis generatim & reſpectu uniuerſæ habitationis, ea enim eſt q̃ F correſpondet uel correſpondiſſet, ſi motus cœpit in prima habitatione uerſus ortum,& ſic de cęteris per correſpondẽtiam in cæteris habitationis partibus. Ad tertiam dico, q licet nulla pars cœli prius alia incepit prioritate temporis, poteſt dici prius incepiſſe moueri primitate intentionis motoris,quia principaliter illius motum intẽdit. Ad rõnes tertiæ quæſtionis patet ſolutio in ad duabus primis. Ad tertiã uero dico deum eſſe in loco ſupero reſpectu terræ noſtræ, ut in cœlo:uerum principaliter in dextro,unde cœpit cor & ſpiritus motus. Ad dubitationem quartam patet ſolutio,& ad primam dictum eſt culmẽ eſſe ante,quatenus manifeſtat principium continuationis:& hoc ſatis. Ad ſecundam ſiſr,



part.

I non enim dicitur principium altitudinis, quia ſit principiū lineæ altioris, nihil enim eſt ibi altius uel longius altero: ſed quia inde naturaliter altitudo debet menſurari. Hęc mihi uidentur nunc. de quibus ſuccincte ſcripſi in libro phyſicorū & in libro Deſtru. deſtru. ſed nunc copioſius, quoniā hic locus eſt proprior.

Cum autem motus circularis motui circulari cō trarius non ſit, conſiderandum quam ob cauſam plures ſint lationes. Et quanquam de his facere quę ſtionem tentemus, quæ longe abſunt, (dico longe, non tam ſecundum locum, quàm potius ex eo quia accidentium quæ illis accidunt, omnino per pauco/rum ſenſum habemus.) dicemus tamen, atq; de ipſis cauſa hinc ſumenda.

Expoſitio. Hactenus de cœli poſituris ſiue partibus quęſtionem terminauit, nunc mouet qōnem ſecundam circa lationum pluralitatē. Facit aūt tria: mouet enim ipſam, & quęſtionis rōnē

K aſſignat, & difficultatem eius in medium affert: deinde tentat ſolutionem iuxta uires eius. Qō itaq; eſt utrum cœleſtes lationes plures ſint. Ordo qōnis hic eſt quia in ſolutione pręcedentis qōnis ſuppoſuit duplices eſſe motus, diarium ab ortu in occaſum per culmen, uagarum ſtellarum ab occaſu in ortum per idem culmen. Vt igitur id quod ſuppoſuerat uerum eſſe indicet, conſequens erat terminare hanc qōnem. Cauſa quæſtionis eſt: nam ſi cœleſtes motus eſſent cōtrarij, ſtatim ſolutio qōnis apparere; quia contrarietas eſſe non pōt niſi cum multitudine, & ad minus inter duo, qa igitur tales motus nō ſunt contrarij, (ut probatū eſt) iure emergit qō de motuum pluralitate. Debes ſcire q̄ differt quęrere an plures ſint lationes cœlorū, & quærere ꝑꝓ quid ſunt plures: plures enim eſſe ſenſu atq; obſeruatione deprehenſum eſt. Primo nāq; eſſe motum diurnū ſenſu cōiter ab oībus, deinde motum uagaꝝ ſtellaꝝ econtra obſeruatum eſt ſenſu a ſapientibus: & ꝓꝑea Ariſt. non quęrit an ſint plures motus. Cā uero pluralitatis eſt ignota atq; difficilis tentatu:

L primo rōne Heracliti quia orbes longe abſunt a nobis: nam ſi ea quæ ſunt in remota urbe ignoramus, q̄to magis q̄ ſunt in cœlo, & ꝑꝓ quam cauſam ſunt? Secundo quia pauca uidemus accidentia, è quibus per demonſtrationē ſigni ꝓficiſcamur ad inuēctionem cauſæ, qua inuenta ſciamus cauſam ob quā plures fuerūt motus cœlorꝝ. inquit. Cum aūt motui circulari motus circularis contrarius non ſit, conſiderandū quā ob cauſam plures ſint lationes cœleſtes. Hęc eſt qō, & cā qōnis: deinde qōnis difficultatē adijcit, & inquit: Et q̄q̄ de his facere qōnem tentemus, que longe abſunt: per parentheſim ſe exponit & inquit: (Dico longe non tam ſm locū: ut putabat Heraclitus, q̄ potius ex eo qui accidentium quę illis accidunt, aut quæ ab illis ꝓficiſcuntur omnino per pauco/rꝝ ſenſum habemus.) & q̄uis res ſit difficilis, proponit tn uelle dicere aliqua de qōne propoſita pro facultate ingenij, & hoc inquit: Dicemus tn, atq; de ipſis cā hinc ſumenda, q̄ ſubiunget ſtatim. Hæc eſt qō, & qōnis cā, atq; difficultas.

M Quę auer. cōm. 17. Circa hāc partem annotemus quę Auer. fructuoſe hic ſcribit. Debes igitur ſcire primo, q̄ eſſe plures motus cœleſtes pōt declarari demonſtratione ſumpta ab agente, quo pacto metaphyſicus fortaſſe in lib. 12. metaphyſicæ probauit: ꝓbauit. n. motus cœleſtes eſſe plures, quia motores ſunt plures, quæ uia tranſcendit fines naturalis ſciæ. Alio mō demonſtratione ſumpta a fine, quod bifariam contingit, nā aut per cauſam finalē primam primūq; finem, quę ēt propria erit metaphyſico, quia primus finis, prima forma, & primus motor idē ſunt in ſeparatis ſubſtantijs. Aut demōſtratione ſumpta a fine ſecundario, qui finis eſt ipſa genita atq; generatio ipa & corruptio, ob quæ cœlū pluribus lationibus ferī: eſt. n. opus & operantis finis, & effectus finis agētis: & hac demōſtratione Ariſ. rem hanc enitetur explanare. Ex his ꝓfecto

De aſtronomia apoteleſ. argumentū aſtronomoꝝ qui partem eam quā greci Apoteleſmaticam uocant, noſtri iudiciariam, approbatur: declarabit. n. Ariſ. cœlum pluribus motibus moueri, quia hæc inferiora pluribus mouent motibus, & non uidetur rō cur hæc è cœloꝝ motibus proficiſcuntur, quo ad aliquos motus, uidelicet generationē & corruptionē, & non quo ad alterationem, auctiones, lationes, atq; cæteros motus. Hinc elidit Cauillus Pici. cauillus Pici in lib. confutationū aſtronomorū, arguebat. n. ſi Ariſ uelit motus & actiones reꝝ haꝝ proficiſci è cœleſtibus motibus, rē hāc in lib. cœli explicaſſet, ubi de cœlo enititur explanare oīa quę ſibi competunt. At hęc proficiſci a cœlo non uidemus in hoc lib. eſſe explicatum. ſolum. n. ꝓbauit cœlum agere motu & lumine, quibus nō pōt agere in tantā rerū uariationē, niſi ſupponamus influxus occultos, quos in lib. hoc non legimus. Iam patet quatenus iniuſte proceſſit. Ariſ. n. hic explicauit hæc inferiora proficiſci a motibus cœloꝝ, quo ad generationes & corruptiones, atq; quo ad cæteros motus & uariationes, & hoc generatim q̄tum phyſico conuenit: ſpeciatim aūt q̄ è tali ſtellarum motu cum tali uel tali illaꝝ configuratione proficiſcitur in hoīe qui nunc editur motus, in illo per alium modum cū alia figuratione audacia, non erat phyſici, ſed aſtronomi qui hinc ſubalternatur, declarare. Hæc ad aſtronomos. Secundo debes ſcire, ut recte innuit Auer. q̄ Ariſ. hic declarat quoddam æquiualens illi quod in metaphyſica eſt declaratum: nā in metaphyſica declaratur finem eſſe aut in re ipſa quæ mouet, & hic finis eſt primarius & principalis, aut extra rem, ut opus, quiq; finis ſecundarius dr. Qua ratione euenit corpora cœleſtia moueri prima intentione ꝑꝑ ſe, uti ꝑꝑ finem primariū. ſecūdaria intentione ꝑꝑ nos tanq̄ ob finem ſcdariū. Ariſt. igit hic declarat cœlū moueri ꝑꝑ nos, qđ eſt æquiualens ei quod in meta. dictum: nō tn eſt illud, quia illud eſt ſpālius explicatū idemq; nec declarat nos eſſe finem ſecundariū, ſed ob nos cœlū pluribus motibus moueri. At meta. diſtincte explicat & nos eſſe motuū cœli, & ꝑꝑ nos ueluti ꝑꝑ finem ſecūdarium cœlum moueri. Tertio debes ſcire q̄ Ariſ. nō potuit declarare, cœlum pluribus motibus moueri ꝓpter cauſam agentem, materialem, uel formalem, ſed ſolum propter finē ſecundarium: quia, ut dicit Auer. motus cœli non ſunt cōtrarij: contrarietas. n. motuum proficiſcitur ab ipſa agentium, formarum, atq; ſubiectorum propinquorū contrarietate, ꝓpterea ſola cauſa finali id indicabitur. Quarto animaduertendum eſt bifariam eſſe finem, aut rei generationem, aut rem ipſam: uerbi cauſa. Finis medici qui eſt actio, eſt concoctio humoris: qui uero eſt res, eſt ipſa ſanitas: ſic & in generatione finis quæ eſt actio, eſt ipſa generatio: finis quę eſt res, eſt ipſum genitum. Ex qbus uult tria, corpora cœleſtia moueri, propter actionem & propter rem: amplius finem actionem, & finem rem, eſſe ſubiecto idē, differre ratione: rurſus corpora cœleſtia eſſe propter ambo hæc. Verum nota quia ponderat Auer. ea quæ non ſunt in codicibus Ariſt.

Quinto debes ſcire q̄ huius quæſtionis, cœlum mouetur pluribus motibus, aſſignari poſſunt duæ cauſæ: altera per uiam compoſitionis procedendo a prima cauſa uſq; ad ultimam, altera per uiam ſolutionis procedendo econtra ab ultima uſq; ad primam. exemplum primi. Actio diuina eſt, igitur motus cœli ſunt: motus cœli ſunt, igitur ſunt elementa contraria: elementa contraria ſunt, igitur generatio & corruptio ſunt: generatio & corruptio ſunt, igitur cœlū pluribus motibus mouetur. exemplum ſecundi: Propter quid mouet cœlum pluribus motibus. propter generationem & corruptionem. Cur generatio & corruptio. quia elemēta ſunt cōtraria. Propter quid elementa ſunt contraria. propter motus cœli, & motus cœli propter actionem diuinam. Hæc Auer. quo ad uerba Ariſtotelis.

Eorum quodq;, quorum eſt opus aliquod, operis ipſius gratia eſt. Dei operatio immortalitas eſt, hæc autem eſt ſempiterna uita, quare Deo ſempiternum ineſſe motu neceſſe eſt. At cum cœlum ſit tale, (eſt enim corpus diuinum) fit ut corpus rotūdum habeat, quod ſuapte natura ſemper in orbem ferī.

Expoſitio. Proſequitur ſolutionem quæſtionis, & primo ſyllogizat cœlum moueri motu ſempiterno, quod licet ſit ex dictis ꝓſpicuum, uult tamen repetere illud per aliud genus demonſtrationis

N Cauillus Pici.

Solutio.

Conſideratio meta. differant phyſica O

Qualis declaratio Ariſt.

P Quot fines

Cāę qōnis

Q

A strationis,ut dicemus,& syllogiçat sic: Deus mouetur sempiterno motu,cœlum est Deus,igitur cœlum mouetur sempiterno motu.deum uero moueri sempiterno motu per unũ enthymema probat,in cuius antecedente sumit tria,et inqt Eorum quodq;,quorum est opus aliquod, operis ipsius gratia est.hoc est primum, & dixit quorum est opus aliquod (ut recte græci considerant)ob quædã monstra quoꝝ nullum est opus,ꝓpea ꝙ hæc non sunt propter opus,sed ut defectus naturæ:deinde sumit secundum,& inqt:Dei operatio est immortalitas:& quia immortalitas põt sumi pro incorruptibilitate,& pro abstracto illius concreti qđ est mortale,ne sit altercatio de noïe,sumit secundum,& inquit:Hęc aũt est sempiterna uita.& per hoc dat intelligere non accepisse deum pro substantia illa separata,quam nos deum appellamus:illa enim non uiuit nisi per essentiã, ut albedo est alba:sed accepit deum pro corpore diuino,istud enim est ꝙ uiuit & sempiterna uita.Ex his tribus infert propositum,& inquit:Quare deo sempiternum inesse motum necesse est. et potest resolui syllogismus hic hoc modo:Quod est gratia operis,quod est sempiterna uita, mouetur motu sempiter-

Syll's.

B no tempore:deus est gratia operis,quod est sempiterna uita (ut toties est probatum):igitur deus mouetur motu sempiterno. Debes scire ꝙ Viuere, est multifariam, ut dicitur in secundo de anima:unde cœlum uiuit uita intellectus, ꝙa intelligit,& uita animalis,quia mouetur a se,& ꝓpterea uera est maior, quæ dixit, id moueri sempiterno motu quod uiuit sempiterna uita. Nulla enim uita põt esse sempiterna, nisi sit motus uel intellectus:uita sensus esse non põt sempiterna,ut probatũ est in lib.de anima.& sic habetur hæc cõclusio,deus mouetur motu sempiterno. Hac sumpta ut maiore addatur hæc minor,sed cœlum est deus:& hoc sumẽdo deum pro diuino corpore, erit conclusio ꝙ cœlum mouet motu sempiterno.inquit:At cum cœlũ sit tale,hoc est,deus, & quia deus põt capi pro prima cã & pro diuino corpore, addit per parenthesim:(Est enim corpus diuinum)tunc infert conclusionem & inquit:Fit ut cœlum ipsum habeat corpus rotundum,uel sit ipsum corpus rotundum,quod suapte natura semper in orbem fertur.Hęc erat propositio siue suppositio,quam repetere uoluit.

Qua uita cœlũ uiuit.

C Cur igitur nõ quodlibet mundi corpus tale est: quia necesse est aliquod manere in medio corporis quod circunfertur.

Expositio,

Sumpta hac suppositione,uidelicet ꝙ cœlum mouet motu sempiterno, quærit utrum quodlibet mundi corpus moueatur motu sempiterno: & quia hoc patet fere ad sensum, quærit ꝓpter quid non quodlibet mundi corpus motu sempiterno moueat:& hoc facit,ut ex hac solutione procedat ad solutionem principalis quæstionis.inquit: Cur igitur non quodlibet mundi corpus tale:hoc est, mouentur sempiterno motu:Hæc est quæstio.Quod uero aduerba attinet, uerbum illud quodlibet,græce ὅλον,quod licet intelligatur pro toto integrali,nonnunq; tamen pro toto uniuersali intelligitur,ut in proposito.respondet & inquit: Quia necesse est aliquod manere in medio corporis quod circunfertur.ueluti centrum immobile:dictum enim est in libro de causa motuum animalium,omne quod mouetur indigere quiescẽte.

D Et quasi per hæc uoluit habere hoc enthymema, cœlum perpetuo mouetur,igitur oportet esse in medio mundi aliquod semper quiescens,circa quod fertur. Dictum est in præcedenti textu,omne agẽs cuius est opus aliquid esse gratia operis:quæret quispiam,quonam modo est gratia operis:inuit Auer.solutionem ubi dicit:Primo ꝙ omne agens quod operis gratia agit,agit ꝓp illud aut prima aut secunda intentione.Secundo dicit quod oẽ agens quod ꝓp se agit,agit ꝓpter aliud,& non conuertitur:põt enim agens agere ꝓp aliud & non ꝓp se,ut agens naturale agit solum ꝓp aliud & non ꝓp se,at agens diuinum agit propter se & ꝓp aliud, propterea quia diuinum & optimum: sed hæc res eget speculatione, quam fecimus in libro de substantia orbis. Secundo ambiges quonam modo actio dei immortalitas.Respõdet Auer roes Aris.per immortalitatem intelligere esse dei:nam deus primo mouet propter se,hoc est,esse suum,sc̃aria intentiõe ꝓp alia:econtra aũt agunt agentia naturalia,ut quę agunt primo ꝓp alia,secũdo ꝓp se.Sed Auer.uĩ sibi contrarius, quia supra uoluit omne agens qđ agit ꝓp se agere ꝓp aliud, & nõ omne quod agit ꝓp aliud agere ꝓp se:nunc uero dicit oppositũ uidelicet omne agens quod agit ꝓp aliud agere ꝓp se licet secundaria intentione.Secundo, hoc non est ad mentẽ Aris.hic:Aris.enim per imortalitatem intelligit uitã cœli:& nõ primę causę.Tertio,non intelligit uitã intellectualem,ꝙa tunc per hoc Aris.non concluderet cœlũ perpetuo moueri: sed intelligit uitam quę cõsistit in mouendo. Propterea dicendum sine dubio hanc expositionẽ non esse ad propositũ Aris.sed in illo quod dicit,utrũ agens naturale aliquo modo agat ꝓp se,esse bonã dubitationẽ:uidetur enim primo ꝙ nõ ꝓp authoritatem eius in principio,secundo ꝓp rõnem. Nã homo nec quatenus uiuens agit ꝓp se,quia ut uiuens agit ꝓpter ꝓpetuitatem spẽi:nec quatenus animal, quia ut sic agit ꝓp sensum & motum,quæ non sunt ipse homo,sed actiões ãtq; accidẽtia hominis:nec quatenus homo, quia ut sic agit F ut copuletur intellectui agenti,quæ cópulatio differt ab homine. In contrariũ est quod Auer.ait nũc, uidelicet omne agens diuinũ agere ꝓp se & prima intentione,& oẽ agẽs naturale agere ꝓp se sed secundario.Amplius, unũquodq; intendit conseruationẽ sui,igitur unũquodq; agit gratia sui, & ita ꝓp se. Teneo sc̃am partẽ problematis,& dico oẽ agẽs agere gr̃a sui uel prima uel sc̃a intentione,& distinguo de fine,nam finis est quo,& cuius gratia.nam homo agit ꝓp se tanq; ꝓp finem cuius gratia,& agit ꝓp copulationem, tanq; ꝓp finem quo:& ad authoritatẽ Auer.dico actionem dei differre ab actione agentis naturalis,quia actio dei est gratia dei ut finis quo & gr̃a cuius,quia quicqd est i deo est deus. & hoc modo prius negauit agens nãle agere ꝓp se, cũ quo tũ stat agens naturale agere gr̃a sui & ꝓp operationem,gr̃a sui,ut finis:gratia cuius,ꝓp operationem:ut finẽ quo.

Cõfutatio dicti Auer.

Quãtũ ad qđ dictum Auer.ẽ utile.

Sol.q.

At nulla ps huius aut omnino aut in medio manere potest:etenim esset ipsius motus secundum naturam ad medium. At ipsum suapte natura in orbẽ fertur. Præterea motus sempiternus non esset,quippe cum nihil ꝑter naturam sit sempiternum:id enim quod est ꝑter naturam, posterius est eo quod est ſm naturam.Insuper etiam id quod est præter naturam,monstruositas est in generatione eius qđ est ſm naturam.Necesse igitur est illud esse terrã: hæc enim in medio quiescit. Atq; nunc quidem hoc esse terram supponatur,cum immobilis sit:postea uero dicetur de ipso. G

Hactenus conclusit esse in medio cœli aliquod semper quiescens,disputat nunc quid nam possit esse,& proponit illud non posse esse cœlum uel aliquid de natura cœli,& hoc inquit:At nulla pars huius omnino manere potest, aut manere in medio.Hoc probat duplici ratione: primo quia si id quod quiescit in medio esset aut cœlum aut cœli quicq;, tũc cœlum moueretur ad medium naturaliter, saltem quando poneretur extra medium quod est destructum,& dictum ipsum naturaliter ferri in orbẽ.inquit:Etenim esset ipsius motus secundum naturam ad medium . utpote saltem quando esset extra medium.subdit:At ipsum suapte natura(ut dictũ est)in orbem fertur.Secũdo si id quod quiescit in medio est cœlum uel cœli quicquam,tunc motus cœli non esset sempiternus.Probatur,quia aut oporteret duos motus esse naturales uni naturæ,utpote ipsi cœlo moueri ad medium & circa medium,aut tantum est sibi naturalis motus ad mediũ, & sic motus circularis nõ erit sempiternus. Supponit igitur Aristoteles motum circularem esse sibi uiolentum, si quod naturaliter quiescit in medio,esset aut cœlum aut cœli qcquam:& tunc hoc suppositio,infert talem non posse esse perpetuum contra dicta.& hoc inquit:Præterea motus sempiternus non esset, quasi sic arguat, si quod quiescit in medio

Expositio.

Prima rõ.

Scda rõ.

Que auer. cõ.17. Quæstio circa textu Sol. Auer.

Solũ dub. Sol. Auer.

I est cœlum, aut cœli pars, motus quo cœlum mouetur in orbem non esset nisi uiolentus, aliter duo motus essent uni naturæ specie naturales: & si motus cœli est uiolentus, igitur non perpetuus. Deinde probat dupliciter consequentiam hanc, primo quia nihil præter naturam est sempiternum: id enim quod est præter naturam, posterius est eo quod est secundum naturam, & qđ est post aliud non est sempiternũ, sempiterno.n. nihil est prius tempore. Componatur syll's, nihil præter naturam est sempiternum, motus cœli est præter naturam in casu illo, igitur nõ sempiternus. Secõ, nulla monstruositas accidens in generatione rei naturalis est sempiterna. id quod est præter naturã atq; uiolentũ est mõstruositas accidens in generatione rei naturalis, igitur non põt esse perpetuũ. inquit: Insuper ẽt id quod est præter naturam, mõstruositas est in gñatione eius quod est naturale. & sic habetur illud quiescẽs in medio non posse esse cœlũ, uel cœli partem. Quod uero ad uerba attinet, uerbum illud ἔκστασις, latine est stupor, atq; monstruositas q & ego transtuli.

K Ex hoc procedit ulterius probando illud esse terrã, & inqt. Necesse est igitur illud esse terram. probat per sensuum testimonium, & inquit: Hæc enim in medio quiescit: & qa hæc probatio est de facto q illud sit terra quia uidetur, & põt p̃ teruus dicere illud esse terram, sed & posse esse aliud a terra ideo addit. Atq; nunc quidem hoc esse terram supponatur, cum immobilis sit: postea uero dicetur de ipso diligentius, & per rationem. Est igitur secunda hypothetica, aliquid quiescit in medio, igitur terra est in rerum natura & in medio quiescens.

At si terram esse necesse est, etiam ignem esse necesse est: contrariorum enim si alterum est natura, & alterum esse natura necesse est. Nam si sit contrarium, ẽt naturam quandã ipsius esse necesse est, quę quidem est materia contrariorum.

Expositio. L Tertia hypothetica est, si terra est, necesse est ignem esse: nam si unum contrarium est in natura, necesse est alterum contrarium esse in natura, quod probat & inquit. Nam si sit contrarium, ẽt naturam quãdam ipsius esse necesse est, quæ quidem est materia contrariorũ, saltem potestate. Contraria igitur oportet esse in rerum natura, quia conueniunt in materia, quæ est una amborũ saltem successiue. Sed occurres dicendo per hoc non probatur nisi q si unum contrariũ est, alterum potest esse, quia materia est sub uno cõtrario actu, sub altero uero potestate. Dici potest aliter esse respectu totius mundi, & respectu partis mundi: nam quicquid est possibile respectu mundi, oportet ut sit saltem secundum spẽm: at respectu partis mũdi nõ oportet. Debes scire, ut ex Auer. colligitur, Arist. in hac ratione supposuisse ignem & terram esse contraria, quæ quidem prim. huius dicta sunt, ex cõtrarietate motuum illorum.

Dubitatio

Solutio.

Quæ Arist. supponit.

Præterea affirmatio priuatione prior est, ceu calidum frigido: sed quies atq; graue per priuationem

M motus atq; leuitatis nuncupantur.

Expositio. Secundo ad idem arguit, affirmatio priuatione prior est, ceu calidum frigido. Sed quies dicitur per priuationem motus, & graue per priuationem leuitatis. Igitur leue est prius graui, & motus quiete. Quod quidem quies dicatur per priuationem motus, est clarum, sed quod graue dicatur per priuationem leuis, non patet: sed debet supponi ut famosum, & ut posterius probãdum. Ex hoc q graue est posterius ipso leui, & est, sequitur ipsum leue & ignem esse: nam si posterius est in rerum natura, ẽt prius necesse est esse. & sic patet tertia hypothetica. Debes scire elementa considerari hic & considerari in libro de generatione. hic quidem ut corpora mobilia ad locum: ibi uero ut mobilia ad formam, ut diximus. propterea ibi sumpsit contrarietatem penes qualitates alteratiuas, quæ sunt causa motus ad formam, & uoluit ignem esse contrarium aquæ hic penes qualitates motiuas, & uult terram & ignem esse maxime contraria penes graue & leue, atq; motus sursum & deorsum.

At uero si ignis atq; terra est, ea quoq; corpora esse necesse est, quæ sunt horum media: elemẽtorum enim unumquodq; cõtrarietatem habet ad unum quodq;. Atq; hoc etiam nũc supponatur, posterius uero tentabimus ostendere. N

Quartum enthymema siue hypothetica est, ignis & terra sint, igitur intermedia sunt, utpote aer & aqua: & probatur per eandem rationem per quam probauit ignem esse si terra est: probauit enim ignem esse si terra est, quia si unum contrarium est, & reliquum esse necesse est. Et isto modo p̃ similem rationẽ arguo, si unum cõtrarium est, alia esse oportet illi contraria: sed extrema & media sunt contraria: igitur si extrema sunt, etiam media esse necesse est. inquit: At uero si ignis atq; terra est, ea quoque corpora esse necesse est, quæ sunt horum media. probat per similem rationem per quam probauit de extremis, & inquit: Elementorum enim unumquodq; contrarietatem habet ad unumquodq; tam extremi ad extremũ, q̃ extremi ad mediũ, q̃ ẽt medij ad mediũ. Sed quia est dubiũ an hæc media elementa duo sint an unum, amplius an sint contraria penes motum uel penes qualitates, & utrum penes ambas uel penes alteram tantũ, quasi huius excusationem afferens, inquit: Atq; hoc etiã nũc supponatur, posterius uero tentabimus ostẽdere, & in quarto huius, & in secundo de generatione. Expositio. O

Hæc autem cum sint, patet necessario generationem esse, propterea, q̃ nullum horũ sempiternum esse potest: patiuntur enim & agunt inter se contraria ipsa, mutuoq; a seipsis corrumpuntur. Præterea nõ est rationi consentaneum mobile aliquod esse sempiternum, cuius motus secundum naturam sempiternus esse non potest. At talis est horum motus. Ex his igitur patet necessario generationẽ esse.

Quintum enthymema siue hypothetica est, extrema & media sunt, igitur necessario generatio & supple corruptio est. deducit primo enthymema, & inquit: Propterea quia nullum horum sempiternum esse potest: patiuntur enim & agunt inter se contraria ipsa, mutuoq; a seipsis corrumpuntur. at per definitionem contrariorum patet, quæ in libro de generatione est. posita confirmat dicens. Præterea secundo nõ est rationi consentaneum mobile aliquod esse sempiternũ, cuius motus secundum naturam sempiternus esse non potest. At talis est horum elemẽtorum motus. est enim rectus, qui esse non potest sempiternus, sed solus circularis, ut in libro. 8. physicæ auscultationis dictum est: Et dixit nõ est rationi consentaneum, quod græce est οὐκ εὔλογον, quia caullator poset dicere elementa esse perpetua, & illorum motus esse finitos: At nunc sumit ut probabile, q̃ si motus non sit perpetuus, nec corpus sit perpetuum. Nam sufficit proposito nostro, cum alibi sit demonstratum. Ex his colligit enthymema, & inquit: Ex his patet necessario generationẽ & supple corruptionem esse. & ita si extrema & media sunt, necessario generatio & corruptio sunt. Expositio. Q

Atqui si generationem esse necesse est, aliã quoq; lationem aut unam aut plures esse necesse est: quippe cum iuxta totius motum elementaria corpora mutuo similiter sese habere necesse sit, quod quidẽ ẽt apertius in sequentibus declarabitur.

Sextum enthymema est, generatio & corruptio sunt, igitur præter lationem diurnam necesse esse aliam: dico aliam aut unam aut plures. una quidem dicetur quatenus omnes uagæ stellæ ab occasu per culmen redeunt in occasum, plures uero quatenus temporibus diuersis peragant: ut luna p̃ mensem, Sol, Venus, & Mercurius, per annum fere: & cæteri per sua tempora. Deducit enthymema, ubi debes scire, ut dicitur in libro de generatione, q̃ diurnus motus est causa uniformis conseruationis elementorum, ac motus uagarum & maxime Solis est causa reciprocæ difformis conseruationis, hoc est, ut nunc generentur nunc corrumpanẽ. Expositio.

inquit:

A inquit: Quippe cum iuxta totius motum utpote diurnum elementaria corpora mutuo similiter sese habere necesse sit. & ita non erit nisi conformis generatio siue illorum conseruatio, & difformis non erit. Sed quia hîc hæ res est breuibus tacta, quæ eget maiori oratione, inquit: Quod quidem etiam apertius in sequentibus, ut de generatione & corruptione, declarabitur. Erit igitur totus Aristotelis processus ad hunc modum cœlum perpetuò mouetur, igitur aliquid in medio mundi perpetuò quiescit: aliquid in medio mundi perpetuo quiescit, igitur terra est: terra est, igitur ignis est: ignis & terra sunt, igitur aer & aqua: aer & aqua & ignis & terra sunt, igit generatio & corruptio sunt: generatio & corruptio sunt igitur plures sunt cœlestes motus: igitur à primo ad ultimum, si cœlum perpetuò mouetur, necesse est cœlum pluribus motibus moueri.

Processus Aristo.

B Nunc autem tantum patet quam ob causam plura sint corpora orbicularia: generationem enim necesse est esse, & generationem si & ignem necesse est esse, & hunc atque alia si & terram necesse est esse, & hanc si manere aliquid semper necesse est, & manere aliquid semp si moueri aliquid semp necesse est.

Epilogando nũc quasi processum conuertit: nam primus fuit è causa semper ad effectum, hic autem resolutoriè ab effectu semper in causam. Debes scire quòd apud peripateticos idem est probare plures motus circulares esse, & plura corpora circularia esse: non enim idem orbis potest moueri motibus diuersis, propterea loco unius utitur altero & inquit: Nunc autem tantum patet quam ob causam plura sint corpora orbicularia. & affert causam & inquit: Generationem enim necesse est esse. ultrà, & generationem, si & ignẽ necesse est esse, ultrà, & hunc atq; alia intermedia si & terram necesse est esse, ultrà, & hanc si manere aliquid in medio totius mundi semper necesse est, ultra, & manere aliquid semper si moueri aliquid semper necesse est. Hæc est resolutio atque epilogus. Auerroes uerò hoc modo colorat rationem Aristotelis, in generatione & corruptione duo inueniuntur, ordo & continuatio siue perpetuitas: ordo quidem quia uno tempore est rerum generatio, alio tempore rerum corruptio: perpetuitas uerò quia talis ordo nunquam deficit. Semper enim post generationem est corruptio, & post corruptionem generatio: hinc fuit necessitas ut cœlum pluribus moueretur motibus, ut per ipsum motum totius, uidelicet diurnum, continuus atq; perpetuus ordo efficeretur: per motum uagarum stellarum atq; solis, è contrà ordo inter generationem atq; corruptionem emergeret. Secundò notat corpora cœlestia moueri propter generationem & corruptionem pluribus motibus, non tanquam propter finem primum, sed tanquam propter finem secundum: quia ut dictum est omne agens nobile atq; diuinum si agit propter se, agit propter aliud, quia sua perfectio est in largiendo alteri quod sibi communicat. Sed circa dicta Aristotelis dubitatur quia Aristoteles fecit hoc enthymema, ignis & aqua sunt atq; cætera elementa, igitur generatio est: hæc enim cõsequentia non ualet, quia stat contraria esse & non inuicem applicari. Præterea in naturalibus bene ualet à posteriori ad prius, ut domus est, igitur lapides & ligna: non autem econtra, ut secundo physicorum dictum est: quare nõ ualet, ignis & terra atq; media sunt, igitur generatio est. Hanc dubitationem soluit Auerroes, & si rectè percepi, innuit duas solutiones: prima est quòd licet Aristoteles faciat illud enthymema, uidelicet elementa sunt, igitur generatio est: sua tamen intentio fuit dicere quòd generatio est propter elementa, non quòd ualet conuersim arguere ab uno ad alterum, quæ solutio est ad hominem atq; uerba tantum. Secunda est, ut mihi uidetur, quòd licet in naturalibus uniuersaliter non ualeat ab effectu ad causam, & è contrà, ut de domo dictum est, in casu tamen nostro ualet: & sic de speciali causa contingit oppositum in oppositum: nam ualet conuersim, generatio est, igitur elementa sunt: & econtra, elementa sunt, igitur generatio est: sed non declarat quonam modo ualeat: uerum quidam aiunt ualere illud supplendo elementa esse approximata atq; debitè applicata. Sed melius dicerem quòd Aristoteles probauit generationem esse possibilem, si elementa sunt contraria, per hoc quia possunt inter se agere & pati: sed quia quicquid in mundo est possibile, debet reperiri in aliquo indiuiduo de facto, aliter mundus esset imperfectus, propterea sufficit probare elementa posse generari, qa statim sequitur esse generationem & corruptionem. Multa uerba tamen ait Auerro. quæ sunt ualdè obscura, sed ex illis has solutiones colligi: quibus si tu meliores inueneris, sequar te, & laudabo.

C Quæ auer. cõm. 21. Primã Aũ.

Secundum

D Dubi. circa sextum.

Sol. Auer. co. 21. pri.

Solutio. 2.

E Propa sol.

i. qõ iunf.

Quærunt iuniores quonam modo ualeat, cœlum mouetur, igitur necesse est terram quiescere: uidetur enim q; non ualeat, quia ad esse prioris non requiritur esse rei posterioris: posset enim prius absolui à posteriori. Albertilla & omnes uolunt hanc siue consequentiam siue enthymema, uale re gratia materiæ & non gratia formæ, & (ut peripateticè loquar) per accidens & non per se. Per se quidem non ualet, quia non ualet in omni consimili. Sed quonam modo per accidens siue gratia materiæ, Albertilla exponit illam ualere propter generationem atq; corruptionem, hoc pacto, cœlum mouetur, igitur generatio & corruptio est: generatio & corruptio est, igitur terra quiescit ut animalia in illa & plantæ generentur. Sed hæc positio expresse contradicit Aristo. & omnibus expositoribus, & maxime Auerro. qui dicit illam consequentiam ualere propter illud, quod declaratum est in libro de causa motuum animalium, uidelicet quia omne quod mouetur indiget quiescente. Deinde uia diuisionis concludit illud esse terram. Præterea hæc deductio petit principium, nam per terram quiescere concludit generationem & corruptionem esse, & sic non debet concludi, terram quiescere per generationem & corruptionem esse: arguit enim Aristoteles à primo ad ultimum, & primò infert terram quiescere, & postea esse generationem. Propterea uidetur esse dicendum cum Auerroe & Simplicio, illud enthymema esse necessarium per illam propositionem uniuersalem, omne quod mouetur indiget quiescente: & sic uidetur deductio fundari super duobus, quorum primum est, omne quod mouetur indiget quiescente: secundum uerò est, tale quiescens per uiam diuisionis nihil aliud posse esse nisi terram, quod retulit probandum ad tempus. Sed huic expositioni occurrit Albertilla, primò quia illa authoritas non est ad propositum: nam Aristoteles loquitur solum in motu animalium mortalium. Secundò uidetur sufficere quòd terra non moueatur motu cœli, cum quo stabit ipsam posse moueri aliquo motu. Tertiò epiciclus mouetur, & tamen nullum habet corpus quiescens, circa quod mouetur. Sed hæ sunt friuolæ replicę prima quidem quia Aristoteles generatim sumit, omne quod mouetur indigere quiescente, tam in animalibus mortalibus quàm cœlestibus: cuius signum est, quia declarato hoc concludit, omnes deos omnesq; deas nullo modo mouere posse uniuersam terram: & hoc pro tanto, qa cœlum necessario mouetur. secunda uerò, quia per quiescẽs nihil aliud Aristote. & expositores uolunt, quam q; quiescat per quietem oppositam motui cœli: nam terra continuò sistan mouetur. Tertia autem, quia Orbillus ille siue Ocellus, quem epiciclum uocant, non est corpus naturale: quo uerò modo sine eo saluari possint apparentiæ, alibi dicemus.

F Sol. Alber.

Cõfutatio.

G

Põ. oppria

Replic. Albertillæ.

Defensio

H

Sed tunc emergit quæstio non parua circa hæc, quia dictum est illud enthymema esse necessarium, quia omne qđ mouetur etiam cœlum ut mouetur indiget quiescente, utrũ in gñe alicuius causę uel alio aliquo modo indigeat. Rñdẽt nonnulli dicentes motum cœli esse considerabilem, ut primus est omnium motuum, & ut circularis: & propterea uo-

Dubi. cõti.

Prima sol.

I Cõfutatio

lunt motum cœli egere quieſcente terra ex ea parte qua circularis eſt, non autem ex ea parte qua eſt primus motus. Ex parte enim qua primus eſt, è nullo dependet, ſed ex ea parte qua circularis. Et licet hæc ſolutio uideatur apparens, tamen adhuc eſt dubia ut prius, uidelicet quonam modo & propter quid circularis indiget quieſcente, & in quo genere cauſæ.

Sol. Ioan.

Ioannes aliter dicit in ſolutione argumenti, & aliter in ſolutione corporis quæſtionis. In ſolutione argumenti uult id quod mouetur non egere quieſcente in aliquo genere cauſæ, ſed conſecutiuè atq; concomitatiuè, ceu ſubiectum indiget propria paſſione: non enim illa indiget ut cauſa, ſed ut concomitatiuo atque conſecutiuo, ſine quo eſſe non poteſt: & licet multis modis uideatur dicere, tamen omnes modi reducuntur ad hunc, ſi bene conſideres. Sed hęc ſolutio ſtare nõ poteſt, primò quia principale & conſequens apud omnes in eodem ſubiecto ſunt, aut alterum alteri accidit ueluti in exemplo ſuo, homo & riſibile. Secundò, quies centri ponitur in definitione motus circularis, igitur id quod mouetur circulariter in aliquo genere cauſæ indiget quieſcente. Propterea uidetur mihi eſſe dicendum, cœlum quod mouetur egere quieſcente trifariam, ut loco, ut materia, & ut forma: ut loco quidem, quia ut dicit Auerro. quarto phyſicorum, commen. 43. & .45. locus cœli moti eſt centrum quieſcens. Secundò ut materia, non in qua uel ex qua, ſed ut materia circa quam. Tertiò ut forma, quia in definitione cuiuslibet qđ mouetur, ponitur quieſcens: nam omne illud moueri dicitur, quod reſpectu quieſcentis alicuius aliter ſeſe habet nunc quàm prius: ecce quod ponitur, uel intelligitur in definitione motus? Ex his patet aliter motum animalium mortalium egere quieſcẽte aliquo, & aliter motum cœli; animalia enim mortalia ad ſui motum egent quieſcente, & ut firmamento in quo inſtrumenta motiua firment, & ut requiſitum ad rationem atque definitionem motus: cœlum uerò ſolum eget quieſcente ut requiſito ad definitionem motus. Tunc patet ad rationem quæ fiebat in principio quæſtionis. Quærunt ſecundò utrum hæc conſequentia, cœlum ſempiterno motu

Sol. Appria.

K

L

mouetur, igitur mouetur pluribus motibus: teneat per ordinem à primo ad ultimum: Albertilla uult hanc conſequentiam tenere à primo ad ultimum, quo modo intermediæ tenent: ſed intermediæ tenent gratia materiæ: ideo & hæc ualet à primo ad ultimum gratia materiæ. Et ſi dicat, intermediæ non tenent niſi per diuerſa media: concedit reſpondendo eſſe illam bonam, ſi intermediæ ſunt bonæ, quantũcunq; per uaria media probentur. Et licet nec quæſtio ſit peripatetica nec ſolutio, tamen dico Albertillam non eſſe nunc locutum ut bonum logicum: logici enim eam conſequentiam

Sol. Alber.

Cõfutatio

dicunt ualere à primo ad ultimum, quando conſequens in prima eſt antecedens in ſecunda, & conſequens ſecundę eſt antecedens in tertia, & ſic uſq; ad ultimum. Hoc autem fieri non poteſt per diuerſa media, quia inter unum antecedens & conſequens erunt plura adhuc conſequentia & antecedentia: & propterea ſi liceat ad hæc deſcendere, dicerem hanc

Propria ſo.

non eſſe conſequentiam à primo ad ultimum, ſed eſſe tot enthymemata, quod factæ ſunt probationes: ſunt enim ſex ſiue enthymemata ſiue hypotheticæ auerſæ atq; abiunctæ, quæ propriis tenent mediis, reductæ tamen ad modum conſequentiæ à primo ad ultimum: & tu poſſes dubitare de intermediis enthymematibus, quæ quia pro magna parte declarabuntur poſtea, nunc ſit dictum in tantum.

M Tertia qõ.

Tertiò poſſet quæri de actione cœli in nos reſq; ſublunares generatim & particulatim, quæ res eſt noſtrum propoſitum tranſcendens, & in libro Deſtructio deſtructionum, p ea ætate ſatis diſputata, propterea nunc quæro breuibus, utrum ceſſante motu cœli ceſſent generationes & motus & uniuerſaliter oĩa ſublunaria Alexãder inter pipateticos maximus, tenet cp ceſſante motu cœli, adhuc elementa agerent & paterentur & adhuc eſſent, & pro mente Ariſto. dicit illa non agere & pati ordinatè. Immo contingeret quãdocp omnia elementa conuerti in ignem, & hoc propter inordinatio-

Põ Alexã. pipatetici.

nem agendi. Pro hac poſitione arguit Albertilla, primò quia N cœlum agit in nos triplici inſtrumento, motu, lumine, & influentia: igitur ceſſante motu, adhuc per lumen & influentiam agere poſſet. Secundo, ceſſante motu cœli adhuc animalia haberent uoluntatem & ſenſum, igitur poſſent moueri. Præterea arguit Alexander ipſe, ceſſante motu cœli adhuc elementa remanent, quia ſi non remanerent, redigerentur in nihil: quod omnes perterruit phyſicos. Si remanerent cum adhuc habeant contrarias qualitates, igitur agerent & paterentur. Præterea elementa & mixta, ſunt æterna ſecundum ſpeciem: igitur ceſſante motu cœli adhuc elementa remanent, & per conſequens agere & pati poſſent: conſequentia tenet, quia æternum ſecundum ſpeciem corrumpi non poteſt quouis alio corrupto. Quidam uerò tenent Põ quorundam

ceſſante motu cœli remanere elementa & mixta, & ipſa poſſe agere & pati, motu etiam ordinato inter ſe & in mixta: quam poſitionem non modò theologicè poſſe defendi ſentiunt, ſed phyſicè atq; peripateticè: & pro hac poſitione arguunt ipſi. Primò, quia quieſcente cœlo, adhuc cœlum eſſet locus communis omnium rerum ſublunarium, ſed locus eſt qui conſeruat rem locatam, igitur adhuc conſeruaret ſublunares res. Secundò, quieſcente cœlo adhuc ignis poſſet ſtramina comburere aut ſtuppam. Tertiò, ſtella calida ut Mars aerem ſibi proximum atq; in directo conſtitutum in ignem conuertere poſſet, & ſic creſcet ignis: ſtella frigida ut Saturnus ignem ſibi proximum in directo conſtitutum in aerem atq; elementa frigida reſoluere, unde fieret perpetua calidorum & frigidorum hincinde conuerſio, quãtum enim Mars ipſius ignis accreſceret ex parte una, tantum Saturnus frigidorum. Quartò, Sol poſſet aquam in uaporem conuertere, qui in media regione aeris conuerteretur in pluuiam, quæ cadens in terram pulueri admiſceretur, & ſic fieret mixto perfecta uel imperfecta. Quintò, licet non eſſent anni tempora in eadem mundi parte propter ſolis motum per ſigniferum, eſſent tamen in eodem tempore in diuerſis partibus mundi ſimul; nam ubi Sol eſt præſens erit æſtas, ubi abſens bruma, ubi medius media ageret tempora. Sextò, quælibet ſtella prædominatur alicui rei ſublunari iuxta illud Hermetis, nullum eſt granum arenarum in terra, quod proprium in cœlo non obtineat ſydus ſuſcitans ad eius incrementum. igitur tale conſeruabile ſuppoſitum ſuo ſyderi poterit per illud conſeruari. Septimò, quieſcẽte ipſo cœlo ſtellæ ſuapte natura eſſent adhuc effectrices cauſæ formarum, ut Mars caloris, Saturnus frigoris, & cæteræ cæterarum formarum. Materia etiam eſſet adhuc ſubiectum commune omnium formarum & perpetuum, primò phyſicorum: igitur effectus eſſet, & ſic generatio & corruptio, nihil enim deficeret de requiſitis. Octauò, non minus Mars eſt ſtella per motum cq; per quietem, & cæteræ ſimiliter, igitur ſi cum motu fauet calidis, ſine motu per lumen fauebit eiſdem. Sed quia audierunt Ariſtotelem concludere in libro phyſicæ auſcultationis octauo, motum cœli eſſe primum motuum, & ſine primo non poſſunt poſteriora eſſe, propterea dixerunt Ariſtote- Q lem uoluiſſe ipſum non eſſe primum ſecundum cauſalitatẽ, ueluti nauclerus præcedit omnes nauis miniſtros, ſed eminentia & perfectione; quo modo aurum eſt primum metallorum, & ſicut auro ablato poſſunt eſſe metalla, ita ablato motu cœli: etiam alij motus eſſe poterunt. Hæc pro Ariſtot. Sũma põ. num.

Ex his ſequitur quòd ambæ hæ poſitiones conueniunt: uolunt enim ambæ ceſſante motu cœli elementa agere & pati, corrumpi & generari: uerum Alexan. dixit hæc fieri inordinatè, alij uero aſſerunt hæc fieri cum ordine aliquo. Sed Cõfutatio. contra hanc poſitionem arguo, primò quia in omni genere oportet dare unum quod eſt cauſa atque menſura omnium eorum quæ ſunt in illo genere, ſed omnes motus unius generis, igitur omnium motuum unus eſt primus, qui eſt cauſa omnium aliorum: hunc Ariſtoteles uoluit eſſe motum cœli, igitur illo ceſſante omnes motus rerum ceſſabunt, quorum ille eſt menſura & cauſa. Secundò, omnis motus hîc ſublu-

lunaris

A naris est in tempore, sed cessante primo motu cessat tempus apud peripateticos: est enim tempus aut primus motus, aut illius prima affectio: igitur cessabit omnis motus. Tertiò, arguit Simplicius, causæ inferiores atq; sublunares, ut dicitur secundo de generatione, sunt instrumentariæ atq; materiales respectu uirtutum cœlestium, sed instrumentum non mouet nisi motum, igitur cessante motu cœli quo mouentur elementa, ipsa non mouebunt. Propter hæc Thomas noster in expositione huius libri cum intentione Simplicii, tenet cessante motu cœli cessare omnes motus corporum sublunarium, & loquitur generatim de omnibus motibus horũ sublunariũ: utrum uerò remaneant substantiæ elementorum, hîc non determinat. Verùm in disputationibus theologicis tenent cessante primo motu elementa remanere, & quo ad

B substantias, & quo ad qualitates, licet non quo ad actiones & passiones: & propterea concludit nullum mixtum remanere in illa motus cessatione, nec quo ad actiones nec quo ad substantias, præter homines, qui & quo ad actiones perfectiores, & quo ad substantias præstabiliores remanebunt. Vtrum uerò hoc asserat ut catholicus, aut ut pipateticus, nõ satis liquet, cùm soluat rationes physicorum cum principiis non remotis à philosophia: credendum tamen est ipsum esse locutum ut theologos, cum quæstiones sint theologicę. De hac igitur quęstione primò loquemur ut peripatetici, deinde ut catholici. Quantum ad primum debes scire apud peripateticos cœlum non posse agere lumine, nec influctia si illa daretur, de quo alias, sed solum per motum: per lumen quidẽ, quia motus stellam adducit ad partem à qua distabat: unde Aristoteles in libro de generatione, inquit cœlum agere motu obliquo, quia motus iste stellam abducit & adducit, quæ

C est generans: præterea, ut dicetur in hoc secundo, stella motus uelocitate ipsum aerem conterens ac disgregans efficit calorem. Per influentiam uero, quia motus adducit stellam, quã ducendo configurat illam alteri stellæ aut per oppositũ siue diametrum, uel per triangulum uel quadrangulum uel sexangulum: & inde diuersæ proprietates atq; influentię rebus exurgunt. Præterea, per motum stella uaria signa decurrit, è cuius decursu per illa rebus contingunt uariæ affectiones. Insuper ẽt, per motum stella nunc assurgit in meridiem, nunc declinat in septentrionem, quo ductu uaria atq; uaria eueniunt rebus portenta. Hæc sunt quæ è Ptolemęo omniũ mathematicorum principe in libro apoteleſmatum approbantur, quęq; Porphyrius philosophus pluribus signis eniti tur demonstrare, ut in nostris astronomicis declarauimus.

Secundò, debes scire q̃ sublunarium corporum quædam sunt simplicia, quæ sunt quatuor elementa: quædam mixta ex his, quorum quædam sunt imperfecta, ut res meteoricæ,

D grando, nix, & id genus: quædam perfecta, quorum etiã alia inanimata sũt, ut lapides, metalla, & id genus: alia animata, quorum alia animata sunt ea anima, quã nutritoriam uocãt, alia ea anima quæ sensitoria, alia uerò intellectiua. Quę omnia considerari possunt quo ad generationem & corruptionem, & quo ad motus & quo ad operationes. Tertiò, debes scire q̃ ex falso impossibili non sequitur nisi falsum impossibile: hoc.n. declaratum est in primo huius, ubi dictum est ex falso impossibili sequi falsum impossibile, pro tãto qa definitio sua est hæc: falsum impossibile est ad quod sequitur falsum impossibile. Quartò, debes scire quæstionem hãc, uidelicet utrum cessante motu cœli cessent corpora sublunaria moueri & generari & corrumpi atq; agere, posse intelligi absolutè loquendo de cessatione: alio modo loquendo determinate hoc modo, ut cesset motus & remaneant cœli.

Quintò, debes scire aliquod sua natura siue qualitate esse absolutè negandum, quod ut sequens est concedendum: ut equum habere alas sui natura uel qualitate est negandũ, quod est concedendum si proponatur & concedatur equum uolare. Atq; hoc est quod dicit Philoponus in libro de interpretatione, & in libro priorum, ubi uult aliquid esse necessariũ ex suppositione, quod sua natura est impossibile, ut hominẽ equum esse: hoc.n. est impossibile, sed positis quibusdam, sequitur ut necessariũ hominem esse equum: ut q̃ omne hinnibile sit equus, & homo sit hinnibilis. Ex his dico primò, q̃ loquendo de cessatione motus absolutè concedenda sunt hæc duo, uidelicet q̃ omne ens, omne corpus, omne elementũ, omne mixtum, & omne animal, & omnis homo cesset, & q̃ ad generationem atq; corruptionem, & quo ad motus, atq; quo ad operationes. Secundò, concedendum est hæc omnia saltem secundum speciem esse perpetua. Primum apertè asserit Aristo. in. 12. metaphy. ubi ad uerbum inquit: Amplius si non erunt præter hæc sensibilia alia, non erit principium, neq; ordo, neq; generatio, neq; cœlestia, & ita nihil erit. & per alia intelligit motus cœlestes, ut sit sensus, si præter sensibilia hæc non sunt motus cœlestes, tunc nihil erit. Prætérea in. 8 physicæ auscultationis propè principium inquit: Motũ cœli esse ueluti uitam omnibus, quæ per naturam sunt: nihil autem esse potest sine uita, quæ sibi compent. Præterea in hoc secundo, & in libro de generatione, & in libro metaphysicæ, uult Aristoteles motum cœli esse finem cœli, quo conseruatur in esse: sed ablato fine aufertur esse: igitur aufertur cœlum, sed motor esse non potest sine mobili. in necessariis igitur aufertur omnis motor, & sic ablata erit omnis natura superior: sed hæc natura inferior esse non potest sine natura superiori, igitur ablato motu tollitur omne esse. Tertiò, in omni ordine essentiali ablato primo totius ordinis, aufertur omne posterius: sed motus cœli est primus, quia ẽ finis motoris, & ante ea omnia quæ sunt hîc: igitur ipso ablato, omnia redigentur in nihil. Ex his patet prima pars. Secunda uerò etiam probatur, quia si cessat motus absolutè, cessent omnes res, uel per corruptionem, uel per annihilationem: nõ per corruptionem, quia corruptio unius est generatio alterius: nec per annihilationem, quia impossibile est aliquid ex nihilo fieri, & ita aliquid in nihil redigi: apud peripateticos. Quare ex his patet hæc sequi, quia ex falso impossibili sequitur falsum impossibile: quæ quidem sunt concedenda non secundum sui qualitatem, sed ut sequentia ad concessa uel posita. Secundò dico quòd si cessaret motus cœli & cœli rema

G nerent, cessarent omnes res sublunares quo ad substantiam & quo ad motus, & essent perpetuæ. Hæc est positio Auer. in libro Destructio destructionum, disputatione prima, in solutione dubii undecimi, ubi inquit: Si nullus esset cœlestium motus, ordo totius uniuersi destrueretur. & in libro de substantia orbis capite quarto prope finem, inquit: Et si motus cœli destrueretur, motus entium inferiorum destrueretur, & sic mundus. Immo secundo physic. ex priuatione pluuiæ infert totius mundi sublunaris annihilationem. Simplicius etiam in hoc loco rem hanc approbat & contra Aristotelem scribit. Præterea, probatum est ratione motus cœlum agere per lumen & per influentiam, igitur cessante motu cessat actio stellarum quæ fit per motum & lumen & influentiam, Secunda uerò pars patet ut prius, quia uel cessarent per corruptionem, uel per annihilationem: & ut diximus neutro modo fieri potest: causa autem quare hæc sequuntur & concedenda sunt, est quia antecedens est falsum impossibile, ut dictum est. Hæc peripateticè sunt dicenda, quibus facile soluuntur omnes rationes: nam rationes quæ probant cessante motu elementa agere & pati, faciunt pro altera parte cõ

H cessi, quæ concludunt oppositum: faciunt & pro altera: quæ ambæ sunt concedendæ non pro sui qualitate, sed ut sequentes ad falsum impossibile Exemplum huius solebamus dare de fluuio, qui à fonte flueret, dato quòd cesset fons, utrum flueret: certum enim est ipsum fluere, quia fluuius: & nõ fluere, quia cessauit causa fluxus: quæ pro tanto concedunt, quia ponitur fluuium fluere sine fonte unde nascitur: quod est falsum impossibile. Catholicè uerò dico primò q̃ cœlum quã doq; quiescet, quod quidem licet probari non possit esse, potest tamen probari non repugnare esse, primò ex parte mobilis: nam omne mobile æqualiter est potens motum & quietem recipere, igitur ex parte cœli non repugnat ipsum quiescere. Secundò, ex parte agentis: agẽs enim motũ cœli agit per intellectũ & uoluntatẽ: sed omne agens per intellectum & uoluntatem põt cessare ab actione sine mutatione sui, qñ egit ob aliquem finem attingendum, quo habito sine muta-

Propa p6. 1. suppõ.
2. suppõ.
3 suppõ.
4. suppõ.
5 suppõ.
põ Tho.
Primũ de mũre Arist.
1. concto.
2. cõcto.
põ theolo.

tione sui cessare potest: igitur non repugnat ex parte motoris motũ cœli cessare. Tertiò ex parte finis, nã in qete cœli res q̃ restabunt erit in meliori statu, & unũquodq; appetit meliorẽ statũ sibi possibilẽ, quare ne appetitus rerũ sit frustra, cœlum quandoq; quiescit. Secundò de statu rerum hęc dicimus, q̃ cœlo uni restabit secundum meliorem conditionẽ: oẽs. n. res remanebunt in suis finibus, ut sol & uagæ stellæ simul in ortu, ubi diximus esse uagarum stellarũ motus finẽ, quæ dimidium terræ illustrabũt: ex parte occasus erit libra, quæ fuit motus principiũ: sub qua elementa lucida erunt & pura alterum terræ dimidiũ illustrantia. Amplius, elementa restabunt quia sunt de perfectione uniuersi ut partes essentiales, & erunt incorruptibilia atq; impassibilia, quia licet restabunt ex parte intrinseca passibilia, deficit tamẽ motus cœli applicans illa nunc ad generationem nũc ad corruptionẽ: nec impossibile est aut incongruum potentiam aliquam frustrari, quando subiectum illius detinetur sub meliori dispositione. Prætereà restabunt homines uel resurgent, quia homo ordinatur ad perfectionẽ essentialẽ uniuersi, ut essentialis pars ipsius: est. n. in homine aliquid quod non continetur uirtute nec in elementis nec in corporibus cœlestibus. s. anima rõnalis. Et hi restabũt incorruptibiles atq; impassibiles, quia q̃uis corpus hominis sit ex contrariis cõpositum, inest tñ principium incorruptibile, quod hominem poterit præseruare à corruptione absq; uiolentia, cũ sit intrinsecũ: & hoc poterit esse sufficiẽs motus principiũ, cùm à motu cœli non dependeat. Rursus cætera animalia atq; plantę oẽs cessabũt, mixta quoq; imperfecta & perfecta: mixta nanq; imperfecta uel perfecta sunt propter plantas, quasi ut nutrimenta illarum: plantæ uerò ꝓpter animalia ꝓparatę eis in cibum à natura: animalia ꝓpter homines necessaria eis ad cibũ atq; alia auxilia, ut ait ét Ari. prio politicę. Hęc uerò necessitas est uita animali hominis durante, quę quidem in illa rerũ innouatione siue perfectione tolletur, quia corpus humanum restabit aut resurget nõ animale, sed spirituale, impassibile, atq; immortale. In plantis ét nihil habetur, quod non contineat in uirtute elementorũ atq; cœlestibus uiribus: quare sufficit pro statu hominis saluando atq; mundi perfectione innouãda, ut elementa, & homines, & cœli restent. Hanc aũt innouationem uoluit significare Plato forsitan, dum reuolutionẽ magni orbis stellarum. 36. milibus annorum futurã esse demonstrat. Hanc poetę allegoriçant per nectar & ambrosiã. Hermẽ uerò hanc indicat in Pimandro, per eius insomniũ. Hanc boni fideles expectant, & summopere exoptant: & ꝓ hac religio acerrimis armis pugnauit: Significant hanc rerũ nouam perfectionem tria: primum est ufe naturæ desideriũ ad melius: & hic status nouus melior est, quia discurrendo per omnia, omnes res quę restabunt meliori afficientẽ conditione, ut cœli, elementa, & homines: quare si desideriũ naturale non sit frustra, qñq; hæc noua perfectio est uentura. Secundum est desiderium humanũ per se ad perpetuitatem, & conatus ad illã per multos labores, quod in nullo animalium uidemus: solus. n. homo immortalitatem expectans (inquit Plato) ad religionem, pietatẽ, uigilias, labores, sese exponit: quod natura frustra & deus nulli dare debet: animalia uerò & si mortem interdum aufugiant, non ut immortalitatẽ expectantia, sed ut uitæ quã habent aduersam atq; nocuam aufugiant, quod est quasi per accidens perpetuitatẽ expetere. Tertiũ est insitum hominis desideriũ ad impassibilitatẽ, & pro hac diuitias, potestates, honores, status, atq; robur cõstituerũt Epicurei; pro hac uirtutes stoici & academici, pro hac legumlatores religiones & cultus deorum, & uigilias: omnes. n. impassibilitatem nancisci suis uiis crediderunt, epicurei uoluptate, academici uirtutibus, legumlatores dogmatibus: nemo uerò eniti debet ad impossibile. His coniecturis concludimus, quod catholicè sentimus non esse minus ꝓbabile eo quod peripatetici uolunt: quibus patet mundũ nũquam esse interiturum, sed in melius esse reuersurum, & ꝓpetuò remanere. Tunc ad rõnes peripateticorum & ad primam, negamus finem cœlorum esse motum: hoc. n. ignominiosum est tantis corporibus tribuere tam uilẽ finẽ, q̃ forsitã est finis pro modo & statu mundi imperfecto. Ad secũdum dico, motum cœli esse primũ omnium motuũ præter illum hominis, qui est ab ipsa rationali anima, quę nec cœlo nec elementis subditur. Hæc de quæstione.

Authores Plato Poetæ Hermen Orfeus Sibylles Coniecturæ ꝓ ueritate reli.

Figuram autem ipsum cœlum rotundam habere necesse est, tum quia hæc commodissima est, tum ét quia substantia atq; natura est prima. Dicamus tamen generatim de figuris, quænam & in planis & in solidis prima sit. De cœli fi.

Hactenus de causa pluralitatis motuum cœli, nũc de eius figura, quæ res proximis tractatibus annexa est: & quia sumptum est motum cœli esse perpetuum, quod fieri non potest nisi in corpore rotundo, propterea & de figura cœli consequens est aggredi. Circa quod primò proponit ueritatem rei agendæ, & rationes illius: deinde dictas rationes proponit declarare. de primo inquit: Figuram autem ipsum cœlum rotundam habere necesse est. & hoc per duas ratiões, quas breuiter ponit & inquit: Tum quia hæc commodissima est & in se & cœlo ipsi, tum etiam quia substantia atq; natura est prima. Hæ sunt duæ rationes breuiter tactæ, sed ut melius intelligantur, & dilucidius res ipsa agenda tractetur, proponit intentionem quam uult exequi deinceps, & inquit: Dicamus tamen generatim de figuris, quænam & in planis & in solidis prima sit. nam & per hæc rationes dilucidiores uidebuntur, & res agenda melius deprehendetur. Dicet iunior, declaratum est cœlum moueri motu circulari, sed motus circularis agi non potest nisi in rotundo corpore, igitur ꝓ hoc ꝙ cœlũ mouetur circulariter patet ipm esse rotundũ, & ita non debet hic tractari. Respondet Auerroes illud esse determinatum ut sequens & quasi per accidens, nunc uerò per se & quasi ut quæsitum principale uult tractare. Debes scire, ut Auerro. ait, qua tota ratio consistit in duabus propositionibus, quarum altera est ꝙ primum corpus meretur primam figuram, altera uerò est ꝙ rotunda figura est prima figurarum: uult modò Auer. Aristotelem uelle declarare secundã, uidelicet ꝙ figura rotunda est prima cæterarum. Nam prima propositio, uidelicet quia est commodissima, est manifesta per se, & Auerroes declarauit illam aliquantulum dicendo: Quia ita hæc figura sese habet ad cæteras, ut cœlum ad alia corpora: at cœlum est aptissimum, capacissimum, atque commodissimum corporum: igitur rotunda erit aptissima, capacissima, & commodatissima. hæc Auer. Dubitatio. Sol. Auer. cõmẽ. 21.

Omnis itaque figura plana, aut rectilinea est, aut curuilinea: atq; rectilinea quidem à pluribus continetur lineis, curuilinea autem ab una tantum.

Prosequitur &, ut dicebat Auer. probat circularem figuram esse potiorem, & primò supponit diuisionem & descriptionem figurarum, & inquit: Omnis itaq; figura plana, aut rectilinea est, aut curuilinea, quæ græcè est περιφερογραμμον. hæc est diuisio: deinde describit membra, & inquit: Atq; rectilinea à pluribus continetur lineis, ut triangulum, & quadrangulum, & id genus: curuilinea autem ab una tantum, ut ipse circulus. Causa huius est, quia linea recta necessario est inter duo puncta, circulus uerò circa unum punctum, ut describunt geometræ. Hæc est suppositio. Auer. tres rationes assignat, quare Aris. uolens loqui de corporeis solidisq; figuris, de ipsis planis superficiariisq; loquatur. Prima est, quia similes: figura siquidem circularis eodem sese habet modo ad cæteras, ut corpus rotundum ad cætera. Secunda est, qa res est dilucidior in superficiariis, & omnis declaratio è notioribus proficiscitur. Tertia est, quia iste modus, quo circularis sese habet ad cæteras est causa, quare in corporeis rotundum sese habet ad alia: uidetur enim linea saltem ad imaginationem mathematicorum superficie prior, superficies uerò corpore. Excusatio. Quæ auer. cõm. 22.

Cum itaq; unoquoq; in genere unũ multis, atq; simplex composito natura sit prius, planarum profectò figurarum circulus erit prima.

Hac

A Hac itaq; ſuppoſitione conceſſa ſyllogiçat propoſitum, Expoſitio. uidelicet ꝙ circularis figura ſit prima hoc modo, unum multis & ſimplex compoſito eſt prius natura, circulus eſt unus & ſimplex, cæteræ figuræ multæ atq; cõpoſitæ, igitur circulus cæteris natura eſt prior. Occurres forſitan, quia Ariſt. Dubitatio. ſupponere uidet circulum ſe habere ad cæteras figuras, uelut unum & ſimplex ad multa & cõpoſita; modo hoc uᵗ falſum, nam ex unitate ſiue uno oēs numeri conſequentes cõponuntur, atq; oēs ad unitatem reſoluuntur: ſic aũt non reſoluuntur cæteræ figuræ ad circulum, cũ non ex circulo conficiantur, quare ſimilitudo nulla. Solutionem innuit Auer. Sol. auer. illam ſimilitudinem ſumi non penes figuram ad figuram, ſed penes lineas: nam una figura non reſoluitur in aliam ratione qua figura, cum una ſpecies in alteram non reſoluatur: ſed ratione linearum, quatenus unus numerus linearum reſoluitur in alterum. Sed replicat Auerro. contra quia reſolutio fit Replica ad partes eiuſdem ſpeciei, figura rectilinea ut triangula reſoluitur in lineas rectas, quæ ſunt alterius ſpeciei à circulo, igiᵗ B lineæ rectilineæ figuræ non ad lineam circuli reſolui poteſt.

Sol. auer. Reſpondet Auer. circulum eſſe primam figuram ſecundũ perfectionem, cuius ſignum eſt quia rectum nõ continet circulare, ſed circulare bene rectum: circulare enim finitur ſeipſo, rectum autem ad aliud, ut diximus in primo huius. Con Replica tra adhuc obijcit, quia Ariſto. non accipit prius in demõſtratione iſta ſecundum hunc modum, nam tunc hæc prima demonſtratio non differret à ſecunda: propterea ſoluit aliter cir Vera ſolu. culum præcedere cæteras figuras ut unum multa, & ſimplex compoſitum, non tamen penitus ſimiliter, ſed quantum ad duo: primò quia ut compoſitum habet plura quã ſimplex, ita cæteræ figuræ habent plura quàm circulus. Secundò qa ut compoſitum omne præſupponit ſimplex, ita omne rectũ preſupponit circulare. Aut ſoluitur ſic, ꝙ circulus & rectilinea figura poſſunt conſiderari inter ſe, & reſpectu tertii, uidelicet ſpeciei figuræ reſpectu tertii ſunt ęquales, quia ęquales ſunt in ſpecie figuræ, inter ſe autem circulus eſt prior recta, quia aſſimilatur unitati & ſimplicitati, cæterę uerò multitudini & compoſitioni. Debes ſcire ꝙ illa propoſitio, fi- Figura prior corpori prio. gura prior competit corpori priori, & probatur ſic ab Auer. primum ſecundum ſubſtantiam eſt prius ſecundum accidẽ C tia propria atq; eſſentialia. at figura eſt eſſentiale accidẽs cœli: igitur ut cœlum cætera corpora antecedit per ſubſtantiã, ſic etiam per accidentia & figuram antecedere debet. Quod uerò figura ſit eſſentiale accidẽs cœlo, probatur per hoc qa eſt ſummè remotum à materia, quæ capax eſt omnis figurę, cuius ſignum eſt elementa eſſe multarum figurarum, propterea quia ſunt materiæ propinquæ, propter quod etiam ait cœlum eſſe magis formæ quàm materiæ propinquum, elementa magis materiæ: & propterea etiam cœlum minus uariabile eſt, quia proximum eſt formæ, quæ eſt cauſa inuariabilitatis, elementa econtra magis uariabilia ſunt, quia proxima materię, quæ omnis uariationis cauſa exiſtit. Hinc col- Cauſa diuerſitatis accidẽtium. ligitur cauſa quare omne accidens cœli ſit inuariabile, omne accidens elementis & mixtis uariabile: hoc enim pro tãto eſt, quia in cœlo eſt plus de forma, quæ eſt cauſa inuariaD bilitatis: in aliis uerò plus de materia, quæ eſt cauſa uariationis. Et hæc quæ hic Auer. aſſerit, ſunt pulchrè dicta.

Præterea ſi perfectum eſt extra quod nihil ipſius accipi poteſt, ueluti prius definitum eſt, & rectæ quidem lineę additio ſemper fieri poteſt, circulo autem nequaquam: perſpicuum eſt eam lineam eſſe perfectam, quę circulum ipſum continet.

Expoſitio. Secundo idem perſuadet & ſumit circulum eſſe perfectum, atq; lineam & figuram perfectã, quod ſic ſyllogizat: perfectum eſt extra quod nihil eorum quæ attinent ad ipſum accipi poteſt, ut dictum eſt prius: & rectæ quidem lineæ additio ſemper fieri poteſt, circulo autem nequaquam: perſpicuum in ſecunda figura eſt eam lineam eſſe perfectã, quæ circulum ipſum continet, & ita habetur ſuppoſitio qđ circulus ſit perfectum quid, & perfecta figura, & cæterę imperfectæ. Quod uerò ad uerba attinet, debes ſcire ꝙ dixit, E perfectum eſſe extra quod nihil ipſius accipi poteſt, quia perfectum eſt dupliciter: alterum perfectum eſt ſimpliciter, extra quod nihil ſimpliciter accipi poteſt, ut deus & infinitum ens, ſi eſſet. Alterum eſt in genere ſiue ſpecie, extra quod nihil eorum quæ attinent ad eius ſpeciem accipi poteſt, & hoc Dubitatio. modo Ariſto. loquitur. Sed occurres, at qui uidetur lineę rectæ poſſibilis additio, & circulo, rectæ quidem per additionem partis ad partem, circulo uerò per ampliationem. Iu- Sol. iunio. niores reſpondent lineæ rectæ pro tanto fieri poſſe additionem, pro quanto per talem additionem non uariatur rectitudo, at per additionem ampliatiuam uariatur circulatio. Sed Cõfutatio hæc ſolutio triuola eſt, nam ſi per ampliationem circuli uariatur circulatio, uel uariatur circulatio ſecundum ſpeciem, uel ſecundum numerum: non ſecundum ſpeciem, quia tunc circulus amplus, & preſſus differunt ſpecie, quod non concederem. Si uerò uariatur ſecundum numerum, etiam hoc modo uariatur rectitudo: nam linea a.b. differt numero à ſeipſa a b c poſt additionem b.c. partis, ut omnes concedunt. Melius Prepa ſol. igitur dicerem & circulo poſſe addi, & lineæ rectæ poſſe addi quicquam, uerum additio eſt de ratione rectæ lineæ: omF ne enim rectum terminatur ad aliud quoddam, circulare uerò terminatur in ſeipſo. Vel dici poteſt, lineæ rectæ fieri additionem per hoc quod ad nouum terminum terminatur, ut linea a.b. prius ad b. terminabatur, poſt additionem ad c. terminabitur. At circulus facta quauis additione, ſemper ad eũ dem terminatur punctum, nam idem numero eſt punctus terminans & ante & poſt additionem.

Quare ſi perfectum prius eſt imperfecto, propter hęc & circulus prima eſt figurarum.


Expoſitio. Sumpta illa ſuppoſitione nunc ſyllogiçat hoc modo, perfectum imperfecto eſt prius, ſed per declarata circulus eſt ꝑfectus, cæteræ figuræ imperfectæ ſunt, igitur circulus prima eſt figurarum. Debes ſcire ꝙ imperfectum reſpectu eiuſdẽ uia generationis eſſe poteſt prius ipſo perfecto, prius enim tempore puer eſt ꝙm uir. Abſolute tamen ſemper perfectũ eſt prius ſubſtantia & natura ipſo imperfecto, G

Eodem quoq; modo ſphæra ſolidarum figurarũ prima erit: ſola nanq; hæc una à ſuperficie continetur, rectilinea uerò è pluribus: ut enim in planis circulus ſeſe habet, ita ſphęra in ſolidis ipſis.

Expoſitio. His nunc ſuppoſitis de figuris planis, applicat hæc ad figuras ſolidas, ſiue corporeas, & ſyllogiçat, ſicut circulus in ſuperficiariis ita ſphæra in corporeis. ſed circulus eſt ſuperficiariarum prima figura, igitur ſphæra corporearum. Maior deducitur, quia ut circulus una linea, ita ſphæra una ſuperficiẽ continetur: & ut aliæ rectilineæ pluribus lineis continentur, ita alia corpora. De ratione primò ponit concluſionẽ, & inquit. Eodem quoq; modo ſphæra ſolidarum figurarũ prima erit. hęc eſt concluſio, cuius ſumit minorem & illius probationem, & inquit: Sola nãq; hæc una à ſuperficie continetur, rectilinea uerò è pluribus. hęc minor & probatio cuius ſumit maiorẽ & inquit: Vt.n. in planis circulus ſeſe habet, H ita ſphęra inſolidis ipſis. Hæc eſt ratio Ariſto.

Exemplum.

Circulus	Sphęra	Rectilineæ	Corpora
A	B	C	D



I Debes ſcire ꝙ licet locus à commutata proportione per ſe non ualeat niſi in numeris, per accidens tamen ualet in his quæ numero participant: in propoſito, circulus & ſphæra unitate, rectilineę figurę & corpa multitudine pticipāt, ppea in his locus pdeſt. Et in hoc appet Auer. nō recte locū hūc intellexiſſe, credit. n. Ariſ. pbare ſphęrā eſſe primā figurā ſolidarum non à cōmutata proportione, ſed per illāmet rōnem per quā probauit circulum eſſe primam figuram rectilinearum, & propterea uoluit rōnem hanc ſphæra in ipſa, atq; corporibus ēt aliquantulum aliam: errat enim quia omnino eadem uel ſimilis eſt, qui arguit à commutata proportione, ut patet intelligenti uerba Ariſto.

Expoſitio. De loco a cōmutata propor. Cōtra Aū.

Præterea & qui ſolida diuidunt in plana, atq; ex planis ipſis corpora generant, his aſtipulari uidētur. Solam ſiquidem ſolidarum figurarum ſphærā non diuidūt, ac ſi non plures ſuperficies q̄ unam habeat. Diuiſio enim in plana non ita efficitur, ut ſi quis di-

K uidens aliquod totum in partes diuideret, ſed ut in ſpecie diuerſa. Spheram igitur eſſe figurarum ſolidarum primam, perſpicuum eſt.

Expoſitio. Secundò probat idem teſtimonio ueterum, qui corpora componi ex ſuperficiebus poſuerunt, hi nanq; rectilineas figuras ſolidas oēs reſoluunt in ſuperficies, atq; ſphærā ſolum fecerunt indiuiſibilē atq; iure ſolubilē: hoc aūt iō, quia ſphæram crediderunt eſſe primā figuram ſolidarum. Debes tñ ſcire, ut ex Simplicio colligi pōt, ꝙ ueteres poſuerūt duas diuiſiones corporis, unā in partes, alterā in principia, (qui. n. diuidit lignum in fruſta, hic in partes diuidit: q uerò lignū diuidit in ſuperficies, ipſum reſoluit) & primā diuiſionē non dicunt corruptionem, quia non eſt reſolutio ad principia: ſe-

L cundam uerò rei & corporis corruptionem eſſe uolunt, quia eſt ad principia reſolutio. & hoc addit dicens: Diuiſio enim in plana non ita efficitur ut ſi quis diuidens aliquod totū, in partes diuideret, quia ſic non eſſet reſolutio uel corruptio corporis, ſed ut in ſpecie diuerſa, & ideo eſt reſolutio. deinde epilogat. & patet. Debes ſcire de rerum compoſitione uel corporum duas extitiſſe apud ueteres poſitiones. Democritus corpora ex indiuiduis ſiue atomis generat, Plato & Pythagorei ex ſuuperficiebus, ſiue figuris. Et qui ex figuris corpora faciunt, non uno modo hoc faciunt, nam ignem edunt ex quatuor angulis, ſiue ſuperficiebus: qua ratione tetracedron hoc quadrangulus dicitur, quæq; Pyramis figura dicit: aerē uerò ex octo generant, qua ratione octocedron appellatur. Aquam aūt ex uiginti faciunt, ut icocedron dicatur, de quibus lege Euclidem. 24. lib. ſuæ geometriæ. Ex quibus oportet uenire ad corpus ſimplex, quod unius figuræ eſt ut ſphæra eſt: apud tamen Democriticos ſecūs eſt, qui diuidunt corpora ad infinita.

De principiis rerum. Tetracedrō octocedron icocedron.

Eſt inſuper maximè rōni cōſentaneum, ſi & ordo per numerū conſtituat, ſphærā ipſam hoc modo aſſi-

M gnare, unitatem quidem circulo, dualitatem aūt triāgulo tribuēdo, cum duobus rectis ſuos angulos habeat ęquales. Quod ſi unitas triāgulo tribuatur, circulus nullatenus erit figura.

Expoſitio. Tertiò idem probat teſtimonio Pythagoricorum, & inquit: Eſt inſuper maximè rationi conſentaneum, ſi & ordo p numerum in corporibus conſtituatur, ſphæram ipſam hoc modo primum omnium aſſignare, unitatem quidem circulo, dualitatem autem triangulo tribuendo, ea ratione quia ſuos angulos duobus rectis habet ęquales. Et quia poſſes dicere triangulum eſſe tribuendum unitati, quia eſt prima omnium figura, propterea obiicit. Quòd ſi triangulus prima cō ſtituatur figura unitati tribuendo, circulus nullatenus erit inter figuras collocandus. quia poni non pōt poſt triangulū, cum ſit ſimplicior illo, & ſic cadet ē numero figurarū. Auer. aūt enititur formare ad textum rationē hoc modo, id quod numero & definitiōe eſt prius alio, eſt illo ſimpliciter prius. ſphæra eſt numero & definitione prior, igitur ſimpliciter prima: & declarat ſphæram eſſe priorem numero & definitione, non quidem uerè, ſed ſecundum ſimilitudinē, quia in tali figura non inuenitur ratio unitatis & ſimplicitatis, ut diximus. Sed hæc ſimilitudo eſt ſola quo ad præſuppoſitionem, ꝙa oēs aliæ hanc præſupponunt. Declarat ēt hanc rōnem eſſe firmiorem cæteris, nam quatuor modis dicitur prius numero: ordine, ut binarius prior ternario, ꝙa numeratio prius ab illo incipit: definitione, ut quando non pōt intelligi ſine alio & aliud ſine ipſo: compoſitione, quo modo ſimplex præcedit compoſitum: perfectione ſiue cauſalitate. Tunc uult primam demonſtrationem proceſſiſſe per prioritatem compoſitionis, ſecundam per prioritatem perfectionis, Tertiam & quartam per prioritatem definitionis, & perfectionis, & propterea hanc demonſtrationem eſſe potiorem. Hæc Auerro. Sed omnia ſunt ſuperflua & ad rem ipſam nihil facientia, ut quæ cum textu conuenientiam non habent.

Quæ auer. cōmē. 25.

Cum aūté prima figura primi ſit corporis, primū uerò corpus eſt quod in ultima eſt circūferentia, ro-

O tundum profectò erit quod latione ipſa circūfertur.

Expoſitio. Nunc ad propoſitum ſyllogiçat ſic, primi corporis eſt prima figura, ultimum cœlum eſt primū corpus, & ſupple prima figura eſt rotunda. igitur ultimum cœlum eſt rotundū. Et hæc erat principalis concluſio.

Et id igitur quod illi continuum eſt, nā quod rotundo continuū exiſtit, id rotūdū eſt. Similiter & ea quę in horū medio collocantur: ea nanq; quæ è rotūdo continentur atq; tanguntur corpore, rotunda eē cuncta neceſſe eſt. Sed quæ ſunt ſub planetarū ſphæra, ab illorum ſupera tanguntur ſphęra. Quare ſphæricum erit uniuerſum, nam omnia tanguntur, aut ſunt continua ſphæris ipſis.

Qualia ſit q̄ Aū. ait.

Hactenus ꝙ ultimum cœlum, quoduis ſit, ꝙ ſit rotundū concluſit: nunc uero idem declarat de reliquis ſub illo contētis. Et Auer. intelligit locum hunc dupliciter, nam cœlum in priori textu pōt ſumi pro orbe ultimo, ſiue ſtellato apud Ariſtotelem & Ptolemæum, ſiue pro nono apud iuniores aſtrologos: & pōt ſumi pro toto congregato ex omnibus orbibus; & propterea hic locus pōt dupliciter intelligi, uno modo intelligendo per id quod continuum eſt cœlo ultimo, ut orbē Saturni, & cæteros, & tunc erit ſenſus ꝙ orbis Saturni & reliqui ſunt rotundi, quia ſunt continui ultimo orbi. Alio modo pōt intelligi per cœlum aggregatū, & cui continua omnia elementa quæ ſunt in ſphæra hac ſublunari, & tunc eſt ſenſus, omnia ſub cœlo, hoc eſt, ſublunaria eſſe rotunda, ꝙa continua ſunt illi. Et probat Auer. eſſe tenendam expoſitionem ſecundam: primo quidem quia elementis figura ſphærica uidetur competere propter aliud, ut propter continens, ut uidebitur. 3. & 4. huius, quare rectè de elementis dicitur ea eſſe ſphærica, quia ſunt ſphærico continua, ſiue contēta. Secundò nihil per ſe competēs alicui debet aſſignari ineſſe illi propter aliquod extrinſecum, quia tūc aſſignaretur ſibi ineſſe per accidens. Sed ſphæricitas ultimo cœlo, & cuilibet orbi contento ſub eo competit per ſe: igitur non propterea quia ſunt ultimo cœlo continui erunt ſphærici cæteri orbes. Quibus Auer. concludit illud eſſe intelligendum de elementis, & per cœlum intelligendum eſſe totum aggregatum: nā hęc ſunt quæ per cauſam extrinſecam ſunt rotunda. Sed hęc expoſitio non conſonat uerbis Ariſto. nec prioribus nec poſterioribus: prioribus quidem non, quia Ariſto. per corpus q̄d eſt in ultima circūferentia, ubiq; intelligit ultimum cœlum ſolum: poſterioribus aūt hoc eſt præſentibus, quia Ariſto. loquitur copulatiuè innuens duo, ut uidebitur. Propterea uidetur mihi ꝙ Ariſto. probet duo, primum eſt ꝙ orbes inferi ſunt rotundi, ſecundum ꝙ ſunt elementa rotunda: primum probat per hoc quia cæteri orbes ſunt ultimo continui, ſecūdum uerò quia elementa continentur ab ipſo rotundo undiq;: Id autem quod decepit Auerro. eſt uerbum illud continuum, quod non ſemper refertur ad quanta, συνεχὲς enim græce interdum pro conſimili in natura ſpecifica intelligitur apud Ariſto. igitur erit uis primæ rationis cæteros orbes cō-

Expoſitio. Expō Aū. cōmē. 26.

P

Cōfu. ex poſitionis Auer. Propria expoſitio.

Q

rentos

A tentos ab ultimo esse sphæricos, quia sunt illi continui, hoc est, eiusdem naturæ atq; speciei: omnes enim corpora sunt perfecta, & prima, æterna atq; diuina, & hoc inquit: Et id igitur quod illi continuum est, hoc est, totum unigeneum, ut sunt cæteri orbes: nam quod rotundo continuum existit, hoc est, quod rotundo est unigeneū & eiusdem naturę, id rotundum est. & hoc non intellexit Auer. hoc est primū. Secū dū est, q̄ elementa quæ sunt sublunaria corpora ēt rotunda sunt: non tū quia sunt cœlo unigenea atque natura cognata, sed quia sunt è cœlo ipso rotundo contenta, atq; tacta siue cō tigua, & hoc inquit: Similiter & ea quæ in horum supple orbiū medio collocanť, ut sunt quatuor elementa quæ sunt in medio cœlorum, sunt sphærica, licet non ꝓpter illā rōnem: ea nanq; quæ è rotundo continenť atq; tanguntur (tanguntť, hoc est, contigua sunt, tactus enim ꝓprie non est nisi in his quæ sunt eiusdē gñis) corpore, rotunda esse cuncta necesse

B est. hæc est maior, deinde ponit minorē & inquit: Sed q̄ sunt sub planetarū sphæra, ut elementa ipsa, ab illorū planetarum sphæra quæ est supera ad elementa, tanguntur atq; continē tur. Quare sphæricū erit uniuersum: nā omnia tanguntur ut elementa, aut sunt sub sphæris ipsis ut orbes, quorum alius sub alio est usq; ad ultimū. Quod uerò ad uerba attinet, de bes scire q̄ uerbū illud aut, græcè est καὶ, quod est magis no ta copulationis, sed sonat disiunctionē: & si uis legere copu latiue dic, omnia tanguntť & hoc quo ad elementa, & sunt cō tinua sphæris ipsis & hoc quo ad orbes. & sic redūdat sphę ricitas totius orbis, partim ꝓpter continentiā, partim ꝓpter continuitatē. Hæc Aris. ex quibus uides q̄ remota sit Auer.

Quæ auer. cōmē. 16. expositio. Sed Auer. mouet utilem qōnem: nā cūm elemen tū duas habeat partes, conuexū uidelicet & concauum, ratio Aris. non uideť ualere nisi de conuexo ignis, non aūt de con cauo: nam pōt conuexū esse rotundū & concauū non esse, ut de pila uideť. Quare non uidetur ualere hæc Aris. rō, nisi

Sol. Auer. de conuexo ignis, & non de cæteris elementis. Respondet

C Auer. elementa propterea esse sphærica, quia cùm naturali ter suis in propriis locis situantur sphærica sunt: & huius cā est, quia elementa ad eorū propria loca mouentur æqualiter

Replica cō tra Auer. Rño. alioꝝ ex omnibus partibus. Sed hæc solutio nulla uideť, nam tūc hæc essent simpliciter omni ex parte rotunda, non propter rōnem Aris. hîc, sed quia naturaliter omni ex parte æquali ter feruntur ad loca: hæc aūt est noua rō, & ita cessabit ratio Aristotelis. Propter hæc alii dicunt idē esse iudiciū de quo libet eiusdē speciei, & quia conuexum & concauum sunt ꝑ tes unius speciei, ideo ambæ sunt rotundæ. Sed hæc respon


Cōfutatio. sio friuola est, quia à pari terra quantum ad omnia omnesq; partes esset sphærica, & quo ad concauum, & quo ad conue

Propa sol. xum, quia hæ partes sunt eiusdem speciei. Videtur igit mi hi Aristotelem unum supponere, quod in. 4. physicorum est probatum, uidelicet unum elementum continere aliud: &

D tunc ratio sua est efficax, nam cœlum ultimū, ut orbis lunæ, est quo ad concauum rotundum, igitur ignis erit rotundus quo ad conuexum uel ea rōne qua ignis continetur ab orbe lunari, continet aerem, igitur aer est rotundus ex parte con uexa: & in aliis idgenus similiter. & hoc modo hęc ratio est

I celerant,ut uiolenter mota,quædam quæ in medio,ut animalia quædam quæ in fine,ut quæ mouentur motu naturali. Huius autem cauſa eſt,quia uiolenter mota mouentur ob impetum quem ab agente ſumunt modo quanto propinqora ſunt principio a quo ſumpſerunt illum, tanto maiorem habent impetum. animalia autem mouentur propter expãſionem ſpirituum,qui magis in medio q̃s in principio expãduntur: naturalia uero intenduntur in fine, propterea quia plus acquirunt de deſiderio ad finem,uel de qualitate motiua quę acquiritur ex medio & mobili,ut. 8. phy. dicit. Alexander uero aliter intelligit,quem uide.

Quæ auer. comẽ. 35. De eccen. & epicyclis.

Digreditur autem Auerro. aduerſus mathematicos, & concludit primo de mente Ariſto. diuerſitatem quę apparet in planteis,non eſſe propter eccentricos, aut epicyclos, qa tunc ex omnibus illis motibus non fieret unus motus numero,quoniam eſſent circa diuerſa centra, & ſupra diuerſos polos: cuius contrarium dicit Ariſtote. cum ait ex omnibus illis fieri unum motum,ſaltem congregatione. Arguit

K contra mathematicos,primo contra epicyclos,nam ſi epicyclus eſſet,eius motus non eſſet circa centrum terræ: cuius contrarium ait Ariſto. omnem motum cœli eſſe circa medium mundi,omnem leuium è medio,et omnem grauium ad medium. Secundo contra eccentricos per argumentũ factum commen. 32. quia ſi darentur,uel eſſet uacuum, uel darentur corpora ocioſa, ut ibi fuit deductum. Secundo ad idem,locus totius et partis in corporibus ſimplicibus idem eſt,ſed locus totius cœli eſt centrum mundi,ſimiliter locus totius ſphæræ unius planetæ: igitur omnia erunt concentrica. Sed obiicies,quòd quemadmodum in elementis ita in cœlis: ſed plura ſunt loca elementorum,ut alius terræ, alius aquæ,& id genus. igitur cœlorum non eſt unus locus. Reſpondet q̃ ſecus eſt de elementis, ſecus de cœlis: nam elementa locantur per extrinſeca,orbes per intrinſecum, utpote per centrum intra omnes orbes contentum. Tertio arguit logicè contra hæc, ubi debes ſcire quòd demonſtratio

L bona eſt,in qua cauſa conuertitur cum effectu, modo licet poſitis eccentricis & epicyclis,poſſint ſaluari & ſequantur apparentiæ,non econuerſo,apparentiis poſitis,illi ſint, niſi pro nunc,donec inuenitur alia cauſa melior,quæ conuertitur cum illis. Peccant igitur,quia arguunt a propoſitione habente plures cauſas ueritatis ad alteram illarum: hæ enim apparentiæ poſſunt per eiuſmodi ſaluari,& per alia quæ nõ dum ſunt inuenta. Quarto logice arguit,quia triplex eſt demonſtratio: ſigni, ut ab effectu nobis noto ad cauſam: cauſæ tantum,ut ipſa cauſa quæ per effectum eſt inuenta ad effectum: cauſæ & eſſe,ſiue ſimpliciter,quę eſt per cauſam nota nobis & naturæ, qualis eſt demonſtratio geometrica: licet igitur ab apparentiis ad epicyclos ſit proceſſus,qa ecõtra nullus eſt,quia proceditur ab ignotis ad nota. ſunt enim apparentiæ notæ,eccentrici & epicycli ignoti. Obiicit autem ſibi Auerro. per argumentum Ptolemęi quinto magnę conſtructionis,ut per illud quod apparet in eclipſibus: luna

M ris enim eclipſis eſt nunc breuis,nunc lõga, breuis cum de umbra parum capit,longa uero cum multum: hoc autem fieri non poteſt ſine eccentrico,igitur eccentricum eſt. Reſpõdet Auer. & imaginatur lunam moueri motu titubationis circa quendam punctum,non deſcribendo circulum perfectum,atq; ſuper polos alterius orbis ſibi continui: ſic enim titubando poteſt eſſe eleuatio illa ſine eccentrico, quem motum appellat lineæ leulabiæ: ſed quia hæc ſolutio non ualet nec eſt intelligibilis,propterea promittit inuenire aſtronomiam bonam. Hæc ſunt contra aſtronomos. Sed pro aſtronomis ſunt obſeruationes maxime. Prima quidem eſt, quia planeta quandoq; maior,quandoq; minor uidetur: igitur quandoq; nobis propior,quandoq; remotior ut perſpectiui probant: qua ratione oportet concedere aut eccentricos aut epicyclos. Hæc ratio eſt pluribus tractata a Ptolemęo, ut in quinta dictione magnæ conſtructionis capite. 14. &. 16. Secunda uero eſt quia perceperunt inæqualitatẽ motus ſolis circa medium mundi, cum igitur motus ſolis ſit irregularis circa medium mundi,oportet ut ſit regularis

Pro aſtrolog.

circa centrum proprium: quare habet aliud centrum circa N
quod regulariter mouetur,& ita excentricum: et hęc ratio laudatur à Ptolemæo in. 3. dictione capite. 3. tertio. Ptolemæus arguit per diuerſitatem eclipſium, quæ apparet in luna cũ eclipſatur,ut fuit deductum,epicyclos uero concludũt aliæ apparentiæ: prima eſt quia obſeruata eſt luna in eadem parte eccentrici quandoq; eleuata quandoq; depreſſa,hoc aũt per epicyclum ſaluatur, ſecunda eſt retardatio & accelera tio in luna, & in alijs planetis directio & retrogradatio & ſtatio, quæ eſſe non poſſunt niſi per epicyclum. Hęc p aſtrologis. De reiſta hæc modo ſufficiant ad hũc librum: nam in codicillo noſtro de orbilis,perſuaſi hoc apertiſſimis demonſtrationibus, confutaui etiam nonnullas uanas fictiones aliquorum, qui ut peripatetici uideantur, in fabulas tru duntur aniles: & demonſtraui Porphyrium philoſophum, non minus phyſicum q̃; mathe. declarare, quatenus Ptolemæus ea quæ Ariſt. cœpit, perfecit.

Præterea cum omne quod mouetur ab aliquo moueatur, difformitatem motionis euenire neceſſe O
eſt, aut ex parte motoris, aut ex parte rei quæ mouetur, aut ex parte utriuſque. Nam ſi id quod mouet iiſdem non mouerit uiribus, & ſi id quod mouetur aleteretur & nõ idem permaneat, & ſi utrũq; mutetur id quod mouetur, difformiter moueri p̃hibet nihil. At horum nihil circa cœlum fieri poteſt: nam id quod mouetur, & primum, & ſimplex, & ingenerabile, & incorruptibile, & omnis mutationis expers demonſtratum eſt eſſe: id etiam quod mouet, multo magis rationi conſonat tale eſſe, primi ſiquidem primum: & ſimplicis ſimplex, & incorruptibilis ingenerabiliſque incorruptibile ingenerabile ue motiuum eſt. Cum igitur id quod mouetur non permutatur, & ſi eſt corpus id quod mouet, profecto non mutabitur corpore cum uacauerit. Quare & impoſſibile eſt lationem eſſe P
difformem.

Secundo arguit hypothetice ſic, ſi omne quod mouetur ab aliquo mouetur, ut in phyſicis eſt oſtenſum, difformitatem motionis euenire neceſſe eſt, aut ex parte motoris, aut ex parte rei quæ mouetur, aut ex parte utriuſq;. Sumas igitur maiorẽ ſic, ſi motus cœli eſt irregularis & difformis, neceſſe eſt ipſum eſſe difformem aut ex parte mobilis, aut motoris, aut utriuſq;. Et exponatur iſtud conſequens, uam ſi id quod mouet iiſdem non mouerit uiribus, ſed nunc remiſſis nunc auctis: & ſiid quod mouetur alteretur & non idem p maneat, ſed nunc magis nunc minus reſiſtat: & ſi utrunq; mutetur, motor quidem ad remiſſionem uirtutis, mobile ad auctionem reſiſtentiæ: id quod mouetur, difformiter moueri prohibet nihil, immo eſt ſimpliciter neceſſarium: Eſt igitur maior uera, q̃ ſi motus cœli eſſet difformis, oportet aut ut motor, aut ut mobile, aut ut utrũq; permutetur. Deſtruit conſequens & ponit minorem & inquit: At horum nihil circa cœlum fieri poteſt. quod probat per ea q̃ probata ſunt, Q
& ingt: Nam id quod mouetur & primum, (ad quod ſtat ultima omnium eorum quæ mouentur deductio) & ſimplex, quia non ex elementis: & ingenerabile & incorruptibile, quia caret materia: & omnis mutationis expers, quia caret contrario demonſtratum eſt eſſe. Id etiam quòd mouet multo magis rationi conſonat tale eſſe, primi ſiquidem primum, & ſimplicis ſimplex, & incorruptibilis ingenerabiliſq; incorruptibile ingenerabileq; motiuum eſt. demum epilogat uim rõnis & inquit: Cum igitur id quod mouetur non permutatur, & ſi eſt corpus id quod mouet, profecto non mutabitur corpore cum uacauerit. Quare cum nec ex parte motoris nec mobilis nec utriuſq; aliqua ſit permutatio, etiam impoſſibile eſt lationem eſſe difformem. Poteſt igitur ſyllogiſmus categorice ſic confici. Omne quod diffor miter mouetur permutatur uel ex parte motoris, uel mobi-

Expoſitio.

A ſis,uel utriuſq; cœlum nulla ex parte permutari poteſt: igi-
Quæ auer. cõmẽ. 36. tur cœlum non difformiter mouetur. Hæc Ariſto. Auerro, autem reducit demonſtrationem Ariſto. ad duas propoſitio nes, ex quibus poteſt confici unus ſyllogiſmus: quarum prima eſt, uelocitas & tarditas in motu ex proportione potentiæ motiuæ ſuper reſiſtentiam proficiſcitur, nam ſtante eadem reſiſtẽtia & aucta potentia motus increſcit. Siſtante eadẽ potentia & diminuta reſiſtẽtia motus increſcit. Diminuitur autẽ, aut diminuta potentia & reſiſtentia non, aut aucta reſiſtentia & potentia non. Quare forſitan non male
Quid Calculatores, ſentiunt Calculatores, dicentes uelocitatum proportionem proficiſci è proportione proportionum potentiarum mouẽtium ad reſiſtentias mobilium, quod etiam Auerro. 7. phy. auſcultationis ſentire uidetur, commen. 35. & in. 4. eiuſdem commen. 71. quæ res in noſtris phyſicis perquiratur. Secunda propoſitio eſt q̃ motores cœlorum cœliq; ipſi ſunt ſimpliciter inuariabiles, tum quia ſimplices tum quia ingenerabiles & materia carent, tum quia carent contrario. Ex his ſequitur talem motum eſſe ſimpliciter uniformem. Secũdo
B debes ſcire (ut Auer. indicat) an imal moueri propter duo, propter inſtrumentum ut propter ſpiritum qui ad membra motiua tranſmittitur, & propter deſiderium aſſequendi aliquem finem quem non habet: hinc in animali motus redditur irregularis primo ex parte ſpiritus, qui quandoq; remiſſe mouetur, quia nondum ſpiritus expanſus eſt: quandoq; celeriter, cum ſpiritus maxime expanſus fuerit: quandoq; declinat, cum ſpiritus eſt reſolutus. Secundo ex parte deſiderij, creſcit enim deſiderium quandoq; ad motum, ut propter ſaluationem ueluti in lepore, cum uenatici aufugit canis rapinam: quandoq; decreſcit, propter alias cauſas. Ex his ſecunda ratio eſſe poteſt, quare motus cœli eſt regularis: ex parte quidem inſtrumenti, quia nullum habet reſolubile, ex parte deſiderij, quia nullum habet agendi finem aliquem quem non habeat, ſed cõſeruandi quem habet. Hæc igitur ratio ex parte motoris & mobilis ſumpta eſt.

C Inſuper etiam ſi difformis euadat, aut ipſa tota mutatur, & interdum uelocior, interdum tardior rurſus fit: aut ipſius partes. Partes quidem diffor mes non eſſe patet: iam enim facta eſſet ſtellarum diſtantia infinito in tempore, ſi alia tardius, alia uelocius moueretur. At nulla in diſtantiis aliter ſeſe habere uidetur.

Expoſitio. Tertio arguit ex parte mobilis tantum, nã ſi motus diurnus quo orbis ſtellatus moueatur apud Ariſtotelem difformiter mouetur, aut difformitate motus partiũ, hoc eſt, ſtellarum, aut difformitate totius lationis. Sed neutro modo eſſe poteſt in cœlo, ut probabitur, igitur motus cœli non eſt difformis. Primo proponit maiorem, & inquit: Inſuper etiã
D ſi difformis euadat, latio ipſa prima qua ſtellatus orbis mouetur, aut ipſa tota mutatur, & exponit ſe dicens. Et interdũ uelocior interdum tardior rurſus fit, (ut in lepore ſpectatur qui nunc accelerat, nunc tardat, nunc repedat) aut ipſius partes, uidelicet ſtellæ quæ in ipſo ſunt. Hæc eſt maior, deſtruit conſequens & addit minorem, & primo probat partes, hoc eſt, ſtellas non difformiter moueri, & inquit: Partes quidem difformes non eſſe patet: iam enim facta eſſet ſtellarum diſtantia infinito præterito in tempore, ſi alia tardius alia uelocius moueretur. At nulla in diſſantiis aliter ſeſe habere uidetur, aut obſeruatur. Igitur ſtellæ illæ ſunt inuariabi
Quę Ptole. les. Hæc ratio eſt Ptolemæi in libro magnæ conſtructionis, probat cum diſtantiam ſtellarum inuariatam eſſe per obſeruationes Abrachis dicens: Dixit autem Abraches ſtellam in labio meridiano cancri, & ſtellam lucidam quæ caput antecedente, fere ſecundum rectitudinem, niſi q̃ media illarum tendit ad meridiem per digitum cum dimidio, & longitudines inter eas fere æquales eſſe. Amplius, earum quatuor quæ ſunt in capite leonis, duas orientales uidelicet, & aliam ad caput hydræ eſſe in linea recta aſſerit. Scripſit Abraches alias, quas omitto quaſque Ptolemæus ſuis obſeruauit temporibus, reperitq; eas cum eiuſdem diſtãtijs conſtitutas. & cum inter ipſum & Abrachen anni fluxerint circiter. 260. uideritq; eas tanto tempore manſiſſe, concluſit eas ſemper inuariatas eſſe. Vide Ptolemæum. E

Tota uero mutari non poteſt remiſſio, nanq; cuiuſq; ob imbecillitatem fit. Imbecillitas uero res eſt præter naturam. etenim imbecillitates quæ cunctis inſunt animalibus, præter naturam accidunt: ceu ſenectus & Tabes.

Expoſitio. Hactenus q̃ non ſit difformis penes partes, q̃ non penes totum: nunc perſuadet. & primo proponit hoc, & inqt. { Tota uero mutari non poteſt. } utpote ad mutationem totius cœli; cuius cauſam reddit: & inquit. { Remiſſio nãq; cuiuſq; animalis quo ad corpus ob imbecillitatem fit. Imbecillitas uero res eſt præter naturam. } quod exemplo oñdit. Et inquit. { Etenim imbecillitates, quæ cunctis animalibus inſunt: præter naturam accidunt, ut ſenectus, & ta- F
bes } quæ græce eſt phthiſis: ut Celſus inquit. Hæc eſt illa: quam nonnulli medici uocant naturalem maciem, ſiue ſenilem ethicam, quęq; ex diminutione procedit caloris naturalis. Sic igitur habemus ſi cœlum aliquãdo debilitaret: oporteret præter naturaliter diſponi.

Tota nanq; forſitan animalium conſtitutio ex talibus conſtat: quæ propriis differunt locis, nulla enĩ partium ipſius ſuo eſt in loco.

Expoſitio. Poſſet obĩci Ariſtote. q̃ ſenectus & tabes ſunt naturales, quia communi curſu & ineuitabiliter animali accidũt. Reſpõdet hæc eſſe naturalia quo ad naturam uniuerſalem, præter naturam autem ſunt particularem. Sunt quidem præter naturam particularem: quia illa intendit conſeruationẽ indiuidui. Sunt uero ſecundum naturam uniuerſalem: quia illa intendit conſeruationem uniuerſi. Inquit { tota nanque forſitan animalium conſtitutio ex talibus conſtat, quæ propriis differunt locis } ut ex quatuor elementis: quare ſecun-
G dum naturam uniuerſalem eſt illa diſſoluj in propria loca proficiſcendo; contra tamen naturam particularem, quatenus ad illã ſequitur deſtructio indiuiduj & ita imbecillitates quæ propter miſtionem elementorum eueniunt, præter naturales ſunt, ſaltem reſpectu indiuidui. Hęc ad cauillum.

Si igitur in his quæ prima ſunt, nihil præter naturã eſt (ſimplicia nãq; ſunt & non miſta, ſua quoq; in regione cõſtituta, nihilq; prorſus ipſis contrariũ) imbecillitas profecto nulla in ipſis erit. Quare nec remiſſio, nec intenſio: nam ſi intenſio fuerit, remiſſio etiam erit.

Expoſitio. Complet ſyllogiſmum: qui hoc modo eſt, ſi latio cœli difformis eſt tota: mutatur mutatione cœli. ſed mutatione cœli non mutatur quia cœlum non eſt mutabile: & hoc probat. ſi igitur in his quę prima ſunt: nihil præter naturam eſt, ſimplicia nanq; ſunt, & non miſta, ſua quoq; in regione cõ H
ſtituta, nihilq; prorſus ipſis contrarium: imbecillitas profecto nulla in ipſis erit: quare nec remiſſio, nec intenſio: nam ſi intenſio fuerit remiſſio etiam erit: & econtra. latio igitur cœli uniformis eſt.

Quę auer. cõmẽ. 37. Dub auer. Solutio Auerroes autem mouet quæſtionem: quia aliquis poteſt dicere cœlo non accidere uariationem ex parte mobilis: propter cauſas dictas: ſed uariationem ex parte motoris: qui licet in ſubſtantia ſit uariabilis, accidente poteſt uariari: nam ut animal ſublunare accelerat & tardat motum per uoluntatem quæ ſequitur apprehenſionem alicuius finis: ſic & corpora cœleſtia: quæ etiam mouent per appetitum & uoluntatem: quæ ſequuntur apprehenſionem alicuius finis.

Reſpondet aliter eſſe in animalibus illis diuinis, aliter in animalibus ſublunaribus. Hęc enim non mouent ſe, niſi moueantur ab appetibili extrinſeco, è quo cauſatur & ſurgit comprehenſio: & ita hæc animalia uidentur moueri per ſciẽtiam cauſatam a rebus, diuina uero illa animalia mouent ſe per ſcientiam: quæ eſt cauſa rerum. Contra replicat Auerro. nam illa nos intelligunt, & intelligendo gubernant nos,

I Igitur uoluntate intrinſeca poſſunt nunc accelerare, nunc tardare motum: & ſi non pro eorum neceſſitate: ſaltem pro
Solutio. noſtra. ueluti in gubernatore exercitus euenit. Reſpondet ſcientiam illorum eſſe in actu ſemper, quia eſt eorum ſubſtantia. quare nihil tunc intelligunt, quin prius intellexerũt, nihil prius quod nõ nunc, hæc enim intelligunt intelligẽdo ſe. & per eſſentiam propriam. ſuperiora uero per eſſentiam ſuperiorum, & ſic ſcientia illa eſt inuariabilis, & ita appeti-
Põ Auicẽ. de ſenſib? cœli. tus. Tu ſi uis: reſponde ad formam. Ex his refellit errorem Auicennæ, uoluit enim Auicenna cœlum de uirtutibus animæ habere intellectum & ſenſum: dico ſenſum interiorem ut eum, quem græci phantaſiam uocant: nos uero imaginationem, intellectum quidem illis Auicenna præbuit ut ſe ipſa ſemper in actu intelligant: ſenſum uero: ut de nouo hęc perciperent, & pro neceſſitate gubernent. Qua ratione adhuc quæſtio ſtat contra Ariſtote. Contra obiicit Auer-
Confuta. Auer. roes enthymematice, ſi cœli haberent phantaſiam: haberẽt inſtrumenta ſenſuum. & ſi haberent inſtrumenta ſenſus: eſſent eis tributa ob ſalutem. & ſi ſibi ſenſoria illa eſſent ob ſa
K lutem tributa, poſſunt accidere eis occaſiones, & caſus. declaratur hoc enthymema, nam ut dicitur in fine libri ſecundi de anima: phantaſia eſt motus factus a ſenſibus ſecundũ actum. igitur ſi habent phantaſiam: habent ſenſus exteriores. & ſi ſenſus exteriores. igitur ſenſoria: quæ græce organa dicuntur ſenſuum. Hæc eſt prima conſequentia. Secũda deducit: cum enim ſenſuum dentur alij animalibus ob neceſſitatẽ, alij ob melius hoc eſt ob ſalutẽ. tactus quidẽ ob neceſſitatem datus eſt, cæteri ob melius atq; ſalutem. Ex his ſequitur ſi illa habent ſenſoria: eſſe eis ſenſoria data ob ſalutem: nam hic finis eſt. hæc de ſecunda. Tertiam deduco iterum. nam ſi ob ſalutem ſenſoria tribuit illis natura, cum cõtraria ſint apta fieri circa idem. igitur illis poſſunt accidere occaſiones, caſus & calamitates, ueluti obcęcatio, uel fractura cilij: & id genus: aliter enim fruſtra eſſent tributa ob
L ſalutem. Hæc autem ſunt obſcęna: quare animalia illa hæc nullatenus habere neceſſe eſt. poſſet tamen quæri hic an cœli ſentiant, ut platonici uidentur tenere, quæ res in aliud differatur tempus.

Præterea irrationabile etiam eſt, mouens ipſum infinito tempore eſſe impotens, & rurſus alio infinito potens. nihil enim tempore infinito præter naturam eſſe uidetur. At imbecillitas res eſt præter naturam.

Expoſitio. Quarto arguit ex parte motoris: ubi debes ſcire motum cœli poſſe eſſe difformem uno iſtorum modorum, uel intelligendo uno tempore infinito ipſum intendi ſemper. Alio tempore infinito remitti ſemper. uel toto tempore infinito à parte ante & à parte poſt remitti ſolum: aut intendi ſolum: uel uiciſſitudinaliter ipſum nunc intendi, nũc remitti, hocq; uiciſſim infinities redire. Oſtendit igitur Ariſtoteles nullo horum modorum poſſe eſſe difformem: & primo q̃ non ſit difformis per hoc q̃ uno tempore infinito intenditur ſemper, ut in præterito: alio remittitur ſemper ut in futuro, ſiue econtra. & arguit hypothetice ſic, ſi motus cœli uno tempo
M re infinito intenderetur, alio uero infinito remitteretur: tunc mouens cœlum uno tempore infinito eſſet potens. Alio tempore eſſet impotens ac imbecille, deſtruit conſequens primo, quia nihil præter naturam poteſt eſſe tempore infinito, nec aperte ante ſolum, nec aperte poſt ſolum, ut fuit deductum in primo huius. At imbecillitas res eſt præter naturam: ut in priore ratione eſt oſtenſum. igitur non poteſt eſſe tempore infinito ante: aut tempore infinito poſt. Debes
Dubitatio Solutio ſcire quòd Ariſtoteles uidetur diminutus: non enim ſemper remiſſio cauſatur ex imbecillitate potentiæ mouentis: ſed quandoq; excremento reſiſtentiæ mobilis. igitur uidetur diminutus: dici poteſt uno modo quòd etiam hæc aucta reſiſtentia erit res præter naturam, & ſic ratio ualet ut prius.

Vel dici poteſt in hac ratione ſupponere id quod in proxima ratione probauit uidelicet nullam poſſe eſſe uariationem ex parte mobilis. nunc probat q̃ nec à parte motoris.

Inſuper etiam nec æquale in tempore id quod N
eſt præter naturam, & id quod eſt ſecundum naturam exiſtit.

Secundo idem probat: quia non poteſt æquali tempore Expoſitio.
eſſe id quod eſt eſt præter naturam: & id quod eſt ſecũdum naturam. Tempus enim permanentiæ rei præter naturalis minus eſt tempore permanentiæ rei naturalis. quia res præternaturalis eſt rarenter. res uero naturalis ut per ſe intenta eſt plerunque. igitur tempus imbecillitatis non poteſt eſſe æquale tempori potentiæ., cum imbecillitas ſit præternaturalis, potentia uero naturalis, ut nunc ſupponendum eſt.

Itemq; nec omnino potens: uel omnino imbecille. nam ſi remittetur motus: ipſe infinito tempore remittatur neceſſe eſt, aut nihil aut intendi ſemper: uel remitti retro ſemper poteſt: erit enim infinitus: indeterminatuſque ipſe motus. Sed omnem diximus & è quodam in quiddam definitum eſſe. O

Secundum membrum fuit imaginando motum uel toto Expoſitio.
tempore utraq; ex parte remitti per remiſſionem potentiæ motoris. uel toto tempore utraq; ex parte intendi per crementum potentiæ motoris: hoc uult confutare, & primo ꝓponit concluſionem, & inquit. Itemq; nec omnino hoc eſt uniuerſo tempore utraq; ex parte potens, uel omnino imbecille utraq; ex parte. hoc proponit probare. Et licet illa particula uel græce ſit καὶ quod uidetur habere ſonum copulatiuum: hic diſiunctiuam habet uim, poſita concluſione, probat illam, & arguit hypothetice a deſtructione conſequentis dicens. nam ſi remittetur motus uniuerſo in tempore puta a parte ante: & a parte poſt ita ut toto tempore ſit remiſſio: ipſe infinito tempore remittatur neceſſe eſt. eſt igitur hypothetica ſiue maior, ſi motus toto tempore remittitur: infinito tempore remittetur. deſtruit conſequens et ponit mino P
rem: aut nihil aut intendi ſemper: hoc eſt tempore infinito, aut retro ſemper remitti poteſt. Conclude, igitur non poteſt toto tempore remitti, uel intendi. probat minorem, & inquit. Erit enim infinitus indeterminatuſq; ipſe motus, qđ iterum deſtruit dicens, ſed omnem diximus, & è quodam in quiddam definitum eſſe: ut patet. 6. phyſi. igitur non poteſt tempore infinito intendi, uel tempore infinito remitti omni ex parte. Sed occurres quia non eſt inconueniens mo Dubitatio.
tum cœli eſſe infinitum & indeterminatum, quia non eſt è quodam in quiddam. 6. phy. ſolum enim. Illud eſt de motu recto. Debes ſcire ut colligitur ab Auerroe motum eſſe ter Solutio
minatum poſſe dupliciter intelligi, aut ſecundum quantitatem, aut ſecundum qualitatem. Motus quidem rectus quãtitate & qualitate terminatus eſt. quantitate quidem, quia è quodam eſt in quiddã: qualitate uero quia eſt finite intenſus uel finite remiſſus. Motus cœli eſt quantitate infinitus: quia non eſt è quodam in quiddam: ſed circa quoddã. qualitate uero finitus, quia finite intenſus aut finite remiſſus. Que auer. com. 3 8.

Secundo debes ſcire quòd omnis intenſio uel remiſſio debet eſſe finita: quia omnis talis eſt alteratio quædam, omnis Q
alteratio eſt è quodam in quiddam. Tunc ad quæſtionem patet impoſſibile Ariſto. ſi enim toto tempore motus procederet remittendo. Tunc tempore infinito remitteretur: & ſic remiſſio eſſet ſine termino. hoc autem eſt impoſſibile: quia omnis motus præter circularem diximus eſſe è quodã in quiddam, & ita remiſſio cum ſit motus alterationis eſt è quodam in quiddam, & per conſequens non infinita. Ex hoc patet q̃ dici non poteſt hanc remiſſionem eſſe uniformem & infinitam, quia oportet tandem uenire in terminũ cum ſit ipſa motus è quodam in quiddam. Et nota q̃ alij hunc textum non intelligunt: nam tranſlatores non percepe runt bene uerba Ariſto.

Auer. uero digrediendo probat motores orbium eſſe uirtute finitos ac uigore & potentia terminatos. Primo, quia ſi motores orbium eſſent infiniti: tunc non different, deducitur quia infinitum totum occupat, ultra non differunt. igitur

non erunt

A non erunt tot quot orbes: immo unus tm̃ infinitus. Secūdo, si quilibet esse infinitus: tunc motores ad sua mobilia non haberent proportionem. igitur non haberent proprias & constitutas proportiones, qui differunt, & ita omnes erunt unus: est enim ablata causa differentiæ. Tertio, si quilibet motor esset infinitus: tunc motus esset in non tempore: nam proportio uelocitatum est pro proportione proportionum potentiarum ad sua mobilia. quare ut proportio infinita excedit proportionem per infinitum: ita motus per infinitum excedit motum. Quarto, Aristote. arguit infra, si orbi adderetur astrum, aut non moueretur, aut tardius moueretur. Modo si motor esset infinitus: staret oppositum consequētis cum antecedente propter hæc tenet Auerro. motores orbium esse finitos. Vbi debes scire quòd esse terminatum potest esse quo ad tempus, & quo ad gradum perfectionis. Terminatum tempore est quod tanto tempore perdurare potest, & B nullo maiore. Terminatum uero gradu est, quod potest esse sub gradu a. & nullo maiore. Quare duplex terminus & qualitatiuus, & quantitatiuus, terminus quantitatiuus sequitur materiam: res enim est in tanto tempore, & non in maiore propter potentiam materiæ. Terminus uero qualitatiuus est gradus perfectionis, & hic sequitur formam: terminus itaq; proportionum potentiarum mouentium ad sua mobilia sequitur mensuram uirtutum ipsarum & formarum. Ad quæstionem igitur motores orbium cum materia careant: non sunt tempore terminati, quia sunt formæ & differentes, erunt potentiæ terminatæ, & proportiones terminatæ. quæ res est communis formis separatis, & materialibus, qa omnes sunt formæ. hæc materia de infinitate motorum cœlestium, tractatur in codicillo nostro de infinitate primi, & quære illic multa pulchra ad propositum, & si uis uidere an orbis resistat motori, quære librum Destructio destructionum: nam multa in illa ætate diximus, quæ nunc non egent retractatione.

C Præterea idem sequetur, si aliquis esse quoddam tempus minimum sumat: quo in minore cœlū moueri non potest. nam ut neq; ambulare, neq; citharizare quouis tempore aliquis potest. Sed cuiusque actionis definitum est minimum tempus, per hoc q; ipsa non exceditur: sic nec cœlum moueri quouis in tempore potest. Si igitur hoc uerum est: non erit sane lationis semper intensio. Quòd si non erit intensio: nec remissio erit. Similiter enim ambo erunt.

Expositio. Secundo idem persuadet sic, si est tempus minimum quo cœlum mouetur: ita ut in nullo minore moueri possit: non potest toto tempore motus cœli procedere uelocitando atq; uelocitando. patet enim hoc, quia ubi uelocitando & uelocitando procederet motus: non posset dari tempus minimū. Minuitur enim tempus motu uelocitato: tunc pono antecedens, sed datur tempus minimum quo cœlum mouetur, & sequitur positio consequentis. igitur non potest infinito toq; tempore procedere uelocitando ac uelocitando. Minor D probatur per simile in omnibus aliis actiōibus: in omnibus enim aliis actionibus est minimum tempus: quo minore nulla illarum esse potest. inquit. præterea sup. idem sequitur si aliquis esse quoddam tempus minimum sumat: quo in minore cœlum moueri nō potest. est igitur maior si cœlum moueatur tempore minimo, nō potest uelocitando toto tempore infinito procedere. deinde probat positionem antecedentis per simile in aliis motibus, & inquit. Nam ut neq; ambulare: neq; citharizare quouis in tempore aliquis potest. Sed cuiusq; actionis definitum est minimum tempus: hac uidelicet definitione quòd illa actio non exceditur nec in minore esse potest. hoc est ad hūc sensum q; in illo sit, & in nullo minore: infert positionem antecedentis, & inquit. Sic nec cœlū moueri quouis in tempore potest. & ita patet cœlum tempore minimo moueri. Tunc epilogat uim rationis, & inqt. si igitur hoc uerum est: non erit sane lationis semper intensio, sed uerum sup. est cœlum moueri minimo tempore: igitur non erit lationis semper intensio. ultra, ex hoc remouet aliud membrum, & inquit. q; si non erit semper intensio: nec erit semper remissio. reddit causam, & inquit. Similiter enim ambo erunt: intensio quidem in minimo tempore: remissio in maximo. ut igitur non est minus ipsius minimo: sic non est maius maximo. & ita ambo similiter sunt in certo constituto tempore. Hæc est ratio ut mihi uidetur. E

Eritq; alterum si & eadem quidē uelocitate aut maiore intenditur: & tempus fuerit infinitum.

Expositio. Non imperite expositor sentit circa hunc textum: uult enī Aristote. per hunc sermonem remouere cauillum: nam posset cauillator fingere motum cœli procedere crescendo per partes proportionales minoribus & minoribus uersus futurum, quæ auctio nunquam tantum augetur, ut sit in minore tempore minimo: uerbi causa possum fingere cœlū ab æterno cepisse moueri uelocitate ut duo: deinde creuisse per uelocitatem, quæ est ut unum illi priori addita ita ut tota excresceret ad uelocitatem ut tria. deinde creuisse, per dimidium eidem additum ita ut tota excrescat ad tria cum dimidio. deinde per dimidium dimidii eidem additum: ita ut tota sit ut tria cum dimidio & dimidio dimidii, & sic infinitum, quo quidem in casu motus procederet uelocitando, & tempus minorando: non tamen ita minorabitur tempus ut sit deuenire ad minus minimo, quia additio fit per partes proportionales minoribus & minoribus, quæ nunquam facient unam uelocitatem ultra quatuor, & sic semper erit, & nunquam ultra minimum tempus. Huic igitur cauillo respondet Aristo. dictum argumentum ualere si fiat additio per partes æquales priori uel maiores, ut si motus fuerit uelocitatis ut duo: addatur tanta uelocitas, uel maior. sic enim sequitur esse deueniendum ad tempus in infinitum minus. & per consequēs non dari minimum. inquit. Eritq; alterum. i. intensio in tempore in infinitum minore si & eadem uel æquali uelocitate uel maiore motus ille augendo intenditur, procedatq;. & tēpus illius augmenti fuerit infinitum à parte ante & à parte post, ut dictum erat. nam sic non est dubium non esse deueniendum ad tempus minimum. Et si dices. igitur Aristo. non habet motum cœli esse uniformem, quia saltem potest intelligi ipsum procedere uelocitando per additionem partium proportionalium minoribus procedentibus uersus futurum. Dici potest non haberi cooclusionem perfecte per hanc probationem: propterea est recurrendum ad alias rationes: tunc enim nihil decrit. Ex his potest ratio calculatorū tolli: qua probant dari infinitum uelocem motum. arguunt enim signetur primum momentum siue primum instans nō esse calefactionis, & arguunt in hoc instanti non est calefactio, cum sit primum calefactum esse, & immediate ante hoc fuit calefactio: igitur immediate ante hoc fuit infinitus uelox aliquis motus, quoniam nullum fuit instās ante hoc, quin inter illud, & hoc fuerit aliquis motus. igitur in infinitum uelox fuit aliquis motus. per uerba Aristotelis patet solutio: non enim est impossibile infinitum uelocem fuisse aliquem motum non per certam uelocitatem, sed ad intellectum datum, hoc est syncategorice ut dicunt. debes scire q; illam consequentiam si non erit intensio: nec remissio erit: nam similiter ambo erunt. Alexan. & Simplicius uelle uidentur Aristotelem arguere sic, si motus cœli potest uelocitari semper: pōt debilitari semper, & econtra. igitur si non potest uelocitari semper, nec tardari semper poterit. primam uero consequentiam probant. quia uelocitas dicitur respectu tarditatis, & econtra. Auerroes uero probat per hoc quia una est oppositorum potentia, quia si unum est possibile: etiam alterū est possibile, & si unum est impossibile, etiam alterum. ut secundo topicorum dicitur. sed in textu aliter deduximus, ut patuit. Auerro. præterea probat aliter quòd motus cœli non possit tardari in infinitum: nec augeri. Primo, quia tam potē F G H

Reptica. Solutio. Rō calculatorum Solutio Quę Auer. & Simpli. Quæ auer. comē. 29.

tia motoris, quàm potentia mobilis eſt finita & terminata. Secundò per impoſſibile, quia ſi potentia motoris remittetur, ueniet ad tantam remiſſionem ut mouere non poſſit amplius. & ſi intendetur, ueniet ad tantam intenſionem ut moueat per infinitum modicum tempus, & ſic ad non tempus, & ita non erit motus. Hęc Auerro. Occurret iunior, nam tẽpus quo mouetur cœlum uidetur maximum: eo quia in illo mouetur, & in nullo minore. igitur ſi eſt maximum: non poteſt eſſe minimum. Dici poteſt illud eſſe maximum & minimum: nam aliter eſt in ſempiternis: aliter in corruptibilibus. in ſempiternis enim priuilegio immutabilitatis omnis motus eſt in maximo & minimo tempore, ſed reſpectu diuerſorum: eſt enim maximum quo non poteſt eſſe maius: eſt uero minimum, quo non poteſt eſſe minus. Hęc autem ſunt quia motus ille eſt immutabilis & uniformis. in rebus uero corruptibilibus quæ mouentur motu difformi non eſt ſic, ut
K patet in ſexto phyſicorum. Hæc de dubio

Dubitatio.

Solutio.

Reliquum igitur eſt ut dicamus motui ipſi uelocitatem uiciſſim atque tarditatem ineſſe. Sed hoc ratione prorſus caret: eſtq; figmento ſimile. Præterea rationi etiam magis accedit, idipſum ſi ſit, nos non latere. ea ſiquidem quæ iuxta ſe ponuntur: facilius ſenſu diſcernuntur. Cœlum igitur unum eſſe, hocq; ingenitum atque ſempiternum, itemque uniformi ſemper motu ferri: intantum ſit nobis dictum.

Expoſitio.

Tertium nunc membrum refellit, & probat cœlum non moueri difformiter per uiciſſitudinariam crementi & decrementi difformitatem. primo, quia uidetur abſq; ratione & figmentum. ſecundo, quia ſenſu percipitur oppoſitum. inquit. Reliquum igitur eſt ut dicamus motui ipſi uelocitatem uiciſſim atq; tarditatem ineſſe: hoc enim fuit tertium membrum. Contra obijcit. & inquit. Sed hoc ratione prorſus caret, & quia nihil correſpondet ſibi in re, erit figmento ſimile. Secundo obijcit quia contra ſenſum. & inquit. Præterea
L rationi etiam magis accedit idipſum ſi ſit, nos non latere: ea ſiquidem quæ iuxta ſe ponuntur: facilius ſenſu diſcernuntur. Vnde cum hoc anno ſit uelocitas, alio tarditas, & ſic uiciſſim iuxta ſe hæ ponantur facile ſenſu diſcernemus: oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. cæterum epilogat omnia quæ dixit de toto cœlo, qa uult trãſire ad partes eius.

Q. ō d motu cœli reg.

Quærunt utrum motus cœli ſit regularis, & uidetur q̃ non quia ille eſt cum reſiſtentia. igitur irregularis. antecedens patet, cœlum enim reſiſtit motori, ut Auerro. probat hic per multa uerba. conſequentia tenet per id quod uidemus in animali: corpus enim quia reſiſtit animæ: propterea motus animalis eſt difformis. Ariſtoteles uero probauit oppoſitum per multas rationes. Albertilla facit differentiam
Põ Alb̃tille inter motum regularem, & uniformem: propterea concedit motum cœli eẽ difformem. nam partes iuxta polos tardius, partes uero iuxta æquinoctium celerius feruntur. non tamen concedit ipſum eſſe irregularem, immò regularem, quia nõ certo tempore uelociorem, certo tardiorem. Sed contra hãc
Cõfutatio. Propria ſcã ſolutionem eſt: nam Ariſtoteles probat hunc motum eſſe uniformem: uerbum enim illud ὁμαλός græce, latine ſonat uni-
M formis. propterea dicerem motum cœli eſſe uniformem: ubi animaduerſione dignum motum cœli eſſe uniformem ratione punctí uelociſſime moti, ut ratione capitis arietis uel libræ qui eſt in ſectione ẓodiaci & æquinoctialis, qa igitur hic punctus ſemper uniformiter mouetur ut in uigintiquatuor horis: ideo totus motus dicitur uniformis. penes uero motum cæteratum partium, nec uniformis, nec difformis eſt denominandus, quia penes illum non dicitur uelox uel tardus.

Solu. Ioan.

Ad rationem reſpondet Ioannes, mobile reſiſtere motori & cœlum reſiſtere motori poſſe bifariam intelligi: uno modo per inclinationem naturalem ad alium motum illi contrarium, ad quem mouet ueluti corpus animalis reſiſtit animæ, quia graue uel id genus, & hoc modo reſiſtere irregularitatem efficit: alio modo propter potentiam mobilis ad actum diuerſam, quia mobile eſt potentia tale qualis eſt motor in actu, quæ reſiſtentia eſt in omni motu neceſſaria, & hoc modo cœlum reſiſtit motori: nam cœlum eſt in potentia ad aliquod ubi, & ad oppoſitum ubi, ad quod motor intendit. Sed hæc ſolutio nulla eſt quia cum infinita uelocitate poteſt ſtare hæc reſiſtentia diuerſorum ubi: poteſt enim cœlum moueri in duplo uelocius, & habere adhuc potentiã ad diuerſa ubi, & rurſus in triplo uelocius & habere eãdem: & ita in infinitum, & ſic nulla eſſet cauſa quare tanta uelocitate mouetur, niſi uoluntas motoris. Et licet de hac materia multa dixerim in libro Deſtructio deſtructionum: dico nũc cœlum reſiſtere motori poſſe intelligi dupliciter: uno modo reſpectu termini: alio modo reſpectu motus: cœlum reſiſtit motori reſpectu termini, quia non permittit ut inducatur ita cito in terminum ad quem, ut motor intẽdit, ſed ſolum uiginti quatuor horis: non autem reſpectu motus, quia non inclinatur ad contrarium motum illi quo mouetur, & propter hoc eſt uniformis. Hæc de quæſtione.

Cõfutatio.

Propria ſcã

N

Q

De his uero quæ ſtellæ nuncupantur: conſequẽs eſt nunc dicere, & ex quibus conſtent, & quas figuras habeant, & qui ipſarum ſint motus.

O

Expoſitio.

Tria nunc de his cœli partibus, quæ græce aſtra dicuntur, latine ſtellæ: proponit dicere. uidelicet cuius naturę ſint quaſq; habeant figuras, & qui ipſarum motus ſint: hęc enim tria de toto cœlo ſunt determinata: propterea reſtat nunc eadem de partibus determinari. Ordo quæſtionis eſt, quia totum ſemper eſt parte notius, ut ſexto topicorum ait Ariſto-
Ordo quæſtionis. Rõ q̃ñis teles. propterea tractatus de toto cœlo præcedit tractatum de partibus. rationabilitas uero quæſtionis eſt, quia uidemus non ſemper partem ſequi naturam totius: in animali enim partes & inter ſe, & à toto differunt ſpecie: propterea poſſet idem cenſeri de partibus cœli, & ad totum cœlum, & ad ſe. quæſtio igitur non caret ratione.

Conſentaneum itaque maxime rationi eſt, & ea quæ dicta ſunt conſequitur: unamquamque ſtellarum profiteri ex hoc corpore eſſe: in quo lationem habet. dicebamus nanq; aliquid eſſe quod circunferri aptum eſt.

P

Expoſitio.

Propoſita intentione, nunc proſequitur, & primo de ſubſtantia & ponit talem concluſionem. uidelicet ſtella eſt de natura eius cœli, ad cuius motum ipſa circunfertur: hoc dicit, & eſſe ad dicta ſequens, maxime rationabile: probat q̃ ſit maxime rationabile hoc modo, quæcunq; una eademq; motus ſpecie mouentur: hæc ſunt unius naturę: cœlum & eius ſtella una & eadem motus ſpecie mouentur. igitur cœlum & ſtella unius ſunt naturæ. inquit: Conſentaneum itaque maxime rationi eſt & ea quæ dicta ſunt, ſequitur unam quamq; ſtellarum profiteri ex hoc corpore eſſe: in quo lationem habet: declarat quo modo maxime rationabili, & prætermittit: quo modo ad dicta ſequitur, & inquit. Dicebamus nam aliquid eſſe, quod circunferri aptum eſt: quare cum ſtella ſit circunferri apta: uidetur ut ſit ipſa etiam de natura
Q cœli. Videtur etiam hoc ſequi ad dicta: licet ipſe non declarat, quia dictum eſt partem & totum eſſe eiuſdem naturæ: quando tale totum eſt ſimplex, atque ſimilare ueluti de igne dixit in primo cœli. at cum cœlum ſit ſimplex atque ſimilare, ſtellaq; illius pars: erunt igitur eiuſdem naturæ.

Præterea ut qui dicunt igneas eſſe: ideo dicunt quia ſuperum corpus ignem eſſe aſſerunt: nam rationi accedit unumquodq; ex his conſtare: in quibus eſt unumquodq;: ſic quoq; nos dicimus.

Expoſitio.

Hoc iterum probat per id quod dixerunt ueteres: illi enim ſtellas poſuerunt eſſe eius naturæ: cuius cœlum eſſe dicebant: ueluti qui cœlum ignem fatebantur: hi quoque ſtellas igneas ẽt dixerunt. igiẽ eodem modo ſi nos cœlum eſſe dica-

mus

A mus naturæ quintæ; etiam ſtellas eſſe eiuſmodi naturæ di-
Quæ auer. comẽ. 41. cendum erit: ſunt igitur cœlicæ naturæ. hæc Ariſtoteles. Ex uerbis Auerrois colliguntur differentiæ inter ſtellam & orbem: prima eſt quia orbis ipſe non eſt per ſe ſenſilis: cum ca reat luce. ſtella uero uiſilis eſt, quia lucet. & propterea cœlum eſſe eſt demonſtratum, quia uidemus ſtellam moueri: cum enim ſtella uideatur moueri; nec moueri poſſit ut auis in aere, & ut piſcis in mari: mouebitur ad motum orbis, hinc ſcimus orbem eſſe. Secunda differeutia eſt quia ſtella eſt nobilior pars orbis, quia lucet & calefacit: cæterum ipſius orbis non. Ex his ſyllogiçat Auerro. omnis pars eſt de natura totius: ſtella eſt pars cœli, igitur ſtella eſt de natura cœli. Hæc Auerroes.

De contrarietate partium cœli. Quærit expoſitor utrum ſtella & pars cœli non ſtellata ſint contrariæ. Reſpondet inter illas non eſſe contrarietatem: Tum primo quia illis non competit ratio contrarietatis: Tum ſecundo, quia qualitates ſunt in cœlo ueluti in cauſa uniuerſali: quomodo uniuerſalia ſunt in intellectu; & ita
Replicæ. B concedit illas eſſe diuerſas: non tamen contrarias. Sed repli cabis primo quia ſaltem diſpoſitiue uidentur contrariæ, quia differunt penes rarum & denſum, penes lucidum & tenebroſum. ſecundo agunt effectus contrarios. igitur ſunt contra-
Defenſio riæ. Defendi poteſt poſitio illa: nam Auerro. in paraphraxe libri meteoro. ait tales partes ſolum differre per magis & minus. quælibet enim eſt lucida, quælibet etiam perſpicua, uerum quædam eſt adeo parum lucida, quòd non poteſt uiſum terminare: propterea dicitur tenebroſa. quælibet quoq; perſpicua, atq; peruia: licet ſit à dominio lucida, & ſic patet ad primum. Ad ſecundum negatur aſſumptum, forte enim ad effectum non concurrit reliquum orbis, niſi ſolum per motum, & hoc modo nõ differunt. Verum de hoc ſuperius uidimus. Secundo quærit utrum pars ſtellata & non ſtellata quæ peruia eſt ſint ſpecie differentes. Tenet Thomas ꝙ ſpecie differunt: genere tamen conueniunt, & hoc quia differunt denſitate & raritate, luce & tenebra, quæ arguunt ſpecificam differentiam naturarum. Sed hæc poſitio non uidetur peripatetica ut dicemus in commen. 49. quia non differunt forma: non materia, non motu, forma quidem non differunt, quia una eſt anima ſpecie & numero peruiæ partis, & ſtellatæ: materia minime, quia omnes ſunt ex quinta eſſentia, quæ nec eſt grauis: nec leuis. Motu quoq; nequaquam ut Ariſtoteles arguit. igitur peruia pars & ſtellata non poſſunt differre ſpecie. Ratio Thomæ non concludit, quia omnes diſpoſitiones ſunt in una & altera: licet ſecundum magis & minus ut dixit Auer. Sed de re hac forſitan repetemus.

De differẽtia ſtellæ a pars orbis, Põ Thomę C Cõfutatio. Põ ppria.

Caliditas autem ab ipſis atque lumen fit propterea quia aer ab illarum latione conteritur. Motus enim & ligna & lapides & ferrum aptus eſt intendere. Conſentaneum igitur magis eſt rationi id ignire quod eſt igni propinquius. propinquius autem
D eſt aer.

Expoſitio. Omnes conueniunt in hoc quòd Ariſtoteles refellit cauillos uel perſuaſiones quibus ſtellas eſſe igneas ueteres conceſſerunt: erat autem primus, omne calefaciens & lucidum eſt ignis uel igneum, ſtellæ calefaciunt, & ſunt lucidæ. igitur igneæ. probabant maiorem ſic, omnis ignis calefacit atque lucet. igitur per conuerſionem in terminis, omne calefaciẽs, & lucens eſt igneum uel ignis. Ad hanc perſuaſionem reſpõdebat Ariſtoteles, & uidetur innuere diſtinctionem talem ꝙ aliquid poteſt dupliciter calefacere. Vno modo per eſſentiam, quo modo ignis uel igneum calefacit. Alio modo per diſpoſitionem ſiue qualitatem in alio receptam, & hoc modo ſtellæ calefaciunt, quia per diſpoſitionem quandam receptam in aere, & non per diſpoſitionem atque qualitatem in ipſis contentam. inquit. Caliditas autem ab ipſis atq; lumẽ fit quia aer ab illarum latione conteritur. igitur non per eſ- E
ſentiam: ſed per diſpoſitionem illam quæ eſt attritio, in aere receptam. Hæc eſt ſolutio: deinde probat ſolutionem: primo per locum à minori ad maius, ſic minus uidetur motum & attritionem poſſe ignire ligna, lapides, & ferrum, quàm aerem, & ignit. igitur ſi illa ab attritione & motu igniuntur, aer maxime ignietur. inquit. Motus enim & ligna, & lapides, & ferrum, aptus eſt intendere conſentaneum igitur magis eſt rationi, id ignire quod ſecundum naturam & locum eſt igni propinquius. propinquius autem igni eſt aer. immò aer eſt ferè ignis ipſe differens parum per locum, & parum per alteram ſolam qualitatem.

Veluti & in ipſis quæ proiiciuntur ſagittis. hæ nanq; ipſæ adeo igniuntur ut eliqueſcat plumbum, quod in ipſis eſt. Et cum hæ igniantur: etiam aer q ipſas circundat hoc idem patiatur neceſſe eſt. F

Apud Alexandrum & Simplicium dictam ſolutionem probat nunc Ariſtoteles per exemplum, & forte poteſt eſſe ratio probans maiorem proximæ rationis: accepit enim motum & attritionem ignire lapidem, lignum, & ferrum. hoc itaq; probat per exemplum. & inquit. Veluti & in ipſis quę proiciuntur ſagittis. hæ nanq; ipſæ ſagittæ adeo igniuntur, ut eliqueſcat plumbum, quod in ipſis eſt: hoc eſt exemplum probationis. deinde quaſi epilogat rationem, & inquit. Et cum hæ igniantur: etiam aer, qui ipſas circundat, hoc idem patiatur neceſſe eſt, ut patuit per locum à minore ad magis. Hæc eſt uis rationis. Debes ſcire Alexandrum uoluiſſe hoc argumentum eſſe per locum à minori quaſi ab effectu. hoc modo, ſi ſagittæ igniuntur. igitur aer ipſas circundans igni-
tur, quia minus uidetur illas igniri quàm aerem. Simplicius uero uult argumentum eſſe à cauſa ſic, quia ſagittæ calefiunt. igitur aer calefit: calefit enim ratione fricationis factæ à ſagittis: quare locus eſt à cauſa. Expoſitor laudat Alexãdrum. Ego uero cum Simplicio ſentio: primo, quia aliter exemplum non eſſet ad propoſitum. Ariſtoteles enim per confricationem quam ſagittæ faciunt in aere, & per quam calefit aer uult probare ſtellas confricando aerem calefacere. Si enim uidemus aerem calefieri à confricatione quæ fit à ſagittis. igitur aer eſt calefactibilis à confricatione, & ita ſtel- G
læ poſſunt calefacere confricando. Secundo, quia dubitatio quæ ſequitur non eſſet ad propoſitum: ſupponit enim aerẽ calefieri à ſagittis per confrictionem, & ſagittas calefieri à cõfricato aere. igitur ſimiliter ſtellæ confricando aerem calefaciunt illum, & ab illo calefient: niſi igitur expoſitio Simplicii eſſet: hæc dubitatio non eſſet ad propoſitum.

Expoſitio. Simplicii expoſitio Quæ expoſitor. Quęauctor

Hæ igitur ipſæ ideo calefiunt, quia in aere ipſo feruntur: qui ob percuſſionem motione fit ignis: ſuperiorum autem corporum unumquodq; in ſphæra fertur, ut ipſa quidem non igniantur; aer autem, cũ ſub ſphæram ſit corporis circũuecti; illius oblatione neceſſario calefit.

Obijciet aliquis Ariſtotelis contra ſolutionem: nam ſi lamina ſagittarum ſeſe habent ad aerem: quemadmodum ſtel- H
læ: igitur ut illa lamina calefaciunt conterendo aerem, & calefiunt ab attrito aere: ſic ſtellæ aerem conterendo calefacient, & ab illo calefient. uidetur reſpondere non eſſe ſimile, quia lamina feruntur in aere; propterea calefiunt ab illo, at ſtellæ conterunt aerem: non autem ab illo calefiunt, quia nõ in ipſo feruntur, ſed propriis in ſphæris, etiam dico in corporibus corruptibilibus eſſe actionem & reactionẽ. at ſtellæ ſunt corpora æterna, & ꝓpterea dato ꝙ in aere ferrentur non propterea calefierent, inquit Ariſt. hæ igitur ipſæ ſagittę ideo calefiunt, quia in aere ipſo feruntur, qui ob percuſſio-

I nem, quam aër recipit à ſagittis ipſis motione fit ignis. at ſuperiorum corporum unumquodq; in ſphæra ſertur, & non in aere, ita ut ipſa hæc corpora non igniantur, quia in ſphæra feruntur, & ſic negatur ſimilitudo. nam ſagittæ per aerẽ, illæ ſtellæ per ſphæras feruntur. forſitan dixeris quonam pacto ſtellæ illæ poſſunt aerem cõterere cum procul ſint, quaſi reſpectus, inquit. Aer autem cum ſub ſphæra ſit corporis circũuecti: illius oblationem & ob motum raptus neceſſario calefit: rapitur enim uſq; ad cacumina montium. Ignis enim & aer motu diurno feruntur, ut quid motum cometarum deprehenditur, & per hanc uiam raptus motus cõterit. Quod uerò ad uerba græca attinet uerbum illud percuſſio græce eſt πλαγή, latine etiam plagam: plaga uero percuſſio eſt, ut poeta, plagiſq; peremptum. Tunſa per integram ſoluuntur uiſcera pellem. Et ita per plagam uidetur intelligere percuſſionẽ quã ſagittæ agunt in aerem.

Et maxime hac in qua ſol eſt infixus. quapropter
K cum propius iam acceſſerit: ac exoritur, & ſuper nos eſt: fit caliditas. ipſas igitur, neq; ignea eſſe, neque in igne ferri. de ipſis hæc à nobis ſint dicta.

Expoſitio. Adhuc poſſet Ariſtoteli obiici, quia tunc omni tempore eſſet calor æqualis, quia ſemper eſt aeris attritio facta æqualiter à ſtellis. Reſpondet & uidetur uelle merito motus eſſe ſemper calorem æqualem: non autem merito luminis: propterea inquit. & maxime aer & nos calefimus hac ſphæra in qua ſol eſt infixus, quia plus aliis lucet: affert ſignum. d. quapropter cum propius iam acceſſerit, ut quando uenit ad apicem capitum noſtrorum uidelicet quando ingreditur cancrum & exoritur, & ſuper nos in meridiano fuerit: fit caliditas maxima, quæ eſt æſtiua: demum epilogat, & ſermo patet.

Quæ auer. cõmẽ. 42. Sol. Alex. Mouet autem Auerroes quæſtionem utrum ſol & ſtellæ aerem calefaciant conterendo ipſum, & arguit q̃ non, quia non tangunt aerem, igitur non conterunt ipſum. Reſpondet
L Alexander non eſſe neceſſe corpus extremum quod in aliquid agit mediante alio tranſmutare illud: ueluti de piſce q̃ torpedo dicitur, hic enim manus mortificat piſcatoris mediantibus rhetibus: rhetia tamen non mortificat. Contra obiecio The cõtra Alex. obijcit Themiſtius quia exemplum non eſt bonum: nam rhetia patiuntur à ſtupore quanuis non paſſione ea qua manus patitur, & ita oportet ut orbes patiantur à ſtella ſolis aliqua paſſione, & ſi non ſit ſimilis paſſioni aeris. Modo non uidetur quæ ſit hæc paſſio. Obtio. Aũ. Secundo arguit Auerro. quia nihil poteſt moueri localiter ab aliquo corpore mediãte corpore aliquo, & corpus illud medium non moueri à primo mouente. igitur ſi aliqua pars aeris mouetur à ſole mediante parte orbium inferiorum: partem illorum neceſſe eſt moueri ab illo localiter, quod non apparet. Propterea reſpondet Auerro. Solu. Auer. & ſumit quædam quorum primum eſt, q̃ partes cœli in agẽdo in aerem uel ignem differunt, penes differentiam denſi & rari. ita ut quanto cœli pars fuerit denſior: tanto agẽtior erit. Quòd ſi dicas in cœlo non eſſe denſum nec rarum: ſoluit Auerroes in cœlo non eſſe denſum & rarum uniuoce cum denſo & raro in elementis. In elementis enim hæc conſe-
M quuntur calidum & frigidum: in cœlo denſum eſt, cuius partes propinquius iacent. rarum uero cuius partes remotius iacent. Secundum eſt, q̃ corpus non agit in corpus ſolum per uirtutem quæ eſt in ſuperficie, ſed per uirtutem quæ eſt in p̃fundo extenſam ſecundum extenſionem profunditatis: hoc Auerroes probat duobus ſignis: primum eſt, quia ſi ſint duo corpora æque calida, quorum unum altero eſt profundius quanquam in ſuperficie æqualia ſint, ut ſi ambo pedalia id quod eſt ſpiſſius aliis paribus fortius agit, & hoc per fortiorem uirtutem quæ eſt gratia maioris profunditatis, quod q̃dem ſignificat corpus non modo agere per uirtutem exiſtentem in ſuperficie, ſed in profundo. Secundum eſt, quia ſi ſint duo corpora æqualia quantitate & continentia: ſemper den N ſius cæteris paribus eſt agentius, ut ferrũ plus quàm lignũ. & hoc quia in profundo denſius eſt, uirtus enim unita fortius agit ſeipſa diſperſa. Ex his ſequitur primo q̃ in orbe pars ſtellata eſt agentior non ſtellata, quia ſpiſſior. Secundo q̃ inter ſtellas maxime ſol eſt actiuus, quia maior & ſpiſſior omnibus. Tertium principale eſt Solem & ſtellas eſſe totius uniuerſi partes ītegrales, nã uniuerſum qđ ex omnibus orbibus conſtituitur uidetur eſſe ut unum animal colligatum ex pluribus membris: cuius animalis eſt unus motus uniuerſalis ut diurnus, & plures partiales pro ratione partium. Ex his ulterius ſequitur ut infert Auerroes partem illam aeris, quæ eſt in directo ſolis & cuiuſuis ſtellæ fortius pati conteriq; magis, tantoq; magis à ſtellata quam à nõ ſtellata quãto ſtellata eſt actiuior atq; magis conteritiua quàm ſit non ſtellata. tantoq; à ſole magis quam ab aliis, quanto ſol eſt maior & ſpiſſior. his præmiſſis pro ſolutione uidetur innuere talem diſtinctionem quòd ſolem uel ſtellas calefacere cõtinens nos poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſingulariter & diuiſim ſine aliis paribus quæ ſunt mediæ, & hoc mo O do ſol non calefacit, quia ſic deberet tangere ignem uel aerem ipſum, quæ ſingulariter calefaceret. Alio modo poteſt intelligi quòd ſol calefacit pro tanto quia uniuerſum cœlum in cuius profundo eſt ſol, habet principaliter calefacere uirtute ſolis, & hoc modo calefacit. hæc enim uirtus à profundo concaui totius aggregati uerſus nos uſq; ad conuexum ubi ſol eſt uſq; etiam ad ultimum cœli ultimi calefacit per uirtutem in profundo. Imaginandum igitur eſt in media totius aggregati eſſe ſolem ueluti in medio animalis cor, & à uirtute profundi cordis calefieri omne extra cœlum ab illo contentum, ueluti à corde animalis calefiunt linteamina, & ut non oportet cætera membra iuxta cor calefieri, ſi debeant linteamina calefieri, ſic non oportet orbes inferos & ſuperos qui ſolem circundant calefieri, & ut non oportet linteamina tangi à corde, ſed ſolum ab aliqua parte corporis: in cuius profundo eſt cor, ſic non oportet continens nos tãgi à ſole, ſed ſatis eſt ut tangatur ab aliqua parte corporis in cuius profundo eſt ſol, & uirtus ſolis, qua ratione fit ut totum aggregatum principaliter calefaciat per uirtutem ſolis quę eſt in eius profundo, & ſol non niſi ut pars calefacit. propter ea non oportet ut tangatur continens à ſole, ſed à cœlo, & ſic tangit tale corpus calefaciens ignem, & ignis poſtea tactus tangit aerem uſq; ad nos. Ex his patent duo. primum quòd principale alterans eſt totum cœlum per uirtutem in profundo, & non ſol per ſe & ſingulariter, ut Alexan. credebat. Secundum eſt, q̃ tale uniuerſum cœlum aerem uel ignẽ calefacit ratione luminis ut dicemus ratione motus: quo eos rapit, & tertio uirtute ſolis & ſtellarum exiſtentium in profundo calefacit aerem & ignem conterendo, quæ conteritio eſt in aere, & igne inſenſibilis quo ad nos: nos enim ſentimus calorem; conteritionem uero non ſentimus. Sed contra Auerroem arguitur per rationes Simplicii, qui licet præceſſit Auerroem: hæc etiam poſitio Auerrois fuit antiqua. Primo, quia tunc uallis eſſent minus calidæ quàm montes, quia in eis minor eſt conteritio, quia plus à cœlo remouentur. Secundo, quia terra eſt ut punctum reſpectu totius cœli, ſed omne agens æqualiter ageret in punctum. igitur non totum cœlum, ſed ſtella agit: reſpectu cuius terra non eſt ut punctum. Tertio, quia tunc æqualis deberet eſſe calor in locis umbroſis, & luminoſis, quia ubiq; æqualis eſt conteritio. Replicę Simplicii Q

Thomas negare uidetur hanc conteritionem, & concedit Põ Thom. ſtellas & cœlum agere lumine & motu: non quidem cõterendo, ſed mouendo. ad hoc enim uerba Ariſtotelis accommodari poſſunt optime, quia forte per conteritionem non uult niſi motum raptus, ut in textu diximus, & tunc concedit æqualem eſſe calorem merito motus raptus ubiq; & ſemper uariari tamen merito luminis. Auerroes autem concedit Quæ auer.

cœlum

A cœlum tribus modis mutare continens ad calorem, lumine, ut dicemus, motu raptus, ut dixit Thomas, & conteritione, & tunc concedit merito motus ſemper eſſe æqualem calorem: non autem merito luminis, nec conteritionis. Primo, quia attritio ſit principaliter à toto cœlo ratione partis ſtellate, ſed ſtella non ſemper eſt nobis æqualiter ꝓxima. ſecũdo, qa nõ ſemp̃ equal'r applicata: nã nũc eſt recta, nunc obliqua nunc aliter conſtituta. Præterea concurrunt etiã aliæ ſtellæ aliis uirtutibus, ut dicemus. hac ratione ſit ut attritio ipſa nõ ſit in uniuerſo aere æqualis, ſed hic magis: illic minus. Tũc ad rationes. ad primam conceditur ualles & partes remotiores a cœlo eſſe minus calidas quo ad attritionem, ſed quo ad radiorum reflexionem calidiores eſſe. Ad ſecundum dico, ꝙ licet à cœlo toto æquidiſtet terra: non tñ à ſtella rõne cuius cœlum conterit aerẽ. Ad tertium patet ſol'. põt enim cõcedi merito motus aliis partibus eſſe æquales: non tñ merito luminis atq; conteritionis. Hæc de mente Auer. concederem, & non uideo ſequi aliquod impoſſibile, & conſonat uerbis Ariſtotelis. Sed ambiges unde cœlũ uel ſol habeat uim hanc attritiuam. Ariſtotelis enim inquit caliditatem effici, qa aer ab illarum latione atteritur. igitur conterit per motũ raptus, & ita cœlum calefacit motu raptus, & per conſequens non uidetur differre motus raptus ab attritione. Concederem ſolem uim habere attritiuam, & totum cœlum, uerum maxime ſolẽ, quia eſt denſior atq; profundior. hanc tamen uim dicerem efficere attritionem, mediante motu raptus: nõ tamen eſſe motum raptus, ſed aliqd ultra. Tu conſidera, quoniam hoc eſt intentatum ab aliis.

Sol'rõnum

Dubi. I op põne Aũ.

B

Solutio.

Secũda qõ utrũ lumen & mot⁹ ca lorẽ cãre.

Secundo quærit Auerroes, utrum motus & lumen calefaciant, & arguit ꝙ non. primo, omne calefaciẽs per ſe eſt corpus & calidum. Sed motus & lumen non ſunt corpora calida. igitur non calefaciunt. Secundo, omne quod fit generat̃ à ſibi ſimili, ut in metaphyſica dictum eſt. at motus & lumen

Sol. Auer.

non ſunt calida ſimilia in ſpecie. Reſpondet Auer. ad ſecũdum & ad primum inſimul, & uult calorem effici poſſe è nõ calore: nec è corpore calido: item nec eſſe uerũ generatim ſimile fieri à ſimili. hoc enim in ſubſtantiis tenet, & non in accidentibus. uerbi cauſa. nigredo fit interdum à calore, interdum à frigiditate: quare & calor quandoq; à calore, qñq; à

Replicę cõtra Auer.

non calore ut à motu & lumine fit. ſic igitur Auerroes uult in ſubſtãtiis habere locum uerba Ariſtotelis. Sed uidetur nec in ſubſtantiis habere locum authoritat̃ Ariſtotelis. primo, quia mures generari poſſunt à nõ mure, ſed à calore ſolis diffuſo in aere uel aqua. 12. meta. cõ. 13. Secundo, tertio cœli.

C

cõmen. 56. dicit Auerroes ignem effici, quandoq; à motu lo

Sol. ꝓ Aũ.

cali, quandoq; ab alteratione, quandoq; ab igne. Nonnulli pro Auer. reſpondent, dictum Auerrois eſſe intelligendũ de uniuoco uirtuali. Sic enim omnes generationes fiunt ab uniuoco in uirtute. & hoc modo mus & ignis fiunt ab uniuoco

Cõfutatio

in uirtute. Sed hæc defenſio friuola eſt. primo, quia hoc modo accidens ẽt ab uniuoco in uirtute fit: non enim fit niſi ab

D

eo in cuius uirtute eſt. ſecundo, nihil Ariſtoteles haberet con

Propria ſo.

tra Platonem in metaphyſica. nam idea eſſet ſaltẽ in uirtute ſimilis genito. Melius igitur dicerem dictum Auerrois eſſe intelligendum per excluſionem: hoc pacto, ꝙ tantũ in ſubſtantiis generatio eſt ab uniuoco, quia in ſubſtãtiis, & in nullis non ſubſtantiis: ex hoc tamen nõ ſequitur ut in omni ſubſtantia fiat generatio ab uniuoco. ab excluſiua. n. non ſequit̃ uꝝ, niſi de terminis tranſpoſitis, & ſic patet ad obiectiões.

Tertia qõ qño & qs motus calefacit. Solutio

Vlterius quærit Auerroes quis motus calefacit, & quo modo calefacit. Reſpondet Auer. talem motum eſſe localẽ, & non alterationem, niſi quatenus alteratio eſt calefactio, nec auctionem, nec generationem, niſi quatenus generatio eſt rei calidæ. Probat, quia talis motus eſt ueluti uita. 8. phyſi. Secundo, quia uidemus ignem per motum augeri, & per qtem extingui. Ad ſecundum reſpondet motum eſſe perfectionẽ corporis calidi, & hoc modo motus calefacit, ueluti ca

Replice th.

lidi corporis perfectio. Sed huic reſponſioni obiicit Sanctus Thomas intelligens motum eſſe proprietatem corporis calidi. Primo, quia motus non eſt proprium calido: cum omnibus corporibus naturalibus competat. Secundo, nullũ poſterius eſt cauſa prioris. Si igitur moueri ſit proprium calido: magis erit calor cauſa motus, ꝙ contra, motus cauſa caloris. Propter hæc tenet Sanctus Thomas motum calefacere, quia eſt primus. Nam primum in unoquoq; genere ſemper eſt cauſa aliorum quæ ſunt in illo. Sed poſitioni Sancti Thomę obiicit Ioannes. primo, quia ſi ita eſſet, non eſſet magis cauſa caliditatis ꝙ frigiditatis: ẽ enim frigefactio motus ut calefactio ipſa. Secundo, ſi motus localis ut primus calefaceret: tunc motus poſteriores ut motus uiolentus quo ſagitta mouetur, non calefacerent. Sed rationes Thomæ non ualẽt contra Auerroem: nec illæ Ioannis contra Thomam, illæ Thomæ quidem non ualent, quia Auerroes non dicit motum eſſe proprietatem calidi corporis, ſed perfectionem corporis calidi. Modo prima perfectio alicuius ſubiecti eſt cauſa omnium eorum quæ accidunt illi ſubiecto, ueluti anima quæ eſt prima corporis uiui perfectio: eſt cauſa omnium accidentium corporis animati: ita in propoſito quia motus eſt prima perfectio corporis calidi: eſt cauſa eorum quæ accidũt corpori calido, & ita eſt cauſa caloris, qui accidit illi. & hoc inquit. Cum igitur corpus calidum fuerit motum: erit in ultima ſua perfectione, & cum fuerit in ultima ſua perfectione, tunc calor erit in eo in ultima perfectione, ueluti in re exiſtũt omnia accidentia quæ conſequuntur formam poſt aduentũ formæ, & ita Auerroes uelle uidetur motum comparari ad calorem ut anima aut forma ad accidentia propria quæ conſequuntur formam. Si igitur hoc modo Auerroes intelligit: obiectiones Thomæ non procedunt. Sed adhuc replicabis quia motus eſt prima perfectio cœli, & tamen non calefacit cœlum. Secundo, motus eſt prima perfectio aquæ quæ mouetur, & tamen aqua non calefit. Dici poteſt Auerroem uelle ad motum ſequi calorem in ſubiecto apto nato quale nec cœlum, nec aqua eſt. Illæ uero Ioannis minime. prima quidem non, quoniam primum in genere ſolum eſt cauſa eorũ quæ ſunt in illo genere per ſe primo, atq; intenta. modo calefactio eſt per ſe in genere motuum ut per ſe primo intenta. frigefactio per accidens: propterea latio eſt per ſe cauſa calefactionis: per accidens frigefactionis interdum. Secundum minime, quia etiam motus uiolentus eſt primus in genere motuum, reſpectu alterationum & id genus: licet non ſit primus reſpectu lationum, & hoc ſufficit ad hoc ut ille alterationem efficiat. uerum utrum poſitio Auerro. ſit uera: in fine dicemus.

Defenſio Aũ. & Th.

Obtiones Ioannis

F

Replicæ.

E

PõThomę

G

Quarta qõ an lumẽ calefaciat.

Quarto quærunt utrum lumen calefacit: dicendum per ſe patere lumen calefacere. Tum quia loca umbroſa uidentur frigida reſpectiue. Tum ſecundo quia uidemus plenilunia eſſe calidiora. calefacit igitur, & magis cum reflectitur radius ad perpendiculare: duplicatur enim tunc radius. Adhuc magis cum radii congregantur ut appareat in ſpeculis concauis. nemo igitur dubitat quòd calefaciat. Sed de modo eſt dubio: cui reſpondet Auerroes & dicit primo, quòd ſicut motus non per ſe calefacit, ſic nec lumen. dicit ſecũdo ut motus calefacit quatenus eſt prima perfectio corporis calidi ad qꝫ ſequitur calor ut accidens proprium, ſic lumẽ eſt prima perfectio corporis calidi: ad quã ſequitur per ſe ipſe calor. Aliter reſpondet imaginando ſtellas eſſe formaliter calidas ut dicit in libro de ſubſtantia orbis, & tunc cum lumine miſceat̃ calor ſtellarũ, & ducit̃ ad nos, uenit enim lumen commixtũ calori. perſuadet hoc primo, quia ſtellæ & orbes cõicãt in lumine, & trãſparẽtia, igit̃ non incõuenit cõicare in calore. Secundo authoritate Ariſtotelis. nam luna eſt ſimilis terræ in opacitate & difformitate. igitur ſol ſimilis igni in luce & calore. Tertio authoritate aſtrologorum. nam hi poſuerunt aliquas ſtellas calidas, aliquas ſiccas formaliter.

H

Quinta qõ

Quinto quærunt utrum ſtellæ cauſent frigiditatem per ſe. Reſpondet Auerroes corrigendo dictum aſtronomorum: & uult ſtellas per ſe proprie omnes eſſe calidas, humectare uero & frigefacere, & exiccare per reſpectum: perſuadet hoc, quia ſi aliqua ſtella eſſet frigida maxime eſſet Luna. modo Ariſtoteles ait noctes in plenilunio eſſe calidas: & in hoc erat Auicenna, qui tenet ſtellas per ſe frigefacere, exiccare aliquas, humectare aliquas. hæc ex commen. Sed uidetur mi-

Circa dcã Auerrois

I hi primo circa hæc quædam dubitanda: quædam reproban-
da: quædam corrigenda. Primo dubitatur, quia dixit primo
motum per ſe calefacere quatenus eſt prima perfectio cali-
di. Deinde dicit motum & lumen per accidẽs calefacere. Ec-
ce euidens contradictio eſt. Videtur etiam falſum: qa om-
nis cauſa per accidens eſt, aut caſualis, aut remouens prohi
bens, aut coniuncta cauſæ per ſe: quarum nulla poteſt eſſe
Defenſio I. motus uel lumen. Defendi poteſt Auerroes: nam dicit cau
ſa per accidens uno modo, quia non agit per uniuocationẽ
rationis & nominis: & ſic, omnis cauſa æquiuoca eſt cauſa
per accidens: & hoc modo intelligit Auerro. alio modo dici-
tur per accidens, ut diſtinguitur contra cauſam quæ agit ſe-
cundum naturam: & hoc modo uult eſſe cauſam per ſe: quia
2. dubita. ſua natura motus & lumen calorem agunt. & ſic patet ſolu-
tio ad rationem. Secundo dubitatur quia ſi ſtellæ eſſent for-
maliter calidæ: tunc ſtellæ contrariæ eſſent elementis frigi-
K dis. ſecundo eſſe formaliter calidum uidetur eſſe ignis. Dici
poteſt ſtellas eſſe formaliter calidas: non quidem calore ele
mentario, ſed calore per æquiuocationem nominis, qui eſt
ueluti uita omnium naturalium rerum: quare ceſſat prima
obiectio: hic enim calor nulli contrariatur: cum non ſit elemẽ
tarius. ceſſat etiam ſecunda: eſt enim ſtella calida non per ca
Reprehenſio Auerrois lorem elementarium: ideo non eſt ignis. Sed reprehenden
dus eſt Auerro. in eo quod ait lumen calefacere nos: quia
uenit commixtum calido ſtellarum: hoc enim eſſe nõ poteſt
niſi lumen eſſet corpus: quod ſibi calorem illum incorpora-
ret: & ueheret eum ad nos: unum enim accidens non poteſt
alteri miſceri ut in libro de generatione dicitur. propterea
hic ſecundus modus, quo lumẽ calefacit eſt impoſſibilis: niſi
aliter intelligatur. Ideo melius eſt dicere iuxta primũ mo-
dum q̃ lumen ſit caliditas uirtualiter, quæ in ſubiecto apto
nato extrahit caliditatem formaliter de potentia ad actum:
nec eſt credendum lumen efficere hanc caliditatem, ut agẽs
quia accidens non eſt per ſe agens: ſicut nec per ſe ens, ſed ut
inſtrumentum ſtellarum, quæ uirtualiter ſunt calidæ. Quo
L etiam modo non eſt dicendum attritionem uel motum effi
cere per ſe calorem in aere uel igne. nam cum motus non ſit
per ſe ens: non poteſt eſſe per ſe cauſa: ſed eſt imaginandum
calorem effici à cœlo ſtelliſq; calidis uirtualiter per attritio
nem uti per inſtrumentum. Amplius, nõ eſt imaginandum
exhalationem inflammari à motu, nec animal dum moue-
tur calefieri per ſe à motu, quia nec motus hoc efficere poteſt
quatenus eſt fluxus formæ, quia ſic eſt reſpectus: nec pro for
ma fluente, quia ſic eſt ipſa ubi fluentia, quæ ſunt quantitas:
& q̃ſtitas non eſt de principiis actiuis. propterea eſt dicen-
dum exhalationem inflammari à motu ueluti ab inſtrumen
to: per ſe uero à continente, in quo mouetur. Animal etiam
effici calidum effectiue principaliter ab ipſa ſui anima: à mo
tu uero per accidens pro quanto facit partes fricari, & ita for-
ma rei mobilis per ſe efficit calorem. Motus uero eſt diſpoſi
tio quædam, mediante qua calor efficitur.

De qualitatib' ſtellarũ Põ Auer. Vlterius circa hæc dubitant utrum aliquæ ſtellæ infrigi-
dent, aliquæ humectent, aliquæ exiccent, quemadmodum
aliquæ calefaciunt. Tenet Auerro. quòd omnes calefaciunt
primo, quia omnes mouentur & lucent: igitur omnes calefa
ciunt. uidetur hæc ratio Ariſtotelis primo meteororum. Se-
cundò, quia frigiditas & ſiccitas non ingrediuntur opus na-
M turæ. igitur cum ſtellæ maxime nos conſeruent: non debent
eſſe frigidæ, nec ſiccæ. Tertio mouetur ex reflexu maris: nã
per ſex horas creſcit inſequendo lunam: per ſex decreſcit.
Hoc pro tanto phyſici aiunt quia aqua in principio ortus lu-
næ rarefit à calore lunæ: & ita calefit, deinde condenſatur &
frigefit. igitur luna calefacit, quæ minus uidetur calefacere.
Quarto Ioannes arguit pro Auerro. quia ſi ſtellæ frigeface-
rent: maxime ignem frigefacerent, quia agens naturale for-
Obtiones Thomæ. tius agit in propinquum quàm in remotum. Obijcit autem
Sanctus Tho. contra hanc poſitionem: primo, quia tunc cæ
teræ qualitates eſſent per accidens in uniuerſo, quia non per
ſe eſſent intentæ à cœlo. Secundo, quia formæ elementorũ
ſunt uirtutes cœli. igitur & qualitates: dans enim formam
dat conſequentia per ſe ad formam. Tertio, mundus iſte in-
ferior regitur ab illo ſuperiori: hoc aũt non eſt niſi quia quæ N
cunq; hic fiunt dependent ab illo: aliter nõ eſſet cauſa uniuer
ſalis omnium. Quarto, omnes formæ continẽtur actu in pri
mo motore: & potentia in prima materia: ut dicit ipſemet
Auer. 12. meta. cõmen. 18. Modo primus motor hæc efficere
non poteſt niſi mediante cœlo, ut. 8. phyſi. auſcultationis di-
cit ipſe. cõmen. 15. Vltimo Ariſtoteles ſecundo de genera-
tione, inquit, omnes formas has contineri in terminis, uocat
autem terminos corpora cœleſtia, ubi expoſuimus, quia in il Sol. aliqũ
lis eſt terminus cuiuslibet rei naturalis. Reſpondent non- rum.
nulli, cœlum hæc omnia agere mediante calore: omnes eni
formę fiunt à cœlo mediante calore, quia frigiditas fit ꝓpter
magnam diſtantiam à fonte caloris ut in terra & aqua. hu-
miditas in aere & aqua propter aliquam approximationẽ:
calor uero propter uicinitatem: omnia enim pro ratiõe ſitus
ad calorem uidentur in ſuis qualitatibus à ſtellis depẽdere ut
Auer uidetur dicere in lib. Deſtructio deſtructionum diſpu.
prima in ſolutione dubii. 12. imaginandum enim eſt calorẽ O
omnes efficere qualitates diuerſimode ſumptum, ut enim in
regione ignis conſtituitur in tanta ad cœlum diſtantia calo-
rem & ſiccitatem efficit, ut uero in regione aeris calorem &
humorem, quia maior eſt diſtantia, ut in regione aquę adhuc
in maiore diſtantia humorem & frigiditatem, ut in regione
recipitur terræ frigiditatem & ſiccitatem: eſt enim tunc ma-
xime diſtans, & ſic omnia facit calor diuerſimode ſumptus.

Nos uero ſolebamus dicere, cœlum poſſe intelligi eſſe cau- Sol. ꝓpria
ſam qualitatum uno modo per ſe ut cauſa immediata, & hoc aſſ.
modo ſolius caloris eſt cauſa per ſe, quoniam per illum cun-
cta conſeruat. Secundo ut cauſa uniuerſalis, & ſic cum cauſis
particularibus efficit diuerſas qualitates: frigiditatẽ quidem
cum aqua: humiditatem cum aere ueluti hominẽ cum homi
ne: ſol enim & homo hominem generant. Nunc uero hæc Cõfutatio.
Auer. poſitio uidetur mihi erronea: primo contra primã ſolu
tionẽ, quia calor per ſe non efficit niſi calorẽ: unum. n. agens
naturale non facit niſi unum: per accidens aũt põt efficere cõ
trarium. igitur ſolum elementa calida eſſent per ſe intenta a
calore cœli, ſtelliſq; ipſis: elementa frigida per accidẽs: ſicut P
per accidens a calore proficiſcuntur. Contra ſecundam ue
ro ſolutionẽ, quia tunc cœlum cã eſſet calidorum elemento-
rũ dupliciter, generalis, & particularis: cæterorum uero nõ
niſi generalis cã. modo hoc non uidetur, quia omnia ſunt de
perfectione uniuerſi, & mundo neceſſaria. Contra omnes
uero eſt obſeruatio aſtrologorũ, quia uidemus in uno eodẽq;
die eſſe calorẽ intenſum & frigus intenſum: immo in eadẽ ho
ra uentũ moueri frigidũ, & ſtatim ceſſare ad calidũ: hoc autẽ
non põt eſſe niſi cæteræ ſtellæ habeant dominiũ in die: meri
to quarũ propter diuerſitatẽ prędominiorũ, efficiatur nũc ca
liditas, nunc frigiditas, aſtronomi. n. obſeruarunt qñ Satur-
nus in anno habet dominiũ, facere annum generatim frigi-
dum, qñ in quarta anni, facere quartam frigidam, quando in
menſe: facere menſem frigidum, qñ in ſeptimana: facere ſe-
ptimanã frigidã, qñ in die facere diem frigidum, quando in
hora facere horã frigidã, & plus obſeruarunt in ortu diei ple
rũq; factã eſſe caliditatẽ: in meridie frigiditatem. Modo talis
difformitas non põt eſſe a ſolis lumine & motu tantum: nec Q
ſi oẽs calefacerent, quia ab uniformi non prouenit difforme.
igitur in mane calor fit propter dominium Martis. In meri-
die frigus propter Saturnum. igitur aliquæ ſtellæ calefaciũt,
aliquę exiccant, aliq̃ humectant, aliq̃ frigefaciũt. Et hęc eſt Põ Ptole
poſitio uera Ptolemæi qui Saturno frigiditatẽ & ſiccitatem mæi.
præbuit. Ioui temperiẽ: Marti uredinem: ſoli calorem: Vene
ri temperiem: Mercurio utrunq;: Lunæ humorem. Tunc ad
rationes pro Auer. factas: reſpondeo q̃ non omnes per lucẽ
calefaciunt, quia licet lumen ut lumen calefaciat: tamen ut
tale lumen uidelicet Saturnium uel Martium non calefacit:
ſic de motu dico, licet motus ut motus calefaciat: non tamen
ut motus talis planetæ cum tali configuratione: ut enim con
tinuum ut continuum eſt diuiſibile in infinitum: non autem
ut ligneum uel cereum: ſic lumen ut lumen eſt calefactiuũ:
ut uero Saturnium, eſt frigefactiuum: ut Iouium temperati-
uum: ut Martium uſtiuum: & ut alterius atq; alterius ſtellæ

inſtrumentum,

A instrumentum, alterius atq; alterius qualitatis effectiuum: sic quoq; motus: ut enim motus est calefactiuus: ut talis stellæ cum tali planeta constitutus, est frigefactiuus, uel calefactiuus, uel natura stellæ cuius est & ad quam est qualitatis effectiuus: & hoc modo nos non ponimus influentiam aliã à motu & lumine. Albertilla uero concedit lumẽ & motum calefacere: sed recurrit ad influentiam, quæ potest per se frigefacere. Ad secundum dici potest frigiditatem & siccitatem non ingredi opus naturæ quo ad uitam: non autem quo ad alia: multa enim bona ex his emergunt. Ad tertium de luna astronomi reducunt motum illum ad similitudinem occultam: uel forte ad lumen lunæ & motum eius, quia tale est.

Ad quartum dico non maxime ignem frigefieri: quia adsunt plures causæ conseruationis eius illic: quales non sunt in
B his inferioribus. Ex his patet Auerroem nõ intellexisse Aristotelem. Aristoteles enim ut puto non differt à principe mathematicorum Ptolemæo. Aristoteles enim non plus dixit, nisi q̃ cœlum calefaciat continens nos motu, & lumine: ex hoc non habetur nisi q̃ lumen ut lumen est effectiuum caloris: similiter motus ut motus: cum quo tamen stat lumen, ut Saturnium, esse frigefactiuum, ut Martium esse exiccatiuum, ut denique instrumentum alterius & alterius stellæ esse alterius & alterius qualitatis effectiuum similiter & de motu cẽsendum: ut enim stella differt specie à stella ut dicemus: sic lumen à lumine, & motus à motu. Auerro. autem non faciẽs differentiam inter p̃ se & per accidens: generatim uoluit omne lumen quatenus lumen: & hoc lumen quatenus hoc lumen: & omnem motum quatenus motus est: & hunc motũ, quatenus hic motus calefacere: & non est ita. est enim uerũ per se: & falsum per accidens ut ipse ait in multis sexto physicæ auscultationis commen. 15. peruenit autem Ptolemæus ad hanc rem ex obseruatione, quam rerum cœlestium obseruatores fecerunt circa stellarum affectiones: ut docet in pri-
C mo apotelesmatum: circa lunæ cum sole configurationes. Præterea anonymus quidam Ptolemæi interpres, & Porphyrius philosophus in eruditionibus docent hoc esse obseruatum multis & multis seculis Saturnum & Iouem quando cum sole commeant in aquario hyemem efficere temperatã: cum uero Mars per Cancrum & Leonem æstatem facere æstuosam: & in aliis id genus simili obseruatione diu compertum est. Hæc autem non sunt contra Aristotelem, quia ultra motum & lumen non ponunt influentiam: immò sunt additiones & declarationes eius quod Aristoteles clam scripsit. Ptolemæus enim non minus peripateticus, q̃; mathematicus perhibetur ab omnibus. Hæc de quæstione.

B. Cum autem & stellæ ipsæ transferri uideantur: & cœlum totum aut utrisq; quiescentibus: aut utrisq; commotis: aut altero quiescente, altero commoto fieri translationem necesse est.

D Expositio. Tria de stellis pertractare proposuit, substantiam, siue naturam, motus illarum, & figuras: egit de substantia & natura: nunc & de motibus quibus mouentur proponit disputare. Animaduersione dignum Aristotelem rem hanc nanciscitur arte inueniendi, quam & in posterioribus: & in sexto topicorum docuit. In arte uero inueniẽdi, ut dicit Philoponus posteriorum secundo, & primo, est aliquid ut concessum, & aliquid ut quæsitum: quid igitur quod in præsenti quæstione est cõcessum esse cœlum & stellas apparere moueri. hoc enim ut cõcessum supponit: quæsitum uero est: quonam modo illud esse possit: tribus enim modis fingi potest: aut imaginando cœlum & astra quiescere: mota apparere quodam
X extrinseco moto ut dicemus: aut imaginando utraq; ppriis incessibus atq; motibus moueri: seruata tamen quadam regula. Aut imaginando unum quiescere, alterum moueri. quod quidem esse potest ut astrum quiescat: & cœlum moueatur: uel econtra ut cœlum moueatur quiescatq; astrum. omnibus enim his modis apparentia motus illorum saluari uidetur. propterea quæsitum est quonam horum modorum
Dubita. 1. apparentia illa fiat. Sed dubitatur. primo, quia uidetur hæc quæstio ex dictis soluta. igitur nunc inutilis. dictum est enim stellam esse densiorem sui orbis partem ueluti illius nodum. E Ex ueritate hac sequitur stellam moueri ad motum orbis, ueluti nodum ad motum tabulæ. Indicat Auerro. solutionem: nam quæstio est soluta quasi per accidens & de secunda intentione: nunc uult soluere principaliter: id enim q̃d propriis principiis declarari potest, est melius si per se declaretur. Secundo dubitatur circa concessum: supponit enim cœlum & stellam apparere mota. unde in græco scribitur φαίνεται quod latine est uidentur. Sed dictum est stella solum uideri moueri: non orbem: cum non sit per se sensilis.

Quæ auer. comẽ. 43.

2. dubita.

Respondet Auerroes in eodem commen. stellas apparere motas per sensum: cœlum per existimationem siue coniecturam: & hoc satis est pro concesso. uel referri potest hoc ad duplicem motum quem uagæ stellæ habent. diurnum uidelicet & proprium: & sic argumento sensus haberi potest stellas pluribus motibus moueri: & de hoc est quæsitum, F propter quid est.

Ambo igitur quiescere terra ipsa quiescente, impossibile est: non enim fierent quæ apparent. at supponatur terram quiescere.

Expositio. Nunc incipit destruere membra: quia syllogismus est diuisiuus à destructione membrorum impossibilium sufficienter enumeratorum ad alterius membri positionem. Debes scire ut Auerro. inquit sophistas ut heraclitanos opinatos cẽ hæc sublunaria omnia esse in continuo motu: illa uero cœlestia esse firma & semper quiescentia: & tunc apparentiam per quam uidentur stellæ moueri ab ortu in occasum enitebantur soluere per motum terræ, dicentes ita de stella contingere ut de motu ripæ quando homo mouetur in naui propter motum uisorii in quo uisio ipsa perficitur: ut etiam narrat Aristo. in lib. de somno & uigi. hoc etiam confirmari potest per simile in ebrio: cui circunstantia omnia moueri apparent: propter uertiginem spirituum oculi ut docet philosophus in tertia particu. pblematũ, problemate. 9. Aristo. igitur reprobat hoc syllogismo hypothetico sic, si terra quiescit impossibile est illa quiescentia esse & uideri mota. sed supponatur nunc terram quiescere: quia infra probabitur. igitur G impossibile est illa quiescentia uideri mota. Quod uero ad uerba attinet: debes scire Aristo. adiecisse. Non enim fierent quæ apparent. Ex quo uerbo ut sumit Auer. potest formari ratio absoluta. Nam dato q̃ de terræ quiete aliquis dubitaret: adhuc habemus argumentum: nam coniunctiones stellarum, oppositiones, directiones, & retrogradationes, & cætera id genus per motum terræ saluari non possunt: propter ea adiecit. Neq; enim fierent quæ apparent. sup. dato q̃ terra moueretur. Hæc Aristo.

Quæ ex Auer.

Restat igitur aut ambo moueri, aut alterũ quiescere, alterum moueri. Si igitur ambo mouentur: absurdum emerget, stellarum uidelicet & orbium uelocitates pares esse: unaquæq; enim æque uelox erit, atq; orbis in quo fertur. Simul siquidem cum orbibus in idem rursus redire uidentur. Accidit igitur stellam suo in orbe circulum descripsisse, & orbem H lationem suam peregisse, atque suam circunferentiam descripsisse.

Expositio. Secundo probat q̃ non potest fingi orbem & stellam motibus propriis seorsum moueri. & arguit sic, si stella & orbis propriis seorsum motibus mouerentur: tunc paribus uelocitatibus æquales circũferentias describerent. Deducitur hæc conditionalis siue maior, nam in quanto tempore stella ab uno puncto imaginario. uerbi gratia. ab ortu circũferentiam describendo totam redit ad ortum: in tanto tempore orbis describendo circũferentiam redit ad eundem punctũ. & sic paribus uelocitatibus mouent. Primo proponit id quod restat disputandũ, & inquit. Restat igit aut ambo moueri: aut alterum quiescere, alterũ moueri. Quod quidem ambo non mouent: pbat, & inquit. Si igitur ambo mouent: absurdum emergit uidelicet stellarũ & orbiũ uelocitates pares esse deducit, unaquæq; n. æque uelox erit atq; orbis in quo fert. pro-

I bat hoc dicens, ſimul ſiquidem cum orbibus in idem rurſus redire uidentur, ſtellam uidelicet per ſenſum, orbem per exiſtimationem. igitur pariter mouebuntur & æquè celeriter. propterea dat totam hypotheticam. & inquit. Accidit igitur ſtellam in ſuo orbe circulum deſcripſiſſe, & orbem lationē ſuam peregiſſe, atq; ſuam circūferentiam deſcripſiſſe. ita ut paribus uelocitatibus mota ſint. Quod uerò ad uerba attinet debes ſcire q̄ à communi translatione mutaui nonnulla uerba: nam græce uerba illa, ſuo in orbe circulum deſcripſiſſe, ſunt ἄστρον διελλυτέναι τὸν κύκλον ut uerbum uerbo reddam eſt, ſtellam circulum trāſiuiſſe. quod cum minus ſonet: illo pacto tranſtulimus: nam uerbum illud διελλυτέναι etiā pro deſcripſiſſe legimus quandoq;. Cætera patent. Diſputat autem Auer. de quo motu loquitur: cum probat ſeq; ſtellam pari uelocitate moueri cum ſuo orbe. & uidetur mihi q̄ſtio ſuperflua: quoniam intelligi poteſt de uagis, & de fixis.

Quæ auer. comē. 44.

K Alex. de ipſis uagis: Simplicius uero de fixis intelligit. ſed rō Ariſto. habet locum in omnibus: nam comparat ſtellam ad ſuum orbem: modo quæcunq; ſit: ratio eſt eadem. Sed uidetur rōnem hanc qua Ariſto. deducit conſequentiam eſſe nullam: nam cum orbis non uidetur: poſſum fingere ipſum moueri proprio motu, & ſtellam proprio, ſed diſparibus uelocitatibus: quia uel orbis celerius, uel ſtella celerius intelligi poteſt, nec ratio ualet ſupponit enim eſſe motum pari uelocitate orbem deſcribere circūferentiam, & ſtellam: hoc. n. cum non uidetur. negabitur. Dici pōt & bene hoc non poſſe fingi. primo, quia eſt ſuppoſitum ea in. 24. horis moueri. ſecundo, quia ut deduceretur orbis diuideretur, uel rarefieret: ubi enim ſtella tardius moueretur: & orbis uelocius: neceſſario ſtella finderet orbem: uel rareſaceret ipſum. econtra & ſi ſtella celerius mouebitur: Ariſto. igitur hanc partem non deſtruxit: quia per ea quæ dicturus eſt: relinquetur confutata. hæc res non fuit mihi leuis.

Dubitatio.

Solutio.

Non eſt autem rationi conueniens ut uelocitates ſtellarum & magnitudines orbium eandem habeant

L rationem. Nam quāuis orbes uelocitates eius ꝓportionis habere quam & magnitudines habent, non ſit abſurdum, immò neceſſarium: unamquāq; tamē ſtellarum quæ in his ſunt, nullatenus habere rationi cōſentaneum eſt. Nā ſi illa neceſſario ſit uelocior, quæ per maiorem orbem fertur: ſtellę ſi orbes ſuos mutuo commutabunt: alteram uelociorem: alteram tardiorem fore perſpicuum eſt: qua ratione nullū motum habebunt propriū: ſed ab ipſis orbibus ferrent.

Expoſitio.

Nunc uult deſtruere conſequens: & ita ponit quaſi minorem. debes ſcire q̄ orbes ſiue circuli qui græce cycli dicunt, habent uelocitates magnitudinibus proportionatas, qa maior orbis in eodem uel æquali tēpore uelocius mouetur: & ita maior uelocitas eſt in maiore magnitudine: & licet uelocitates ſint in orbibus ſecundum proportionem magnitudinū: hoc non eſt in ſtellis: ita ut ſtellæ habeant in uelocitatibus proportionem, ſecundum proportionem magnitudinū orbium: itaq; ſtella habeat in uelocitate proportionem ad aliā:

M quam orbis ſuus habeat in magnitudine ad orbem alterius ſtellæ. eſt igitur intentio probare unam ſtellam non habere in uelocitate talem proportionem ad aliam: qualem ſuus orbis habet ad orbem alterius. qua ratione euenit ut ipſa non moueatur neceſſario pari uelocitate cum ſuo orbe. Nam orbis ad orbem ſemper in uelocitate proportionem ſeruat: nō autem ſtella ad ſtellam. Hoc proponit, & inquit: Non eſt autem rationi conueniens ut uelocitates ſtellarum & magnitudines orbium eandem habeant rationem. hoc eſt non eſt rationi conſonum ut ita ſe habeat ſtella ad ſtellam in uelocitate: ſicut orbis eius ad orbem alterius in magnitudine. Nam q̄uis orbes uelocitates eius proportionis habere quā & magnitudines habent, non ſit abſurdum: immò neceſſariū: unā quāq; tamen ſtellarum quæ in his orbibus ſunt habere nullatenus rationi conſentaneum eſt. eſt igitur hęc concluſio: nō oportet ut qualis ſit proportio magnitudinis orbis ad magnitudinem orbis, talis ſit ſtellæ in uelocitate ad ſtellam. uerbi N cauſa. non oportet ut qualis eſt proportio orbis Mercurij ad orbem Lunæ in magnitudine: talis ſit proportio Mercurii ad Lunam in uelocitate. Et hoc probat, quia tunc Mercurius q̄ X eſt in orbe maiori erit uelocior Luna: quæ eſt in orbe minore: aut igitur eſt naturale, & neceſſario uel caſuale: non naturale, quia ſi fieret translatio ſtellarum de orbe ad orbem: ita ut Mercurius ſaltaret in orbem Lunæ: & Luna in orbē Mercurij: tunc Mercurius efficeretur tardior, & luna uelocior. igitur non neceſſario naturaliter. Inquit. Nam ſi illa neceſſario ſit uelocior: quæ per maiorem orbem fertur: ſtellæ ſi orbes ſuos mutuo commutabunt: alteram uelociorem, alteram tardiorem fore perſpicuum eſt: cuius contrarium erat ante cōmutationem orbium. qua ratione nullum motum habebūt proprium: ſed ab ipſis orbibus ferentur: quod eſt propoſitū. debes ſcire q̄ hæc concluſio non ſequitur præciſe ex nūc dictis: ſed addita eſt, quia poſterius complebitur. Obiicies fortaſſe caſum non eſſe poſſibilem uidelicet q̄ fieri poſſit orbium tranſpoſitio. Solutio patet: orbium enim tranſpoſitio pro tanto eſt impoſſibilis, pro quanto ſtella eſt pars ſui or- O bis illi continua: ubi autem ſit pars diſcontinua, & per ſe proprium habeat motum: caſus eſt imaginarius, & poſſibilis, quia motus unius non dependet ex motu alterius, & ſic erit poſſibile unum tranſponi in alio: & hoc modo ualet id quod Ariſtoteles ait.

Obiectio Solutio.

Sin autem caſu id accidit: non erit profectò rationi conſonum ut in omnibus orbis ſit maior: ſimul atq; latio ſtellæ quæ in ipſo eſt uelocior. unam enim uel duas hoc pacto ſeſe habere: non eſt abſurdum. omnes uero ſimiliter ſeſe habere figmento ſimile eſt. Præterea etiam in his quæ natura ſunt nihil fortuito euenit. Inſuper etiam id quod ubiq;, & in omnibus eſt à fortuna non proficiſcitur.

Expoſitio.

Hactenus q̄ non ſit naturale ſtellam in uelocitate ſeſe habere ad ſtellam, ut orbis ad orbem in magnitudine probatum eſt. Quod uerò nec caſuale: tribus rationibus probat. pri- P mo, quia quæ caſu eueniunt: in paucioribus contingunt. at in illis hoc eſt in omnibus. ſecundo, caſuale non eſt in his q̄ ſunt à natura ſtellæ & orbes ſunt à natura. tertio, caſuale non eſt ubiq; & ſemper. at hæc ſunt ubiq; & ſemper. Quare non eſt caſuale. Ex his poteſt haberi q̄ non quali proportione orbes ſeſe habent in magnitudinibus: tali ſtellæ ſe habent in uelocitate. & tunc habebitur ſtellam non moueri pari uelocitate cum ſuo orbe, quia tunc ſemper haberet uelocitatem proportionatam magnitudini orbis. quod eſt nunc de- Dubitatio. ſtructum. Sed ambiges. nam Ariſto. uidetur concedere caſum in una uel duabus ſtellis, & negat illum in omnibus. Solutio igitur concedit caſum in cœleſtibus. Solui poteſt ut Auer. innuit Ariſtote. non eſſe locutum aſſertiue, ſed hypotheticè: quaſi dicat non eſſe contra naturam caſus: ut in una uel duabus id eſſet.


Atqui ſi orbes quieſcunt, & ſtellæ mouentur: ea- Q dem rurſus abſurda, & ſimiliter erunt. Eueniet enim eas uelocius moueri, quæ ſunt extra: & uelocitates eſſe pro orbium magnitudinibus.

Tertium membrum erat alterum imaginando quieſcere: alterum moueri: hoc autem eſſe poteſt: imaginando uel orbes quieſcere: & ſtellas moueri per illos: uel cōtra orbes moueri & ſtellas quieſcere in eis. reprobat primum, & inqt. Atqui ſi orbes quieſcant: & ſtellæ mouentur: eadem rurſus abſurda, & ſimiliter erunt: eueniet enim eas ſtellas uelocius moueri quæ ſunt extra. hoc eſt in exteriori orbe: ut Mercurium uelocius Luna moueri: qui eſt in orbe exteriori, & uelocitates eſſe pro orbium magnitudinibus, quia ſemper Mercurius mouebitur in uigintiquatuor horis in tanta ꝓportione uelocius luna, in quanta eius orbis eſt maior orbe lunæ. Ambigit Auer. quia licet illud impoſſibile ſequa- Dub. auer. cōmē. 46.

tur

A tur ſi orbes & ſtellæ propriis motibus & ſeorſum mouentur, non tamen ſequi uidetur ubi cœlum quieſcit & ſtella ſola per ſe mouetur. Reſpondet Auer. illud ſequi pro tanto quia omnes ſtellæ mouentur motu diurno atque in æquali tempore, cum enim in æquali tempore circuant, illa ſtella quæ in maiore eſt orbe, uelocius mouebitur & quæ in minore tardius, quare uelocitates proportionabuntur. Secundo magis ad rem dubitabis: nam cauillator poſſet dicere Mercurium & Lunam non in diuerſis orbibus moueri, ſed unum eſſe cœlum omnium: in quo mouentur circulariter ueluti piſcis in mari: uel auis in aere. Dici poteſt q̃ Ariſto. ſupponit duo, primum eſt, ipſos ſaltem deſcribere circulos imaginarios in. 24. horis: & ſecundum eſt, circulum Mercurij eſſe maiorẽ, q̃ patet, quia Mercurius mouetur ſupra Lu-
B nam, quia Luna eclipſat Mercurium & non econtra, & tũc idem ſequitur, ac ſi eſſent ueri orbes.

Cum igitur neq; utraq; neq; ſtellam duntaxat moueri ſit rationi conſentaneum: reſtat orbes quidem moueri, ſtellas uero quieſcere, & infixas in ipſis orbibus ferri. hoc enim modo tantum nullum abſurdum euenit. uelociorem enim eſſe maioris circuli celeritatem conſentaneum eſt rationi, ſi orbes circa idem centrum ſint conſtituti: quemadmodũ enim in cæteris corpus maius uelocius latione propria fertur: ſic & in orbicularibus. nam earum portionum quę ab eodem auferuntur centro, maioris orbis maior portio eſt. Quare æquali in tẽpore maior orbis iure circunferetur.



C


Expoſitio. Ex his concludit membrũ quæſitum, & inquit. Cum igi
D tur neq; utraq;, neq; ſtellam duntaxat moueri ſit rationi cõ ſentaneum: reſtat orbes quidem moueri, ſtellas uero quieſcere ſupple a proprijs motibus, & infixas in ipſis orbibus ferri. Quod uero ad uerba attinet infixas græce eſt ἐνδεδεμένα, latine, ſiue infixas, ſiue firmatas, ſiue conſtitutas, quæq; non ſunt ut claui: ſed ut nodi in tabulis. Hoc eſt membrum quæſitum. deinde probat hoc per id quod ad ipſum nullum ſequitur repugnans. Primo, cum ueritate huius membri ſtat orbem maiorem ut illum Mercurij celerius ferri orbe lunę & Mercurium in ſuo orbe in eodem tempore. uerbi cauſa. in hora maiorem arcũ deſcribere. Mercurius enim per motum diurnum ad motum ſui orbis deſcribit in certo tempore arcum ab ortu in culmen a.b. Luna uero in eodem tempore ab ortu in culmẽ arcum d.c. igitur Mercurius uelocius ſecundum ſui orbem fertur. inquit. Hoc enim modo tantũ nullum abſurdum euenit: uelociorem enim eſſe maioris circuli celeritatem ſiue motum conſentaneum eſt rationi: ſi orbes circa idem centrum ſunt conſtituti, quod ſaltem uerũ eſt quo ad motum diurnum: de quo loquimur. & hoc probat a ſimili in corporibus rectis. & inquit. Quemadmodũ enim in cæteris ut in corporibus rectis uelocius propria latione fertur. ſup. corpore minore: ſi tempore æquali ambo feruntur: ſic & in orbicularibus. nam earum partium, ſiue portionum, ſiue arcuum quæ ab eodem auferuntur centro, ſiue ſuper eodem deſcribuntur centro, maioris orbis maior portio, ſiue arcus eſt ut arcus a.b. orbis Mercurij maior eſt arcu d.c. in orbe lunæ: ſi uidelicet deſcribantur ſuper centro m. ſecundum eandem longitudinem, uidelicet ab ortu in culmen: quo motu ferri ſupponuntur eodem in tempore, & ita motus Mercurij deſcribens arcum a.b. celerior erit motu lunæ deſcribentis arcum d.c. apponit concluſionem, & quod dicit patet. E

Inſuper cœlum accidet non diuelli, & ꝓpter hoc ipſum: & etiam quia declaratum eſt totum ipſum eſſe continuum.

Expoſitio. Secundo oſtendit non ſequi ſecundum impoſſibile, et inquit. Inſuper cœlum accidet non diuelli ut in illo membro accidebat, & propter hoc ipſum: quod nunc diximus uideliçet, quia ſtella mouetur ad motum orbis: & etiam quia declaratum eſt, totum ipſum cœlum eſſe continuum. Forſitã Dubitatio dices Ariſtoteles impoſſibile ſequi quando ſtella moueretur per profundum cœli: ſed quando mouetur per ſuperficiem quia animal mouetur per ſuperficiem terræ, & non di F uellit terram. Sed bene talpa quæ ſub terra fertur, terram diuellit. Dici poteſt Ariſtotelem ſuppoſuiſſe ſtellam mo- Solutio. ueri per ꝓfundum: nam ſi moueretur in ſuperficie inter orbem & orbem relinqueret poſt ſe uacuum.

Propterea cum ſtellæ ipſæ rotundæ ſint: quemadmodum & cæteri ſentiunt: & nos qui ex illo corpore inſunt, illa facimus, conuenienter concedimus. rotundi quoq; ipſius duo ſint per ſe motus, rotatio & conuerſio: ſi ſtellæ per ſe mouebuntur: altera harum motionum mouebuntur.

Expoſitio. Prima ratio ſumpta erat per comparationem ſtellarum ad orbes: hæc ſumitur ex parte figuræ ſtellarum: ſupponit autem duo. primum eſt, omnes ſtellas eſſe rotundas, quod proba, tum auctoritate cæterorum: tum per ea quæ dixit. dixit enim ſtellas eſſe de natura cœli. igitur erunt de figura cœli: quæcunq; enim conueniunt in natura: etiam in figura & accidẽtibus eſſentialibus conuenire uidentur, inquit. G Cum ſtellæ ipſę rotũdæ ſint: quemadmodum & cęteri ſentiunt, & nos dicimus conuenienter ad dicta noſtra, qui ſtellas facimus ex natura eius corporis in quo eſt. Hæc eſt prima ſuppoſitio, quæ eſt legenda cum nota ſuſpenſionis. Secunda eſt, unumquodq; rotundum. uerbi cauſa. lunam poſſe intelligi moueri duobus modis, aut rotatione, aut conuerſione. rotaret enim luna ſi a cẽtro terræ per centrum lunæ uſq; ad conuexum ultimum octaui cœli traheretur una axis per pendiculariter quæ ſit a.b. & circa hanc axem ſuper illos



H

polos perpetuo uolueretur ueluti rota molendini circa centrum proprium. Conuerteretur autem ſi ſuper nos circa cẽtrum m. uolueretur ab ipſo c. in d. redeundo in c. ad modũ quo ueges uel rota carri circũuoluitur. Hæc eſt ſecunda ſuppoſitio. Deinde ponit conſequens. ſi inquam ita eſt ut ſtellę

I per ſe moueantur, ex quo ſunt rotundæ, altera harum motio
Dubitatio non mouebuntur. Sed occurres, nam ueges poteſt moueri
defluendo: & per conuerſionem igitur pōt adhuc intelligi
Solutio. ſtella moueri defluendo: cuius nihil meminit Ariſ. Dici po
teſt talem defluxionis motum eſſe rectum, at rotundis per ſe
non competit motus rectus: maxime his rotundis, quæ ſunt
alterius naturę ab elementis, elementarijſq; rebus, propter-
ea Ariſto omiſit.

At neutra moueri uidentur. Nam ſi rotabunt: in eodem profecto manebunt, & locum non mu//tabunt: uidentur autem locum mutare: ut etiam omnes dicunt.

Expoſitio. Facta diuiſione oſtendit illas non moueri motu rotatio-
niſ: nam quæcūq; motu rotationis mouentur: manent in eo
dem ſitu, & locum ſecundum ſubiectum non mutant: ueluti
de rota molendini dictum eſt. at ſtellæ uidentur locum mu-
K tare cum diſcurrant ab ortu in occaſum: ut etiam alij omnes
concedunt. Inquit. At neutra motione moueri uidentur: pri-
mo q̄ non rotatione: nam rotabunt in eodem profecto ſitu
reſpectu polorum & centri mundi manebunt, & locū non
mutabunt ſecundum materiam. at uidentur locum mutare,
ut diſcurrere ab ortu in occaſum ut ēt omnes alij dicunt. igi-
Cauillus tur ſtellæ non mouentur motu rotationis. Fortaſſe cauilla-
Solutio bis aſſerēs illas rotari cū aliqua defluxione uerſus occaſum,
hoc profecto ablatum eſt: nam defluxus competit his quæ
recto motu mouentur: quatenus cœleſtia moueri non pñt.

Inſuper etiam omnes quidem conſentaneum eſt rationi eodem motu rotare. at ſol ſtellarum ſolus hoc facere uidetur, cum exoritur, atque occidit. Et hic non per ſe: ſed ob diſtantiam a noſtro uiſu. uiſus enim longe ſeſe extendens ob imbecillitatem uacil/lat: qui quidem forſitan cauſa eſt, ut etiam ſtellæ fi/xæ micare uideantur, uagę uero non micare. Vagæ nanq; ſtellæ quia prope ſunt: uiſus ſui compos ad ip
L ſas pertingit. Ad fixas uero longe ualde diffuſus ui/brat. Tremor autem ipſius facit ut hæc uibratio, ſtel lę ipſius uideatur. Nā differt nihil uiſus an res quæ cernitur uacillet.

Expoſitio. Secundo idem uidetur perſuadere per locum a maiori ad minus. Nam ſi ſtellæ rotarent: maximè ſol rotaret. Decla ratur, quia ſol ſtellarum ſolus hoc facere uidetur cum exori-tur atq; occidit. at ſol non rotat, quia hic non per ſe apparet rotare, ſed ob diſtantiam a noſtro uiſu. declaratur. nam ui-ſus longe ſeſe extendens & profuſus ob imbecillitatem quā in conatu conſequitur uacillat: huius ſignum eſt, quia idē ui-ſus forſitan cauſa eſt, ut ēt ſtellæ fixæ micare uidentur. uagæ uero non micare. Vagæ nanq; ſtellæ quia prope ſunt, uiſus potens & ſui compos ad ipſas pertingit. Ad fixas uero longe ualde diffuſus uibrat. quæ uibratio uiſus apparet eſſe ſtellæ. nam quo ad uibrationem differt nihil uiſus an res quæ cernitur uacillet. Sic igitur apparet ſolem ipſum non rotare, &
M tamen maxime rotare uidetur. igitur nulla ſtella rotat, hæc
Dub auer. cōmē 45. Ariſ. Dubitat Auer. quia non uidetur ſolſcintillare ob di-
ſtantiam: nam ſol propior eſt Ioue, & maior. & Iupiter non
Sol. Auer. ſcintillat, igitur nec ſol ob diſtantiam ſcintillare debet. Re-
ſpondet Auer. & concedit ſolem non ſcintillare ob diſtan-
tiam ut ratio cogit. Sed ob lucis potentiam, & excellētiam, ſignum huius eſt, quia in ortu & culmine ſcintillat atq; oc-caſu. In meridie nanq; ſolum ob lucis exceſſum ſcintillat. In ortu uero rotare uidetur & ſcintillare ob lucis exceſſum, & medij craſſitudinem. atq; turbulentiam, eſt enim tunc aer uaporibus plenus, qui in nocte exhalauerunt, atq; inſpiſſati
Cōfutatio erant, & ſic concedit ipſe rationem. Sed hæc ſolutio eſt de
directo contra textum. ait enim Ariſto. ſolem ſcintillare ob
Sol. Alex. diſtantiam. Alexan. ait ſolem uibrare ſiue titubare in ortu
propter apparentiam duorum motuum, qui tunc uidentur.
Qualis ſol. Alexan. Nec hæc ſolutio eſt ad textum: nec uera in ſe: ut omnibus
Propria credo eſſe notum. Dicendum igitur ad talem ſolis tituba-
Solutio tionem concurrere medij craſſitudinem, ut in ortu, & humi-

di in oculo exiſtentis ob lucis præſtantiam eliquationem, ſi N
ue reſolutionem, & inordinatum motum ſpirituum. princi-
paliter concurrit diſtantia & lucis præſtantia. Ego tunc dico
Ariſt. accepiſſe diſtantiam pro cauſa: quia lucis præſtātiam
eē cām, nec dubitat. Ad illud de Ioue, dico q̄ nō ſunt cætera
paria: quia tanta diſtantia ſolis a noſtris oculis cum tāta lu-
cis excellentia ſufficit eliqueſcere humidum oculi, & facere
inordinatum motum ſpirituum. at tanta Iouis diſtantia cū
tanta luce non ſufficit. Et hoc Auer. ignorauit. Amplius, Scda dub.
dubitatur, quia Mercurius eſt prope, & paruæ lucis, & ta-
men ſcintillat: propter quod græce ſtilbon a micatu appel-
latur, ut dicit Simpli. Dici poteſt hoc ſibi accidere a uicini Solutio
tate, quam cum ſole habet: ipſe enim ſemp ante ſolem exo-
ritur uel occidit non elōgatus plus uno ſigno, & ſic uidetur
ſemper prope diem uel in noctis principio, cum adhuc dies
eſt: & inde id euenire poteſt accedente ad hoc etiam eius
paruitate. Nam tanta diſtantia q̄ta eſt Mercurij ad oculos
nr̄os, cū tāta eius ꝓuitate ſufficiēs eſt ad ſcintillatū Mercurij.

Atqui nec cōuerti ſtellas perſpicuum eſt. id enim O
quod conuertitur, uoluitur. at id lunæ quod facies appellatur: ſemper ſpectatur. Quare cum ea quæ ꝑ ſe mouentur, propriis motibus per ſe moueri ęquū ſit: his autem moueri nō uidentur: perſpicuum eſt ipſas per ſe non moueri.

Hactenus q̄ ſtellæ non mouentur motu rotationis, nunc Expoſitio.
q̄ non mouentur motu conuerſionis, proponit, & ſyllogi-
zat ſic, quæcunq; mouentur motu conuerſionis, uoluuntur.
Sed ſtellæ non uoluuntur, ut patet in luna: quæ non uoluit.
ꝓpterea quia ſemper eius facies nobis apparet. Hoc etiam
cōfirmari poteſt, propterea quia ueges quę uoluitur, aliquo
modo recto motu mouetur, ſi debeat locum mutare ſecun-
dum materiam & ſubiectum. at ſtellæ non mouentur mo-
tu recto, ut diximus. propterea epilogando ſyllogizat di-
cens. Quare cum ea quæ per ſe mouentur, propriis moti-
bus per ſe moueri æquum ſit: his autem ꝓtopriis motibus
ſtellæ moueri non uñr: perſpicuū eſt ipſas per ſe nō moueri. P
Digreditur uero Auer. in commen. primo de maculaq; quę Quæ auer.
ſit & reſpondet maculam illam apparere ob partium luna- cōmē. 49.
ris corporis difformitatē, eſt enim de luna quemadmodum De macu-
de ipſa terra putandum. Nam ut terra eſt in partibus diſſor la lunę.
mis, rarior quidem in aliqua parte, denſior in alia, ita luna
in parte eſt peruia & tranſparens, in parte opaca, qua qui-
dem ē partium difformitate reſultat illa quam faciē dicunt.
lumē enim ex ipſo ſole ſuſceptum non uniformiter penetrat
propter partium lunæ differentiam: ꝓſuadet Auer. hoc pri-
mo, quia in ſtellis ſiue cœleſtibus ſunt extrema uidelicet pu-
ium, & opacum, peruium eſt pars orbis non ſtellata: opa-
cum uero eſt ea lunę pars quæ nō eſt penetrabilis: igit opor
tet eſſe medium, & hæc eſt pars maculoſa lunæ. Secundo
idem probat auctoritate Ariſto. qui lunam comparat terræ.
quia ut terra ab igne illuminatur, ſic luna a ſole, & ut terra
difformitate partium difformiter illuminatur, ſic luna. quæ
uero partes clariores, quæ obſcuriores uideantur: probabile
eſt reſpondere tuo modo, uel ut Albertilla ſatisfacit. Sed
nunc occurres quonam modo luna lumen ē ſole ipſo mu-
tuetur ipſumq; quonam modo nobis emittat. Reſpondet
Auer. lumen poſſe recipi & emitti ſm fractionem, ſiue refle
xionem, & ſm penetrationem. Scdm reflexionē quidem re
cipitur ueluti in ſpeculo calibeaceo, ſecundū penetrationē
uero ut ſi lumen per ſingulam profundi partem penetraue-
rit. Tenet igitur Auer. lunam recipere lumen per penetratio-
nem, & non per reflexionem. primo auctoritate Auempa-
cis in tract. ſuo de re hac. Secundo quia ſi per reflexionem
reciperetur: non fieret illuminatio uniuerſalis totius noſtri
hemiſphærij. Sed tanti duntaxat ſpatij: quanta eſſet lunę ma
gnitudo ut in ſpeculo calibeaceo uideri poteſt, quod quidē
tantum præciſe illuminat quantum eſt. Tertio, quia in dimi
nutionibus ſuis cum ipſa eſſet non mitteret lumen ad terrā
ueluti cum eſſet cornicularis. Sed forte contra Auer. facit,
qa ſi lumen reciperetur per penetrationem ſemp appareret

plene

A plena:nam ſemper lumen omnes lunæ partes illuſtraret uerum ſume tempus ad conſultan. hæc de luminis receptione. De macula ēt narrat Auer. alias poſitiones. prima eſt, maculam illam prouenire ob interpoſitionem cuiuſdā corporis, quod inter nos interponitur & lunam, prohibēs nos uidere totalem lunæ claritatem. Contra obiȝcit, quia non ubiq; eodem modo appareret: non enim eodem modo corpus illud in omni terræ regione interpoſitum uideretur. ueluti eclipſis ſolis non eſt ubiq; eadem, licet ſit ob interpoſitionem lunæ. Secunda poſitio eſt, maculam illam eſſe umbram ſiue ſimilitudinem montium uel quorūdam marium ceu in ſpeculo apparet ſpecies. Obiȝcit aūt Auer. per idem quia tunc non omnibus habitantibus ubiq; appareret eadē uel forſitan non eſt remotum dicere lunæ partes eſſe diuerſas ueluti ſunt partes terræ: quarum aliæ ſunt uallo ſæ, aliæ montuoſæ: ex quarum dīa effici poteſt facies illa lunæ, nec eſt rōni diſſonum: nam luna eſt corpus imperfectè ſphæri-
B cum cum ſit maximè ab ultimo cœlo elongatum, ut ſupra dixit Ariſt. Tu uero in hoc nō dedigneris conſiderare. Sed quærit Alex. propter quid ſuit illa partium differentia in luna merito cuius macula appareret. Reſpondet (ut mihi uī) q; illa quæ ſunt in inferioribus diſperſa, in ſuperioribus ſunt unita: & quæ in ſuperiori natura unita, in inferioribus diſperſa. luna igitur ex ea parte, quia eſt ſuper elementis: meruit lumen unitum, quia uero eſt infima ſtellaꝝ meruit illud aliqua ex parte diſperſum. Hinc fuit neceſſarinm partes nō eē conſimiliter diſpoſitas. fortaſſe dicendum q; ſicut nulla eſt quærenda cā quare terra eſt difformis: niſi quia terra, ſic ipſius lunę nulla eſt cā quare eſt difformis, niſi quia luna. hęc de macula. Secundo diſputandum eſt, an orbes omnes ſint
An ſtellæ ſint ſpē. Pō Auic. eiuſdem ſpeciei. Rūdet Auic. ut narrat Auer. ſtellas differre ſpecie ueluti & orbes differūt: & tunc Ariſt. fuiſſe locutū exemplariter: non. n. uult habere q; quia luna non mouetur: igitur nulla mouetur: ut hoc ſit pro tanto, quia omnes ſunt eiuſdem ſpeciei. Nam hoc eſt lóco exempli non demonſtrationis, & propterea cōcedit Auic ſtellas ſiue orbes eſſe eiuſdem generis, & differre ſpecie. perſuadet hoc primo, quia
C motus differunt ſpecie. igitur & orbes. añs patet, quia motus diurnus, & motus proprius uagarum ſtellarum differūt ſpē. ſunt enim a terminis contrarijs in contrarios terminos ſupra diuerſos polos. Secundo, quia centra orbium differunt ſpecie, maxime ſi ſint eccentrici & epicycli. Hęc eſt poſitio
Obiȝiones Auer. contra Auic. Auic. Obiȝcit autem huic Auer. ſic, ſi orbes eſſent ſpē differentes & genere conuenientes: eſſent compoſiti ex materia & forma, & ſi compoſiti ex materia & forma. igitur generabiles & corruptibiles: & ſi generabiles & corruptibiles. igitur eſſet aliquod corpus cœlo prius: & ita orbes non eſſent
Declaratio rōnū auer. p iunctes prima corpora. Iuniores deducunt primam conſequentiā per hoc, quia quæcūq; ſunt in genere ſunt contraria, & omnia contraria componuntur ex materia & forma. Tertiam
Cōfutatio conſequētiam declarat, quia omnis reſolutio eſt ad corpus: & ita ante cœlum eſſet corpus. Sed hęc friuola ſunt, prima enim deductio nulla eſt: quia ſic omne habens contrarium
D componeretur ex materia & forma, quod non eſt uerum, niſi in ſubſtantia: albedo enim & nigredo contrarię ſunt: & tamen nulla illarum ex materia & forma componitur. Præterea. falſum eſſe quæcunq; ſunt in genere eſſe contraria: nam
Propria deductio. ſpecies numerorum ſunt in genere, & non ſunt contrarię. Secunda deductio friuola etiam eſt, non enim omne quod reſoluitur reſoluitur in corpus: non. n. elementū in corpus reſoluitur: ſed in primam materiam. propterea aliter deduci poteſt: primo quidem, quia generaliſſimum apud Auer. in paraphraſe Porphyrij prædicamenti ſubſtantiæ eſt corpus generabile, & ita ſequitur, ſi orbes ſint eiuſdem generis ſubſtantiæ, omnes erunt corpora generabilia. Sed iſtud eſt pe-
Alia deductio. tere. Propterea ſolemus dicere Auer. ſuppoſuiſſe differentiā ſumi ab actualitate formæ, genus ab ipſius materiæ potētialitate, propterea ſequitur omne per ſe in genere eſſe compoſitum ex materia & forma. nec obſtat id quod de nigredine dicitur, quæ eſt in gñe, & tamen non componitur ex materia & forma. Nam nigrum eſt in genere, & non nigredo ut Ariſto. in topicis ait. Tertia conſequentia deduci poteſt. primo, quia generatio unius corporis eſt corruptio alterius corporis prioris. quare ſi orbes fuerunt geniti: aliquod corpus prius fuit. Secundo, quia omne quod generatur, extrahit de potentia materiæ uirtute agentis corpore, omne enim extrahens eſt corpus 7. meta. commen. 31. Tunc Auer. reſpō Sol rōnū Auic. det ad rationes Auicen. ad primam reſpondet cœlum eſſe ueluti unum animal, cuius primus motus eſt diurnus. Motus uero econtra eſt non primus. Sed ueluti motus membrorum. In uno enim animali unus eſt primus motus: poſſunt tamen plures eſſe non primi ut qui a dextris fit in ſiniſtrum: uel econtra. Sic igitur ea mobilia differunt ſpecie: quorum motus primi differunt ſpecie. at motus primus omnium orbium eſt unus, uidelicet diurnus: cæteri ſunt per accidēs: ab ſolute enim negandum eſt differentiam motuum facere differentiam ſpecificam. nam in uno animali numero poſſunt eſſe diuerſi motus ſpecie, ut dicit, quorum unus eſt a dextris
F in ſiniſtrum, alius ecōtra. Ad ſecundum reſpondet omnes orbes eſſe concentricos: nam apparentię ſaluari poſſunt per motum leubab: ut ſupra fuit dictum. Sed tunc dubitares. nam ſi orbes ſunt eiuſdem ſpeciei, erunt tunc indiuidua contenta ſub eadem ſpē. Reſpondet q; ſunt eiuſdem ſpeciei ſecundum prius & poſterius: ubi debes ſcire q; aliqua eē eiuſdem ſpeciei eſt dupliciter reductione ad unam primam eſſentiam ordine quodam. & hoc modo omnia membra animalis ſunt eiuſdem ſpēi: quia omnia reducūtur ad unā eſſentiam aię, & ad unā eſſentiā primi membri, puta ad cor, ordine tñ quodā ſm perfectius et imperfectius, nobile & ignobile: & hoc modo oēs orbes ſunt unius ſpeciei, reducunt enim omnes ad unam primam eſſentiam, uidelicet deum, qui eſt anima prima & communis omnibus, & ad unum primum membrum. uidelicet ad orbem ſtellarum fixarū ordine quodam ſecundum perfectius & imperfectius, nobile & ignobile. Alio modo aliqua dicuntur eſſe eiuſdem ſpeciei participatione eiuſdem rationis & definitionis, quo modo Socrates & Plato, & uniuerſaliter indiuidua eiuſdem ſpeciei præ
dicabilis de ipſis uniuoce ſunt eiuſdem ſpeciei. & hoc mo-
do orbes nō ſunt eiuſdem ſpeciei Nam natura cuiuſlibet in G
diuidui eorum eſt alia a natura alterius aliquo modo, & naturæ quæ mouent ea ſunt conueniētes eiuſmodi conuenientia & differentes huiuſmodi differentia. Sed contra hanc Obtiones cōtra auer. Auerro. poſitionem multipliciter poteſt obiȝci. primo, quia tūc motus uagarum non eſſet per ſe primus uagarum ſtellarum, hoc eſt falſum, quia eſt a per ſe anima & a per ſe corpore illarum: eſt etiam per ſe intentus & neceſſarius generationi ueluti etiam motus diurnus. Secundo, ſi inter ſe orbes non differunt ſpecie, & conueniunt ſpecie & genere. igitur redit in poſitionem Auicē. q; erunt compoſiti ex materia & forma. Tertio, in æternis non eſt plus uno indiuiduo in ſpē. primo huius commen. 90. unde Auer. in lib. deſtruct. deſtru. diſputa. prima, in ſolutione dubij. 11. inquit orbes non ſunt unum in ſpecie, multi in numero. immo multi in ſpecie, q̄uis non inueniatur de illa ſpecie niſi unum indiuiduum. Quarto, plus differt ſtella unius orbis a ſtella alterius orbis q̄ ſtella eiuſdem orbis a ſtella eiuſdem orbis, uel q̄ pars ſtellata a non ſtellata. Sed ſtella unius orbis a ſtella
eiuſdem differt uirtute & numero. igitur ſtellæ diuerſorum H
orbium differunt ſpecie. Quinto, motores differunt ſpecie ſecundum omnes. igitur & orbes. Sexto, ſtellæ differunt in accidentibus proprijs ut aſtrologi dicunt. igitur ſpecie. Septimo, ſi orbes differunt ſicut membra: tunc non erunt uel non oportet eſſe eiuſdem figuræ ueluti non oportet omnia membra animalis eſſe eiuſdem figuræ. Octauo, tunc ratio Ariſt. nulla, non enim oportet ea quæ differunt ut membra moueri uno motu, alio enim motu mouet cor, alio cerebꝝ.

Nono, Ariſt. in lib. de proprietatibus elementorum exp̄ſſe ait ſolē ſpecie differre ab aļs ſtellis. de hac quæſtione non eſt dubium quo ad ſtellas eiuſdem orbis: omnes enim ſunt eiuſdem ſpeciei cum orbe non differentes niſi ſecūdū magis & minus fuit dictum. Sed eſt dubitatio de ſtellis diuerſorum orbium an ſpecie differant, habent enim motus di-

I uersos maxime ſecundum aſtrologos ponentes eccẽtricos, & ſecundum Ariſ. ponentem eos fieri ſuper polos diuerſos & motores ſpecie differentes: & igitur orbes differunt ſpẽ.

Hæc quæſtio non eſt leuis. accedit ad hoc auctoritas Ptolemęi, qui uirtutes ſpecie differentes tribuit ſtellis, & ſexus diuerſos, & conditiones diuerſas, & lumina ſiue luces diuerſas, & temperationes ſiue complexiones diuerſas. quæres non eſt leuis determinationis. Ad ſolutionis igitur euidẽtiam debes ſcire. primum ꝙ genus, ſpecies, & indiuiduum, poſſunt ſumi prædicamentaliter & tranſcendenter. Prædicamentaliter. n. quæcũq; in genere, ſpẽ, uel indiuiduo ſunt: corruptibilia ſunt & compoſita ex materia & forma media te uel immediate, aut fundata in compoſitis ex materia & forma, ea enim omnia quæ ſunt in genere ſubſtantiæ ſunt per ſe compoſita ex materia & forma: at cætera aliorum genera ſunt fundata in compoſitis ex materia & forma. huius aũt cauſa eſt quia genus eſt ſumptum a potentiali: omne autem potentiale eſt tandem propter propter materiam. differẽtia uero ab actuali, & omne actuale eſt forma. ꝓpterea ī accidentibus album eſt in genere, non albedo: albũ ſed nõ K corpus album ꝓpter multiplicẽ ſignificatum. quia albũ eſt quod cõponitur ex gñe & differentia: ex potentiali & actuali & non albedo. ubi aũt dicitur albedinem eſſe in genere: intellige ut dicitur animam eſſe in genere. tranſcendenter uero eſſe poteſt aliquod genus commune ſecundum aliquam rationem, ſimiliter ſpẽs ſimul indiuiduum. quali ratione dicimus in ęternis unum indiuiduum eſſe tantum in ſpẽ: ibi. n. genus & ſpecies æquiuoce, hoc eſt tranſcendenter dicuntur, iuxta illud Auer. 10. meta. & in lib. de ſubſtantia orbis. ęternis & corruptibilibus nihil eſt cõe uniuocum. Secũdo debes ſcire ꝙ aliqua eſſe diuerſa ſpẽ, ſiue pñtaſr, ſiue tranſcendenter dupliciter eſt. Totaliter & partiaſr, totaliter, quidem, ut homo & equus: hęc. n. differunt ſpecie totaliter, quia differunt ſpẽ, & nullius ottius ſunt partes, nec reducũtur ad aliquod unum primum ratione cuius poſſunt capere aliquã conuenientiam, partialiter uero & non totaliter differunt L ſpẽ membra unius animalis, ut cerebrum, iecur, lien, & cætera id genus. quia ſunt partes complexione, & fortaſſe forma, & influxu, & operatiõe differerentes. non aũt totaſrlqa reducuntur omnes ad unũ membrum ſecũdum prius & poſterius, ad unam formam atq; ad unam principalem operationem. reducuntur. n. ad cor, ad animã, quæ cordis primo, deinde cæterorum eſt forma, & ad unam principalem opationem, quæ eſt hoĩs propria, quã omnes illæ partes intendunt, ob quam ſunt, & ad cuius ſeruitiũ ſunt conſtitutæ. propterea licet partialiter ſpẽ differunt, non totaliter, ĩmo fortaſſe conueniunt in uno numero totaſr, & differũt inter ſe partialiter, maxime ſi teneatur animam eſſe unicam omnibus, & totam in uniuerſo aiali, & totam in quolibet animalis membro. His uiſis dico primo de mẽte Auer. & Ariſ. orbes ſiue ſtellas, nec differre ſpẽ, nec gñe, nec numero, nec conuenire genere, nec ſpẽ, nec numero: loquẽdo de ſpecie, genere, & in diuiduo prædicamentalibus. qua in æternis non eſt genus, nec ſpẽs, nec indiuiduum, nec penitus quicq; cõe uniuocum rebus ſublunaribus. Ex hoc apparet differentia Auer. ab Auic. Auic. n. uoluit orbes eſſe indiuidua ſpẽ differentia, & genere conuenientia prędicamentaliter, & contra ipſum M ualent rationes Auer. erunt enim compoſiti ex materia & forma: & generabiles & corruptibiles, & ita aliquod corpus erit illos præcedens. & huius ratio eſt quia omne quod eſt in gñe, ſpẽ, uel indiuiduo prædicamentaliter, eſt compoſitum ex materia & forma, uel fundatum in compoſito ex materia, & forma. Secundo dico ꝙ loquendo de gñe, & ſpẽ, & indiuiduo, tranſcendenter, eo uidelicet modo quo in æternis eſſe poſſunt orbes ſiue ſtellæ diuerſorum orbium, partialiter quidem ſpecie differunt: totaliter uero non: declaratur, quia cœlum totum eſt unum animal magnum ueluti homo parũum, cuius membra ſunt orbes ſiue ſtellæ. ut igitur in homine membra differunt ſpẽ partialiter, ꝓ̃ differunt differentiam complexionum, & operationum, & partialium formarum. ſic orbes & ſtellę differunt partialiter complexione, ut declarat Ptolemæus, operationibus: quia unumquodq; illo N rum proprio & peculiari motu mouetur: atq; formis: quia quilibet orbis a propria forma perficitur, atq; in ſpẽ reponitur. Et ut omnes hominis partes reducuntur ad unum primum membrum, ad unam primam operationem, atq; ad unam communem & primam formam, ſic omnes orbes ad unum primum membrum reducuntur. uidelicet ad orbem ſtelliferum a quo continentur. ad unam primam operationem utpote ad unum communem motum diurnum: quo omnes mouentur, & quẽ omnes intendunt primo & principaliter: atq; ad unam primam & communem formam. uidelicet primum motorem, qui uniuerſi eſt prima forma: orbium uero ſecundum prius, & poſterius. Et hoc eſt quod uoluit dicere Auer. cum dixit: ſed tamen debemus intelligere cum diximus ea conuenientia in ſpẽ: ipſa eſſe conuenientia in ſpẽ ſecundum prius & poſterius, & non ſecundum uniuocationem, hoc eſt æqualiter. nam licet membra animalis cœleſtis cõueniant in una prima actione, una prima forma, & in uno primo membro: conueniunt in illis ordine quodam, ueluti & membra hominis. nam nõnulli per O prius & immediatius attingunt illa tria: nonnulli remotius alį remotiſſime. & ita non differunt ſpẽ totaliter: ſed bene partialiter hoc idẽ uult dicere Auer. dum inquit. Diuerſitas autem motuum non facit diuerſitatem formarum ſpecificarum: quoniam diuerſitas motuum eſt ex modo diuerſitatis animalis in parte dextra & ſiniſtra; et manifeſtum eſt ꝙ iſtę diuerſitates inueniuntur in eadem ſpẽ animalis. uidelicet in homine. q. d. unum eſſe primum animalis cœlici motũ diurnum uidelicet, qui eſt omnium primo & per ſe: cæteri uero ſunt partiales ut motus membrorum, qui non faciunt' differentiam ſpecificam totalem, quia ſunt compoſſibiles in una ſpẽ, immo in uno indiuiduo, ſed bene faciunt dr̃iam ſpecificam membralem ſiue partialem, quo modo concedendum eſt orbes differre ſpẽ. Simili ratione ſtat concedere orbes moueri circa diuerſa centra: ſatis enim eſt ut omnes moueã tur circa cẽtrum ſecundum communem motum: qui primo omnibus competit. cæteri enim non totalem, ſed partialem differentiam ſpecificam faciunt. Et hæc poſitio ſic intellecta P| non habet calumnias, nec aliquid mali contra ſe. nec añ me inueni aliquem, qui eam declarauerit. Tunc ad rõnes contra Auer. ad primam dico uagas per ſe primo & principaliter moueri motu diurno, quia ob illum ſunt, a morore quoq; illius proficiſcuntur primo. Mouentur uero proprijs partialibus motibus membratim nõ per ſe primo: ſed ad ſeruitiũ primi. quia ſine illo primus motus non attingeret finẽ, ſicut ſine motu cordis anima non attingit finem in animali. Ad ſecundam patet quo modo poſitio Auer. differt ab illa Auicennę per ea quæ præmiſimus, & per idem patet concordia dictorum Auerro. quam ignari non animaduertunt. Ad tertiam iam patuit ſolutio: ſtellæ enim eiuſdem orbis, uel ſtella & pars non ſtellata eiuſdem orbis non ſpecie differunt: ſed ſecundum magis & minus: propterea omnes ſtellæ cœli octaui ſunt eiuſdem ſpeciei, ſed differunt ſecundum magis & minus: propterea Ptolemæus in libro apoteleſmatum non dicit abſolute aliquas illarũ eſſe martias, aliquas uenereas, & id genus: ſed omes eſſe eiuſdem ſpeciſi Q cæ idiotropiæ, atq; peculiaritatis, uergere tñ nonnullas ad martias qualitates, nonnullas ad uenereas & id genus. Ad quintam dicendum motores differre ſpẽ partialiter: conuenire tñ in uno primo ut ad unum finem, ad unam formã: primus enim motor eſt intellectuum quidem cœlorum forma intentionalis, orbium uero forma realis. Ad ſeptimam patet ſolutio, quia cum hac orbium conuenientia ſtat differentia membrorum in complexione, operatione, & forma: & in hoc Ptolemæus poteſt cum Philoſophis concordari, ut patet per ea quę diximus. Ad octauam dico quòd ſecus eſt in membris animalis ſimplicis et animalis miſti ex elementis. In animali ſimplici totum & omne membrum principale debet habere cõſimilem figuram. quia ob ſimplicitatem eſt ſimilare in toto & qualibet parte: ueluti uidemus aquam totam uergere ad rotunditatem, & guttam unam

ſimiliter

A similiter,in animali uero commisto ex membris diuersę mi
stionis,non oportet. Per idem ad nonam,patet enim om-
nia membra cõuenire in uno motu communi ueluti in una
forma,& differre in motibus propriis,uerũ in animali sim-
plici & similari membra conueniunt in uno motu commu-
ni,& quasi in spẽ motuum ꝓpriorum:ꝓꝓ totius & partium
simplicitatem. Ad decimã patet sol.Sol enim differt spẽ &
stellæ oẽs inter se nõ totaliter:sed partialiter.Hæc de qõne:
q̃ tene cordi:nam alĳ non bñ perceperunt ueritatem huius.

Quæstio de lucę stel larum. Prima põ

Consequenter quærunt quæ stellarum est primo lucida.
Dixerunt nostri cogtanei primo lucidum esse cœlum stelli-
ferum.nam ut in animali cor est primum uiuens: quod om-
nibus alĳs prębet uitam.Sic cœlum octauum est primũ ui-
uens quod omnibus alĳs prębet uitam.uita autem datur ca
lore,calor autem lumine & motu. quare primum lucidum

Cõfutatio

est cœlum stelliferum. Sed hæc positio,nec quo ad rẽ, nec
quo ad conclusionis rationem ualet.quoad rem quidem nõ
ualet,quia primum in unoquoq; genere est causa omnium
aliorum in illo genere.at cœlum stelliferum non reddit lucẽ

B alĳs:ut nemo est qui dubitat,quia in eclipse lunæ:luna non
amitteret lumen.quo uero ad rõnẽ dicendum mẽbꝝ primũ
non debere esse primum secundum omnia,cor enim est pri-
mum apud Galenum: non tamen est primum principium
nisi uitæ,non autem sensuum & motuum. Sic dico cœlum
stelliferum esse primum cœlici animalis membrum,non ꝓ
pterea quia sibi competat omnis ratio primitatis,sufficit.n.
ut sibi insit prima cœlorũ actio quæ est motus diurnus, quẽ
omnes intẽdunt, & ad quem omnes orbes reducuntur,&
hæc primitas facit ipsum esse primum membrum simplici

Scda põ

ter inter mẽbra cœlici animalis, & ita ratio non ualet. Alĳ
absolute protulerunt solem esse primo lucidum,& propter-
ea non lucem sucepit ab aliquo, & ipse est præbens lucem
omnibus stellis.Et hæc positio est Ptolemæi in libro apote
lesmatum.Et tunc si tenetur motus stellarum fixarum singu
lis.36.millibus annorum semel fieri, ad mentem Ptolemæi
oportet dicere deum esse principaliter in sole uti in medio,

C moueręq; uniuersum animal cœlicum motu diurno, princi
paliter solem, ad cuius motum diurnum mouentur omnia
reliqua membra cœli.Singulum uero membrum moueri a
suo motore,ut stelliferũ singulis.36.millibus annorum, alĳ
orbes propriis motibus. Qua ratione non oportet ponere
nonum cœlum quod primo moueatur: ad cuius motum cæ
teri orbes mouentur:& maxime si non detur trepidatio tibi
tici astronomi.Qua ratione orbis solis erit primus simplici-
ter & motu & luce.quæ res non est aliena a fundamẽtis Ari
sto.maxime si daretur motus octauę sphæræ.& hoc mõ or-
bis solis principaliter a motore communi mouebitur mo-
tu diurno:partiali uero motore mouebitur motu proprio.Et
quod sol sit primo lucidus:patet per uerba Aristo.in libello
de proprietatibus elementorum, si ille est suus. Secundo,
omne accidens quod pluribus competit oportet ut primo
competat uni ratione cuius cæteris competat per regulam

D posterioristicam .& cum lux omnibus stellis competat,
oportet ut uni,primo competat, at non uidetur esse aliud

Cõfutatio

nisi sol. Sed hæc positio sic principaliter & absolute rela-
ta non ualet: maxime si uelit auferre omnem lucem ab
alĳs stellis: primo, quia in simplicibus corporibus lux ui-
detur esse essentialiter consequens naturam:quare cum stel-
læ sint aliquo modo unius naturæ, uidentur esse omnes
eiusdem proprietatis.Secundo,sol non est lucidissimus, ni-
si quia densissimus ut dicunt Philosophi, sed omnes stellæ
sunt densę.sunt enim densiores partes sui orbis. Tertio om
ne peruium cum condensatur lucet:ueluti de albumine oui
patet,quod magis uidetur,quando magis densatur.Sed stel
lę sunt densiores partes in corpore peruio. igitur omnes lu-

Proptiapõ

cent. Propter hæc uidetur mihi esse dicendum lucem posse
sumi pro qualitate uisibili consequente absolute densum ꝑ-
uium.& hoc modo omnes lucent: quia omnes sunt in per-
uio densiones siue densiores partes.Alio modo pro qualita-
te uisibili consequente peruium densum, quod potest nota-
biliter qualitatem illam uisilẽ causare. & hoc modo omnes
sunt illuminatæ a sole,quia licet merito densitatis suæ stella B
haberet aliquam lucem:non tamen notabilem, propterea
recipiunt lucem a sole notabiliorem: & per hoc patet quare
luces stellarum sunt diuersæ proprietatis. Nam licet uigorẽ
tur a luce solis ut efficitur saturnia aliam habẽt affectionem:
& aliam ut est martia.Et hoc modo loquitur Ptolemęus:nã
quæ dicit Ptolemæus sunt omnia ad mentem Aristo. Pro
solutione tamen & concordia dictorum debes scire ut Auer
roes innuit in paraphrase libri meteororum lucem posse su-
mi in aptitudine.Alio modo in actu.primo modo dicitur lu
ciditas,quę est aptitudo ad lucem.& sic est essentiale, & pri
mum accidens cœlo in eo quod cœlum, & cæterorum ut
sunt membra cœli.quo modo lux non est intensibilis, nec
remissibilis,nec sol erit primo talis,nec orbis stelliferus.Se-
cundo uero modo lux est maxime in sole, & in cæteris ali-
qua ex parte propter densitatem earum:notabiliter tamẽ ef-
fecta ab illa solis.& hoc Auer.ait ibidem: cum ait.omne ac
cidens conueniens pluribus eiusdem speciei,est natum con-
uenire illis secundum magis & minus: utpote pro ratione F
recipientium. Ex his sequitur in animali cœlico esse duo
membra principalia:Solem uidelicet & stelliferum cœlum.
Solem quidem præstantia lucis,stelliferum cœlum præstã-
tia motus,absolute tamen primum est stelliferum cœlũ.Se-
cundum uerò Ptolemęum qui stellifero cœlo obseruauit mo
tum proprium membralem.Sol erit primum simpliciter,lu
cis & motus excessu ut diximus.hæc de quæstione.

Insuper etiam a ratione alienum est nullum ipsis instrumentum naturam ad motum tribuisse:natu/ra siquidem nihil casu facit.neq; æquum est anima/lia quidem hæc ipsi curæ fuisse:illa uero adeo præ/stabilia contempsisse. Sed uidetur tanquam de in/dustria factum,ea cuncta auferre quibus per se pro cedere ipsa possent,ꝓpterea quia & ipsa plurimum ab his semouit,q̃ instrumenta habuerunt ad motũ.

Quia aliquis obĳcere posset stellas processiuo motu fer- Expositio.
ri:ideo tertio arguit,hoc non conuenire bonitati naturę,& in
quit.Insuper etiam a ratione alienum est nullum ipsis stel- G
lis instrumentum naturam ad motum tribuisse, ueluti pe-
des,aut scardas,alas,& id genus.natura siquidem nihil ca-
su facit,nec mancum.Confirmat.d.neq; æquum est anima-
lia quidem hæc ipsi naturæ curæ fuisse : illa animalia adeo
præstabilia cõtempsisse.Sed uidetur tanquam de industria
esse factum ea instrumenta cuncta auferre:quibus per se ꝓ
cedere ipsa possent,ut pedes & id genus. hac uidelicet ratio
ne quia et ipsa cœlica animalia plurimum ab his caducis se
mouit,quæ instrumenta habuerunt ad motum.& ita quia il
la cœlica animalia sunt elongata ab his & in natura & mo
tu:studio factum est ut non habeant instrumenta ad motũ.
Hæc Aristo.de motu stellarum.

Quæstio de motu stel larum. Põ simpli.

Quærunt utrum stellæ propriis motibus mouentur.Sim-
plicius de mente Platonis uult oẽs stellas moueri motu ro-
tationis in propriis concauitatibus.persuasit rem hanc.pri-
mo,quia stellæ sunt corpora naturalia:igitur meruerunt ali-
quem motum.secundo sunt animata & per se uiua: igitur a
seipsis mouentur ut in octauo physicæ auscultationis est di- H
ctum.tertio,quia sunt sphærica. igitur aptissima motui. Al Põ Alb̃ti.
bertilla uero de luna opinatur cũ Simplicio,quia nõ potuit
saluare uniformem apparitionem illius maculæ siue faciei
per omnem cœli regionem : aliter enim appareret in ortu,
aliter in meridie,& aliter in occasu,nisi imago illa rotaret re
gulariter cum motu lunę,& tunc Simpli.ait. positionem hãc
non esse contra Aristo. Aristo.enim probauit motum stella
rum qui apparet ab ortu in occasum non esse rotationẽ nec
conuersionem:propterea uidetur Aristote. probasse stellas
moueri ad motum orbium per cœli regiones:non tamẽ nega
sse rotationem,& ita negauit uolutionem siue conuersio-
nem,& stellas non moueri regionatim per rotationem, &
ita possunt stare hæc. Sed hæc positio licet possit stare cum
dictis & rationibus Arist. hic:non autem cum fundamen- Cõfutatio
tis suis.Arist.enim supra dum causam pluralitatis motuum

I nactus est,& ex conseruatione uniuersi stellis uisus est solũ duos motus tribuisse.uidelicet diurnum & obliquuum.Nec aliquem alium cognouit.Secundo Aris.omnem motum circularem posuit circa medium mundi.Tertio,omnes ratiões Auer.de eccentricis & epicyclis sunt contra hanc positionem. Propria põ Propterea tenendum est peripatetice stellas moueri solum duobus modis. uidelicet communi motu diurno: uidelicet & proprio obliquo. Sed si damus motum octauo orbi,hunc non oportet dare alicui stellæ in sua concauitate. Ad rationes,ad primam dicerem stellam non esse corpus naturale solitarie & seorsum,sed est pars corporis naturalis, licet densior pars. propterea & non competit motus, nisi ratione totius. Ad secundam per idem.non enim stella est animata per se & seorsum, sed ut pars alicuius totius primo animati. & propterea sibi motus alius a toto non competit. Ad tertiam dici potest, figuram non esse aptam motui,nisi sit corporis seorsum sumpti quale non est stella.

Põ tertia. Sunt qui dicunt motorem primo & per se stellam mouere,per accidens orbem ad motum stellæ. Verum hoc eget considerationeːnam Aris.uidetur contrarium dicere,fortas-

K se enim motor primo mouet stellam primitate intentionis: non autem primitate uirtutis, quia sua uirtus primo est totius cœli. Tu uero referas te ad tempus.ad rationem Albertillæ dici potest,maculam illam esse cẽtralem (quia ut dicebat Auer.)luna uidetur opaca circa centrum.propterea circa partes medias centrales luna illuminari non potest, uelut circa exteriores partes illuminatur a sole.hinc macula centralis est,& quia id quod est in medio rei uisibilis (ut docet perspectiui) undiq; uidetur æqualiter imprimere ueluti patet in multis figuris depictis humanis, quæ semp ex omni situ uidentur respicere eodem modo.propterea quia pupilla in earum oculis existens, collocata est in medio ideo lunę macula secundum eundem situm imprimit in oculum in ortu,& occasu,& culmine constituta.propterea secundum eũdem modum apparet imago.et ita non est necessitas ad uniformem apparitionem ut luna regulariter rotet. Hæc de

L quæstione.

Quocirca cum ratione uidebitur profecto & totum cœlum esse rotundum,& unaqueq; stellarum. Sphæra siquidem præ cæteris figuris commodissima est ad eum motum: qui eodem in loco fit. Sic enim & uelocissime ferri: & eũdem maxime locum occupare potest.Insuper etiam ad eum motum quo ultra pergitur maxime inutilis est. Est enim minime similis his quæ per se ipsa apta sunt moueri;qppe cum nihil habeat submissum; nihil eminens ceu rectilinea figura.Sed plurimum e corporibus his q̃ progrediuntur,in figura distat.Cum igitur cœlum eo motu moueri;oportet qui in eodem fit loco,stellas autem non per seipsas procedere: iure profecto utrunq; rotundnm editum est.hoc enim pacto alterum quidem mouebitur.alterum uero quiescet.

Expositio. Tria promisit:substantiam stellarum, & motum, & figuram explanare,declarauit substantiam & motum:nunc

M figuram explanat:ubi debes scire Aris.non pcedere demonstratiue hic,quia satis ex declaratis demonstratio habetur: cum enim probatum sit nobilissimo corpori conuenire nobilissimam figuram,qualis est sphærica:iam habetur omnẽ stellam esse sphæricam.quæ est portior pars orbis. Sed hic procedit per colores qui a fine solent colligi: nam cœlo cõpetit uelocissime ferri,atq; semper esse in eodem loco, quia q̃; cito una pars recedit,alia succedit.Insuper etiam tam cœlo q̃; stellæ competit non gradiri uersus anteriorem partem ut cætera animalia pergunt.hæc tria præcipue sphæræ cõpetunt:est enim aptissima motui ut probatũ est.nec apta ut sic,ẽ loco in quo est uel circa quem mouetur,recedere.est insuper penitus inutilis progressioni.quare arte & ratione cœlum & quælibet stella rotunda editur.hic est color ueritatis. & quia omnes isti colores ex his quæ proxime dixit, sequ-

tur.inquit.Quocirca cum ratione uidetur profecto & totum N cœlum esse rotundum, & unaqueq; stellarum, & explanat colores,& inquit.Sphæra siquidem præ cæteris figuris commodissima est ad eum motum, qui in eodem loco fit. Hæc utilitas declaratur,quia sic & uelocissime ferri,& eundẽ maxime locum occupare potest,& ita sphæræ sunt duæ utilitates.Addit tertiam.d.insuper etiam ad eum motum quo ultra,siue per partem anteriorẽ pergitur ut animalia gradiuntur,maxime inutilis est.est enim minime similis his,quę per seipsa apta sunt moueri cuiusmodi sunt animalia:quippe cũ nihil habeat submissum,nihil eminẽs ceu rectilinea figura. Sed plurimum sphæra ipsa è corporibus his quæ progrediuntur in figura distat.Deinde epilogat.& inquit.Cum igitur cœlum eo motu moueri oportet,qui in eodẽ fit loco,stellas autem non per seipsas : iure profecto utrũq; rotundum editur. hoc enim pacto alterum quidem mouebitur: uidelicet cœlum: alterum uero quiescet a motu processiuo stella. Et potest syllogismus esse,omne quod in seipso mouetur,et omne quod non procedit : sphæricum est. cœlum in seipso mouet,& stella non procedit.igitur cœlum & stella est sphO rica.Hæc Aristo.de substantia,deq; motu,atq; figura stellarum. Animaduerte q̃ ea quæ dicit Auer.non sunt ad propositũ,quia nec fixas esse stellas per sphæricas esse,nec sphæricas per fixas esse Aristote.declarauit : sed uarijs ut uisum est medijs . propterea nihil necessarij habent, quæ Auerroes inquit. Que auer. cõm.50

Quærunt utrum stellæ moueantur per cœlum uti pisces Quęstiões per aquam, uel auis per aerem . Secundo, utrum stellæ sint animalia,uel orbes ipsi. Ad primam quæstionem respondent quidam regionem illam cœlestem esse plenam æthereo corpore multo tenuiore igne, qua ratione uolunt illud esse plus rarefactibile & condensabile igne.immo non esse nisi igneum corpus ul' purius qd.Q; uero sit rarefactibile p̃ An stellę p cœlũ moueantur. suadent;quia siquis esset prope orbem lunę ita ut posset manum extendere;certum est q̃ extendendo brachium cœlũ depelleret,quia uel resisteret,uel non.Si non, igitur depelleret,& ita condensaret illud . Si resisteret igitur esset durum. Prima põ. quod cœlo non conuenit . Hoc stante uolunt stellas moueri P motu animalis per æthereum illud corpus describendo circa centrum mundi circulos imaginarios. Ego uero non intelligo opinionem:nam Aristo.in litera distinguit si hæ stellæ mouentur,esse non potest,nisi uel motu rotationis,uel reuolutionis . uel processiuo motu . rotatione quidem non: quia uidentur moueri è loco ad locũ uel ab ortu in occasum: quæ uero rotant,non mutant situm,quia si mutarent:reuolutio esset. nec reuolui possunt : quia uidemus lunam semper conseruare faciem a parte nostri aspectus. motu processiuo moueri non possunt:quia omne quod mouetur motu processiuo utitur instrumento,at natura nullũ illis præbuit instrumentum. Secundo Aristo.probauit stellas non posse moueri proprijs motibus cœlo quiescente,quia cum una sit supra aliam,ut eclipsis docet,una maiorem circulum describeret in eodem tempore q̃; altera.& cũ imaginabile sit illas transponi: non uidentur perpetuo seruare uniformem uelocitatẽ. Tertio tunc cœlũ rarefieret & cõdensaretur,q̃ est impoſe, quia esset diuisibile & ita corruptibile f̃m quid. Quarto tũc Q eadem stella per se moueretur motibus diuersis, quia sol eodem tempore mouetur motu diurno describendo paralellũ diurnum,& motu obliquo ab occasu in ortum, ut docet obseruatio.& hoc non est merito orbium ad quorum motum fertur.igitur per se motibus diuersis. Quinto tanta motuũ diuersitas,quantam obseruarunt astrologi esse non potest in stella,nisi ponantur plures orbes:accideret enim sępe quies media in retrogradatiõibus,& alijs differentijs,quas astronomi obseruarunt. Ad id uero q̃ dicunt cœlum nõ resistere præmenti:dico aliquid resistere posse esse positiue ob uidelicet qualitatem cõtrarium,quo modo terra resistit b duritiem,& hac renstentia cœlum non resistit,quia nõ est.durum nec mole qualitatiue:Aut negatiue per hoc quia nõ est aptum alicui mutationi,propter esse æternum & inalterabile,& hoc modo non resistit per duritiem, sed per hoc quia

non

An cœlũ sit animal, & an per sensum. Prima põ Alex.

A non est aptum alicui mutationi peregrinæ. hæc dicerem, ut peripateticus. Ad secundam quæstionẽ Alexander Aphrodisius tenet cœlum esse animatum, non tamen animal cui expositor noster consentit. Vtitur autem breui ratione quia græci animal nihil aiunt esse, nisi per sensum, non enim uolunt aliquid Zoon, siue çodion esse dicendũ nisi per sensum, & non per omnem sensum, sed ad hoc ut animatum quicq; çodion siue animal dicatur: sufficit tactus, qui est primus & communis sensus, fauent Alexandro multa Aristote. uerba, nam Aristo. animal uult esse corpus mixtum & instrumentarium tertio de anima. Amplius uidetur præbere animali somnum & uigiliam, mortem, & uitam: quæ cœlo non competunt. Simplicius autem tenet cœlum esse dicendum animal, & per sensum, uidelicet tactum, & uisum, & auditũ tactum quidem illis præbet, quia cum sese tangant, non est fas ut non sentiant. Infelix enim esset animal tam beatum, diuinum corpus tangere & non sentire illud: auditum uero & uisum, quia sensus sunt perfectionis: non utilitatis. propterea magis cœlo tribuendi, cum sic optimum, cui nihil deesse debet, quod de perfectione sit animalis mortalis. Præterea cum cœli hæc gubernent: non est fas hæc non cognoscere. uidetur autem per intellectum hæc cognosci non posse, intellectus enim singularia non apprehendit nisi mediante sensu, qua ratione Auicen. tribuit illis uim sensitiuam interiorem, quam appellant imaginatiuam, quod forte concedere cogitur Simplicius. Sed hæc positio Simpli. stare non potest, primo ut bene obiecit Auer. contra Auicẽ. quia tunc cœlum haberet sensoria ut oculos uel aures & id genus. tenet argumentum. quia sensus est uirtus particularis, omnis autem uirtus particularis est organica, siue instrumentaria. in hoc enim Aristo. ponit differentiam inter sensum & intellectum, quia intellectum nullius particulæ actum ponit nec uti particula aliqua corporis, intellectus enim potentia est sine materia at sensus & exterior & interior utitur. talia autem organa siue sensoria cœlo non conueniunt, est enim corpus conforme atque penitus similare. Secundo ut recte arguit expositor ex uerbis Aristo. cœlo ex sensu nihil & melius euenit. nam ad curam rerũ sublunariũ sufficit cognitio uniuersalis, quæ esse potest per essentiam illorum, quatenus causæ sunt illarum ad motum non est cognitio situum p quos mouentur necessaria, ut autumat Auicen. sufficit cognitio illorum uniuersalis per intellectus essentiam, qui est causa motus. ad perfectionem eorum non sunt neceiarij sensus, quia quicquid cœlũ persensus cognosceret, perfectius per intellectum deprehendit: immo si cœli hæc terrena uiderent, mœrore nonnunq; afficerẽtur, aut non recte gubernarent: non enim est fas diuinitati illorum exacta rerum harum cura: sufficit enim uniuersale regimen. quare cum nec necessitatem, nec utilitatem, inde nanciscantur, nullo pacto sunt sibi tribuendi. Auer. uero cum Alexand. tenet cœlos non habere de animæ uirtutibus nisi intellectum, appetitũ & motum, & uult cœlos esse animalia. Tum quia habent dextrum, sinistrum, & cæteras positionis partes. Tum quia mouentur a seipsis, quod proprium est animalibus. etiam quia habent animas & corpora: animal enim ex anima uidetur & corpore confectum. Ptolemæus uero & cæteri astronomi non modo orbes aiunt esse animalia, sed signum cœleste quod est globus stellarum animal esse dicunt: unde & çodiacus dictus est, quia circulus est animalium. Aristote. quoq; appellat cœlos animalia sæpe, & Porphyrius, & Platonici. Mihi uidetur quæstionem esse de nomine: nam Alex. qui cœlos negat eẽ dicẽda animalia, nihil remouet de uirtutibus animæ, quas Auerro. illis tribuit. Auerroes autẽ qui cœlos animalia uocat nihil plus tribuit illis, q̃ Alexander tribuerit: ideo quæstio est de nomine. græci uero q̃ nomen animalis imposuerunt a sensu (ut diximus) quia çodiõ animal est per sensum: coguntur autem a cœlo remouere nomen animalis, aut tribuere illi sensus, ut fecit Simplicius. Arabes uero qui animalis nomen tribuit a sensu, uel uirtute nobiliori sensu, ut ab intellectu siue apprehensione & motu cœlum animal nuncupare coguntur, quia cognoscit & a se mouetur. igitur quæstio est de nomine. Qua rõne Aristo. appellat cœlos animalia nonnunq; more Platonico: secutus nomen, non rem. Plato enim cœlos animalia appellat, quia sensus illis dedit, ut Simplicius auctor est. Aristote. itaq; illos animalia uocat, non a re sensus, sed a nomine tantũ. non nunquam & plerunq; more suo uocat illos uiua & animata corpora. propterea sibi dextrum tribuit, & motum a seipsis & alia quæ uiuis uita optima conueniunt, & hic loquendi modus est peripateticus. quæ uero Simplicius asserit, sunt Platonica, nec rationes coguntur: nam sensus illi dicunt imperfectionem aliquam, licet non nihil perfectionis. ideo ab illis diuinis corporibus sunt delendi. tactus uero quo sese sentiat non competit, quia sese per essentias cognoscunt. Intellectus siquidem inferioris cœli intelligit per essentiam superioris, & superior inferiorem ut illius est causa, & forma. Hęc sunt peripatetice dicenda, & in hoc Sanctus Thomas sapide ut bonus peripateticus sentit cum Alexan.

Cõfutatio põnis Simplicii. Põ Simpl. Põ Auer. Põ Ptole. mæi. Põ ꝓpria.

Patet autem & ex his id quod ab aliquibus dictum est latione. uidelicet horum concentum fieri, ex eo quia sonitus consoni emergunt: belle quidem omne atq; tumide esse dictum: non tamen ita sese habere in ueritate. Sunt enim quidam, quibus uidetur necessarium esse tantorum corporum latione fieri sonum. Eorum siquidem & corporum latione quæ apud nos sunt: neque molem habentium æqualem: neque talem motus uelocitatem: qualis in sole lunaq; est: sonus efficiatur. Præterea cum tot multitudine tantęq; magnitudine stellę, tãta uelocitate lationis ferantur, impossibile est tali latione sonum ualde grandem non effici. F c. 9.

Expositio.

Quia sonus ex motu proficiscitur, ut in libro de anima est explicatum, post tractatum de stellarum motu, restat disputare an stellæ suis lationibus sonos efficiant. Nam sunt q dicunt illas & efficere sonos, & harmonicos, ueluti Pythagorei, atq; uulgus putant: qui angelos cytharis & cantis beati coram deo autumant. Mouebantur autem Pythagorei loco a minore, & argumento a causa ipsius soni loco quidem a minore: quia uidemus corpora quæ hic adsunt molle parua, celeritate lenta sonos ædere: quanto magis illa, quæ & mole & magnitudine hęc excellunt. Argumẽto uero a causa ipsius soni: nam sonus e motu impetuoso proficiscitur accedente ad illius magnitudinem & corporum mole, & motuum celeritate. Modo stellæ & multitudine, maxime illæ octaui, & mole, & celeritate nimis ualent, quæ res docet in eis effici sonum, & ualde grandem. Hæc Pythagorei, atq; uulgus. G

Hæc autem cum suppoſuerint, & in super uelocitates ex interuallis rationes concentuum habere: harmonicam effici uocem stellarum conuersione persuadent.

Expositio.

His autem suppositis addũt sonos cœlicos esse harmonicos, ubi anima duersione dignum sonum acutum uelocitate atq; fortitudine motus effici, grauem uero tarditate atq; imbecillitate. Medium autem ratiõe media in uelocitate & tarditate, fortitudine, atq; imbecillitate. amplius, Musici dicũt proportionem sonoram consistere in proportione inter graue & acutum sonos: quibus persuaserunt cœlicum cantũ esse harmonicum: nã in cœlicis motibus reperitur ꝓportio motuum in uelocitate & tarditate, quippe cum aliud uelocius, aliud tardius, aliud mediocriter feratur, & in certa celeritate unum aliud excellit pro ratione interuallorum quæ inter se habent. Sed per hæc dicebamus consistere proportionem in acutie & grauitate sonoram: quare uox illorum harmonica est: Sic igitur uidentes uelocitates proportionari ꝓportione interuallorum unius ab altero, dixerunt sonum effici harmonicum. H

Verum cum sine ratione uideretur nos sonum hunc non audire: causam rei huius attulerunt so-

I num hunc continuo esse cum orimur, ut non sit ad contrarium silentium manifestum. uocis enim & silentii, diiudicationem uicissitudine fieri dicũt. Quare ut malleatoribus ob cõsuetudinem uidetur interesse nihil, sic hominibus idem euenire aiunt.

Expositio. Soluerunt problema, uidelicet, quam ob causam sonos illos non percipimus, & dixerunt hoc euenire ex connata assuetudine, ueluti malleatoribus accidit. Nam cum sonus ille nobiscum nascatur, nunquam silentium illi contrarium percepimus, & inde diiudicare non possumus inter sonum & silentium.

m 9 Hoc autem (ut prius diximus) lepide quidẽ atq; musice dictum est: impossibile autem est ita sese habere. Non enim solum nihil nos audire absurdum est: cuius causam soluendi assumpserunt. Sed etiam nihil pati sine sensu. Exuperantes siquidem soni &

K inanimatorum corporum moles collidunt. ceu tonitrui lapides dissipant atque ualidissima corpora. Quod si tanta feruntur corpora, & sonus sonum excellit pro ratione qua magnitudo, quæ fertur magnitudinem quæ fertur exuperat: huc perfectum sonum illorum peruenire, atq; illius ingentis uiolentiæ huc robur attingere necessarium est. at neq; audimus nos, neq; uiolenti qui trina corpora quæ hic sunt: patiuntur hac ratione quia stellæ non sonant.

Expositio. Refellit positionem, tam etsi illam lepide & colorate esse dictum uelit ubi debes scire ex parte sensilis rei duo esse uirtutem perficiẽdi sensorium, siquidem sensile sit tale actu, quale sensorium potestate, & uim destruendi, offendendiq; ipsum si nimis exuperauerit. prima quidem esse non potest sine secunda, bene autem secunda sine prima: sensile enim bene potest sensorium lędere, cum nimis increuerit, & si non sentiatur: nam agens naturale passo sufficienter applicatum, & in bona distantia, necessario agit: licet non percipiatur eius actio. Ex hoc arguitur: licet soni cœlici propter consuetudinem non perciperentur, cum sint agentes naturaliter in auditorium, & auditorium aptum est pati ab illis, & sint in debita distãtia: igitur necessario auditorium offendẽt. huius signum est, quia auditilia multo minus id agũt ut tonitrua. propterea addit q; si tanta feruntur corpora: & sonus sonum excellit pro ratione qua magnitudo quæ fertur magnitudinem quę fertur exuperat. Sonus enim paruę magnitudinis cum parua uelocitate motæ paruus est, magnæ uero magnus. si ita est: & sonus parui corporis ut lapidis q per tonitruum ducitur, peruenit ad nos, & lędit auditoriũ, huc profecto sonum illorum peruenire atq; illius ingentis uiolentiæ robur huc attingere necesse est: destruit consequns & inquit. At neq; audimus nos, neq; uiolenti quicquam corpora quæ hic sunt patiuntur hac ratione quia stellæ non sonant. igitur oppositum antecedentis. uidelicet stellæ non so-

M nant consequentia uero patuit. quia sunt illa magnitudine

Sol. The. & celeritate exuperantia lapidem tonitrui. Respõdet Themistius pro Pythagoreis, uolens sonos illorum non lædere nos, nimia quam habent ad nos intercapedine. Contra obiicit Auer. & supponit. Magnitudinem illorũ esse multo maioris spatij, q̃ sit ab illis ad nos intercapedo. Tunc arguit magnitudo est maior spatio. igitur sonus illius potest pertransire spatium minus ea. Secundo magnitudo minor spatio ut illa lapidis tonitrui dissipat. igitur magnitudo maior spatio multo magis dissipabit. Fortasse respondebis sonos ab stellis effici: nõ ab orbibus. modo stellæ sunt parue, quo

Que auer. com. 35. fit ut non perueniat ad nos illarum sonus. Cõtra obiicit & supponit tria, primum nonnullas stellas esse maiores tota terra. 5m eas moueri perse & uelocius in maiore & tardius in minore. Tertium est illas non posse moueri per se, nisi scindendo orbes. Ex his sequitur earũ sonum ad nos uenire, partim magnitudine illarum, partim uelocitate, partim fractione. Secundo idem potest persuaderi de stellis octaui orbis, quæ sunt magnitudine & uelocitate, & fractione ualidæ. Tertio ab illis ad nos mittitur calor, igitur & sonus. tenet consequentia, quia calor est materialior sono. Sonus spiritalis res, & res spirituales longius multiplicantur, ut in secũdo de anima est dictum. hæc Auer. contra Them. N

Insuper etiam & horum causa patebit, simul atq; his rationibus quas diximus astipulabitur, quòd ueræ sint. dubium siquidem quod & compulit Pythagoreos dicere latione corporum fieri concentũ, nobis argumentum erit. quæ nanque per se feruntur, ea sonum percussionemque faciunt. At quæ in eo quod fertur infixa sunt, aut insunt, ueluti in naui partes: ea sonum efficere nequeunt. neq; nauis ipsa si in fluuio feratur.

Expositio. Secundo arguit ex prius dictis, & syllogismus est, omne quod sonum efficit: per se mouetur & plagam siue ictum efficit (ut dictum est) stellæ nec per se mouentur, nec efficiunt ictum. igitur non efficiunt solum. inquit. Insuper etiam & horum causa patebit simul atq; his ratiõibus quas diximus astipulabitur q̃ ueræ sint. q. d. id quod diximus de stellis q̃ mouentur ad motum orbium, erit nobis manifesta causa, q̃ non faciunt sonum & econtra, quia non efficiunt sonum, erit uerificatio de stellis q̃ non per se mouentur, & hoc quia dubitatum quod compulit Pythagoreos dicere stellas sonare, est nobis argumentum: arguebant enim illas sonos efficere quia frangunt cœlum per se mouendo: igitur si ita est, cum nos probauimus ipsas non moueri per se cœlum findendo habebimus ipsas non efficere sonum. Sumatur igitur a positione Pythagoricorum hæc maior, omne quod sonum efficit, & per se mouetur, & ictum facit. Hęc enim est maior Pythagoricorum. At stellæ non per se mouentur, nec ictum agunt, ut fuit probatum: igitur stellæ non agunt sonum. maior est Pythagoricorum, & patet ratione, quia uidemus partes infixas nauigio non efficere sonum, nec nauim ipsam, P quando in fluuio mouetur. & hoc quia non frangit aquam. Et ego credo q̃ stellas non sonare per nihil melius probari põt: q̃ per dicta uidelicet quia non per se mouẽtur, nec scindunt quicq̃ in suis motibus. O

Licebit autem, & per easdem rationes absurdum esse dicere si tantæ nauis malus atq; puppis: aut etiã nauis ipsa latione sonum magnum nõ efficiat. quippe cum id quod fertur non pp aliud quod fertur, facit sonum. Id uero quod cõtinuo fertur ob aliud quod fertur: nisi, percussionem fecerit, id efficere sonum, impossibile est.

Expositio. Ni fallor, uidetur mihi Aristotelem obiicere sibi, quia dicere posset cauillator, nonne malus & puppis sonum efficiunt, dum nauis mouetur, licet non magnum, & tamẽ sunt membra nauis: sic stellæ possunt sonum efficere ad motum orbium, licet paruum, licet sint partes orbium. Obiicit Aristoteles quia id quod se solo fertur & nõ ad motum alterius per se sonum facit, quia per se ictum efficit. At id quod p̃r aliud moueť atq; ad motum alterius, nisi percussionem fecerit aliquam aut ratione sua aut pro quanto defertur ab alio: impossibile est sonum efficere. Inquit. Licebit autem & per easdem rationes absurdum esse dicere si tantæ nauis malus atq; puppis aut nauis etiam ipsa latione sonum magnũ nõ efficiat, sed supple paruum & tamen sunt partes, ad hos. n. sic dicentes opponit dicens, quippe cum id quod fertur per se solum & non propter aliud quod fertur facit sonum ictu suo & per se percussionem agendo. id uero quod continuo & coniuncte alteri fertur ob aliud quod fertur, nisi percussionem aliquam fecerit saltem ratione delatoris, id efficere sonum impossibile est, & ita dici non potest stellas facere debilem sonum, quia mouentur ad motum alterius, quia siue per se, siue per aliud moueatur, omne quod sonat oportet ictum aliquem efficere. & hæc est propositio uera Vbi debemus consistere. P Q

Quare

A Quare dicendum hic eſt: ſi ſtellarum corpora ſiue in aeris, ſiue in ignis amplitudine uniuerſim fuſa feruntur (ut omnes aiunt) ſonum immenſum efficiant neceſſarium eſt, qui quidem & huc perueniat, & hæc offendat corpora. Sed cum hoc euenire non cernamus: neque animantis motu, neque uiolento ulla ſtellarum ferretur: quaſi de futuris prouidente natura. Nam ſi hoc modo non ſeſe haberet illarum motus: nihil profectò circa hunc locum eſſet, quod ſimili modo ſeſe haberet. ſtellas igitur rotundas eſſe, & per ſeipſas non moueri ſatis diximus.

Expoſitio. B Epilogat nunc rationem & poteſt ſic componi, ſi ſtellæ ferantur in aeris regione ſecundum opinionem dicentium cœlos eſſe de natura aeris, uel in ignis regione ſecundum opinionem dicentium cœlos eſſe de natura ignis: neceſſe eſt ut in hunc noſtrum mundum ſonum efficiant, qui in ipſum perueniat, & hæc offendat corpora. Sed cum hoc euenire non cernamus. igitur neque animantis motu neque uiolento ulla ſtellarum ferretur, & hoc ut addit recte fecit natura, quaſi ſagax prouidens de futuris. Nam ſi hoc modo non ſeſe haberet illarum motus: nihil profectò circa hunc locum eſſet, qđ ſimili modo ſeſe haberet. Immo corrumperetur, & nihil ita bile eſſet, ob motum & ſonum ualidum ſtellarum. Hæc de ſubſtantia, motu, & figura ſtellarum. Animaduerte ex uerbis Auerro. colligi tres cauſas quare ſtellæ non mouentur p ſe, ſed ad motum orbium. prima ex parte materiæ, quia ipſę non ſunt aptæ moueri aliquo motu. Secunda effectiua quia creator agit ſecundum diſpoſitionem ſubiecti: propterea talem motum non ſibi tribuit. Tertia finalis ut hæc animalia ſaluarentur. Deſtrueretur enim ſono fractiuo illarum. Dubitatur quia uidetur Ariſtote. facere hanc conuerſuam conſequentiam uidelicet ſi ſtellæ per ſe mouerentur; ſonum efficerent. igitur ſi ſtellæ ſonum non efficiunt: ſtellæ non mouentur per ſe. Modo hoc non uidetur uerum, quia ut dicit Themiſtius nec prima nec ſecunda conſequentia ualet. Prima quidem non, quia poſſunt quædam per ſe moueri, & ſonum non efficere, ut orbes ipſi: hi enim per ſe mouentur, & tamen ſonum non efficiunt. Secunda uero minime, quia orbes non efficiunt ſonum, & tamen mouentur per ſe. & ita illa conuerſio econtrario nulla uidetur. Hæc eſt dubitatio.

Que auer. ſoluẽ. 56. Dubitatio C

Sol. Auer. Auerroes reſpondet conſequentiam ualere per accidens & de materia, quia ſolum in ſtellis: ex eo quia ſunt magnæ & ueloces. Sed hæc ſolutio Auerro. non ſufficit, quia ſtat oppoſitum utriuſque conſequentis cum utroq; antecedente: ſtat enim eſſe quædam magna ut orbes per ſe moueri. & ſonum non efficere, & ſtat aliqua magna ſonum non efficere, & per ſe moueri. ut orbes, & ita adhuc ſtat ratio Themiſtii.

Replica.

Sol. ꝓpria Propterea dici poteſt, quod non ſic arguit Ariſtoteles ut Auerroes & Themiſtius ſumunt. ſed ait Ariſtoteles ſi ſtellę per ſe mouentur in aere uel igne: ſonum efficerent. quare cum ſonum non efficiant: igitur non per ſe mouentur in aere uel igne, & hoc modo cauillus Themiſtii nullus, & reſponſio Auerro. non eſt ad propoſitum. Ex his quæ dixit Ariſtoteles ſumitur deum habere rerum prouidentiam, ut dicit Alexan. & hoc eſt uerum ut in libro Deſtructio deſtructionum diſputauimus.

D Quod deꝰ habet ꝓuidentiam

Circa dicta ꝓpoſitiões mkte. Circa dicta emergit prima dubitatio utrum ſtellæ ſuis motibus efficiant ſonos. Secundo dato quòd efficerent, utrum ſentirentur. Tertio quonam modo poteſt reduci in bonum Pythagorica poteſt. Tertia utrum omnia quæ ſunt in cœlo ſint ſubſtantiæ. Circa primam Plato & Pythagorei & multi poetæ & oratores ut Cicero & Macrobius, & Simplicius uidentur uelle cœlos ſuis motibus & proportionibus efficere ſonum & harmonicum: unde ut Macrobius narrat illic nouem ſunt muſæ pro numero nouem orbium, nouemq; ſirenes ut Plato ait. Signum affert Cicero ex delectatione quam anima habet in cantu: hoc enim eſt quia meminit muſicæ cœleſtis ubi ipſa ſtetit. Huic uulgus maxime hæret, credens angelos canere, & ſonare, eſſeque eorum beatitudinem harmoniam. Sed Ariſtoteles noluit fabellas, atq; colores, omnia enim in naturali philoſophia uult eſſe proprie dicta, & non compoſite. & tenet orbes quidem in motibus proportionem ſeruare: non autem ſonoram. Et uidetur mihi quòd res Ariſtotelis in duabus propoſitionibus conſiſtat. Prima, quòd orbes ſunt alterius naturæ ab elementis hoc eſt ab igne & aere. Secunda, nihil ſonum efficere poteſt niſi in aere uel igne, hoc eſt niſi ictum in aere uel igne fecerit. Ex his ſequitur nec orbes ſonare, nec ſtellas, quia regio illa ſuprema non eſt igne uel aere plena. Sed corpore alterius naturæ ab elementis, ut dicit prima propoſitio. & per ſecundam nihil ſonum efficit, niſi aerem uel ignem percutiat. Quare cum ſtellæ uel orbes aerem uel ignem non percutiant, iure non ſonant. Hæc demonſtratio illis ſtantibus, ſed an illæ ſtent: in toto hoc libro eſt diſputatum. cæteræ uero Ariſtotelis rationes ualent propoſitis illis propoſitionibus. De ſecunda quæſtione Albertilla ait poſſe defendi ſtellas & orbes ſonum efficere & non peruenire ad aures noſtras, & hoc quia aer propinquus corporibus cœleſtibus nõ tremit: qua ratione ſpecies illius ſoni non poteſt per ipſum ad nos multiplicari; orbes enim non mouent aerem motum tremulo. Sed hæc euaſio friuola eſt, quia licet in multiplicatione reali ipſius ſoni neceſſarius ſit motus tremulus aeris: non tamen in multiplicatione intentionali. ut declarat Ariſtoteles in ſecundo de anima. Poteſt igitur ſonus realiter multiplicari per totam regionem cœleſtem, & deinde noſtram intentionaliter. Secundo ſi cogitur ponere ſonum realem in regiõe cœleſti, cogitur ponere ibi fractionem aeris, & ita totam illam regionem plenam aere, & ita tremulum ibi motum. Simplicius uero aliter euadit: uult enim primo ſonos illos non eſſe auditiles à nobis propter improportionem ſenſorii noſtri ad illos: non enim ſenſorium mouetur ab omni ſenſili ſui generis. Olfacto riũ enim humanũ multos percipit odores, quos canes nõ percipiunt. canes aũt multos quos nos percipere non poſſumus. hoc enim eſt qa illi odores ſunt olfactorio noſtro proportionati. alii uero olfactorio canum. ſecũdo ait illos non eſſe diſſipatiuos, ſed perfectiuos, atq; conſeruatiuos: ueluti ſunt motus & lumen cœli: qua ratione euenit ut ſi non audiantur: non diſſipent.

E Põ Ariſto. Põ Ariſto. F Q. õ 2. an ſi ſonẽt ſtellæ, ſonus auditur. Põ Alber. Cõfutatio. Cõfutatio. Euaſio Simpli. G

Contra poſitionem Simplicii obiicit expoſitor: primo qa non omnia cœleſtia ſunt perfectiua: nam fulgor corrumpit oculum. igitur pari ratione ſonus. Secundo intellectus eſt omnium intellectilium: igitur omnium ſenſiliũ ſenſus. Tertio tunc natura feciſſet aliquod ſentile, quod à nullo ſenſu ſentiretur, & ita ocioſum, ut deducit Auerroes ſecundo metaphyſica. commen. primo. Quarto accidentia communia cœlorum percipiuntur. igitur & propria'. antecedens patet, quia percipiuntur motus, magnitudo, & figura, & lux. conſequentia uero declaratur, quia accidentia propria percipi poſſunt mediantibus communibus ſecũdo de anima & ita ſoni ſiue ſint ꝓpria ſiue cõmunia accidenria ſemper ꝑcipi poterunt. Quinto arguebat Auerroes calor cœleſtis ꝑcipit tactu igitur ſonus. nam ſonus multiplicat ſe in maiore diſtantia q̃ tactile. Hæc contra Simplicium. Pro defenſione Simplicii uno modo dici poſſet illos ſonos non eſſe auditiles ab auditu corruptibili. Solum autem ab auditu cœlorum, quia cœli apud Simplicium habent auditum, uiſum, & tactum. Secundo dici poteſt magis peripatetice, ubi debes ſcire Simpliciũ uelle ſonos illos poſſe ſentiri: immo à Pythagora fuiſſe auditos. Sed non in quauis diſpoſitione. auditorium enim cũ materiale ſit, niſi immaterialitatem aliquam nanciſcatur: non poteſt ſonos illos cœleſtes percipere redditur autem immaterialis, à ſilentio turpium auditilium: ſignum autem quia omnes religiones præcipiunt ſilentium: in quo religioſi teſtantur ſe audiuiſſe uoces angelicas: quas audire non potuiſſent niſi purum habuiſſent auditorium, alienumq; ab auditilibus corporeis, & turpibus. Replicę cõtra Simplicium H Tunc ad rationes dico, ad primum

I q̄ fulgor corrumpit oculum : quatenus recipitur in regione hac inferna: in qua nanciſcitur uim corruptiuam. Sonus autem ille hanc ſortiri non poteſt, quia ſeſe intentionaliter multiplicabit. Ad ſecundum concedo aliquem ſenſum eſſe illorum, ut auditum purificatum, & ſic non datur aliquod auditile, quod non percipitur ab aliquo auditu. Ad quartum patet ſolutio: illa enim accidentia propria ſunt auditilia non tamen ab omni auditu, ſed purificato. Ad quintum patet ſolutio: ille enim cauſatur in hac noſtra regione motu, & attritione & reflexione radiorum, quo modo non poteſt ſonus multiplicari, & ſic poteſt Simplicius defendi. De tertio dici poteſt, & reduci ad ſenſum peripateticum, q̄ Pythagoras p̄ harmoniam cœleſtem uoluit proportionem uelocitatum in motibus, & hoc quia omnia hic & illic per æquiuocationem dicuntur. Huius autem color eſſe poteſt, quia harmonia ſonora duo dicit: uidelicet qualitatem auditilem, & proportionē uelocitatem motuum, & tunc diceret Pythagoras uoluiſſe illic eſſe ſonos quo ad materiam: hoc eſt quo ad uelocitatum proportionem : non autem quo ad formam, hoc eſt quo ad

K qualitatem auditilem, & hoc modo Pythagoras recte ſentit, & forte dixit illa ſub illo colore ad ſuadendum auditores in bonum. De quarto, Simplicius uidetur uelle quæcūq; ſunt in cœlo, eſſe ſubſtantias, nihilq; in illis accidere. Amplius, omnia dici per æquiuocationem. Nam quæ ſunt in his accidentia: in illis ſunt uirtutes. & quoniam ſenſus nō percipiūt niſi accidentia: ideo uoluit ſenſus non percipere illa ut propria obiecta: dicit enim nos percipere non magnitudines illorum, non motus, non figuras, nec ſtellas ipſas: ſed quędam quæ ad illa conſequuntur ut ſulgores, & id genus. Sed huic obiicit quidam primo quia Ariſtoteles ſecūdo de anima ponit diaphanum eſſe communem cœlo & igni atq; aeri. Secūdo, magnitudines & figuræ ſunt rationes abſtractæ à materia. igitur illis & his communes. Tertio, ſi motus magnitudo & ſtella non uiderentur omnis ſpeculatio aſtronomica periret. Quarto, imperfectum non eſt ſubſtantia perfecti: at motus eſt imperfectum quid. igitur nō ſubſtātia cœli. Quinto, tunc idem in ſole eſſet figura & lumen. Sed hæc non cogunt contra Simplicium, ubi debes ſcire Simplicium & Ale

L xandrum omnia cœli accidentia uoluiſſe eſſe propria ac eſſentialia ut etiam Auer. dixit ex hoc quia carent materia. cōtra ſunt accidentia horum, quæ accidunt ab extrinſeco propter materiam his. Simplicius igitur uult cœlorum accidentia non eſſe dicenda accidentia ab accidendo extrinſecus, ſed eſſe ſubſtantias hoc eſt propria & eſſentialia. ideo æquiuoce illis & his competunt, & per idem uult illa non percipi ſenſu penitus, ſed cum aliquo diſcurſu. & hoc modo intelligendo opinionem Simplicii : rationes illius non ualent. Hæc de ſonis.

De ordine uero ipſarum quōnam modo unaquę que diſpoſita ſit, ut quædam ſint priores : quædam poſteriores, & quonam modo ſeſe habent interuallis: ex his quę in aſtrologia dicūtur, contemplemur: dicitur enim ibi ſufficienter.

Aggreſſurus Ariſto. de ordine ſtellarum atq; ſitu : hac in

M præmittit argumentum ad dicenda, & inquit. De ordine uero ipſarum quonam modo unaquęq; ipſarum mota fuerit ut in græco legitur, uel diſpoſita fuerit & uerbum ſonat : ita ut quædam ſint priores, quædam poſteriores: hoc eſt ut aliq̄ ſint ſuperiores: aliquæ inferiores, & quonam modo ſeſe habent in interuallis: hoc eſt quanta intercapedine altera ab altera diſtauerit. Ex iis quæ in aſtrologia dicuntur contemplemur: dicit enim ibi ſufficienter. Cuius cauſam aſſignat Simplicius quia hæc deprehendi non poſſunt per principia naturalis philoſophiæ, ſed per proportiones magnitudinum, quę ad mathematicum ſpectant. unde Anaximander primo fertur magnitudines ſtellarum adinueniſſe. Pythagoras ordinē ſtellarum, & coniunctiones ſolis & lunæ. Hyparchus etiam metapontinus, & poſt ipſum Ptolemæus multo diligentius, hæc & plura adinuenerunt. Debes ſcire ut Auerroes innuit aſtronomiam & naturalem differre in conſiderando ſtellas. N primo quia aſtrologus in talibus quæſtionibus aſſignat ipſum quia eſt tātum. naturalis autem ipſum propter quid. Secundo quia aſtrologus omnia illa conſiderat in ordine ad q̄titates motuum aut diſtantiarum aut ſituum. naturalis autē abſolute ut mouentur tantum, & ſic habetur differentia: primo uero meta. commen. 19. uidetur Auer. idem dicere.

Accidit autem pro ratione quæ eſt in interuallis. Motus fieri ſingularum, ut alii ſint uelociores : alii tardiores. Nam cum ſupponatur ultimam cœli circulationem ſimplicem atq; uelociſſimam eſſe. cæteras uero tardiores atq; plures. quippe cū unaquęq; ſuo in orbe cœlo contrafertur. Aequum iam erit eā quæ proxima eſt ſimplici primæq; conuerſioni plurimo in tempore ſuum orbem peragrare: eam uero O quæ longiſſime abeſt, in minimo. cæterarum uero ſemper eam quę eſt propinquior, in maiore: eam quę eſt remotior: in minore. proxima nanq; maxime exuperatur. remotiſſima autem minime omnium, ob diſtantiam. at media pro ratione diſtantiæ iam. ueluti etiam mathematici oſtendunt.

Expoſitio.

Propoſita intentione: nunc accedit ad rem, & primo proponit ueritatem quæſtionis: ſecundo explanat quid uelit dicere. Tertio probat quod propoſuit. de primo inquit. Accidit autem pro ratione quæ eſt in interuallis motus fieri ſingularum ſtellarum. eſt igitur ueritas quæſtionis qualis eſt p portio diſtantiarum ſtellarum à prima ſphæra & à centro, talis eſt motuum illarum in uelocitate. Expono quid dico, ſphæra prima mouetur ſimplici motu & uelociſſimo ab ortu in occaſum: cæteræ omnes econtra ab occaſu in ortum feruntur hoc modo, ut quæ eſt primæ ſphæræ proxima, pprio motu tardiſſime mouetur. ut Saturnus ſingulis. 30. annis quę P ab eadem eſt remotiſſima, uelociſſime, ut luna ſingulo menſe. quæ autem in media diſtantia, mediis temporibus. Inqt. Nam cum ſupponatur ultimam cœli circulationem ſimplicem atq; uelociſſimam eſſe: ſimplicem quidem, quia regulariſſima eſt. uelociſſimam uero, quia. 24. horis : cæteras uero tardiores atq; plures, & hoc quo ad earum motus. tardiores quidem, quia omnes excedunt ſpatium diei. plures, non ſolū quo ad diuerſos planetas, ſed etiam unus planeta pluribus motibus mouetur. quippe cum unaquęq; ſuo in orbe cœlo: uidelicet primo contrafertur: ex his concludit quid uoluit ipſe dicere dum dixit motuum uelocitates eſſe pro ratione interuallorum, & inquit. Aequū eſt iam eam quæ proxima eſt ſimplici primæq; lationi ſiue primæ conuerſioni plurimo in tempore ſuum orbem peragrare: eam uero quæ longiſſime abeſt in minimo: cæterarum uero ſemper eam quæ eſt propinquior in maiore: eam quæ eſt remotior in minore. Hæc eſt expoſitio eius, quod uoluit dicere. Talem expoſitionem ſiue ueritatē perſuadet & ut mihi uidetur ſupponit duo: quorum primum eſt orbes inferos propter raptum quo mouentur ab ortu in occaſum. 24. horis: impediri ſuis in pprijs Q motibus, hoc patet pro tanto quia proprij ſtellarum motus, aut ſunt contrarii motui diurno, aut aduerſi ſaltem. ſecundū eſt ea quæ impediuntur à proprio motu propriaq; operatione quanto magis propè ſunt impedimentum magis tardant illum. quanto uero remotiora: tanto acceleràt : quaſi minus impedita. Ex his ſoluitur problema. uidelicet propter quid aliquæ ſtellæ tardius: aliquæ uelocius: aliquæ mediocriter ferunt. patet ſolutio: nam quæ proximæ ſunt tardius mouētur, quia uis impeditiua in illis maxime uiget propter appropinquationem. quæ remotiſſimæ: tardiſſime, quia ipſa impeditiua uis minus impedit. quæ aūt in medio: erunt mediocriter celeres, propter impedimētum mediocre. Et in hoc apparet error Auer. qui uoluit intelligere Ariſ. de motu diurno: quo omnes mouentur: penes enim hunc uoluit Ariſ. intelligere dum dixit aliquas ſtellas tardius: aliquas uelocius ferri

hoc

Expō opi. Pythago.

An accīs i cœlo ſint ſubſtantię. Pō Simp.

Replicæ

Quæ auer. cōmē. 67.

A hoc enim eſt contra expoſitionem eius quod propoſuit, & contra rõnem quã aſſignat Ariſtoteles, ut patet intelligẽti. & propterea ipſe cogit exponere modo quo nos expoſuimus. Secundo patet non eſſe neceſſarium ſolem eſſe immediate ſupra lunam: ſi exponatur, ut nos diximus, quia Sol ꝓprio motu tardius ferẽ Venere & Mercurio: licet motu medio ſit ſem per eorum coniunctio ut in magna compoſitiõe docuit Ptolemæus. Verum de hoc poſtea dicemus. Sed quia Auer. expoſuit Ariſto. uelle Solem eſſe immediatum ſupra lunam: & hoc propterea quia credit ſolem moueri celerius Venere & Mercurio: cum res hæc de ſitu ſtellarum ſit contra aſtronomos: propterea excuſat Ariſ. & uult dictum Ariſt. uidelicet ꝙ qualis eſt proportio diſtantiæ à primo talis eſt uelocitatũ

B in proprijs motibus, non eſſe uerum per ſe niſi de extremis utpote de Saturno & luna. Saturnus quidem tardiſſime, ꝙa proximus primo mobili. Luna uelociſſime, quia remotiſſima. de mediis uero uult eſſe dictum accidentaliter, ꝙ moueã tur mediis uelocitatibus, quia non præciſe ſecundum ꝓportionem diſtantiarum, & ſic cum dicto Ariſ. ſtat ſolem eſſe in medio: præcipue ſiquis imaginetur ex omnibus intermediis effici unum quaſi medium inter lunam & Saturnum: nõ quidem uniforme, ſed difforme, & hac ratione Saturnus tardiſſime mouebitur, quia primo proximus. Luna uelociſſime, ꝙa remotiſſima. Medium quod eſt aggrẽgatum ex cæteris: mediocriter. hæc Auer. in defenſione ſuæ expoſitionis ad men-

Dubitatio tem Ariſto. Sed an hæc uera ſint: ſtatim dicemus. Sed circa hæc quæ Ariſ. inquit, occurrit non parua dubitatio quia ex uerbis Ariſ. uidetur ſequi in motibus cœlorum eſſe contrarietatem & uiolentiam: ait enim Saturnum tardiſſime moueri, quia eſt proximus uiolentanti, & quia magis in illo præualet uis primi mobilis. Luna tardiſſime, quia in illa mini-

Sol. Alex. & Auer. me præualet. igitur uidetur uiolentia in illis. Soluit Auer. & Alex. & præſupponunt duo: quorum primum eſt motores ordinari ſecundum ordinem orbium: ita ut quanto orbis eſt

C propinquior primo mobili: tanto eius motor eſt perfectior. propterea motor Saturni perfectior eſt motore lunæ. Secũdum eſt omnes motores naturaliter appetere aſſimilari primo quantum poſſunt, quia propter hoc mouent. Ex his ſoluitur quæſtio, ꝙ Ariſto. per magis præualere in proximo ꝙ in extremo intelligit magis præualere in ui ſimilitudinis deſiderii: & per minus præualere, intelligit minus præualere uim ſimilitudinis deſiderii: propterea ſequitur Saturnum tardius moueri, quia motor Saturni eſt uicinior primo motori, ideo in deſiderio eſt illi ſimilior, & per conſequens in motu. Motus aũt eius ſimilior eſt diurno: ſi tardiſſimus fuerit, ꝙa minus tendit ad contrarium. ut igitur ſeruaret motor Saturni ſimilitudinem deſiderii ad primum retardauit motum, ut illius tarditate appropinquet primo quantũ põt. Contra uero, quanto eſt magis remotus: tanto in deſiderio minus ſimilis eſt primo, & ſic in motu minus ſimilis. quare uelocitabit.

Obiones Thomæ. Sed hic obijcit Thomas, & Simplicius, quia Ariſto. abſolute poſuit maius corpus uelocius moueri proprio motu quã moueatur corpus minus, quia in maiore quanto maior eſt

D uirtus. Secundo, proximum ſummo uidetur eſſe magis tale. ſed Saturnus eſt proximus ſummo. igitur debet eſſe uelociſſimus. Tertio, motor Saturni eſt aliis perfectior: igitur mouet uelocius. Quarto, non uidetur ordinis conſequentia ſeruari, quia non uidetur medios moueri medio motu. Quinto, proportio diſtantiæ planetarum ad primum mobile & ad centrum eſt uniformis: & non proportio uelocitatum. Ad hæc dici poteſt ut ex uerbis Simplicii colligitur: primo quòd ſecus eſt loqui de motu planetarum, & ſecus de circulatiõe illorum. Secundo ꝙ aliter eſt loquendum de his motibus ut naturales ſunt, & ut uoluntarii atq; per ꝓcognitionem. dicendum igitur ad primum concedendum Saturnũ uelocius moueri: non tamen uelocius circuere. penes enim aliud ſumitur uelocitas motus, & uelocitas circulatiõis, ut diximus ſuperius. & per idem ad ſecundum & tertium, concludunt

Defenſio Alex. enim motum eſſe celeriorem: nõ autem circulationem. Ad quartum & quintum dicendum ordinem conſequentiæ debuiſſe ſeruari quatenus naturali motu mouerentur: non autem ſeruatus fuit: quatenus mouentur uoluntario motu. hæc pro Alexan. dici poſſunt. Sed circa hæc de ſitu ſolis eſt dubium. Auer. enim credens ſolem moueri uelocius proprio motu quàm moueatur Venus & Mercurius cogebatur uno modo ponere ſolem ſupra lunam. In alia reſponſione defendit Ariſto. fingendo Ariſ. intelligere per medium omnes planetas exceptis Saturno & Luna, qui ſunt extremi. Sunt igitur propter hoc qui ad mentem Ariſtote. uolunt Solem eſſe ſupra Lunam, & Mercurium, & Venerem, & ita Ptolemæum cum Ariſto. ſentire. Sed uidetur mihi Auerro. primo errare de motibus. nam Venus & Mercurius uelocius mouentur ſuis propriis motibus ipſo ſole: licet motibus mediis ſemp ſit media Veneris & Mercurii atq; ſolis coniunctio, ut aſtronomi obſeruarunt. Secundo errat, quia Ariſto. expreſſe in li bro de mundo ponens ordinem planetarum, Solẽ iuxta lunam collocauit. Amplius infra in prima quæſtione difficilli F ma, ſupponit ſolem & lunã eſſe proxima: aliter quæſtio non haberet locum. ut uidebitur commen. 60. de ueritate. igitur rei q̃ ad tres primos, nõ eſt dubium illos eſſe ſupra Solẽ hoc modo ut Saturnus ſit primus: ſecũdus Iupiter. Tertiꝰ Mars. de cæteris an ſint ſub Sole aut ſupra, Ptolemæus uidetur uarius: nam in. 9. magnæ compoſitionis ſectione, aſſerit ſe non potuiſſe diſcernere an ſupra Solem uel ſub Sole ſint quia nõ ualet. non abſcondunt Solem: igitur ſunt ſupra, quia ſtat illos nunquam diametrari inter Solem & noſtros oculos: ueluti uidemus in luna, quæ ſepe cum ſole coit, & non ſemper obſcurat Solem. dixit Ptolemæus ſtat illos nunquam diametrari inter Solem & oculos noſtros, quod intellige apud proteruos, qui uelint defendere oppoſitum, quia ſecundum ueritatem ipſe in eodem libro ſectione tertio oſtendit demonſtrationibus Venerem & Mercurium concurrere cum Sole in eadem linea. propterea Albertilla & alii plures cauſas aſſignant quare non eclipſant Solem tam etſi ſint ſub Sole: hoc enim eſſe aiunt, quia ſunt nimis lucidi: modo lumen interpoſitum inter oculos & lumen, nõ eclipſat illud: alii aiũt G eſſe propter eorum diaphanitatem: Alii. ex paruitate corporis: alii aſſignant cauſam ex diſtantia à terra uolentes conumbræ non pertingere ad mediam aeris regionem. Quicquid ſit de re: tandem Ptolemæus ubiq; tenet Solem eſſe in medio omnium, & licet de his multa diximus in libro eruditionum aſtronomicarum, quantum tamen ad propoſitum: ex duobus potiſſimum mathematici talem ſitum perceperũt primo, quia inuenerunt diſtantiam Mercurii à terra eſſe maiorem illa lunæ per inſtrumenta coſmetriæ: & minorẽ illã Veneris & Solis. itẽq; ſimiliter in Venere reſpectu ſolis. Secundo, ꝙa ſumptis diuerſis inſtrumẽtis & exactiſſimis ꝓ diuerſitate aſpectuũ deꝓhendenda ſit̃ tpe in diuerſis locis in latitudine multum remotis apparuit diuerſitas aſpectus notabilior in luna q̃ in mercurio, & in mercurio q̃ in Venere: & in uenere q̃ in Sole, quod eſſe non poterat niſi quia Luna eſt terrę ꝓpinquior, & Mercurius poſt ipſam & Venus poſt Mercurium, & Sol poſt Venerem. Quæ uero dicenda ſunt H pro Ariſ. uidetur mihi ſaluare ipſum, quia aſtrologia nõ erat completa: quoniam Ptolemæus compleuit. Hæc de ſitu.


Figuram autem cuiuſque ſtellarum non iniuria quiſpiam maxime arbitrabitur rotundam eſſe. Nam cum oſtenſum eſt ſtellas ipſas nõ aptas eſſe per ſe moueri atque naturam ipſam nihil temere, nihil fruſtra efficere: patet etiam eam figuram ipſis immobilibus tribuiſſe, quæ minime eſt motiua. Minime autem motiua eſt rotunda: quatenus nullum ad motum inſtrumentum habet. quare patet ſtellarum molem rotundam eſſe.

Et de figura ſtellarum nunc repetit: nam ut recte Auerro. Expoſitio. Inquit. De figura ſtellarum dictum eſt per accidens, quatenus ſequebatur ad dicta: nunc uero per ſe loquitur ut ꝓmiſit. probat igitur ſingulam ſtellam eſſe rotundam primo ſyllogiſmo ſumpto à fine, & componitur ſic. omne quod nec ꝓ ſe mouetur: nec aptum eſt moueri motu recto: omne tale eſt rotundum. Hæc maior patet pro tanto, quia ubi haberet ſi-

I guram rectam: naturat emere & frustra egisset. Sed stellę nec per se mouentur, nec per se sunt moueri aptæ: igitur omnes sunt rotundæ. Hæc Aristoteles. dubitauit autem Auerro. superius de circulatione demonstrationis, & dubitat Alexan. hic, quæ omnia fuerunt dicta tunc.

Præterea similiter sese habent omnes atq; una. at Luna per ea quæ circa uisum accidunt: rotunda esse ostenditur. non enim in suiipsius luminis auctione atq; in minutione fieret pluries nunc quidem falcata, aut gibborosa: nunc diuidua.


Expositio. Secundo idem probat per argumentum à simili hoc modo Luna est rotunda. igitur cæteræ stellæ. & hic locus est essentialis, quia in his quæ sunt eiusdem speciei, quicquid per se competit uni indiuiduo illius speciei: competit omnibus indiuiduis eiusdem. & cum omnes stellæ sint eiusdem speciei: igitur si Luna est rotunda: omnes aliæ erunt rotundæ. Quod uero Luna sit rotunda: probat primo per apparentiã illustrationis, quã recipit à Sole post coniunctionem quia ut dicit nisi Luna esset rotunda, non fieret nunc quidem falcata K siue in forma falculę: nunc diuidua siue semiplena: nunc prętumida siue gibborosa: demum plena, & tota rotũda. Ani maduersione dignum ut in codicillo de criticis diximus, & in lib. eruditionum, Lunam cum Sole habere. 11. figurationes in quarum singula luminis uariationem sortitur, & à diuersis apparitionibus diuersa nomina habet: cum enim luna cum Sole coiuerit: Lunę tunc cum Sole sinodus est latine coniunctio, & hæc est prima luminis uariatio. secunda est lunæ apparitio siue ortus, qui grece est anatole qui tunc est cũ Luna uideri post: post Solem per distantiam partiam partiũ circiter. 12. Tertia est apparitio luminis: qua Luna græce di-



L

citur conoides latine cornicularis, siue menoides siue falcata, quæ tunc est cum Luna à Sole distauerit partibus circiter. 45. quarta est apparitio: qua Luna dicitur dichotoma, latine semiplena, siue diuidua. & est quãdo Luna è Sole distat partibus. 90. quinta est apparitio, qua Luna græce dicit amphicirta hoc est gibborosa siue prumida, & est cum Luna è Sole ipso distat partibus. 135. sexta est qua luna dicitur pan selena hoc est plenilunia, & est cum distat à Sole per dimiM dium totius circuli. uidelicet per. 180. partes: reddit autem luna post hoc ad gibborositatem & ad diuidualitatem, & ad cornicularitatem, & falculationem, & ad occultationem: demum ad sinodum & ita omnes uariationes sunt numero. 11. Aristo. autem enumerauit falcationem, gibborositatem & diuidualitatem: declarat autem Auer. anatolẽ siue apparitionem siue ortum, & ait tunc esse cum Luna exit à Solis cõiunctione siue sinodo. tunc enim fiunt duæ Pyramides: quarũ una est à Sole: cuius conus est in Luna, terminatus ad minimum arcum luminis: baxis uero in Sole. Altera est ab parte Luna uacua ad oculum maior prima: in qua quidem conus est in oculo: baxis in uacuo Lunæ. Hoc autem esse non posset nisi Luna esset rotunda, & sic patet ratio Aristo.

Insuper etiam & per ea quæ in astrologia dicunt idem demonstrari potest: propterea quia non essent Solis deliquia falcata. quare si stella una est talis: cæ- N teras omnes ét rotundas esse, perspicuum est.



O Expositio. Secunda ratio sic componi potest de luna & Sole insimul omnia ea ad quæ in accretione luminis sequitur communis arcualis sectio sunt rotunda. Sol & luna sunt, ad quæ in accretione luminum sequitur sectio cõmunis arcualis siue falcata. igitur rotunda, quid uero sit sectio communis: debes scire q̃ quando eclipsatur Sol per interpositionem lunæ inter Solem & oculum nostrum, ut quando sunt in capite uel cauda ambo: tunc nec Sol nec luna apparet, sed cum Sol incipit apparere uidentur ambo sub quadam portione circuli uidelicet uel a. uel b. quæ est ambobus communis. ut in eclipsibus clare cernit: hoc aũt non esset: nisi ambo essent rotunda. Hæc de sphæricitate stellarum habemus ab Aristotele.

Cum autem duæ sint dubitationes: de quibus quiuis non iniuria dubitauerit: enitemur id dicere quod nobis uidetur: arbitrati promptitudinem potius dignam esse ueneratione quàm temeritate: siquis ob philosophiæ sitim exiguas in his rebus facultates diligat: de quibus maximas dubitationes P habemus.

Expositio. Tractaturus Arist. duas arduas dubitationes: antea p̃mittit sui excusationẽ, & respõsionem ad detractorem: posset. n. detractor incusare Aril. de petulantia siue nimia prõptitudine: in hoc q̃ uult ponere os in cœlo, pertractando tales qõnes, quæ sunt ultra captũ humanũ. cui respondet q̃ siquis ob philosophiæ sitim exiguas in his rebus facultates diligat: de quibus maximas dubitationes habemus, promptitudinem huius arbitrati potius dignam esse ueneratione q̃; temeritate: enitemur dicere id quod nobis uidetur. & in hoc non uidebimur arrogantes. igitur de his qõnibus difficillimis proponit dicere euitando arrogantiam, tum quia uult dicere id quod uidetur: non id quod est. Tum quia est arbitratus p̃mptitudinem talis hominis potius laude, q̃ uituperio dignã.

Præterea cum plures sint tales: non minus admi- Q rabilis est, quam ob causam non semper stellæ quæ plus è prima distant latione: pluribus motibus moueutur. sed mediæ pluribus? etenim consentaneum ratiõi uidetur primo corpore unicam lationem sub eunte, proximum minimis motibus moueri, ut duobus. id autem quod ad hoc consequitur: tribus, aut aliquo alio ordine tali. at nunc contrarium accidit. paucioribus enim Sol & Luna motibus mouentur: quàm nonnulli planetarum, qui longius è medio ipso distant, & propinquiores sunt ei corpori, quod est ipsorum primum.

Expositio. Quærit nunc quæstionem Aristoteles, ubi debes scire astrologos qui fuerunt temporibus Aristotelis & Platonis ut Eudoxus & Calippus. In quinq; superioribus. uidelicet Saturno, Ioue, Marte, Venere, & Mercurio, obseruarunt multas motus differentias, concedentes enim illos moueri motu communi.

communi.uidelicet diurno, & proprio. uidelicet ab occaſu in ortum deprehenderunt in motu illorum proprio multas differentias ut progreſſionem, repedationem, ſtationem, celeritatem, tarditatem. In Luna uero & in Sole motum communem & obliquum, & duas tantum motus differentias. uidelicet uelocitatem, & tarditatem, & ſic in quinq; ſuperioribus ultra motus duos communem & proprium percepe runt quinq; differentias. In Sole uero & Luna inferioribus, ultra motus duos communem & proprium ſolum differentias duas. propterea quærit Ariſtoteles præterea cum plures ſint tales dubitationes difficiles, non minus admirabilis dubitatio eſt, quam ob cauſam non ſemper ſtellæ, quæ plus è prima diſtant latione pluribus motibus mouentur, ſed mediæ pluribus: reddit cauſam quæſtionis & inquit. Etenim conſentaneum rationi uidetur primo corpore unicam lationem ſubeunte: proximum minimis motibus moueri ut duobus. id autem quod cõſequitur ad hoc tribus, aut aliquo alio ordine tali. ratio eſt quia quãto aliquid eſt propinquius primo tanto magis debet illi aſſimilari. at nunc contrarium accidit: pauciorib⁹ enim Sol & Luna motibus mouentur q̃ nonnulli planetarum, qui longius è medio ipſo mundi diſtant, & propinquiores ſunt ei corpori quod eſt ipſorum primum. Veluti ſunt quinq; planetarum. In quibus uerbis clare patet (ut Auer. ait) Ariſtotelem Solem collocaſſe immediate ſupra Lunam. Hæc eſt quæſtio prima difficillima. Notat Auer. hic non eſſe communiter dictum illud quod Ariſtoteles ait de motibus ſtellarum, nam in Luna Ptolemæus percepit ultra motum communem & propriũ duos alios, quorum unus dicitur diſtantia duplicata, ut tarditas & uelocitas, quas differentias conſequitur Luna per hoc quod mouetur in diſtantia duplicata, hoc eſt in duplici auge, eccentrici uidelicet, & epicicli, & in oppoſito utriuſq; augis: Secundus dicitur motus Lunæ in capite uel cauda: percepit enim Ptolemæus punctum capitis moueri, & per conſequens differẽter Lunam intrare caput uel caudam, quæ res apud peripateticos non eſt famoſa: licet ſit apud Ptolemæum obſeruata in ſtrumentis. **Sed** quicquid uelit Ptolemæus: ait Auerroes quæſtionem fundari in duobus, uidelicet q̃ ordo ſtellarum eſt ut dictum eſt q̃ uidelicet Sol ſit immediatus ſupra Lunam, & q̃ differentiæ motus ſunt tot, & illæ. Hæc Auerroes.

Quę auer. comẽ. 61.

Patefactum autem fuit: hoc nobis & de quibuſdam per uiſum: Lunam enim uidimus diuiduam, Martis ſtellam ſubiiſſe, quæ cœlata fuit, & in ipſius parte nigra. egreſſa uero perlucidam, & illuſtratam. ſimilr & de cæteris ſtellis dicunt Aegyptii & Babylonii, qui plurimis iã annis ante hęc obſeruarunt, & à qbus multa fide digna de ſingulis ſtellis accepimus.

Expoſitio.

Suppoſuit ordinem planetarum eſſe hoc modo ut Luna ſit infima & Sol ſupra Lunam. probat hoc, pręſertim de Luna per ſuam & aliorum obſeruationem. obſeruauit enim ipſe propriis oculis lunam dum fuiſſet ſemiplena ſiue diuidua, Martis ſtellam ſubnſſe, fuiſſeq; inter illam & oculos interpoſitam: ubi uidit Martis ſtellam cœlari in parte Lunæ obſcura, & quia Luna eſt uelocior ipſo Marte: uidet ſtellam Martis exiſſe per partem claram & lucidam, & de cæteris idem teſtant ægyptii & babylonij, q̃ res eſſe non poſſet: niſi Luna fuiſſet infima. de Sole uero nihil aſſerit, ſed ſuppõit ita eſſe.

Inſuper etiam iure hoc idem dubitauerit quiſpiã, quam & ob cauſam in prima quidem latione tanta eſt ſtellarum multitudo, ut uniuerſus ordo innumerabilis eſſe uideatur: in cęteris uero una ſeorſum eſt ſtella: duæ autem aut plures eadem in latione nõ uideantur eſſe infixę. de his itaque bene ſe habet dubitare, quo & maior excitetur intelligentia: nam & ſi paruas occaſiones habeamus & in tanta remotione diſtantes ab his quæ illis accidunt, ſi tamen ex talibus contemplemur: non uidebitur abſurdum eſſe id quod nunc addubitatum eſt.

Secunda quæſtio eſt propter quid tot ſtellæ fuerunt in prima latione ut in orbe octauo: tot quot numerare nemo põt. In cæteris uero una ſeorſum eſt ſtella: duæ autem aut plures eadem in latione ſiue ſphæra non uidentur eſſe infixæ. approbat autem Ariſtoteles quæſtionem hanc quo per ipſam maior excreſcat cognitio de illis: nam & ſi paruas occaſiones habeamus hic reperibiles, & illæ paruæ: quas habemus, in tanta remotione diſtent ab his quæ illis accidunt: diſtant dico loco, & natura: nihil enim eſt hic per quod iſtæ quæſtiones poſſunt ſolui: ſi tamen ex talibus contemplemur, quæ hic apparent, & quæ illic uidemus: non uidebitur abſurdum eſſe id quod nunc addubitatum eſt: nec abſurda ſolutio, quæ ad illud dubium aſſignabitur.

Sed nos de his penitus cogitamus ac ſi & corpora eſſent dumtaxat unitatum ordinem habentia, & inanima. Oportet autem putare ipſa tanquam uitæ & actionis participantia eſſe. Sic enim id quod accidit non uidebitur eſſe alienum à ratione.

Expoſitio.

Soluit Ariſtoteles quæſtiões & primo primam, & primo narrat quo modo dicta quæſtio eſt difficilis & quo modo poteſt ſolui. & ait quæſtionem eſſe difficilem pro tanto quia in dicta quæſtione uidetur eſſe ſuppoſitum corpora cœleſtia eſſe corpora duntaxat habentia ordinem unitatum & inanima: nam hoc modo uidetur eſſe ordo motuum ſecundum ordinem numerorum, & ſecundum ſitum corporum ut in elementis Plato poſuit, qui ordinauit elementa ſecundum ordinem numerorum: poſuit. n. igni & terræ correſpõdere duos numeros cubicos. igni quidem cubicũ binarij, uidelicet octonarium numerum: terræ uero cubicum ternarium. uidelicet. 17. media poſuit ſecundum proportionẽ. 18. & 17. & ſic collocauit elementa ſecundũ proportionẽ ſexquialteram. Si igit cœli eſſent corpora tantum ut Empedocles ſentit, & alij, q̃ non norunt ſubſtantias ſeparatas. oportet locare illos pro rõne numerorũ & ſitu corporũ, & hoc pacto qõ eſt difficilis: expedit igit ſi qõ debet ſolui putare ipſa pticipantia eẽ uitæ & actionis: hoc eſt q̃ uiua ſint, & quicquid agunt tangant p præconceptionem finis & non ex impetu naturæ ut elementa agunt, & hoc pacto id quod accidit de ordie motuum & multitudine illorum non uidebitur eſſe alienũ à ratione, quia ſtat intermedia moueri pluribus, extrema uero pauciorib⁹ præconceptione finis. ut dicemus. Hæc de facilitate & difficultate quæſtionis primæ. Auerro. uero innuit tres rationes ad probandum cœlos eſſe animatos atq; uiuos. Primo, quia cœli ſunt præſtantiores animatis. igitur ſunt animati, q̃ non animatum non eſt animato præſtantius. Secundo, quia omne quod habet figuram terminatam, & motum à ſe de pte terminata in partem terminatam eſt animatũ. tale eſt cœlum Tertio, motor corporis cœleſtis eſt non in materia: igit eſt intellectus, & ita cœlum eſt intelligens & animatum. Cõfirmatur per Ariſtotelem. 12. meta. ubi probat cœlum moueri per intellectum & uoluntatem. igitur eſt animatum & agens propter finem. Solet quæri utrum cœlum circũſcripta intelligentia ſit perfectius aliquo animato ut muſca, ſi dicitur q̃ ſic, ratio Auer. non ualuit. nam ſic inanimatum eſt p̃ſtantius animato. ſi dicitur q̃ non: hoc uidetur erroneum, q̃a illud eſt corpus æternum & immortale. Ioannes ſecundo phyſicorum tenet q̃ cœlum circunſcripta anima adhuc eſt præſtantius uiuo aliquo ut muſca & id genus, quia eſt æternum, diuinum, & id genus. Sed hæc poſitio errat: primo, quia reddit rationem primam Auer. imbecillam. Secundo, quia tertio de anima Ariſtoteles pro ratione operationum docet diiudicare rerum naturas: dicẽs id eſſe nobilius cuius prima operatio eſt nobilior. modo prima opatio uiui ut muſcæ eſt præſtabilior prima operatione cœli circũſcripta intelligentia: immo cœlo ut ſic nulla competit operatio. Propterea tenerem cœlum circũſcripta intelligentia nullam habere perfectionem. Immo non eſſe, niſi ens in anima, & ſic patet ſolutio,

Quæ auer. cõmẽ. 61.

De nobilitate cœli.

Põ Ioan.

Cõfutatio.

Sol. ꝓpria


Nam ei quidem quod optime ſeſe habet: ipſum

I bonum ſine actione uidetur ineſſe: illi uero quod eſt illi proximum: per paruam, ac unam. at his quæ longius abſunt: per plures: ueluti in corporibus. Aliud enim ſine exercitio bene ſe habet. Aliud leui facta deambulatione. Aliud & luctatione, & curſu, & puluere indiget. Alii rurſus neq; quouis ſeſe exercenti modo hoc unquã inerit bonum, ſed aliud tale.

Expoſitio. Propoſuit Ariſtoteles ſoluere dubitationem primã. Nũc proſequitur & præmittit tria ut mihi uidetur: primum eſt, ꝙ eſſe poteſt aliqua latitudo entium ad optimum finem ordinatorum, quæ habet gradus ſecundum plus & minus participare actionis. Exemplum in corporibus: nam poteſt eſſe corpus quod eſt ſanum nullo egens: aliud in ſecundo gradu erit corpus quod leui deambulatione eget ad eſſe ſanum, ut ſi fuerit in ſtomacho aliqua indigeſtio parua. In tertio eſt corpus, quod multis indiget ad eſſe ſanum ut luctatione, & curſu, & puluere, ſiue magna agitatione & exercitio, quæ fiebãt
K in arena ſiue puluere. In quarto eſt corpus ægrum quod ſanitatem adipiſci non poteſt per aliquod ingenium. Sed conſequitur aliquid tale ueluti aliquid ſimile. lege literam ſic cum prima continuam, non uidetur abſurdum eſſe id quod nunc addubitatum eſt: nam ei quidem quod optime ſeſe habet: ipſum bonum ſine actione uidetur meſſe. & hic eſt primus rerum gradus. Illi uero quod eſt illi proximum: per paruam ac unam, & hic eſt ſecundus gradus. at his quæ longius abſunt: per plures uidetur ineſſe bonum ipſum. Hic eſt tertius gradus: deinde exemplificat in corporibus ordinatis ad ſanitatem, & addit quartum gradum. & inquit. Veluti in corporibus: aliud enim ſine ullo exercitio bene ſeſe habet, ut id quod eſt actu ſanum. & hoc eſt primo gradu corporum. Aliud leui facta deambulatione ut corpus parum lapſum in ſtomacho, uel capite, quod dicitur neutrum recuperabile, & à medicis dicitur neutrum decidentiæ: nam niſi leuiter inambulet ægrotabit actu. & hoc ponitur in ſecũdo gradu: aliud
L & luctatione, & curſu, & puluere indiget, ut corpus actu ægrotum. uerbum illud puluere græce eſt κονίσεως latine puluere, & apud alios pugna, quod ad idem uenit: nam pugna in arena & puluere fiebat. hoc enim modo corpora actu ægrota ueteres curabant ante cognitionem herbarum & cæterorum in medicina ſcriptorum. propterea corpora actu ægrota in tertio gradu ponuntur. alii rurſus neq; quouis ſeſe exercenti modo, hoc unquam inerit bonum, ſed aliud tale, ut q̃dam mitigatio, ueluti in podagricis, & ſpaſmaticis & id genus, quæ morbo incurabili laborant: hæc enim per unã uel plures actiones non ſanitatem, ſed aliquid ſimile acquirunt, ut mitigationem. & hoc corpus eſt in gradu quarto. põt addi quintus gradus ut poſtea dicetur, qui eſt eorum corporum, quæ nec ſanitatem, nec mitigationem per actionem unam uel plures adipiſci poſſunt. Hæc eſt prima latitudo rerum apud Ariſto. & corporum: in qua coordinantur corpora & res penes attingere finem per unam uel plures uel nullam actionem. Cuius exemplum eſt.

Latitudo corporum apud Ariſtotelem.

M



Q

Expoſitio. Apud Galenũ uero in primo & ſecundo libro teghnæ aliter corporum latitudo conſtituta eſt, quæ res cum noſtrum ꝓpoſitum egrediatur ſufficiat te ſcire corporum latitudinem apud Ariſtotelem hoc modo eſſe conſtituendam. Hæc igitur eſt prima ſuppoſitio.

Recte autem agere aut multa aut ſæpe difficile eſt. Vt talos coos iacere plures: difficile eſt. Sed unũ N uel duos: facile. & rurſus cum hoc quidem illius gratia: opus eſt facere: illud autem ob aliud, & illud itẽ ob aliud, in uno quidem duobus ue facilius quiſpiã finem aſſequetur. at quo per plura procedit eo illũ difficilius nanciſcetur.

Secunda ſuppoſitio eſt ꝙ agere multa aut unum per multas actiones difficilius eſt quã agere unum per unam actionem, uel per paucas actiones. probat exemplo ludorum, qui apud coum celebrabantur, & inquit. Recte autem agere aut multa aut ſæpe difficile eſt: hoc eſt dicere recte agere multos effectus, aut unum per multas actiones difficile eſt. Primo probat ꝙ agere multa eſt difficile per exemplum, & inquit. Vt talos coos iacere plures: difficile eſt, qui tali græce dicũ tur aſtragali: nonnulli uolunt eſſe genus enſiũ, nonnulli alia genera, quibus utebantur ciues coŋ ſuis in ludis: aliŋ genus ludorum. ſed hoc nihil ad rem: ſat ſit ꝙ unum talum proiꝛce O re uel duos facile eſt: multos tamen difficile. Quod quidem multa agere ſit difficile: hoc exemplo patet. Quod uerò unũ agere multis actionibus ſit etiam difficile, oſtendit per exemplum in eis quæ agunt unum pluribus modis. ut dux & medicus: ambo enim unum agunt. dux quidem uictoriam per multas actiones. medicus uero ſanitatem: ambo enim agũt per multa media: quorum unum eſt gratia alterius ut tandẽ ad unum finem ueniant. Inquit. Et rurſus cum hoc quidem illius gratia opus eſt facere ut in curatione, & bello: illud autem ob aliud, & illud item ob aliud: in uno quidem duobus ue facilius quiſpiam finem aſſequetur. at quo per plura procedit: eo illũ finẽ difficilius nanciſcet. & ita patet difficile eſſe unum effectum attingere pluribus actionibus, & ſic habetur ſecunda ſuppoſitio. Et quia per hoc uult habere Ariſtotelem eum motorem cœleſtem qui pluribus agit difficilius agere: Dubitatio Sol. Auer. eum qui paucioribus agit facilius agere. Ideo quærit Auer. P & dubitat in cælo non poſſe eſſe difficultatem, nec facilitatem, quia tunc motus ille eſſet cum labore. Et ſua ſolutio tã dem eſt Ariſtotelem per facilitatem & difficultatem in illis uelle proportionem, & reſiſtentiam: qua mobile debita proportione reſiſtit motori. Et tu debes ſcire ut ſuperius diximus duplicem eſſe reſiſtentiam: alteram quidem ad motũ: quam habet graue ipſum cum trahitur ui ſurſum. & talis reſiſtentia non reperitur in corpore cœleſti. Alteram uero eſſe ad terminum motus, qua habet omne mobile ne ſubito trahatur in terminum ad quem. & hæc prouenit ex debita proportione motoris ad mobile, & hæc eſt in cœlo. quod hoc ſigno patet, quia non quilibet motor cœleſtis mouet quodlibet mobile. Amplius, ſi non haberet hanc proportionem finitam moueret in non tempore ut ſuperius fuit deductum. & ſic patet in cœlo eſſe difficultatem quaſi æquiuoce dictã. Hæc ex Auer. trahi poſſunt.

Quocirca etiam ſtellarum actionem talem arbitrari oportet: quãlis eſt animalium ac ſtirpium. etenim hic hominis actiones plurimæ ſunt. Multa enim bona ut conſequi poſſit: multa agit etiam aliorum gratia. Ei uero qui optime ſe habet non eſt opus actione. Ineſt enim ipſi id gratia cuius cætera agunt. actio uero ſemper in duobus conſiſtit: quando & id gratia cuius agitur: & id quod huius gratia agitur. at cæterorum animalium pauciores

ſunt:

A ſunt, & planctarum parua quædam eſt & forſitan una. Nam aut unum eſt quod conſequi poſſunt: ueluti & homo ipſe, aut & ipſa multa omnia antecedunt ad ipſum optimum aſſequendum.

Expoſitio. Hæc eſt tertia ſuppoſitio: in qua Ariſtoteles ponit ſecundam latitudinem rerum, quæ beatitudinis participant, & in primo gradu huius latitudinis ponetur homo actu felix, qui pro felicitate nullo eget, quia actu habet copulationem intellectus agentis cum poſſibili: hic enim nullo eget, quia iam finis eſt uel ad finem peruenit. In ſecundo gradu eſt homo, qui per multas actiones ad fœlicitatem enititur: nam ad hoc ut homo pertingat ad fœlicitatem primo requiritur uitæ longeuitas, quia non ſubito homo beatur, & ita requiritur uita. Secundo ſenſilium apprehenſio: tertio uniuerſalium omniū intellectilium intelligentia. ſic igitur in ſecundo gradu eſt homo perfectibilis per fœlicitatem. In tertio ſunt animalia &

B plantæ, quæ fœlicitatem attingunt non in ſe, ſed quatenus attingunt ſenſum & uitam, quæ ſunt requiſita ad fœlicitatem. In quarto ponuntur ea quæ nec fœlicitatem nec requiſita attingunt, ut forſitan ſunt elementa. Sed hic deficit illud quod attingit fœlicitatem per paucam actionem: propterea compleri poteſt latitudo animantium ad fœlicitatem ordinatorum, ut in primo gradu ſit homo perfectus actu fœlix. In ſecundo ſit homo cui parum deeſt, ut perfectus per omnia ſenſilia, nō autem per omnia intelligibilia. In tertio eſt homo imperfectus. In quarto animalia & plantæ. In quinto elementa & cætera quæ nihil fœlicitatis habent. Ex his apparet hanc latitudinem poſſe conuenire cum prima, ſi ſic intelligatur: fortaſſe enim ut indicat Simplicius: hæc non eſt tertia ſuppoſitio ſed exemplum ſecundum primæ latitudinis. primū enim exemplum fuit in corporibus: hoc eſt exemplum in uiuentibus, quod magis ad propoſitum eſt, quia ut bene accepit Ariſtoteles, oportet arbitrari ita eſſe de ipſis cœlis ut de animantibus.

Latitudo rerū ꝓticipantiū fœlicitatem apud Ariſtotelem attingentia requiſita ad illam. & hic eſt primus gradus latitudinis, & tu ſubintellige ſecundum: uidelicet hominem, qui parum deeſt à beatitudine. Hæc enim dedit intelligere Ariſtoteles & per primam latitudinem, & per hoc quod dedit extrema: inter quæ innuitur ſemper medium. Et in hoc apparet Auer. non intellexiſſe hunc locum: laborauit enim cōcordare latitudinem hanc cum prima per dicta Themiſtij & Alexan. & non potuit, quia non percepit ordinem Ariſtotelis: nec pace quorūdam dixerim bene intelligit ipſe id qđ optime ſe habet: retulit enim hoc ad deum, quod ſtare non poteſt. in latitudine enim uiuentium & rerum mortalium atq; corruptibilium non poteſt cadere deus. niſi Ariſtoteles non fecerit latitudinem. Sic igitur patent tres gradus: quorū primus eſt hominis perfecti ex toto, qui gradus correſpondet primo gradui latitudinis corporum. Secundus eſt hominis ſapientis, cui parum deeſt ad fœlicitatem, qui correſpondet ſecundo gradui primæ, utpote corpori neutro. Tertius eſt hominis capacis diſciplinæ nondum diſciplinati, qui correſpondet tertio gradui primæ utpote corpori actu ægroto: Deinde ponit quartum Ariſtoteles. & inquit. At cæterorum animalium pauciores ſunt, & plantarum parua quædā eſt, & forſitan una: hæc tamen non finem attingunt, ſed requiſita, & hoc ſubdit nam aut unum & idem eſt quod conſequi poſſunt ueluti & homo ipſe, aut ſi non finem unum attingūt: ſaltem pertingunt ad ipſa multa quæ omnia antecedunt ad ipſum optimum aſſequendum. & hic eſt quartus gradus: cui adde quintum, qui eſt eorum, quæ nec finem nec requiſita ad finem attingunt ut elementa & oia alia inanimata: correſpondet autem gradus quartus, qui eſt animalium & planetarum quarto gradui primæ qui fuit corporū peſſime ęgrorum. Quintus autem qui eſt elementorum: correſpondet quinto illius, qui eſt corporum quæ omnino moritura ſunt. & in hoc apparet concordia latitudinum, quā Auer. & expoſitores ignorarunt. Sed obijcies, quia non uidetur poſſe diuerſa genera collocari in eadem latitudine ut homines animalia & alia. Iam dici poteſt hæc eſſe diuerſa genere in ſe conſidera

Cōtra Aū. centra quoſdam.

Dubitatio.

C



G

Expoſitio. Hæc autem expoſitio nō diſconuenit uerbis Ariſtotelis. Ideo lege, quo circa & ſtellarum actionem talem arbitrari oportet qualis eſt animalium & ſtirpium, & ita ut animalia ſtirpes & cætera corpora ponuntur in quinq; ordinibus, ſic & corpora diuina. deinde diſponit latitudinem animalium

D & ſtirpium, & cæterorum. & incipit à tertio gradu: deinde redit ad primum gradum. & inquit. Etenim hic hominis actiōes, q penitus à fœlicitate eſt alienus plurimæ ſunt actiones. multa enim bona ut conſequi poſſit: multa etiā agit aliorum gratia hoc eſt tandem ut omnia ad unum finem reducātur. & hic eſt tertius gradus latitudinis. deinde ponit primū gradum, & inquit. Ei uero homini ſupple qui optime ſe habet non eſt opus actione. Ineſt enim ipſi id gratia cuius cætera agunt ut beatitudo. Sed obiicis uidetur homini fœlici non in eſſe id gratia cuius cætera agunt, quia animalia, plantæ, & elementa, non agunt gratia beatitudinis. Reſpōdet quòd in omni fine attingendo ſunt duo, finis ipſe, & medium, uult igitur omnia eſſe gratia beatitudinis, quæ homini ineſt fœlici, quia aut propter illam ut homo, aut propter requiſita ut animalia & plantę. & ideo inquit. Actio uero ſemper in duobus conſiſtit quando & id gratia cuius agitur ut eſt finis, & id quod huius gratia agitur ut medium, ſiue requiſitum, animalia igitur & plātæ ſunt ſaltem gratia illius quatenus ſunt ta, ſed ut ordinantur ad unum habent rationem communē: penes quā poſſunt collocari in eadem latitudine.

Aliud igitur habet optimum, & ipſum particeps eſt ipſius. Aliud per pauca propè peruenit. Aliud p multa. Aliud non aggreditur: ſed ſatis propè ultimū accedit, ueluti ſi ſanitas ſit finis. Aliud ſemper ſanum eſt. Aliud attenuatum. Aliud currens & attenuatū: aliud & aliquid aliud agens ipſius gratia curſus, ut huius ſint plures motiones. Aliud ad ſanitatem peruenire non poteſt. Sed ad curſum dumtaxat aut ad ipſam attenuationem: quorum eſt, & alterum per ſe finis.

H

Expoſitio. His ſuppoſitis conſtruit ordinem in orbibus, ut habeatur ſolutio ad formam quæſtionis, ubi debes ſcire q̄ omnes orbes ponuntur in latitudine quinq; graduum ueluti corpora, & uiua, quæ latitudo attenditur penes attingere finem, quod eſt optimum: tale autem eſt permanentia. Qua ratione fit ut illa ſint in primo latitudinis gradu, quæ permanentiam attingunt ſine actione. Illa uero in ſecundo latitudinis gradu, quæ permanentiam attingunt per paucas actiones. Illa in tertio, quæ per multas. Illa in quarto quæ non permanentiā, ſed aliquid propè permanentiam. Illa in quinto, quæ nec p

I manentiam nec aliquid propè permanentiam attingunt. Cuius exemplum repetit de ſanis: dicens, ueluti ſi ſanitas ſit finis: aliud ſemper ſanum eſt: aliud attenuatum ſolum. Aliud currens & attenuatum, quia currens gratia attenuationis. Aliud & aliquid aliud agens ipſius gratia curſus: ita ut huius ſint plures motiones. aliud ad ſanitatem peruenire non poteſt, ſed ad curſum duntaxat, aut ad ipſam attenuationem, quæ ſunt rurſus propter aliquem alium finem ut propter ſanitatem. tacuit autem quintum gradum. uidelicet qui eſt eorum, quæ nec finem, nec ordinatum in finem attingunt, quia per ſe ex dictis patet. Quæ uero ſunt illa quæ in his quinq; gradibus collocantur: dicetur poſtea. Quid uero Ariſtoteles intelligat per id quod habet optimum & particeps eſt ipſius, poſtea dicetur.

Nam maxime quidem omnibus optimum eſt illum conſequi finem. at ſi hoc non fiat: tanto aliquid ſemper melius eſt, quanto id attingit, quod optimo propinquius fuerit.

Expoſitio. Quæres forſitan: quonam modo poteſt dici bonum attin
K gere, quod non finem, ſed medium attingit. ut quonam modo poteſt rurſus dici bonus: ſi non ſanitatem, ſed attenuationem attingit. Reſpondet q̃ ambo hæc bona ſunt, quia aliquo modo ambo finem attingunt. attenuatio quidem per ſe ſanitatem, curſus in attingendo illud quod attingit ſanitatẽ, & propterea inquit. Nam maxime quidem omnibus optimum eſt illum finem conſequi utpote ſanitatem, uel finem proprium. at ſi hoc fieri non poteſt: tanto aliquid ſemp melius eſt, quanto id attingit quod optimo propinquius fuerit ut melior curſus, quàm præparatio ad currendum: nam curſus attingit attenuationem propè finem. Præparatio uero curſum, qui longe eſt à fine. Hęc generatim de rerũ ordine.

L Quocirca & terra quidem non mouetur omnino; propinqua autem paucis motibus mouentur. non enim ad ipſum ultimum pertingunt, ſed quouſq; diuiniſſimum ipſum principium conſequi poſſunt. Primum autem cœlum ſtatim per unum motum illud aſſequitur. at ea quæ in medio primi & ultimorum ſunt, attingunt quidem: per plures tamen motus attingunt.

¶ Latitudo orbiũ & eorũ q̃ optimũ attingũt apud Ariſto.



M Expoſitio. Vt dicebatur latitudo orbium conſtituitur penes attingere permanentiam. quare in primo gradu ponetur deus, qui permanentiam attingit ſine actione, & hoc uoluit intelligere ſuperius dum dixit, eſſe aliud quod optimum habet: atq; ipſius particeps eſt. quidam enim retulit ad deum & ad reliquas intelligẽtias, quia deus optimum habet per eſſentiam: eſt enim per eſſentiam permanens. Intelligentiæ per participationem. Quod ſtare non poteſt, quia Ariſtoteles hic ponit deum abſq; orbe: non autem intelligentias ponit abſque orbibus. Immo in numerando orbes intelligit intelligẽtias: ſunt enim orbes animalia diuina. & ſic per id quod habet optimum, & participat optimum ſolum primum ens intelligit, quia per participare intelligit poſſidere: μετέχειν enim græce etiam poſſideo eſt latine. In ſecundo gradu eſt orbis ſtellatus, qui apud Ariſtotelem eſt primum mobile atq; uiuens & animal per ſe. hoc enim permanentiam attingit unica actione, quia ſolum per motum diurnum eſt cauſa aliorum

Cõfutatio. ꝑpa. expõ

quare permaneant, & ipſum in cauſando permanẽtiam alio N
rum attingit per unam ſolam actionem permanentiam primi. In tertio ſunt tres ſuperiores planetæ, ut Saturnus, & Iupiter, & Mars: nam iſti attingunt permanentiam ipſam per plures motus: per quos per ſe agunt in rebus permanentiã & fixionem. In quarto ſunt quatuor inferiores, qui non per ſe attingunt permanentiam per hoc q̃ ſunt cauſæ per ſe permanentiæ, ſed per hoc q̃ ſunt cauſæ generationis & corruptionis, quæ non ſunt permanentia, ſed ordinatæ ad permanentiam: Calippus enim & Eudoxus permanentias & grãdes effectus tribuerunt tribus ſuperioribus, ueluti Albumaſar etiam in libro de magnis coniunctionibus. Soli & duobus aliis effectus annuos: Lunæ menſtruos. & ſic attingunt permanentiam non proprie. ſed quatenus diſponunt ad permanẽtiam. In quinto ordine ſiue gradu eſt terra cum tribus aliis elementis, quæ nec permanentiam attingunt per unã, nec per plures actiones, nec aliquid ad permanentiam ordinatum. Ex his patet ſolutio ad formam dubitationis: con- Q Diſcẽs ad formã
cedo enim illud eſſe perfectius quod attingit finem per pau O
ciores actiones: at quatuor inferiores non attingunt finem; ſed media in finem: attingunt enim permanentiam attingendo generationem & rerum mutationes, quãquam enim animalia attingant quod attingunt de felicitate per pauciores actiones quia per ſenſus, & plantæ per unam ut per nutritionem: tamen dicuntur imperfecta, quia non finem, ſed media attingũt. Inquit. Quocirca & terra quidem & ſupple alia elementa non mouentur omnino ideo ſunt in gradu quinto. propinqua autem ut quatuor inferiores planetæ paucis motibus mouentur; non enim ad ipſum ultimum pertingunt, quia non permanent quatenus per ſe ſint cauſæ permanentiæ, ſed quatenus cauſæ ſunt requiſitæ ad permanentiam. Primum autem cœlum ſtatim per unum motum illud aſſequitur. quia eſt permanens per hoc q̃ ſolo motu diurno eſt cauſa rerum permanentiæ. at ea quæ in medio primi & ultimorum ſunt ut tres ſuperiores: attingunt quidem: per plures tamen motus attingunt. omiſit primum gradum in quo ponitur id quod attingit ſine actione. Ex his patet ad formam dubitationis, & cauſam problematis.

Auerroes autem diſponit ordinem rerum in quatuor gra P
dus. quorum quilibet latitudinem habet, & in primo ponit ea quæ ſine actione permanentiam & optimum attingunt, ut deus & ſubſtantiæ ſeparatæ. In ſecundo ponuntur ea quę

attingunt permanentiam & optimam operationem per a- Q
ctionem: in quo & cœli omnes, qui per paucam operationẽ, & homines qui per multam operationem attingunt; collocantur. in tertio ponuntur elementa quæ non permanentiã in numero acquirunt, licet per paruas actiões, ſed in ſpecie. In quarto ponitur terra, quæ attingit quietem centri abſque omni motu. cætera elementa ſua loca per aliquem motum, ut aqua attingit concauum aeris per motum lunarem. aer per Replica. cuiuſdam
motum ab igne. ignis per motum diurnum. Sed hunc ordinem recte quidam reprehendit; nam per hunc non habemus ſolutionem ad quæſtionem, quia ex quo in ſecundo ponuntur orbes & homines: ſol & luna qui in ſecundo ordine attingunt perpetuitatem & optimum paucioribus motibus: erunt in ſecundo ordine præſtabiliores, quod Ariſtoteles adduxit in dubitatione. Præterea homines non ponuntur in latitudine æternorum: poſuit enim homines in latitudine uiuorum. Propterea quidam diſponit quinq; gradus: Sol. cuiuſdã

& in

A & in primo ponit deum & ſubſtantias ſeparatas. In ſecundo primum mobile. In tertio tres ſuperiores. In quarto, quatuor inferiores. In quinto terram. Sed pace ſua hæc diſpoCõfutatio ſitio non ualet; primo quia cæteri intellectus ſeparati nõ ponuntur ſine orbibus. ſunt enim animæ orbium, atq; formę, modo formæ ordinantur cum ſuis ſubiectis. Secundo prætерit tria elementa: non enim minus illa ſunt in tali ordine, q̃ terra, ſunt enim orbicularia corpora ut terra. Tertio ex hoc ordine adhuc dubitatio habet locũ, quia in tertio ordine ponuntur quatuor inferiores, qui non finem ſed requiſitum ad finem attingũt. modo in illo ordine ſol & luna paucioribus motibus attingunt q̃ Venus & Mercurius. Venus enim ſecundum aſtrologiam Eudoxi & Calippi octo motibus mouet, Mercurius nouẽ, Sol & Luna paucioribus. Res igitur eſt ſatis obſcura. Ideo aſtrologia Eudoxi & Calippi eſt uera Propria Solutio q̃ Ariſto. hic & in meta. ſectatur. oportet conſtituere quatuor fines tribus ordinatis ad unum. primus eſt permanentiam attingere perfecte. & tunc quod attingit hanc per ſe ni
B hil agendo eſt in primo gradu, ut deus, qui attingit hanc nõ agendo, ſed quatenus eſt finis agentium. Quod uero attingit hanc agendo per paruam actionem eſt primum mobile, quod mouetur motu diurno. Quod attingit per multos motus attingendo illam per ſe, & dando rebus permanentiam per ſe ſunt tres ſuperiores. Hæc de primo ordine. Amplius, ſecundus finis eſt diſponere ad perpetuitatem prębendo diſpoſitiones diuturniores, & hoc modo Venus & Mercurius attingunt, tribuit. n. Venus amorem ſiue appetitum, Mercurius induſtriam, ſine quibus eſſe non poteſt perpetuitas. Sol & Luna attingunt præparãdo ad diſpoſitionem quia adminiſtrant generationem & corruptionem, quibus mediantibus generatur diſpoſitio permanẽtiæ, & propterea licet hæc quatuor ponantur in quarto gradu, Venus & Mercurius tenent primam partem huius gradus, quia per ſe diſponunt ad permanentiam. Sol & luna diſponunt ad diſpoſitionem. In quinto ponuntur elementa, hæc enim intelligit per terram: utitur enim terra pro omnibus, quia ſenſi-
C bilior apparet. Et ſic patet ſolutio ad problema, non enim abſolute ualet, omne id eſſe nobilius quod paucioribus motibus fertur, niſi reſpectu ſui ordinis & eiuſdem finis, oportet enim imaginari omnia hæc attingere permanentiam, & ſecundum gradus attingentiæ ita poni in latitudine, gradus autem attingentiæ ſunt ignoti, ſed in hoc patent, quia Saturnus illum attingit perfectiori modo q̃ Iupiter, quia id quod attingit Saturnus prępарat magis ad id quod attingit primũ mobile, quàm id quod attingit Iupiter, & id quod attingit ſuis motibus Iupiter adhuc magis præparat quàm id quod attingit mars ſuis motibus, & hoc modo diſponuntur in ordine tertio ipſi tres ſuperiores, qui cum ſint ignoti quo ad gradus attingentiæ, collocantur in tertio ordine inſimul: tãta enim exacta cognitio attingendi eſt ignota Ariſt. & aſtrologis: ſufficiat autem generatim ſcire eos attingere immediatius permanentiam q̃ quatuor inferi attingant, q̃ gradus at-
D tingendi ſunt pro ordine ſitus & loci, & diſtantias a primo. Simili ratione de quarto ordine, ſat enim eſt ſcire Venerem & Mercurium ſi ponuntur ſupra ſolem attingere immediatius illam permanentiam præparando q̃ Sol & Luna, & q̃ ordine ſitus eſſe gradus attingendi, & ſic non a pluralitate uel paucitate motuum argui poteſt nobilitas uel ignobilitas. Sed reſpectu unius & eiuſdem finis, & reſpectu eiuſdẽ gradus finis: non enim ualet Mercurius & Sol attingunt eũ dem finem, & Sol paucioribus motibus. igitur ſol eſt nobilior. ſed oportet addere, q̃ ambo attingant eundem finem ſecundum eundem gradum. Modo ſi Mercurius ponitur ſupra Solem attingit eundem finem ſecundũ gradũ perfectiorem, quem ignoramus. & ſi econtra ſol ponit ſupra luna & Venere & Mercurio eſt dicendum econtra. Hæc ſunt dicenda ſecundum aſtronomiam quam ſectatus eſt Ariſ. ſunt igi
Dubitatio tur quiq; gradus, quorum quilibet latitudinem habet. Sed prima. contra rationem Ariſtotelis eſt dubitatio, quia ſupra uoluit motum obliquum qui eſt uagarum eſſe propter generationem & corruptionem, diurnum uero propter conſeruationem. hic uidetur oppoſitum ſentire. nam tres ſuperos ponit E attingere permanentiam per ſe: inferos uero diſponere. Di Solutio. ci poteſt motum obliquum, qui eſt uagarum eſſe propter generationem & corruptionem. tamen tres ſuperi diſponũt generationes ad maiorem durationem, ideo immediatius attingunt permanentiam. & hoc ſufficit Ariſtote. Amplius Scda dub. ambigere poteſt quiſpiam, quia Ariſtoteles loquitur ita de planetis ac ſi moueãtur ab uno motore pluribus motibus: modo hoc eſt contra eum in. 12. meta. ubi uoluit tot eſſe orbes & motores reſpectu unius cœli atq; unius ſtellæ quot ſunt differentiæ motuum percepte in illo planeta, ut quia in Mercurio. 9. differẽtiæ ſunt perceptæ, etiam nouem orbes totidem q̃; motores eſſe oportet. Dici poteſt ſtellam eſſe ſi Solutio nem omnium motuum & cęteros orbes conſtituere unum cœlum ueluti multa ſub membra unum membrum inſtrumentarium, quæ ſub membra omnia ſunt propter unũ: ueluti caro, Muſculi, lacerti, & cætera, quæ coxam conſtituunt omnia ſunt propter coxam & ad motum coxæ. Tunc di-
F ceret Ariſtoteles eſſe intelligendum non de partibus membri comparatiõem, ſed de ſtella & toto cœlo, quod licet moueatur pluribus motoribus: tamen ex omnibus illis intelligitur fieri una uirtus mouens congregatum ex particulis & orbibus, & de illa intelligitur latitudo et gradus latitudinis, ponũtur enim partęs in eodem gradu latitudinis in quo ponitur totum ipſum cuius ſunt partes. Hæc ad ſecundã. Am Tertia du. plius tertio dubitabis, quia ubiq; Ariſtoteles poſuit primũ motorem mouere aggregatum ex omnibus cœlis ut unum animal. Hic ponit eum ſeparatum & ſine actione attingere finem. Dici poteſt, primum eſſe abſq; actione quia ipſe nõ Solutio eſt principaliter ptopter actionem ut ſunt cæteri motores. ſed agit propter ſe, & non propter aliud. dicitur igitur attingere bonum abſq; actione, quanto ſua actio non eſt cauſa attingendi, & propterea primus poteſt conſiderari ut finis & ut agens, & ut finis eſt ſeparatus, ut agens autem eſt conjunctus. cęteri autem non ſic, omnes. n. agunt propter actionem, quia propter actionem conſeruantur. & hoc non intelexit Ioãnes, propterea ponit deum eſſe finem tantum. Hęc Ariſtoteles iuxta aſtrologiam Eudoxi & Calippi. Ptole- Quęptole. mæus autem ubiq; Solem & Lunam facit principes atque G primarias uniuerſi ſtellas Primo, quia augent & minuunt & tollunt cæteris ſtellis actiones, & ipſi a nullis impediuntur. dicuntur enim ſtellæ combuſtæ, nunc fortes quia lucanæ, nunc debiles quia occiduæ & ueſpertinæ, nunc alijs modis affectæ pro alijs cum Sole configurationibus. at Saturnus ſi cum Sole eſt, nihil oſtendit, quia eſt ſimilis mortuo, ut ubiq; ait Ptolemæus. Secundo, motus cæterorum regulantur pro motibus ſolis. eſt enim ſolis motus regula cæterorũ ut norũt Aſtronomi & ſupputatores. Tertio actio in rebus manifeſte proficiſcitur a Sole & luna. a cæteris proficiſci nõ eſt deprehenſum niſi per reſpectum ad lumina: ut docet Ptolemæus in primo Apoteleſmatum, propterea Ptolemæus ſolem & lunam uniuerſales atq; principales efficit cauſas. cæteras ſtellas inſtrumentarias, atq; ſubminiſtras: ueluti præfectus & centuriones: nec hẽre actiones niſi ſuppoſita actio-
H ne ſolis & lunæ. qua non ſuppoſita id quod agunt friuolum eſt & leue. Id uero quod decepit Albumaſarem, Eudoxum, & Calippum, & Ariſtotelem, qui hos ſecutus eſt: uideẽ tarditas, effectus, & perduratio: quæ tribus ſuperis tribuit. Amplius, ſolem & lunam poſuerunt ultimos in loco, & illi crediderunt pro ſitu & loco effici plus & minus nobiles. hæc omnia ſunt remota a ueritate. Nam tarditas, effectus, & perduratio, non faciunt ad nobilitatem actionis, niſi reſpectu actionis maioris cæteris enim paribus eſt uerum: datis eni duabus actionibus æqualiter pollentibus, quæ eſt diuturnior eſt maior. modo licet actio illorum triũ ſit diuturnior, tamen eſt parua. & non habens uim niſi aut ſuppoſita actione luminum, aut addita. Amplius, ſitus ſolis non facit ipſum eſſe ignobiliorem tribus: primo, quia non eſt de ratiõe ſphę rici contineri, & propterea dato q̃ ſuperi contineãt: nõ propterea ſunt nobiliores. Secundo, quia nõ magnitudo. non enim ſemper maius corpus eſt perfectius, niſi uirtus eius ſit

perfectior.modo motus ſaturni eſt tardior illo lunæ & ſolis.actio quoq; in rebus minor.Tertio ut recte Auerro. 12. meta.commen.44.ait & Simplicius hic,ex ſitu non eſt indicanda nobilitas & ignobilitas niſi ſecūdum quid, & ſic ſtat Saturnum ſole eſſe nobiliorem ſecundum quid,qui ſimplici ter eſt ignobilior. De his multa diximus in lib. de noſtrarū calamitatum cauſis,& in libro eruditionum.Nunc uero hęc ſat ſint.Hæc de prima quæſtione. I

De ambiguitate uero quæ fuit quare in prima q/dem latione tanta exiſtit ſtellarum multitudo. Cæterarum autem ſeorſum ſingula proprios ſumpſit motus? ob unum quidem primo quiſpiam iure eſſe putabit. nam cuiuſque uitæ primæ atque primi principii ad cætera, magnum exceſſum intelligere oportet.

Expoſitio. Nunc accedit ad ſecundam dubitationem, primo repetit illam & inquit. De ambiguitate uero quę fuit, quare in prima quidem latione tanta exiſtit ſtellarum multitudo.Singula autem cæterarum ſtellarum ſeorſum ꝓprios ſumpſit motus.ut ſtella Saturni ſuos : illa Iouis ſuos : illa etiam Martis ſuos,& ſic ſingula ſuos. Hæc eſt dubitatio,ubi per lationem corpus latum intelligit.nam mathematici lationem pro cœlo ſumunt.Cui dubitationi reſpondet,& inquit. Ob unum quidem primo quiſpiam iure eſſe putabit,quod explicat,& inquit.Nam cuiuſq; uitæ primæ atq; primi principij ad cæteras uitas ſecundas, cæteraq; principia ſecunda magnum exceſſum intelligere oportet:cum igitur prima latio ſiue primum mobile primo uiuat,atq; ſit primum principium,cæteri orbes uiuant uita ſecunda, atq; ſint ſecunda principia, & quaſi ſubminiſtra illi primo:iure primum mobile excellit ualde illos.exceſſus autem eſſe non poteſt niſi quo ad numerum ſtellarum, quare multas meruit ſtellas:tanto quidē plures,quanto in uitæ ratione atq; principij efficacia cæteros orbes excellit:hæc Ariſtote. Auerroes autem ob malas quas habet tranſlationes indicat ad mentem Ariſtotelis ſtellas fixas tribus differentijs motus moueri, & ab ortu in occaſum redeundo ad ortum, & proprio motu ab occaſu in ortum ſingulis centenis annis parte una. & motu progreſſionis & repedationis,quem babylonij obſeruarunt ſingulis ſeptem millibus annoꝝ compleri quibus uerificatis oportet concedere. 10.ſphæras. 10. quidem per cuius motū omnes aliæ ab ortu rapiantur in occaſum. 9.uero per cuius motum ſaluetur progreſſio & repedatio fixarum. 8. autem per cuius motum ſtellæ ipſe ferantur ſingulis centenis annis ꝑte una. Animaduerte tamen nonnullos uoluiſſe per motū. 9.effici motum ſtellarum ſingulis centenis annis parte una per. 8.uero motum effici titubationis:ſed hoc ad mathematicos omitto. Hæc res non eſt ut Auerro.dicit.Ariſto.enim ſtellas fixas nō percepit moueri niſi unico motu ab ortu in occaſum tantum,qua ratione orbem ſtellatum primam lationem ſiue primū mobile ubiq; appellat,& iuxta hoc fundamentum uidetur dirigere omnes rationes primæ & ſecū dæ dubitationis. Sed quonam modo ualeat hæc Ariſtote. ratio,agamus & primo ſupponamus primum mobile eſſe rerum cauſam,quod quidem multis rationibus ſupra eſt declaratum.Secundo ſupponamus primū mobile eſſe cauſam uniuerſalem omnium rerum.Ex his ſequitur prima pars ſolutionis,ex eo enim quia primum mobile eſt cauſa.Meruit ſtellam:orbis enim nō agit niſi propter ſtellam, pars enim actiua cœli eſt ſtella ipſa.ex eo uero quia uniuerſalis eſt omnium cauſa,atq; prima,meruit tot innumeras ſtellas, ut per quaſdam illarum ſit cauſa quarundam rerum,& per quaſdā alias,ſit cauſa aliarum,& per omnes ſit cauſa omnium:iuxta illud Hermetis,nullum eſt granum arenarū in terra,quin proprium obtineat ſydus in cœlo ſuſcitans ad eius incrementum.ſic igitur quia eſt cauſa,& prima cauſa atq; uniuerſalis meruit tot ſtellas. Secunda pars rationis declaratur ēt quia primum mobile,quatenus eſt uniuerſalis cauſa omniū uiuorum,immo cæterorum orbium, meruit prę̄ſtabiliorem uitam, uita præſtabilior eſt per præſtabiliorem animam, anima præſtabilior eſt pollentior motrix.pollentior motrix meruit corpus maioris reſiſtentiæ. corpus plurium ſtellarū maioris eſt reſiſtentiæ corpore paucarum ſtellarum ut dicetur.igitur meruit orbem plurium ſtellarum. Amplius præſtabilior uita meruit præſtabilius corpus, præſtabilius eſt cœlum plurium ſtellarum q̄ ſit cœlum paucarum ſtellarū. K L M N

Hæc igit eſt prima cauſa problematis,ut ex uerbis Auer. colligi poteſt,qui rem hanc authoritate babyloniorum confirmat.babylonij enim ſtellis primi mobilis tribuerunt duplicem agendi modum,communem uidelicet et proprium: proprium quidem quatenus primum mobile per eas ſtellas quæ arietem figurant arietibus præeſt & animalibus id genus,& per ſtellas quæ taurum claudunt,tauris & cæteris id genus fauet,& per cæteras ſtellati orbis imagines cæteris animalibus & rebus adminiſtrat.communē uero, quatenus ſtellæ omnium imaginū concurrunt generatim ut effectrices cauſæ ad omnia ea,ad quę planerę ipſi concurrūt. huius rei cauſa eſt:quia planetis dederūt ſpeciales uires nō ſolum erga animalia,plantas,mineralia:ſed etiam erga elementaria corpora.tribuerunt enim Saturno bonam confideratiuam. Sua enim ui melancholica magnum præbet momentum in conſiderationibus & artium inuentionibus melancholia enim fauet ſcientiæ ut in libro problematum parte. 30.docet Ariſto.tribuunt Saturno alia multa, & Ioui, & Marti alia,quæ eſſet longum narrare,ſed nos diximus in libro eruditionum:ad propoſitum igitur ſtellæ primi mobilis generatim ad omnia hęc concurrunt : ad quæ ſpeciatim ſeptem planetæ concurrūt.Addit tamen Auerroes hæc omnia eſſe confutata in libro quem Ariſt.ſcripſit de regiminibus cœleſtibus:quem nos non uidimus nec in grēco, nec in latino. Animaduerſione dignum Ariſt.per hanc rationem ſolum cauſam dediſſe de multitudine ſtellarum ſecundū genus,hoc eſt quare primum mobile meruit plures ſtellas.determinatum uero numerum ut qui mille. &.22.ſtellæ, uel alium id genus per hanc rationem non explificauit : ſufficit enim philoſopho ratio generalis multitudinis.ſpecialis uero ratio non competit philoſopho. Secundo animaduerſione dignū aſtronomos in cœlo ſtellato obſeruaſſe mille &.22. ſtellas,& has in.48.imaginibus collocarunt,ut in lib. eruditionum ſcripſimus.cæteras uero non obſeruarunt, quia nō inuenerunt illas habere actionem in rebus,partim quia nō nullæ illarum nimis paruæ ſunt:ita ut earum uirtus ad nos non poſſit uenire.cum enim uix uiſum moueant,quanto minus tactum mouebunt:omne enim ſenſile maiorem ſphæram uiſionis efficit,q̄; tactionis,ut declarauit Ariſt.in lib.de anima.partim quia nonnullæ uiſu notabiles nimis declināt ad apicēnoſtrorum capitum,ita ut radij ueniant trāſuerſales & in noſtra regione non imprimunt. propter hæc uī mihi ratio Ariſ.non arguere niſi de mille &.22.aliter ratio nulla eſt.niſi forte temporibus Ariſ.fuerit famoſum ſtellatum orbem agere per omnes,quod temporibus Ptolemæi fuit correctum. Quæres forſitan utrum dato motu ſtellarum fixarum proprio,& motu titubationis,quos obſeruarunt aſtronomi poſteriores,ratio hæc Ariſtotelis habeat locum. Dici poteſt q̄ datis tribus differentijs motus in ſtellis fixis uerbi cā dato q̄ cor leonis moueatur motu diurno,et motu proprio ſingulis centenis annis gradu uno,& motu acceſſus & receſſus ut iuniores aſtrologi autumant,adhuc rō Ariſt.pōt habere locum,ubi debes ſcire q̄ pro his tribus dr̄ijs motus ſufficit unum cœlum,ueluti pro omnibus differentijs motus obſeruatis in ſole ſufficit unum cœlum.& ut pro motus ſolis differentijs ſunt requiſiti tres orbes : ſic pro differentijs motus,quibus mouetur cor leonis ſufficiunt tres orbes, qui unum cœlum conſtituunt unitati finis, erunt igitur tres orbes requiſiti ad motum fixarum, & unum cœlum.Quo uero modo hi orbes ſint collocati:non eſt ad rem nunc explicare.ſat igitur ſit rationi Ariſto.celum ſtellatū eſſe unum, in quo ſunt plures ſtellæ requiſitæ pro bono & conſeruatione uniuerſi:ſiue illud cœlum ſit unum ab unitate finis, ſiue unū unitate continuitatis. Hæc Ariſtoteles, & hæc iuniores aſtronomi. O P Q

Que auer. cōm.68.

Que auer. cōm.67.

De ratione Ariſto.

Dubitatio.

Solutio.

Inſuper

A Insuper etiã hoc accidere uidetur per hanc quoq; rationem. Nam prima quidem latio una est, plura tamen diuina corpora fert. cęterę autem multæ quidem sunt, unum tamen unaqueque duntaxat uehit corpus. stellarum enim quælibet pluribus fertur lationibus. hoc igitur pacto natura ipsa coęquat atque ordinem efficit quendam: uni quidem lationi multa corpora tribuendo. uni uero corpori multas lationes.

Expositio. Nunc Aristoteles assignat secundam causam, & uult naturam recte tribuisse primo mobili plures stellas, & unum motum: cæteris orbibus unam stellam & plures motus. nã sic seruauit ordinem, quia qđ de motu defecit in primo mobili suppleuit per stellas, & quod de stellis defecit in cæteris orbibus suppleuit per motus. Sed unde sumatur huius causę congruentia, non facile apparet. Ex uerbis expositoris & Simplicij colligitur hæc causa, quæ in duobus fundamentis consistit, quorum primum est planetas esse tãquam instrumenta primi mobilis, primum uero mobile ut principale agens. Secundum est principale agens semper agere per ꝓpriam uirtutem atq; formam. Instrumentum uero per influentiam receptam a primo, hoc est inquantum motum a primo. Ex his patet color secundæ causæ. Nam in eo q; primum mobile est principale agens, atq; multifariã influens, meruit plures formas atq; uirtutes: quibus agat atq; influat. in eo uero quia orbes planetarum sunt instrumenta adęquata primo mobili, meruerunt moueri pluribus motibus, qui diriguntur ab illo primo, & hoc modo seruatur æqualitas inter instrumẽtum & principale agens. Sed replicabis: nam & per motum & per stellas potest multiplicari influentia.

Replica Ideo quæriť quare orbis primus meruit potius plures stellas, q̃ plures motus, ex quo per motus & per stellas influere potest.

Defensio Dici potest, primum mobile meruisse plures stellas & unicum motum, quia sic seruat suam dignitatem. ubi nanq; pluribus motibus moueretur, attingeret finem uilio-

C ri modo ut diximus, & ideo orbes planetarum ueluti indigniores meruerunt plures motus & unam stellam, quia sic seruant gradũ nobilitatis, qui sibi cõpetit. Aristigit primo resumit duo, & inquit. Insuper etiam hoc accidere uidetur ꝓ hanc quoq; rationem. Nam prima quidem latio una est, plura tamen diuina corpora fert, quæ dicunť astra, siue stellæ, cæterę autem multæ quidem sunt: sunt enim. 7. cœli, unũ tamen unaquęq; sphæra siue cœlum dũtaxat uehit corpus. ut cœlum Saturni solum stellam Saturni: licet plures hẽat orbes ad illam subseruientes, cuius causam affert. d. stellarę. n. quælibet pluribus fertur lationibus. Sic igitur patent hæc duo, & ꝙ primum mobile una latione fertur & plures uehit stellas. cæteri cœli pluribus lationibus mouentur & unam uehunt stellam. Ex his infert solutionem secundam, & inqt. Hoc igitur pacto natura ipsa coæquat atq; ordinem efficit quendam uni quidem lationi multa corpora tribuendo, uni uero corpori multas lationes. Hæc est secunda problematis causa.

D Prętera & cæterę lationes ob hoc unum habent corpus, quia plura corpora mouent, sunt autem hæ quæ & prope ultimam sunt unam stellam habentem. Sub multis enim sphæris. Vltima sphæra alligata fertur. unaqueque autem sphæra corpus est. Erit igitur commune opus illius profecto: nã unaquęq; latio alia quidem per naturam, propria erit: alia autem ac si adiaceat. uniuersi autem finiti corporis ad finitum uirtus finita est. Sed de stellis quidem quæ in orbem feruntur, quales nam substantia sunt atque figura, & de loco ipsarum, deq; ordine dictum est.

Expositio. Videtur assignare tertiam causam, quæ est ex necessitate sumpta, nam ubi cœlũ erraticum haberet plures stellas, aut non moueretur: aut tardius moueretur. Pro huius tamẽ declaratione primo debes scire apud Arist. differre cœlum, et E orbem: cœlum enim græce οὐρανός orbis uero sphęra est. cœlum autem quandoq; pro mundo, quandoq; pro aggregato ex multis orbibus ad unam stellam deseruientibus consueuit sumi orbis autem semper apud Ptolemęum & Aristote. pro una sphęra uel parte deseruiente ad motum stellæ. quo modo dicimus cœlum solis habere tres orbes eccentricum & duos deferentes. Ex hoc dixerunt astrologi qui obseruarunt temporibus Aristo. unum cœlum ordinatum ad unum planetam esse ueluti unum membrum, cuius sunt plures particulæ. ut in coxa est caro, est os, est neruus, & id genus: sic in cœlo solis est eccentricus apud Ptolemæum, & duo deferentes, apud illos sunt tres uel quatuor cõcentrici, qui unum cœlum efficiunt unitate finis. Secundo debes scire astrologos suorũ temporum collocasse orbem qui defert stellam semper in ultimo uersus nos. cæteros cõcentricos superius. nam per uitimum stella fertur proprio incessu ab occasu in ortum: per cæteros superiores fertur secundum alias d fferẽ F tias motus, qui ideo sursum sunt, ut rapiant ultimum: propter ea ab illis ultimus orbis quasi ligatus fertur, quia mouetur ad motum cæterorum. cæteri uero quasi soluti per se mouentur, quia non ad motum inferioris, semper enim contentus orbis ad motum continentis fertur, & non econtra. Tertio debes scire ꝙ licet orbes unius cœli uarijs motibus mouentur, totum tamen cœlum ex illis aggregatum mouetur quasi ab una uirtute ex omnibus uirtutibus aggregata, quæ mouet uniuersum certa proportione, ita ut addita una stella tollatur proportio, & sublata similiter, & ex his patet tertia cã. si enim cœlum erraticum plures haberet stellas aut nõ moueretur aut tardius moueretur, quia destrueretur proportio. inquit. Præterea & cæterę lationes uidelicet citra primum mobile contentæ ob hoc unum habent corpus ideſt unam stellam, quia plura corpora hoc est plures orbes mouẽt supple ob unum finem: merito cuius unum orbem constituũt, & exponit quæ sunt hæ lationes quæ unum corpus mouẽt, & inquit. Sunt autem hæ. s. concentricæ quæ & prope ultimam deferentem stellam sunt collocatæ. hæ enim mouent G unum corpus, propter plura corpora, quia mouent unã stellam per plures sphæras. & huius expositionem addit dicẽs, sub multis enim sphæris concentricis ultima sphæra alligata fertur, ut dictum est: unaquęq; autem sphæra corpus est. propterea recte dictum est sphæram esse corpus. Ex his q̃si concludit suppositionem: & inquit. Erit igitur commune opus illius stellæ profecto. Nam unaquęq; latio de superioribus alia quidem per naturam propriam erit hoc est libera & soluta, quia non mouetur ad motum contentæ. alia autem ut ultima mouetur ac si adiaceat: quia non tantum motu proprio, sed motu superiorum fertur ueluti alligata illis. Vniuersi aũt ex oĩbus cõgregati, quod est finitũ corpus ad finitũ uirtus finita est. & ita patet ad formã, nã si uirtus est finita, nõ põt mouere nisi unã stellã: nam ubi plures moueret, destrueretur proportio. Quod uero ad uerba attinet, debes scire quòd Aristoteles dixit lationem mouere unum corpus: H non quia latio mouet, sed quia est id quo mobile fertur. demum epilogat & res patet.

Sed uideamus quæ dixit Aristoteles hic, & an uera sint & dicamus non esse opinionem suam de stellis fixis cõmunem apud omnes. ipse enim uoluit stellas fixas esse primo uiuentes, & causas esse omnium uiuentium, ꝙ non est secundum opinionem Ptolemæi & uerorum astronomorum. ueri enim astronomi ut narrauit Ptolemæus in tertio lib. Apotelesmatum uoluerunt solem & lunam esse uitæ & annorũ datores, qui græce aphetæ dicuntur. cætera autem si præbẽt annos atq; uitam, non nisi propter conditiones quas cum sole uel luna habẽt: dat enim sol uitam & annos his qui de die exoriuntur: luna uero his, qui de nocte. hãc opinionem etiã (ut Porphyrius inqt) Neocepsus & Petosiris & Dorotheus obseruarunt multis temporibus, & inuenerunt ueram. Præterea id quod Aristo. ait de motu non est secundum opinionem Ptolemæi. Arist. enim tribuit motum diurnum. primo cœlo ad cuius raptum uoluit cæteros orbes moueri. at Pto-

Dubitatio contra Ari.

I Iemæus uoluit motum diurnum esse communem omnibus & principaliter conuenire soli, qui sui præsentia diem efficit fuit absentia facit noctem. Ex his sequitur solē esse causam principalem & lunam, cæteras stellas esse causas instrumē tarias. patet quia cœlum agit in nos lumine & motu. Sol au tem luce quidē omnes excellit stellas. Motu uero quia diur nus motus licet communiter omnibus orbibus competat principaliter tamen soli, quæ res est contraria penitus opi nioni Aristo. res ista astronomorum si cōfirmatur, quia stel læ uires habent habitudine ad solem: crescunt enim stella rum uires & mutantur prolalia atq; alia habitudine ad solē, & ad lunam: stellæ enim ipsæ fixę cum primum lucanę fiūt, uires sibi comparant pollentes: cum autem occultantur uel in alio situ ponuntur ad solem, alias uires nanciscuntur. Idē & de uagis scribit Ptolemæus. Hæc enim res apud astrono mos manifesta est. Amplius, cæterę stellæ non agunt nisi ut directæ uel affectæ a sole & luna, quia ut declarauimus in li
K bro nostrarum calamitatum, & in libro eruditionum. nisi aliæ considerationes siue configurationes cæterarum stel larum fuerint admistæ luminibus non agunt in nos, admi scentur autem multis modis ut diximus, quia uel p aspectū, uel per peragrationem factam in figura sexdiangula, uel per hoc cp contingunt in domicilijs solis uel lunæ, uel in altitudi nibus illorum, aut triangulis illorum, aut in finibus illorum. nam fines solis sunt dimidium signorū utpote sex signa æsti ua: & lunæ sex alia brumalia ut diximus in eruditionibus, & breuiter non præsupposita actione uel affectione luminum cæteræ constellationes non agerent, sed quia non possunt accidere nisi in locis & potestatibus alterius luminaris, ideo actio luminarium est uniuersalis & principalis, cæterarum uero ut instrumentaria & subministra. & sic patet ea q̄ Arist. dixit non esse uera secundum obseruationem astronomorū uerorum. Signum autem est eius quod astronomi dicunt, qa cum constellationes contigerit, si cum eis fuerit plurima lu minum mistio, pollentes effectus portendunt. si uero parua
L debiles & imbecillos agunt. Secundo quoq; Arist. ratio ēt his modis confutatur, non enim orbis stellatus simplici mo tu mouetur primo & per se, sed totum aggregatum, immo principaliter sol, & secundario cæteri. Amplius plus ualet ipse sol cp omnes aliæ quæuis stellæ, cum omnis uirtus ab eo defluat. propterea Ptolemæus præbet uires primas soli & lunæ, secundas septem planetis, tertias uires tribuit fixis.

Sect. qōnis quā Arist. mouit secū dū Ptole.

Melius igitur soluerem quæstionem secundum astrono miam Ptolemæi, & dicerem, motus & stellas principaliter fuisse propter se, secundario propter nos. & ita orbis stella tus meruit tot stellas, quia aliter non potuisset cōcurrere ad bonum uniuersi. cęteri meruerunt unam tantum, quia per il lam sufficiunt proportione sua gubernare uniuersum. Hæc de cœlo ipso habemus ab Aristo.

Digreditur autē hic Auerroes ipse satis subtiliter, & mo uet duas dubitationes, prima est quia Aristoteles ait si cœ lo adderetur astrū, aut non moueretur, aut tardius moueretur, obijcit Auerro. quia hoc ueritatem non habet nisi cœlū moueatur cum labore: nam si non mouetur cum labore, tūc additis quotuis stellis, nunquam laborabit in sui motu. Se cunda dubitatio est, quia Aristo. superius & in translationi bus suis hic innuit orbem supremū rapere omnes alios ad sui motum, quod primo aspectu uidetur impossibile, primo quia raptus motus sine tactu non fit. Modo constat orbes
M non posse se tangere, omnis enim tactus est inter cor pora actiua & passiua. Secundo omne mouens raptu alia, mouet uiolenter. Quod autem uiolenter mouet, nō mo uet sempiterno motu, sed finito tempore, quare motus cœli non esset infinitus. Inducit Auer. solutionem Alexandri et Auicennæ, quæ est etiam Philopponi, isti enim concesserunt motum cœli sui natura esse finitum in tempore, & cœlū om ne esse generabile et corruptibile atq; omnino finitum in tē pore: dicunt tamen hæc habuisse æternitatem a motore p petuo, qui est potentię infinitæ. Refellit autem hanc solutio nem Auerroes, quia tunc contingeret ut aliquid sit possibile corrumpi, quod nunquam corrumpetur, cuius contrarium est conclusum primo cœli. Ioannes uero grammaticus (ut narrauit Auerroes) concessit in cœlo esse potentiam finitam in tempore, merito cuius dixit cœlum esse corruptibile cum Platone & contra Aristotelem, ait tamen cœlum nactum esse æternitatem a potentia infinita. Hoc autem probauit Io annes per quandam quæstionem, quam dedit contra peri pateticos, quam hic Auerroes non explicat, sed in 12. me ta. commen. 41. & in. 8. phy. commen. 79. & alib. fuit autē quæstio, quia omne finitum in magnitudine est finitū in po tentia, & quod est finitum in potentia est finitum in tempo re. tale autem est corruptibile. Sed obijcit huic Auerroes et recte, quoniam si illic sunt duæ potentiæ finitæ. s. in ipsa ma gnitudine. Infinita uero in motore separato: tunc idem esset corruptibile & incorruptibile: nam secundum finitam erit corruptibile, secundum autem infinitam erit incorruptibi le. Confutatis his solutionibus. Respondet ad primam: & eius solutio consistit in hoc cp labor uno modo sumi potest pro solutione spirituum, qua ratione & ipsa animalia suis in motibus laborant. Alio modo pro diminuta uelocitate siue hæc proficiscatur, a resolutione spirituum siue ab additio ne resistentiæ, siue ab ipsa proportionis uariatione. Sic igi tur conceditur ibi esse laborem secundo modo, & hoc in casu si adderetur astrum. & probatur in cœlo non esse la borem primo modo, quia si ibi esset labor, primo modo, utpote ex resolutione uirtutis proficiscens: tunc eius mo tus esset proprie uiolentus, & ita non æternus, & addit es se econtra illis: nam si cœlum non moueretur motu æterno, tunc laboraret: tenet enim hęc consequentia in animalibus. omne enim animal quod mouetur motu finito, mouetur cū labore & resolutione uirtutis. In nō animatis uero secus est ut diximus in. 3. commen. huius secundi. Hæc de prima du bitatione. Ad secundam quæstionem respondet Auer. sa tis subtiliter & imaginatur orbes esse partes atq; ut membra unius animalis cœlestis, cuius prima forma est primus mo tor qui est principaliter in primo membro totius aggrega ti, quod quidem apud Arist. est primum mobile ut cœlum stellatum: apud Ptolemæum est sol. & ratione illius est for ma cæterorum. Differt autem tale cœlicum animal ab ani
P mali morticino: primo, quia animal morticinum est ex mē bris compositū dissimilaribus, cœlicum animal ex similari bus. Secundo, quia animal morticinum est unum ingenio se per uillos & lacertos, cœlicum autem est animal unum & uerius, unum per potentiam spiritalem, hoc est ratione for mæ totius: quæ est primus motor, qui est totus in toto & totus in omni parte. Ex his ad formam, non enim primū mouet reliquos raptu, sed per se uniuersum, & cæteros ut p tes illius. Motores uero particulares mouent illos orbes p prijs motibus. Et sic per raptum non attractionem intelle xit Arist. sic enim orbes sese tangerent: sed sequelam. nam prima forma primo mouet congregatum. principaliter uero primum mobile: & per uiam sequelæ cunctos alios, quia alij minus principaliter mouentur: & sic nec per raptum in telligit uiolentiam, ut de raptu Proserpinę dicunt poetę, sed intelligunt concomitationem ipsi peripatetici, & sic patet so lutio ad ambas ratiōes. uerum de re hac multa diximus in li
Q bro Destru. destr. disputatione. 3. in fol. 12. dubij. Hæc de se cunda quæstione. Soluit tertiam quæstionem quam dedit Ioannes grammaticus & solutio eius consistit in hoc quòd cœli possunt considerari ut corpora, & hoc pacto sunt finiti in uelocitate motus, & uigore atq; potentia mouendi, & in hoc conueniunt cum corporibus generabilibus & corrupti bilibus. Nam finitudo uigoris competit corpori in eo cp cor pus, & ita omni corpori. Alio modo ut sunt corpora simpli cia, & sic sunt infinitæ potētiæ in duratione: causę enim cor ruptionis sunt materia & contrarium, et corpus cœleste est ab his absolutum. at quia corpora generabilia sunt materię & contrario admista, ideo sunt finitæ potentiæ in tempore. quare omnia corpora in ratione corporis uigore finita sunt. In ratione autem talis corporis, ut cœlum in ratione sim plicis corporis est infinitum in tempore. Hæc corpora autē in ratione qua composita, sunt generabilia. Hæc ad quęstio

N Sol. Io. gra matic.

Cōfutatio

O Sol. primę q. secundū Auer.

Sol. secūdę qōnis.

Sol. q Ioā. grāmatici

Sol. Aui. et Alexan.

Cōfutatio

A nem Ioan. Sed replicabis,quia Aiiſtote.primo huius:dixit
Replic. cœlum eſſe finitum.igitur & magnitudine & ui erit finitum
Sol.Auer. & ita non æternum. Reſpondet Auer. dictum Ariſtotelis
eſſe audiendum de finitate quæ conſequitur corpus in eo ꝙ
corpus,hoc eſt de finitate potentiæ actiuæ,non autem de fi-
nitate quæ conſequitur corpus in eo ꝙ compoſitum. quod
quidam ignorantes deducti ſunt in perplexionem. erit igi-
tur cœlum tempore quidem infinitū per priuationem atq;
carentiam materiæ & contrarij. finitum autem in qualitate
Verifica- motus per hoc ꝙ eſt corpus. Ex his uerificat.Auer.tria pri
tiones. mum ꝙ cœlum eſt ſimplex non compoſitum ex materia et
forma phyſicis, & hoc quia eſt æternum. Secundum ꝙ for-
ma cœli non eſt materialis hoc eſt educta de potentia mate
riæ. Sed ſeparata ab ipſius cœli materia, dans tamen cœlo
conſtitutionem. Tertium eſt quonam modo intelligit Ari-
ſtote.uidelicet ꝙ ſi orbi adderetur ſtella,aut nō moueretur,
aut tardius moueretur,hoc enim pro tanto uerū eſt pro quā
B to deſtruitur portio quia creſcit reſiſtentia:de quo ſatis com-
men.63.dixit.Hæc Auer.indigreſſione. Circa quę poſſem
multa dicere;ſed quoniam de his in multis locis diximus ut
in lib.8.auſcultationis phyſicæ.in.12.meta,& in lib.de ſub
ſtantia orbis;nolo nunc conterere tēpus in accidentalr atq;
obiter dictis,ut uentoſi faciunt:qui multa in digreſſionibus
componunt pauca autem ad textum.

Reſtat ut de terra dicamus ubinam collocata ſit:
& utrum ex his ſit quę quieſcunt, an ex his quę mo
uentur,deq; etiam ipſius figura.

Expoſitio. Hactenus de cœlo,deq; ſtellis dixit quatenus mouentur,
& quia non mouentur niſi circa terram:ideo per uiam con-
ſequentiæ ſequitur nunc de terra dicere,non quidem inquā
tum eſt unum elementorum,ſed quatenus eſt centrum mū
di,propterea dixit reſtat ut de terra dicams: notans præſen
tem conſiderationem ſequi ad dicta per uiam conſequentię
proponit dicere de poſitione de motu atque quiete, & de
figura.

De ſitu igitur ipſius non omnes eodem mō ſen-
C tiunt.Nam plurimi quidem ipſam in medio collo-
carunt:qui cœlum ipſum finitum inquiunt eſſe.

Expoſitio. Proſequitur & primo de ſitu eius,de quo ait non omnes
eodem modo conſentire, nam plurimi quidē ipſam in me-
dio collocarunt.hi autem ſunt qui cœlum & uniuerſum mū
dum finitum faciunt ut Anaximander,Anaximenes,Anaxa
goras,Empedocles,& Plato.adiecit autem notanter qui cœ
lum ipſum finitum eſſe inquiunt:nam qui faciunt ipſum infi
nitum,ut Parmenides & Meliſſus,non ponunt eam in me-
dio,nec in latere.infinitum enim medio caret principio & fi
ne.Hæc eſt de ſitu terræ prima poſitio.

Alii uero qui Italiam incolunt: & Pythagorei di
cunt: contrarium ſentiunt. nam in medio quidem
ignem eſſe aiunt, terram autem unam eſſe ſtellam:
ferrique in orbem circa medium, atque hoc modo
diem & noctem efficere. Inſuper etiam aliam huic
D contrariam terram conſtituunt, quam terram ad-
uerſam nuncupant.

Expoſitio. Secunda poſitio eſt Pythagoricorum,qui dixerunt in me
dio eſſe ignem:terram uero eſſe ſtellam quæ circa ignem il
lum perpetuo circunfertur,per cuius motū occupando nunc
nobis ſolem: nunc manifeſtando, diem nobis ac noctem ef
ficit.adijciūt rurſus terram aliam huic contrariam quam grę
co uerbo antichthonam appellant: latine aduerſam & huic
contrapoſitam,hanc nos non uidere aſſerunt:quia inter nos
& illam mediat terra hæc nra.Hæc eſt ſecunda poſitio de ſi
tu terræ atq; eius motu.

Non quidem ad ea quæ apparent,rationes & cās
accommodantes. Sed ad quaſdam opiniones, ipſo-
rumq; rationes apparentia reducentes,ornare profe
cto enituntur.

Expoſitio. Docet nunc ſecūdum quem philoſophandi modum hæc
poſitio fluit:fuerunt enim duo præcipui philoſophandi mo
di.unus quidē ex ſenſilibus,quo philoſophandi modo peri B
patetici philoſophati ſunt:nam hi rationes intellectiles ueri
ficabant per experimenta ſenſata. dicebant enim experi-
mentum uerorum ſermonum eſſe quatenus conformatur
ſenſatis; & ita ex ſenſilibus philoſophia defluxit. Alius phi
loſophandi modus fuit ab intellectilibus,quo Pythagoras
& Plato & alij multi philoſophati ſunt: hi enim ſenſilia re-
ducebant ad intellectilia, & pro tanto uera eſſe ſenſibilia
aſſerebant, pro quanto intellectilibus conueniebant, &
propterea Ariſtoteles inquit. Non quidem ad ea quæ ap-
parent rationes & cauſas inquirentes,ſed ad quaſdam opi-
niones ipſorumq; rationes apparentia reducentes ornare
profecto enituntur. Hæc de poſitione Pythagoræ. Cir- Quę Simp.
ca quam animaduerſione eſt dignum Simplicium hāc Py- de pōne py
thagoræ opinionem interpretaſſe hoc modo:dixit enim Py- thagoræ.
thagoram appellaſſe ignem calorem ſolis & ſtellarum cir-
ca medium terræ penetrantem.terram autem hanc materiā
uocauit ſtellam:quatenus ſua ad ſolem habitudine eſt cau- F
ſa diei & noctis,appellans hanc moueri quatenus habitudi
ne ad ſolem uariatur.terram huic oppoſitam uoluit eſſe lu-
nam,eſt enim luna terra cœlica. Hæc noſtra terra eſt elemē
taria. quæ huic contrapoſita eſt, quia illa ſurſum,hæc deor
ſum eſt. Dicitur quoq; occulta,quia non ſemper uiſibilis ꝓ
pterea quia diſcurrit per imum terræ quandoq;. hoc modo
Simplicius reducit poſitionem hanc in bonum. Catholici Quę catho
uero aliter reduxerunt: nam hanc terrā poſuerunt circa ignē lici de pō-
infernum perpetua uariatione mutari:poſuerunt enim infer ne pytha-
num in abyſſo terræ; in quo loco Pythagoras animas cru- goræ.
ciari ait eorum qui male uixerunt:& ad timorem illarū fie-
ri tonitrua & tempeſtates ut Ariſto. narrat ſecundo poſte-
riorum,terram huic aduerſam dixerunt eſſe ſenſualem ap-
petitum.qui coopertus mole hac terrea & corporea non co
gnoſcitur:ideo mouetur pro ratione corporis, & uoluptatis
corporeę.Sunt igitur duæ terræ; altera quæ circa infernum
ſemper uariatur; & hæc eſt illa in qua incolimus. Alia quæ
ex hac proceſſit;qua corpus noſtrum procreatū eſt,huic ad-
uerſa,quatenus illa ſub hæc ſupratendit pro motu appetitus G
& ambæ conformiter uariantur.Hæc de poſitione Pythago
ræ ſecundum Theologos. Auerroes autem de mente Py- Quę auer.
thagoræ ponit duas terras hanc quam incolimus circa ignē com.72.
collocatam,motam quidem alteratione,non autem latiōe.
Alteram quæ circa nos reuoluitur atque capita noſtra:quæ
quando peruenit ad apicem alicuius regionis efficit illi no-
ctem,& per eius interpoſitionem facit eclipſes. Hæc Auer.
tam etſi iſte color Auerro.ſit aperte mendax.propterea dic
aut ut Simplicius dixit,aut ut catholici.

Compluribus etiam aliis uideri poterit locū me-
dium non eſſe terræ accommodandum: non ex his
quæ apparent fidem ſumentibus: ſed ex rationibus
potius: præſtabiliſſimo enim corpori præſtabiliſſi-
mum locum conuenire oportere arbitrantur. atq;
ignem quidem terra præſtantiorem. finem autem
ipſis mediis.(ultimum enim & medium fines ſunt.) H
quare ex his ratiocinantes non ipſam in medio ſphę
rę,ſed potius ignem collocari contendunt. Pręterea
Pythagorei cum & id maxime cōſeruari deceat:qd
in uniuerſo eſt præcipuum:ſitq; id quod eſt in me
dio tale:ideo ignem qui hūc locum tenet:Iouis cu-
ſtodiam appellant.

Nunc pro poſitione Pythagoricorum uult argumentari; Expoſitio.
& primo proponit quid per tales rationes accidere poſſet,
& inquit. Compluribus autē alijs qui nondum philoſopha-
ti ſunt uideri poterit locum medium non eſſe terræ accom-
modandum,non ex his quæ apparent,& memorijs, ſenſi-
bus,& experientijs fidem ſumētibus, ueluti peripatetici phi
loſophantur. Sed ex rationibus intelligibilibus potius. Sic
igitur per rationes dicendas poterit alicui poſtero uideri ter
ram non eſſe in medio. Dixit autem Ariſtoteles alicui poſte
ro,quia nemo ante ipſum rem hāc prodijt,niſi Pythagoras:

I post autem ipſum quidam philoſophus qui archidimius dicitur opinionem hanc his & alijs rationibus ſecutus eſt: ut Simplicius ait. deinde explicat duas rationes, & prima eſt enthymematica: in cuius antecedente ſumit primo præſtabiliſſimo corpori competere locum præſtabiliſſimum. Nam locus locato ſimilis eſt. Secundo ſumit ignem eſſe præſtantiorem terra, quod patet lucis præſtantia, efficacia agendi, et ſua ſpiritualitate. ſumit tertio, finem eſſe ſemper locum præſtabiliorem locis intermedijs, et quia appellauit mediũ mũdi finem: addit, ultimum enim ut concauum cœli & mediũ mundi fines ſunt ſaltem motuum rectorum. Ex his tribus quaſi diſcurrentes inferunt non terram in medio mũdi: ſed ignem eſſe collocandum. Hæc eſt prima ratio, quæ ſumitur a loci præſtantia, atq; corporis nobilitate. Secunda ratio ẽt enthymematica eſt, & ſumit primo in antecedente ignem etiam ueluti Iouis theſaurum propter eius præcioſitatem. ſumi, ſecundo theſaurum eſſe collocandum ſemper in loco abſconſo: talis eſt medium terræ, propterea ignem qui hũc
K locum tenet Iouis cuſtodiam ſiue theſaurum uocant: & alibi Pythagoras uocauit locum illum cuſtodiam ſiue carcerẽ aliam ob cauſam, quia ibi animas malorũ cogit perpetuis mœroribus affligi: quæ poſitio eſt conſona ueritati noſtrorum Theologorum.

Quaſi medium ſimpliciter diceretur: & medium magnitudinis, & rei medium eſſet: atq; naturæ. ut enim in animalibus nõ eſt idem animalis & corporis medium: ſic profecto & magis circa ipſum uniuerſum cœlum eſt putandum. igitur hanc ob cauſam non oportet ipſos circa uniuerſum perturbari: neq; cuſtodiam ad centrum ipſum reducere: ſed illud quærere medium quale quid eſt, & ubi eſt aptũ eſſe. eſt enim hoc modo medium principium, & precioſum. at mediam loci uidetur magis ſimile eſſe ultimo quàm principio. Medium enim terminatur: at terminus eſt ipſe finis. precioſius autem eſt
L continens & finis: quàm contentum. ſiquidem hoc ſit materia: illud ſubſtantia conſtitutionis. Hæc de terræ loco opinantur.

Expoſitio. Reſpondet nunc Ariſto. ad rationes, & diſtinguit mediũ eſſe duplex, magnitudinis & naturæ. eſt medium magnitudinis illud e quo lineæ ductæ ſunt æquales, ut umbilicus in animali: mediũ naturæ eſt in quo eſt uirtus conſeruatiua totius, ſiue ſit in ſitu medio, ſiue ſit in extremo, & hoc modo cur eſt medium, quia in eo eſt uirtus conſeruatiua totius, & ita in cœlo duplex eſt medium magnitudinis quidem ut cẽtrum terræ è quo ad circunferentiam omnes lineæ ductæ ſunt æquales. Naturę uero eſt illud in quo maxime uiget uirtus conſeruatiua uniuerſi, & hoc apud Ariſtotelem eſt cœlũ ſtellatum. apud Ptolemæum eſt Sol ipſe. Inquit. Quaſi medium ſimpliciter diceretur: ita ut medium magnitudinis ſit medium rei & naturæ. & non eſt ita: ut enim in animalibus non eſt idem animalis & corporis medium: nam animalis medium eſt cor, corporis autem umbilicus, ſic profecto &
M magis circa ipſum uniuerſum cœlum eſt putandum, quòd aliud ſit corporis medium ut centrum, & aliud animalis cœlici ut ſol, uel orbis ſtellatus. Tunc ex his reſpondetur ad primam dico non ſemper medium magnitudinis eſſe nobilius, ſemper enim medium naturæ eſt nobilius. & per conſequens non oportet ignem collocare in medio mundi tanq; in loco nobili: ſed dices ſaltem debet collocari in medio naturæ, dicendum propter hoc ignem non eſſe corpus præſtãtiſſimum: ſed cœlum ſtellatum, uel ſol eſt tale. Ad ſecundam patet ſolutio etiam per idem, quia ignis non eſt cuſtodia & theſaurus Iouis, cum non ſit corporũ præſtabiliſſimum: nec locus centri eſt nobiliſſimum. inquit. igitur hanc ob cauſam non oportet ipſos circa ordinem uniuerſi perturbari, & hoc quo ad primam rationem, neq; cuſtodiam ſiue theſaurum ad ipſum centrum reducere: & hoc quo ad ſecundam rationem: ſed oportet quærere illud eſſe mediũ qđ eſt quale hoc eſt multæ uirtutis, & quid hoc eſt magnæ ſubſtantię: & hoc ubicũq; fuerit: & de tali medio rationes fuiſſent efficaces: tale nãq; medium non eſt centrum mundi. & propterea ponit differẽtias inter medium magnitudinis, & medium naturæ: & inquit. Eſt enim hoc modo mediũ qđ dicitur naturæ, precioſum & principium. principium quidẽ: quia uniuerſum conſeruat. precioſum uero, quia in eo eſt oĩs uirtus totius. at medium loci ſiue magnitudinis eſt magis ſimile uili & ultimo. ultimum quidem quia cõtinetur & terminatur. uile uero quia magis materiæ q̃ formæ comparatur. Ex his patet quanta ſit inter media hæc differentia: & per cõſequeus illos uſos eſſe ſophiſtico ſyllogiſmo, quia acceperunt medium multiplex ac ſi uno modo diceretur. Hęc ad rationes. Sed mouet Auerroes contra Ariſ. dubitationem. nam in lib. de animalibus Ariſt. uult cor ipſum eſſe in medio ut rex in medio regni. Hic autem ait non eſſe de ratione medij naturæ debere collocari in medio: ſed in extremo. Soluit Auerroes & bene aliter eſſe in animali magno & animali paruo. In animali magno pars nobilior eſt circũ ferentialis ſiue extrema, quia illa continet totum & propter ea illic debet eſſe id quod eſt medium naturæ. at in animali paruo concauitas pectoris eſt nobiliſſima pars: & ideo illic meruit eſſe cor: & ſic loquendo de animali cõiter ad cœlicum & morticinum: non eſt de ratione eius ut illius mediũ ſit in medio, uel in extremo: ſed ſolum eſſe in loco nobiliori quicquid ſit illud. at in animali cœlico de ratione medij naturæ eſt ut ſit in extremo. In animali uero morticino de ratione medij eſt ut ſit in pectore. Hæc Auerro. & recte. Circa quæ debes ſcire in ſphæricis corporibus & incorruptibilibus eſſe de perfectione continere, & propterea quanto corpus erit magis è terra remotum: tanto erit perfectius, quia tanto erit magis continens, & ſic in animali magno mediũ naturæ ſiue uirtutis meruit locum altiorẽ. in rectis uero corporibus & corruptibilibus non eſt de perfectione continere, quia poſſunt eſſe perfecta & contineri ut cerebrũ eſt Craneo perfectius: q̃q̃ à Craneo contineatur, quia Craneum P
eſt factum pro ſcuto eius atq; defenſiuo illus: quo non egeret, ſi eſſet incorruptibile: & ita in ipſis poteſt medium naturæ ſiue uirtutis eſſe in medio, ut in medio pectoris, quia ponitur illic ut clauſum & abſconſum ne lædatur a multis. talis autem læſio cum non poſſit accidere medio uirtutis in ſphæricis corporibus: ideo poteſt eſſe medium uirtutis, & tenere extremum perfectiſſimum magnitudinis, & ſic recte Auerroes.

Et de quiete atq; motu ſimiliter non omnes q̃dem eodem modo putant. Nam qui eam in medio non eſſe aſſerunt, circa medium illam moueri inquiunt: & non modo hanc, ſed etiam aduerſam ut prius dictum eſt. quidam uero plura etiam talia corpora ferri poſſe circa medium exiſtimarunt, nobis tamen immaniſeſta ob terrę huius obiectionẽ.

Expoſitio. Hæc de ipſius terræ loco: & de quiete atq; motu eius ponit non omnes eodem modo ſentire: quemadmodũ nec Q
de loco. Nam alij ut quidam Pythagorei eam non ponunt in medio, ſed ignem in medio: & illam circa medium: & hi ipſam circa medium perpetua agitatione torqueri atq; circunferri ſemper autumant, & nõ modo hanc, quam nos incolimus: quam gen uocant: ſed illam terram, quam appellarunt antichthonam id eſt huic aduerſam, etiam moueri circa medium ignem uoluerũt. Hæc eſt prima poſitio Pythagoricorum quorundam. Alij imaginati ſunt in medio eſſe ignem, & circa ignem eſſe plures glebas magnas: & illas moueri continuo circa ignem, & iterum circa illas glebas moueri hanc noſtram quæ ſua interpoſitione occultat glebas illas. Sic igitur ambæ iſtæ poſitiones ſunt Pythagoricę, & ambæ terram moueri circa ignem uolũt, licet prima poſitio duas tantum terras cõcedat gen uidelicet & antichthonam. Sed has duas, & adhuc alias intercluſas. Animaduerte tamen q̃ melius hæc ſecunda poſitio intelligitur ponendo illas plures terras eſſe antichthonas, & exteras, huic tamen

Que aut. com. 74.

A mẽ annexas,& omnes moueri circa medium ignem. & hoc consonat rationi dicendæ,& literæ non disconuenit. dicit.n. quidam uero plura etiam talia corpora fieri posse circa medium existimarunt:nobis tamen immanifesta,ob terrę nostræ interpositionem quia sunt nobis antipodæ:omnes tamen mouentur ut annexę huic nostræ. Et hæc expositio debet teneri,quia non dissonat textui:& rationi proximę cõuenit. De interpretatione uero huius secundæ positionis, dici põt ut de prima,quam omitto breuitatis causa.


Qua ratione & lunares deliquiationes plures fieri dicunt, q̃ solares. quippe cum non tantum terra hæc sese obiiciat: sed unumquodq; eorum quæ feruntur corporum.

Expositio. Ponit motuũ secundæ põnis,nam motiuũ primæ est tactum dũ de loco dixit. ubi debes scire solis eclipsim fieri in teruẽtu lunę inter oculos nr̃os & solem. defectus uero lunę fit interuentu terræ inter solem & lunam. & quia uidemus plures lunares defectus,q̃ solares. hoc significat esse plures terras:per quarum interpositionem frequentius luna deficit:quia nunc una,nũc alia interuenit. at solares rariores efficientur,quia luna est una. est igitur uis rõnis plures sunt eclipses lunares q̃ solares. igitur plures sunt terræ q̃ luuæ. Sed Sol. rõnis. pythagoricorum. luna est una. igitur terræ sunt plures. Sed debes scire rationem hanc non ualere. astronomi enim obseruarunt non effici lunarem eclipsim:nisi per interuentum huius nostræ terræ: quia tunc luna umbram intrat, & non recipit lumen a sole. ratio igitur hæc non plures esse terras:sed eiusdem terræ plures fieri interuentiones significat, q̃ sint interuentiones lunæ inter nos & solem. huius autem frequentioris interuentionis hæc est ratio,quia luna frequentius caput uel caudam draconis intrat. at illius rarę interuentionis causa est diuersitas aspectuum ut dicunt astronomi. & ita licet luna & sol coniugantur in capite uel cauda,propter diuersitatẽ aspectuum potest esse non eclipsis solis. nam in eclipsi lunæ q̃ fit interuentu terrę,nihil operatur aspectus noster. at in eclipsibus solis operatur:& sic ratio eorum nulla.

C Et cum terra centrum non sit:sed per ipsius totũ hemisphærium distet, nihil prohibere arbitrantur apparentias accidere.

Expositio. Soluit contra se obiectiones,quia hæc positio uidetur cõtra apparentias,quia si terra non esset in medio,non semper medietas Zodiaci nobis appareret: & ita plura q̃ sex signa essent supra Oriçontem nostrum,hoc autẽ est contra astronomos,qui dicunt tam in die breuissimo q̃ longissimo esse semper sex signa supra terram, & sex sub terram. consequentia patet,quia ubi terra esset extra medium ita ut superficies terræ conuexa nobis antipoda esset extra centrũ,tunc ipsa esset uni cœli medietati ꝓpinquior alij remotior, & sic sequitur plura q̃ sex signa apparere, quia eleuatione sua a centro discooperiret nobis plus q̃ cœli dimidium. debes scire ꝙ hæc ratio maxime ualet ponendo terram esse eccentricam:sic enim uni cœli dimidio esse propinquior,alteri remotior. & hoc modo ratio habet colorem. Exemplum huius patet hac figura. Respondet itaq; Arist. & dicit duo primo

D



ꝙ terra non est centrum mundi: & hoc forte quia centrum E debet esse indiuisibile. at terra est magnæ dimensionis,imo maior luna:& multis alijs stellis Secundo dicit terram non esse concentricam mundo. Imo eccentricam, quia distat a centro mundi per totum hemisphærium atq; diametrum x. enim his duobus uoluit esse addendum tertium, ꝙ q̃q̃ terra multum distet a medio mundi:talis tamen distantia nõ prohibet ueritatem apparentiæ prædictæ:primo quia terra est insensibilis quantitatis respectu firmamenti:secundo ẽt illa distantia est insensibilis respectu distantiæ ipsius a cœlo:& sic ratio & apparentia saluatur.

Nam sicut si terra esset in medio, & nos similiter in centro non habitaremus:nihil profecto nunc magis ostenderetur per dimidium diametri nobis di/ stantibus,q̃ tunc:sic quoq; & modo. F


Reducit rationem illam in contrarium ut reduxerunt Py Expositio. thagorici: erat enim ratio si terra non esset in medio, sed eccentrica:tunc nõ semper medietas ẓodiaci nobis appareret. Pythagorici autem sic reducebant illam in contrarium,dato ꝙ terra esset cõcentrica,& in medio, & nos superficiem illius incolimus:tunc etiam non dimidium cœli appareret. tenet consequentia per similem rationem: nam plus distat centrum a concauo cœli, q̃ superficies terræ ab eodem: & propterea pro ueritate utriusq; partis dicẽdum est talem distantiam esse insensibilem fere respectu uniuersi. Quod uero ad uerba attinet in græco leguntur uerba ualde obscure: quæ cum minime intelligibilia sint,ego modo hoc transtuli,nihilq; addidi non necessarium. nihilq; omisi utile. ideo inquit. Nam sicut si terra esset in medio:& nos similiter in centro nõ habitaremus:sed in superficie:nihil profecto nũc magis de cœlo ostenderetur nobis distantibus a centro per dimidium diametri quàm supple tunc ubi centrum habitaremus: & suppleui in græco sic quoque modo: ubi teneamus terram esse eccentricam. & sic patet solutio pro utraque parte.

Alii uero & ipsam in centro collocatam moueri G asserunt circa polum:qui per uniuersum extenditur: ueluti in Timæo scriptum est.

Expositio. Nunc narrat positionem aliorum: & inquit. { Alij uero & ipsam in centro collocatã moueri asserunt circa polum q per uniuersum extenditur,ueluti in Timæo scriptum est. } dixit circa polum qui per uniuersum extenditur,quia polus potest sumi pro puncto siue uertice,qui axem terminat, & pro ipsa axe:quæ a uertice ad uerticem extenditur, propterea addit circa polum qui per uniuersum extenditur:ad denotandum polum hic esse sumptum pro ipsa axe,circa quã cœlum reuoluitur,& ipsa terra etiam. axis enim cœli per centrum terræ transit. Sed tunc est dubitatio an hæc sit positio Platonis ut apparet primo aspectu. Ad hanc quæstionem respondet Simplicius non esse hanc mentem Platonis quia in phedrone asserit terram in medio quiescere ut alligatam centro. & non est consonum Platonem sibi contradicere. Ad uerba Timæi ait Platonem dixisse terram ἐλλῶσθαι circa polum:modo ileo per iotam significat alligationẽ. Aristoteles uero legit ἑιλεῖσθαι per ei diphthongon quod significat idem quod uerto. Et sic ex Timæo nihil habet. Alex. H uero excusat Arist. & dicit prio Arist. nõ dixisse hanc esse mẽtem Platonis,sed esse scriptum in Timæo. modo siue Plato dicat contrarium alibi,siue non, ad opinionem Aristote. nihil facit. Dicit secundo, ꝙ siue ileo scriptum sit cum iota, Replic. Simplicii. siue cum ei diphthongo, semper intelligitur metaphorice ꝓ translatione, quæ potest uersionem significare. Sed replicat Simplicius:quia non uidetur hæc positio Timæi, quia Timæus ibi asserit terram esse in centro firmatam. Secundo quia ileo scribitur per iotam: & ita significat alligationem. Tertio dato ꝙ scriberetur per ei diphthongum, & significaret uersionem,adhuc uersio ipsa non semper significat motum. nam dicuntur figuræ circulares conuersæ ideſt ad omnem partem uersæ etiam si sint quiescentes. Quarto cum Quæ contra Simpl. dictio illa multa significat,semper debet trahi in bonũ. Hęc


I contra Alexandrum. Sed profecto Simplicius temere loqtur:nam in contradicendo Alexandro incuſat Ariſto.de liuore,& de ignauia grammaticæ,& propterea ipſe conatur excuſare Ariſtotelem ut legi poteſt ab eo,ego uero cum Alexandro cõſentio:qui fuit fidus & ſummus peripateticus. Ad primum dicerem Alexandrum non dixiſſe hanc eſſe opinionem Timæi uel Platonis:ſed eſſe ſcriptum in Timæo,quicquid uelint Timeus & Plato, hæc enim fuit poſitio ut dicit Heracliti pontici. Ad ſecundum dici poteſt ꝙ uerbum,ileo quouis modo ſcribatur,ſemper metaphorice ſumi poteſt ꝙ motu uerſiuo ſaltem. Ad tertium licet non ſemper uerſio ſignificat ipſum motum:in propoſito tamen motum ſignificare uidetur. Ad quartū ſi ibi dictio multa ſignificaret.;iã Plato eſſet uſus æquiuocatione, & propterea dici debet illic uerbum illud non ſignificare niſi unum tantum, & ut Ariſtoteles dixit. Hæc igitur dici poſſunt pro Ariſtotele & Platone.

Ita prope modum & de figura ipſius ambigitur:
K nam aliis rotunda:aliis plana perinde ut tympani figura uidetur eſſe.hanc coniecturam ſecutis, nam cum exoritur atque occidit ſol rectam & non curuam ab ipſa terra occultationem facere uidetur, oporteret enim ſi rotunda eſſet terra curuam fieri diuiſionem.



Expoſitio. M Nunc etiã de figura uult ponere opiniones,& aſſerit alios poſuiſſe terram rotundam:alios poſuiſſe planam ſaltẽ quoad eã partem. quã nos incolimus ad modum tympani. & pro ſecunda poſitione ponit rationem primam: quæ poteſt ad enthymema ſic reduci,ſol cum occidit uel oritur ortũ & occaſum facit ſecundum interſectionem rectam. igitur uel terra uel ambo ſũt recta.tenet ꝓña ex tertio geometrię lib. ubi dr̃ quoties duo circuli ſeſe interſecãt eoꝝ interſectio debet circularis eſſe ueluti etiam patet in ſolis & lunæ defectibus:nam luna ſolemiterſecat per lineam circularem. antecedens patet ad ſenſum, nam ſit ſol a.terra b.& occultet ſe ſol ad occaſum noſtræ regionis:apparet linea c.d.quæ ſit ex ſolis & terræ interſectione:recta,& non curua.

Non animaduertentes ſolis ad terram intercapedinem: neq; ambitus magnitudinem: quo modo parui circuli ſi longe diſtauerint, ad rectam lineam uidentur interſecti.propter igitur hanc apparentiã non oportet ipſos terræ molem opinari rotundam N non eſſe.



Expoſitio. Reſpondet Ariſtoteles huic ra ioni quia non ſunt cætera paria in corporibus rotundis ualde diſtantibus, & parum diſtantibus,ſimiliter paruis & magnis.ſunt igitur duæ cauſæ illius apparentiæ in occultatione ſolis:prima eſt ſolis ad terrã magna intercapedo.Secũda eſt magnitudo ambitus terræ ad ſolis apparentem magnitudinem. Signum autem affert Ariſtoteles in paruis circulis.utpote a. c. b. & a. d. b. P Nam ſi hi ualde diſtãt:ſectio eorum apparebit recta utpote per lineam a.b.quare & in occultatione,ſolis etiam recta uidebitur ſectio, tanto magis, quanto ipſa terra maior ipſo ſole apparuerit.Et ideo Ariſtoteles ait,igitur propter hanc apparentiam non oportet ipſos terræ molem opinari rotundam non eſſe. Et hoc declarat Auerroes bene.& inquit.Eſ Quę auer. cõm.76. ſe determinatum in aſtrologia propter remotionem ſolis à terra & à noſtris oculis maximam apparere:circulum interſectionis adeo paruum ut non uideatur. eſt enim terra magna reſpectu ſolis,& ſol paruus reſpectu terræ.ideo comparatione terræ.arcus ille eſt paruus:& propterea uidetur recta ſectio,ſecus eſt in eclipſi ſolis: nam luna eſt prope ſolẽ, & apparet magna reſpectu ſolis:propterea ſectio illa eſt notabilis,& ita apparet arcus ſectionis notabiliter. Sic igitur arcus ſectionis qui fit in ſolis occultatione eſt adeo paruus ut non diſcernatur:eo quia ſol apparet ualde paruus reſpectu apparitionis terræ.arcus uero ſectionis, qui fit in ſeparatione ſolis & lunæ apud eclipſim apparet magnus: quia ambo luminaria apparent fere æque magna.Et addit Auer Q roes ꝙ ſiue apparentia hæc ſit uera,ſiue non propter apparentiam non debemus negare demonſtrationem, maxime ſi apparentia poteſt ſaluari:ſunt autem rationes duę: prima quia ambulanti ad ſeptentrionem a meridie ſibi quædam apparent ſtellę in ſeptentrionem:quę antea non apparebãt. & aliquæ occultantur:quę prius non erant occultæ.Hoc autem eſſe non poteſt niſi ob terræ rotunditatem. Secunda ẽ: ex ortu & occaſu ſyderum:nam ſi terra eſſet plana ęque cito ſydus omnibus habitantibus appareret,quod contrariũ eſt manifeſtum.Ex his patet terrã eſſe rotũdam. & per hæc patet regula geometriæ eſſe intelligenda qñ circuli ſunt ęquales:uel parum inęquales.& in debita diſtantia:ſub qua arcus poſſit uiſum mouere.

Addunt præterea & hanc figuram ipſi atq; hanc illam ſubire aiunt: propter quietem.igitur & de ipſius terræ quiete, deq; etiam motu plures profecto ſunt modi.

Secundo

A Secundo arguit, Aristote. terram esse Tympanilem utraque ex parte, & uis syllogismi est: omne immobile talem debet habere figuram per quam non mouetur: nec sit aptum moueri. Sed talis est figura Tympani. igitur terra est Tympanilis, & quia plures de quiete & motu terræ dictæ sunt opiniones: propterea concludit plures esse modos dicēdi de motu terræ & de quiete. Circa hanc rationē debes scire ut Auerro. innuit, quòd quies terræ potest esse à pluribus causis: quarum una forte esset Tympanicies terræ: alia æqualis undiq; partium accessio ad centrum: dicit modo Auer. quòd à causa ad effectum bene ualet, quia si est tympanilis: igitur quiescit, & si partes undiq; æqualiter ad centrum accedunt: etiam sequitur esse rotundam. econtra uero ab effectu habente plures causas ueritatis ad alteram illarum non ualet: non enim sequitur terra quiescit: igitur est Tympanilis, quia quies esse potest ob accessionem & quia Aristote. uidit (ut dicit Auerro.) leuitatem huius rationis: propterea dimisit illius solutionem.

Quę auer. cōm. 71.

B In ambiguitatem igitur omnes incidere necessarium est: fortasse enim mentis expertis est non admirari: cur nam parua quidem terræ pars si in sublime tollatur: relicta feratur, quiescereque non appetat: Maiorque uelocius feratur. Vniuersa autem siquis ipsam in sublime eleuatam dimittat, fertur profectò: nunc uero tantum pondus quiescit. Insuper ét siquis partibus ipsius eleuatis, antequam cadant: terram dimoueat: deorsum mouentur si nihil obsistat. Quare dubitatio quidem omnibus iure ob philosophiam emergit.

Expositio. Mouet quæstionem Aristote. cur terra non cadit, sed semper immobilis existit, & arguit quòd debet cadere: primo, eadem est ratio totius terræ & unius glebæ, sed una gleba

C semper descendit quousq; non inuenit resistens. igitur tota debet descendere donec non inuenit resistens. at cum nullū sit resistens propterea admiratione digna est tantæ molis ges. Quod uerò ad uerba attinet debes scire uerba illa: uniuersa autem siquis ipsam in sublime eleuatam dimittat: fert profectò, legi uidentur negatiue: hoc modo. uidelicet non fertur. quod stare non potest. terra enim tota si extra centrū. ponatur: semper mouebitur, donec medium eius efficiat medium mundi. & propterea illud uerbum debet legi, ut trāstulimus. quoniam οὐκ ἀν ut in græco scribitur, sonat affirmationem quandoq;. Tu uero qui græce sapis considera. Secundo arguit, particulæ terræ quæ sustinentur in aliquo firmo, si eleuatæ fuerint, & antequam cadant, remouentur sustentaculum & terra ipsa cadet, donec inuenerit resistens. Sed supple tota nullum habet obstaculum. igitur debet cadere. Hęc Aristo. pro quæstione. propterea infert, quare dubitatio quidem iure omnibus ob philosophiam emergit.

At solutiones circa rem hanc nonne quispiam profectò admirabitur: quo ipse uidentur magis absur-

D dæ dubitatione? quippe cum alii ob hæc terrę partem quæ infera est, infinitam esse contendant: ipsam infinita in re radicatam dicentes, ueluti Xenophanes Colophonius inquit, ne molestę ferant qui causas quærunt.

Expositio. Mota quæstione uult soluere & primo proponit quales: nam sunt antiquorum solutiones, & inquit. at solutiones circa rem hanc assignatas nonne quispiam profectò admirabit q̄ ipsę uident magis absurdæ dubitatione? q. d. q; sic, & propterea absurditatem illarum explanans, declarat opiniones philosophorum antiquorum, & inquit. quippe cum alij ob hæc terræ partem, quæ infera est, quæq; uergit uersus imū infinitam rem & contendant, ipsam in infinita re radicatam esse dicentes: qua sustentatur ne cadat, ueluti Xenophanes Colophonius inquit: hanc enim causam assignat breuiter ne qui quærunt causam quæstionis dictæ, negotio & inquisitio ne nimia molestentur, ac uexentur. & ita hoc dicit ad euitandum laborem.

Pō Xenophanis colophonii de terræ qete.

Sed Empedocles hoc dicto attonitus: ita inquit, si E infinita est terræ profunditas, atq; immensus æther, quæ per multas linguas oraq; iam dicuntur: parum de uniuerso sapiunt.

Expositio. Increpat Arist. positionem Xenophanis authoritate Empedoclis Agrigētini, qui suis in carminibus, quæ de philosophia conscripsit, Xenophanem derisit dicens, si infinita est terræ in deorsum profunditas, & immensus æther, ut Xenophanes ait, quæ per multas linguas oraq; multorum diuulgantur: plebeia sunt: atq; parū de philosophia uniuersi atq; rerum naturæ sapiunt: immo sunt penitus ab omni philosophia de uniuerso mundo, & rerum natura aliena. de uniuerso quidem mundo, quia probatum est in primo libro cœlī esse omni ex parte finitum. de rerum uero natura, quia probatum est grauitatem terræ & cuiusq; elementi qualitatem finitam esse. & propter hæc Aristo. non aliter contradixit Xenophani quàm authoritate sapientis Empedoclis qui opinionem illam derisit. F

Alii uero ipsam super aquam residere aiunt, hanc enim sententiā uetustissimā accepimus, quā Thalete Milesium tulisse ferūt, qui per natationem eam ita quiescere asserit: perinde atq; lignum aut aliud id genus. etenim nihil horum in aere manere est aptū. Sed super aquam.

Expositio. Secunda positio est Thaletis Milesii, dicentis terram quiescere, quia super aquas natat, ueluti lignum aut id genus super aquas stat, & non descendit. & dicit notanter sup aquas quia nihil horum est aptum in aere manere, sed super aquā, ut naues & cætera id genus.

Quasi non eadem sit de terra ratio, & de aqua, q̄ terram sustinet. neq; enim aqua sublimis apta est per manere. Sed semper sup aliquod est. Prętera ut aer leuior est aqua: ita & aqua est leuior terra. cur igit nam id quod leuius est subsidere putant eo quod suapte natura grauius est. Præterea si tota est apta super aquam manere: ipsius ét quāuis particulā idē tidem aptam esse pateret. at hoc nunc nequaquā fieri u idetur. nam quæuis pars in fundum fertur, tātoq; u elocius: quanto maior fuerit. G

Obiicit nunc Aristo. Thaleti primo, quia eadem de aqua ipsa remanet difficultas, quidnā sustinet ipsam ne deorsum feratur. Secūdo, quanto aqua est aere grauior: tanto terra est grauior aqua. at aer casum aquæ non prohibet: pluuia nanq; sui grauitate aerem findens, descēdit. igitur nec aqua casum impediet terræ. Tertio, quia glebula terræ in aqua descēdit, & maior gleba celerius, ut quæ maiorem habeat aquæ diuidendi atq; findendi uirtutem. igitur multo pollentius uniuersa terra in aqua apta est moueri. Hæc Aristote. contra Thaletem. Debes scire (ut Auerro. ait) Aristote. Xenophonti non contradixisse, sed Thaleti: primo quia Xenophon assignauit causam accidentalem, quia non modo terræ, sed alijs elementis accommodabilem: omne enim corpus quatenus infinitum, est immobile. Secundo, quia illi positioni in libro primo est obiectum, ubi probatum est nullum esse corpus infinitum. Secundo debes scire etiam apud Auer. q; licet secundum rem per quantum aqua est aere grauior: per tātum terra sit grauior aqua: non tamen quo ad apparentiam. nam aqua descendit in aere usq; ad illius concauum, & aer à profundo aquæ ascendit ad conuexum aquæ. terra uero licet descendat in aqua: non tamen apparet aquam ascendere ad cō uexum terræ si in fundo terræ collocata sit. Secundum tamē rei ueritatem comparatio est eadem, quia licet aqua stet in poris terræ oportet putare hoc non esse naturaliter, sed ex ordine uniuersi: & si dicas, cacabum cupreum supernatare in aqua: Respondet Auerro. hoc esse propter concauitatem cacabi, quæ plena aere supernatat: atq; supernatare facit cacabum ipsum cupreum. Hæc Auer.

Expositio.

Quę auer. cōm. 79. H

I Videntur tamen usq; ad terminum quędam quę rere:non autem usq; quo est dubitatio possibilis. est enim nobis hic omnibus mos non ad rem facere quę stionem,sed ad eum qui contraria dicit, etenim in se ipso eo usq; quærit:quousq; ipse cõtra se ipsum obii cere nequit.quo circa recte quæsiturum per instan tias obiicere oportet, quæ generi sunt accommoda tæ:hic autem est:qui omnes differentias contẽplat.

Expositio. Nunc excusare uidetur illos, & declarat quales fuerunt ueterum inquisitiones,ubi debes scire q; inquisitio ueritatis dupliciter debet fieri uno modo ad opponentem tantũ. alio modo simpliciter. ad opponentem quidem fit, quando nullum opponentis relinquitur argumentum insolutum,& tũc credimus recte philosophatos esse: cum nulla opponenti relinquitur replica contra nos respondẽtes.

K & hoc genere philosophandi philosophantur sophistæ,& sorticolæ, captiunculatores omnes,&magna pars hominum,qui temporibus nostris philosophantur:hi enim modo in circulis disputatorijs aduersarijs contradicant,& contra se nullam ab aduersario relinquant replicam: credunt plene philosophatos sese esse. Alio modo inquisitio fit simpliciter, quãdo & obiectiones remouentur aduersantium.non modo quæ sunt,sed omnes obiectiones quæ possunt fieri, & quæ regulam præbet remouendi infinitas obiectiones, si infinitæ esse possint. & hac inquisitione elaborarunt sapientes,parum ad gloriam attendentes,sed solum ad rei ueritatem:qua & Plato & Arist. & cæteri clarissimi philosophi enitebantur philosophari. In quit Aristote.uidentur tamen usq; ad terminum quendam quærere, quia usq; quo possint soluere quæstiones suorum ipsarum:non autem usq; quo dubitatio est possibilis & nũc & postea.cum non prębuerint regulam remouendi omnes

L quæstiones possibiles. & tunc quasi extra consuetudinem excusationem affert dicens,est enim nobis hic mos non ad rem facere quæstionem,sed ad eum qui contraria dicit, & p consequens solum ad opponentem studio gloriæ, & posuit Aristo.se inter hos ob modestiam, ne uideatur sui iactator. & declarat quo nam modo sic inquirant:dicens, etenim in seipso eousq; quærit:quousq; contra seipsum obijcere neqt, & sic ad præsentes obiectiones tantum aduertit:non ad possibiles fieri à quouis. Ex his quasi monet philosophantes p optimum præceptum,& inquit.quo circa recte quæsiturum per eas obijcere oportet instantias, quæ generi sunt accommodatæ.& non per sophisticas ac extraneas,quæ genus trãscendunt,sed per instantias proprias,quæ generi accommodantur:hic autem est qui omnes differentias illius generis contemplatur:ex quibus uera rei colligitur definitio,quę est principium demonstrationis.Ex his sequitur q; qui uult perfecte inquirere debet perfectam rei definitionem,colligere: nam per talem cognoscit perfecte rem ipsam: atq; omnia accidentia de re per eandem ostendit,& tandem remouet om

M nes rationes atq; quæstiones quæ sunt uel esse possunt. Nã perfecta definitio est, quæ nata est soluere omnes quæstio-
Quæ auer. cõmẽ. 30. nes contingentes in re ipsa. Hæc Aristot. Auerroes autẽ in commen.talem innuit distinctionem q; inquisitio potest fieri dupliciter: uno quidem modo usq; ad quæstionis finem. Alio modo ad finem disputationis.ad quæstionis quidem finem fit inquisitio secundum potentiam demonstrationis:cuius documentum ponitur secundo posteriorum, ubi dicitur talem inquisitionem fieri inuentione ultimæ differentiæ. ad disputationis uero finem fit,quando secundum posse dialecticum fit,quod est aut in seipso,ut quando omnes obiectiones:quas sibi ipse facit: tolluntur aut ad alium, ut quando tolluntur omnes opponentis obiectiones, ueteres igitur sa ciebant inquisitionem ꝑm finem disputationis.Hęc Auer.

Anaximenes uero & Anaxagoras & Democritus latitudinem causam esse dicunt, per quam ipsa terra manet.non enim diuideret sed operire aerem inferũ asserunt ipsam,quod quidem facere uidentur ea cor pora,quæ latitudinem habent. Hæc enim & a uen/ N tis cum difficultate moueri possunt ob adhęsionẽ. Hoc igitur idem sua latitudine terram facere ad sub iectum aerem dicunt.hunc uero cum locum nõ habeat sufficientem ad quem migret: dẽsum deorsum quiescere aiunt.ueluti aqua in clepsydris. Quod autem magnum pondus assumptus & manens aer ferre possit:plures alias coniecturas addidere.

Tertio solutio est Anaximenis,Anaxagoræ, & Democri Expõs.
ti,dicentium terram esse latam quo ad omnes partes uelut quadrangulum,& sua latitudine in aere detineri ne deorsum cadat,quod quibusdam coniecturis persuadere enitebanẽ. Primo,quia terræ latitudo facit ut aer inferus non diuidat. Secundo,quia uidentur corpora lata uehementer uentis resistere,quia sunt ualde firmata in fundamento. Tertio, quia aer subinferus densus est,& non habet locum ad quem fera O tur. Veluti aer inclusus in clepsydris,ubi enim sit uas habẽs in sui summitate paruum foramen & obturatum,& infra in fundo unum aliud foramen non obturatum, & subito submergatur in aqua:aer interior clausus, quia non habet quo diffugiat, aquam non permittit intrare. & simili modo aer subsidens terræ compressus ab ea, nec habens locum unde diffugiat:non permittit terram descendere.& à longiori ora

tione sese excusans:inquit.quod autem magnum pondus assumptum & manens aer ferre possit:plures alias cõiecturas addidere.ut de utribus inflatis,& folle,& id genus,quę possunt magnum pondus sustinere. Quod uerò ad uerba attinet:cum Aristo.ait,ueluti aqua in clepsydris.non intelligas absolute,sed hoc modo q; aer uel aqua in clepsydris quãdo alterum foramen obturatum est:non permittit corpus aeris uel aquæ subintrare,quia non habet aqua uel aer inclusus un Quę auer. cõmẽ. 31.
de diffugiat. Auerroes autem resoluit textum ad tres rationes.Prima est latitudo terræ,quæ est diuisioni inepta. Secunda est quia aer locum non habet:ad quem diffugiat. Tertio confirmatur per exemplum de utre & aere denso: qui magnum pondus sustinet.

P Sed primum quidem si non lata figura sit terræ: propter hoc quiescet nonne.Nam quietis non latitudo causa est ex his quæ dicunt, sed magis magnitudo.ob loci siquidem angustiam,aer ipse cum nõ habeat exitum:ob multitudinem manet, qui quidem multis est eo quia à magnitudine ipsius terræ magna comprehenditur.quare idem est, etsi rotunda quidem sit terra,modo tãta sit mole. Manebit enim ex illorum sententia.

Obiicit nunc Aristote.huic positioni:primo, quia si ratio- Expositio.
nes hæ essent efficaces: propter easdem si terra ponatur rotunda maneret non minus ab aere sustentante: nam ita aer comprimitur à magno corpore si latę figurę sit,sicut si cuiusuis alterius:mõ sit magnũ, & sic si esset rotũda & magna ad huc aerẽ cõprimeret.has rõnes iccirco breues expono, quia Q sunt clarę,atq; nõ nimis utiles:sat.n.est rei; sensus.Auer.aũt forte uidens hanc rationem posse habere cauillum supplet Aristote.esse contentum hac ratione, quia acutius postea cõ Quę auer. com.g1.
tradicet:addit tamen rationes pro Aristote.& arguit primo, quia uel aer per latera potest exire & terræ recedere,uel nõ. Si potest recedere:terra non quiescet,quia aer per latera recedet,& descendet terra.Si uero aer non potest recedere: tunc terra comprimet ipsum cuiusuis figuræ sit. & sic ratio Aristote.ualet.Secundo,non datur maxima aeris uel aquæ condensatio: igitur non est deueniendum ad resistentiam qua aer resistat propter impossibilem ulterius condensationem.

Ex hoc loco colligitur ad mentem Auerro. non dari summam aeris uel aquæ condensationem.Siue maximam condẽsationem,quod aliqui sic probant,quia sit a.aer maxime condensatus partem,& in nunc quod est præsens applicetur si bi b.potens condensare, & quęritur utrum immediate post

hoc

A hoc a.ipſum erit,uel non.ſi non erit:tunc illud fuiſſet ultimũ inſtans eſſe eius,ſi uero erit: tunc magis condenſabitur. In contrarium eſt Auerro. in primo capite de ſubſtantia orbis, ubi expreſſe concedit maximam cõdenſationem in aere uel aqua.& alibi.& hoc teneo. Tunc ad authoritatem Auerro. hic dici poteſt ipſum eſſe locutum de condenſatione mathematice conſiderata:quo modo loquebantur antiqui,qui omnia ad mathematica reduxerunt.nam hoc modo conſiderãdo condenſationem non habet maximum nec minimum, quia ut ſic non habet partes ſummæ proximas, nec ſummæ remotas.Ad ſecundum dico quòd primum inſtans applicationis eſt primum corruptum eſſe aeris ſummę condenſati, & ita ratio concludit dari primum non eſſe rei permanẽtis.

Sed replicabis aut b.applicatur enti:uel non enti . Si enti: igitur applicatur condenſatiſſimo,& habit argumentum.Si non enti:tunc applicatio nulla eſt.Amplius,omnem corruptionem præceſſit alteratio, & ſic in inſtanti applicationis
B non poteſt eſſe corruptio,quia tunc ſubita eſſet, & nulla præceſſiſſet alteratio. Ad tertium dico ꝙ applicatur enti in potentia, quia in illo inſtanti applicatur aquę quæ fuit aer uel poteſt eſſe, & hoc ſufficit. Ad ſecundum dici poteſt uerbũ Ariſtote.eſſe uniuerſaliter uerum exceptis maximis & minimis,aut forte Ariſto.loquitur ſecundum conſiderationẽ uniuerſalem ut ſexto phyſico.dixit Auer.commen.15.

Omnino autem ad eos qui ita de motu loquunt: non quidem de partibus eſt contentio,ſed de aliquo toto atque uniuerſo.a principio enim definitum eſt utrum aliquis motus naturalibus corporibus inſit: an nullus.& utrum naturalis quidem penitus nullus ſit.uiolentus autem ſit.

Expoſitio. Quicquid uelit expoſitor: Ariſtoteles nouum principium facit quia uult tractare poſitiones ſubtiliores & ueritatẽ de cauſa quietis terræ. Vbi debes ſcire ꝙ in materia de motu poteſt eſſe quæſtio generalis & ſpecialis. generalis quidem quæſtio eſt utrum aliquod corpus naturale mouetur,uel nullum mouetur.& ſi mouetur:utrum omnis motus ſit naturalis,uel omnis uiolentus.ſpecialis autem quæſtio eſt dato ꝙ
C mouetur aliquod ut terra · propter quid particula terrę mouetur,& tota quieſcit.& de igne ſimiliter propter quid totus non mutat locum,& pars ſic. Ariſtoteles igitur primo proponit id in quo antiqui facile & in quo difficile tetigerunt,& inquit.omnino autem ad eos qui ita de motu loquuntur ſupple alicuius corporis aliquid fuit facile:aliqd difficile. & hoc ſubdit non quidem de partibus eſt contentio : nam poſſunt aſſignare cauſam: cur gleba mouetur & cur quieſcit : nemo enim in hoc ambigit,ſed de aliquo toto atq; uniuerſo, ut de tota terra eſt contentio:cur quieſcit & non mouetur. deinde quaſi cauſam aſſignans & ſeſe excuſans à longiori tractatu,inquit.a.principio enim definitum eſt utrum aliquis motus naturalibus corporibus inſit, an nullus:& ſi inſit utrum naturalis quidem penitus nullus ſit:uiolẽtus autem ſit? Hęc
D enim duo ſunt in primo definita:igitur non ſunt amplius repetenda.Sed quærendum eſt de primo propter quid uidelicet parricula quidem mouetur,ut gleba, & tota terra nõ mouetur.circa quid igitur reſtat quæſtio,& quid antiquis facile & quid difficile fuerit:ex his perſpicuum eſt.

At cum de his ſint determinata, quę pro facultate præſenti potuimus:his tanquam ueris utendum eſt.Si enim nullus eſt horum naturalis motus : nullus erit uiolentus.ſi uero neq; naturalis neq; uiolentus eſt:nihil prorſus mouebitur . Hæc enim ita eſſe prius determinatum eſt:atq; etiam nihil poſſe quieſcere.ut enim motus alius naturalis uel uiolentus: ita quoq; quies.at ſi aliquis motus naturalis fuerit: neq; uiolenta latio ſolum,neq; quies erit.

Expoſitio. Hactenus quid facile & quid difficile antiquis fuerit, & rurſus quæ generatim definita ſunt:ſumpſit.nunc uero ulterius ſupponere quædam,quæ accipit ex quæſtionum dictarum B
ſolutione.nam licet dictæ quæſtiones non erant repetendę: tamen ſolutiones ſunt ſumendæ ut ſuppoſitiones ad ueritatis inquiſitionem. & uidetur primo aſpectu arguere hypothetice à deſtructione antecedentis,& non arguit, ſed ſumit duo,primum ſi non eſt motus naturalis aliquis:tunc uiolentus nec erit aliquis,nec quies naturalis,nec uiolenta, ſed nihil penitus mouebitur.deducitur conſequentia:ſi nõ eſt motus naturalis:non eſt uiolentus : nam naturalis & uiolentus ſunt reſpectu eiuſdem.Vltra,ſi non eſt uiolentus:nec naturalis,per idem.& ſi non naturalis,neq; uiolentus:nihil mouebitur penitus.Hæc enim prius ita eſſe determinatum eſt:cũ quibus etiam determinatum eſt nihil poſſe quieſcere,quia ſi nihil prorſus moueri poteſt : nihil quieſcere poterit. Motus enim & quies circa idem ſubiectum ſunt fieri apta.& ut motus eſt alius naturalis:alius uiolentus, ſic quoq; quies. Hæc eſt prima ſuppoſitio.ſecunda ſuppoſitio eſt ſi motus naturalis fuerit:tunc neq; erit uiolenta latio ſolum: neq; quies uiolenta ſolum. Immo erit aliquis motus naturalis, & aliquis F
uiolentus:aliqua quies naturalis,& aliqua uiolenta:tenet.ratio per idem argumentum. Vbi debes ſcire ꝙ uis proceſſus Ariſtote. uidetur prima facie ab oppoſito antecedentis hoc modo.ſi nullus eſt motus naturalis: nullus eſt motus & nulla eſt quies:igitur ſi eſt aliquis motus naturalis: neq; omnis motus erit naturalis,neq; omnis uiolentus, neq; omnis quies eſt naturalis,neq; omnis quies eſt uiolenta.ſic enim uidetur arguere Ariſtote.prima facie:ſed re uera non arguit qa tunc peccaret in logica:non enim ualet ab oppoſito antecedentis niſi in conuertibilibus.Melius igitur dicendum Ariſtote.duo feciſſe ſuppoſita diſperata pro deciſiõe problematis propoſiti. & hoc eſt melius ut mihi uidetur. Occurres Quæ auer. cõmẽ. 83. 1. dubita.
primo quia Ariſtote. fecit diuiſionem penes contraria hoc pacto,utrum omne corpus habeat motum, uel nullum habeat.& habet,utrum omne habeat uiolentum uel nullum habeat uiolentum,uidetur ꝙ melius feciſſet ut in octauo libro phyſico.fecit,utrum aliquod corpus habeat motum naturalẽ & aliquod uiolentum. Dici poteſt ut ex uerbis Auer. colligi poteſt in propoſitionibus per ſe non referre uniuerſaliter Solutio G
& particulariter proferre : impoſſibile enim eſt dare corpus quoddam,quod motum habeat naturalem,& quoddam qđ non habeat.omnia enim ſunt eiuſdem naturalitatis. Secundo occurres quia Ariſtote .intulit, ſi aliquod corpus nec naturalem,nec uiolentum habet motum. igitur nullum motũ, contra.nam ignis in propria regione nec naturalem habet motum,nec uiolentum, & tamen habet motum quo mouetur ad motum cœli.dici poteſt diuiſionem Ariſtote. eſſe audiendam in motibus rectis : de reliquis uero alibi dictum eſt. Debes ſcire de mente Auer. ꝙ omne quod naturaliter Quę auer. comẽ. 84.
mouetur:naturaliter poteſt quieſcere : primo ex definitione naturæ,quæ eſt principium motus & quietis.Secundo quia quot modis dicitur medium in finem:tot modis & finis dicitur.Sed motus qui eſt medium in quietem, dicitur naturalis & uiolentus:igitur & quies in termino ad quem : dicitur naturalis,& uiolenta. Secundo debes ſcire etiam ex eodem commẽ.ꝙ ſi aliquis motus eſt alicui naturalis: hic illi eidem non poteſt eſſe uiolentus , & ſi hic eſt naturalis & non uio- H
lentus , quies in termino ad quem eſt etiam illi naturalis & non uiolenta.contra , etiam ubi quies in termino ad quem uiolenta alicui fuerit:motus ad illam etiam uiolentus erit,& quies in termino à quo naturalis eidem erit . Ex his infert Auerro.ꝙ ſi terra ad medium naturaliter mouetur:tunc ipſa uiolenter extra medium quieſcit.& ſi à medio mouetur uiolenter:tunc ibi quieſcet naturaliter:aliter nullam haberet getem:quibus patet ſolutio problematis Ariſto. propter quid terra quieſcit in medio:hoc enim(ut melius dicetur)eſt,quia eſt naturalis terræ diſpoſitio,& locatio.

Quare ſi ui quieſcit nunc terra:in medium etiam acceſſiſſet ob conuerſionem , quam quidem cauſam omnes dicunt ex his quę feruntur in humidis,& circa aerem accidunt.In his enim maiora ſempergra

I uiora, ad medium ueniunt conuerſionis: quo circa & terram omnes qui cœlum generant: in ipſum ueniſſe medium aiunt.

Expoſitio. His ſuppoſitis antequam ad ſolutionem accedat quaſi p uiam conſequentiæ concludit poſitionem Empedoclis, & inquit. quare ſi ui quieſcit nunc terra, & ſupple tu nullo dictorum modorum quo ueteres proceſſerunt, quieſcit: ſequitur etiam ut in medium acceſſiſſet ob cœli conuerſionẽ, quã quidem ex ſui proprietate cauſam omnes dicunt ex his quæ feruntur in humidis, & circa aerem accidunt: uidemus enim cum aqua ponitur in motu ualde circulari, & proiiciatur lignum in illa: mox lignum ad medium ducitur. & hoc idem apparet in aere: quo uoluitur cadus plenus aquæ, & non cadit: eſt enim conuerſio & motus circularis ſui proprietate pellens ad medium conuerſionis, qua ratione & terram omnes qui cœlum generant: in ipſum ueniſſe medium aiunt ui. uide licet pulſiua conuerſionis, quę naturaliter ad medium pellit.

K Animaduerte cp hæc poſitio non ſequitur ex ſuppoſitis, ſed quaſi, per hoc quia non reſtat alia poſitio dicenda.

At quia manet: cauſam quęrunt. Vbi & alii ex latitudine & magnitudine hoc modo cauſam dixerũt. Alii ut Empedocles cœlum conuerſione ſua uelociore quàm ſit & terræ ipſius motus: lationem eius impedire. ueluti in aqua fit, quę in Cyathis eſt. etenim hęc Cyatho circũuecto, & ſi perſæpe in labra uſq; infera ducatur aeris: non fertur tamẽ deorſum apta deorſum ferri: eandem ob cauſam.

Expoſitio: Epilogat poſitiones duas omittens alias tanquam friuolas, & hoc inquit. at quia manet, & hoc uident omnes: admirati cauſam quærunt. ubi alij ex magnitudine: alij ex ui conuerſionis cauſam afferunt. ueluti ex Empedoclis exemplo aquæ non cadentis ex circũuectione Cyathi. Hæc ex dictis,

Quę auer. comẽ. 85. & translatione patent. Debes ſcire (ut Auer. innuit) ueteres omnes de motu terræ conueniſſe: omnes enim dixerunt motum terræ eſſe propter expulſionem factam à cœli conuer-

L ſione. De quiete uero non conuenerunt, quia alii quietis cauſam ex magnitudine: alij ex ui conuerſionis alij alijs modis aſſignauerunt.

At ſi neq; conuerſione, neq; latitudine cohibẽte, quo nam ferretur aere quidem ipſo ſubtermeante. ad medium enim ui mota eſt: ui quoq; in ipſo manet. Sed cum aliqua latio ſit ſecundum eius naturã ſibi neceſſaria hęc igitur eſt, ne ea qua ſurſum pergitur, an ea qua deorſum, an alia quædam. aliquam enim eſſe neceſſe eſt. Quod ſi non eſt magis ea qua ſurſum quàm ea qua deorſum itur: aer ſuperior lationem ad ſuperius non prohibet: igitur nec is aer qui infra eſt: eam prohibebit qua deorſum pergitur. eaſdem enim cauſas eiuſdem quorundam eſſe neceſſe eſt.

Expoſitio. Nunc confutat has poſitiones & primo ſi ſimul: hoc pacto, ſi terra quieſcit aut conuerſione cohibente aut latitudi-

M ne aerem coartante: uiolenter quieſceret in medio: tunc ultra terra quieſcit uiolenter in medio: igitur aliquo alio motu mouebitur naturaliter. modo hoc non uidetur, quia nec deorſum magis, quam ſurſum, nec e contra. inquit. at ſi neq; conuerſione cohibente neq; latitudine coartante, terra quieſceret: hoc eſt ſi eſſet remotum omne impediens: quo nam ferretur, aere quidem ipſo ſubtermeante atq; cedente, ut per caſum ponatur. & probat quòd debeat ad aliquem locum moueri, & inquit. ad medium enim ui mota eſt ſecundum omnes, quia in hoc conueniunt. ui quoq; in ipſo manet, ut etiã conſentiunt. ſed cum aliqua latio eſt ſibi ſecundum naturã neceſſaria: hæc igitur eſt ne ea qua ſurſum pergitur: an ea qua deorſum: an alia quædam. dico hoc quia aliquam eſſe neceſſe eſt nec uitari poteſt per ſuppoſitiones. & cum non poſſit aſſignari niſi motus ad medium: ipſa ad medium quieſcet naturaliter. Addit tamen ſpeciatim contra ponentes latitudinem, & inquit. quòd ſi non eſt magis ea qua ſurſum cp N ea qua deorſum itur: aer ſuperior lationem ad ſuperius non prohibebit, quia non reſiſtit prementi. igitur nec is aer qui infra eſt, eam prohibebit, qua deorſum pergitur, quia ſimili ratione non reſiſtit illi, oportet enim reſiſtere ſi terra coartaret atque pelleret, & quia concluſum eſt ipſam non magis deorſum quàm ſurſum tendere: nec ipſa magis ſurſum quã deorſum pellet, uel coartabit, & ſic omnino nulla eſt cauſa ex coartatione aeris accepta. Hæc contra hos argumentatus eſt inſimul.

Præterea illud etiam ad Empedoclem aliquis dicet: quando enim elementa ſeorſum à lite diſtabant: quæ nam cauſa terræ quietis erat: non enim & tunc conuerſionem cauſam aſſignabit.

Speciatim obijcit Empedocli, & Simplicius hanc interro Expoſitio Simpli. gatoriam rationem ſic interpretatur. præterea illud etiam ad Empedoclem aliquis dicet, quando enim elemẽta ſeorſum inter ſe à lite, ideſt propter litem diſtabant, ut tempore mundi ornatus, quæ nam cauſa terræ quietis erat. non enim & O tunc conuerſionem cauſam aſſignabit. Hæc Simpli. & expoſitor. Cõfutatio Quod quidem ſtare non poteſt: primo quia hæc interrogatio facta eſt prius ab Ariſtote. uidelicet propter quid nunc in mundi ornatu terra quieſcit, & eſt ſoluta propter motum cœli qui in mundi genitura pepulit ad centrum conuerſionis, & qui nunc terram pulſam cohibet moueri, & ſic friuola uidetur interrogatio ſecundum hanc expoſitionem.

Melius igitur cum Auerro. & Alexan. dicerem: præterea Expõ. ęſa illud etiam ad Empedoclem aliquis dicet, quando enim elementa ſeorſum à lite diſtabant utpote tempore quo amicitia dominabatur ueluti in mundi confuſione, quę nam cauſa terræ quietis erat: non enim & tunc conuerſionem cauſam aſſignabit, quia non erat cœli motus ullus. & tamen tunc quieſcebat terra. igitur Empedocles ſibi ipſi contrarius & inſufficiens uidetur. Sed replicat Simpl. huic expoſitioni per hoc Replica quia in mundi confuſione terra non eſt. igitur non eſt recte quærere quare tunc quieſcit: omnis enim quæſtio ſupponit P ſubiectum eſſe primo poſteriorum. Sed hæc replica friuola eſt: nam Empedocles elementa rerum principia poſuit, & ingenita atq; incorruptibilia: bene tamen per concordiam cõ O fuſibilia, & per litem diſtincta. quæſtio igitur ſupponit terram eſſe, & eſt ſecundum rei ueritatem: licet non ſecundum eſſe diſtinctam ab aliis, & propterea quęſtio eſt conueniẽs.

Inſuper etiam abſurdum eſt prius conſiderare terræ partes ob conuerſionem ad medium eſſe latas: nunc aũt nõ quam ob cauſam uniuerſa quæ põdus habent feruntur ad ipſam. non enim conuerſio nobis propinqua eſt. Præterea quam ob cauſam ignis etiam ſurſum fertur. non enim ob conuerſionem. Quod ſi hic aliquem ad locum aptus eſt ferri: idem etiam de terra putandum eſſe patet.

Secundo oſtendit cœli conuerſionem non eſſe cauſam qẽ Expoſitio. tis terræ ad medium (ut dixit Empedocles), niſi ut nunc, non Q ſimpliciter & omni tempore: nam licet in litis in principio cœlum pepulit ſua conuerſione terram, quia illam tangebat: nunc quo nam pacto expellere põt illius partes: cũ nec illas nec nos tangat, oportet. n. mouens & motũ ſimul eſſe.

Debes ſcire ut ex uerbis Auer. & Alex. colligit, Empedoclẽ potuiſſe reddere cãm motus terræ ad medium in prima mũdi genitura. nam cum cœlum cœpit conuerti expulit igẽ: ignis aerem: aer denicq; aquam & terram. at nunc illa uniuerſali expulſione facta: Empedocles cauſam aſſignare nõ poteſt partium eius, & ſic illa cauſa fuit ſecundum eempus & non ſimpliciter. Secundo debes ſcire quòd licet Empedocles poſſit aſſignare cauſam motus terræ ad medium: non tamen quietis eius in medio, quia ut recte Auerro. ait autho ritate Alexandri, quę propter circũgyrationem ad medium pelluntur: ſimul cum illo circũuecto mouentur, ut patet de ligno in aqua & aqua in cyatho motis. quare nondum patet cauſa quietis terræ ſimpliciter. Secundo arguit Ariſto duo

Expoſitio. Alexan. & optima

rum

A rum contrariorum ſi aliquod eſt naturale uni: oppoſitum illi erit naturali oppoſito illius, & per conſequens cum ignis nō mouetur ſurſum ob conuerſionem: nec terra deorſum mouebitur ob conuerſionem: non enim erit maior ratio de terra quàm de igne, cum omnia elementa ſubdantur cœlo, & poteſt ad hoc addi ratio Alexan. quia ſi terra eſſet mota ad medium in prima mundi genitura, & non ob eius naturam, ſed ui conuerſionis cœli. omnia elementa ui eiuſdem conuerſionis eſſent ad medium pulſa & ibidem detenta, & ſic nō magis ignis ad concauum ueniſſet quàm terra ad medium. & hoc ſonat ratio Ariſtote. Inquit enim. præterea quam ob cauſam ignis etiam ſurſum fertur: non enim ob conuerſionem, quia illa ſui ui pellit ad medium eius. quòd ſi hic aliquem ad locum aptus eſt ferri, & non ui conuerſionis cœli: idem etiā de terra putandum eſſe patet: uis enim conuerſionis nō magis terræ applicabitur quàm igni uel alteri cuiuis elemento. quare cum ignis propria natura ad concauum uenit, & nō

B ui conuerſionis: igitur nec terra ad medium uenerat ui conuerſionis. ad omnia nanque uis conuerſionis æqualiter ſeſe habet: tantoq; magis ad ignem quāto ſibi propinquior eſt. & hæc Alexan. expoſitio eſt acutior, & magis ad roburra-

Expōpīa. tionis. Aut forte hæc ratio poteſt formari ſic, quia ſicut ſeſe habet ignis ad motum ſurſum, ita terra ad motum deorſum. ſed ignis ſua natura ſurſum fertur, & non ob cœli conuerſionem. igitur & terra deorſum. Et hoc modo ratio etiam literæ conuenit.

Inſuper etiam nec conuerſione graue & leue definitum eſt. Sed eorum quæ prius erant grauia atq; leuia: alia in ipſum ueniunt medium. Alia ſui motu ſuperferuntur. erat igitur & antequam conuerſio fieret, aliud graue: aliud leue.

Expoſitio. Tertio arguit Ariſtote. Enthymematice ſic, cœli conuerſio non eſt cauſa diſtinctionis ſpecificæ elementorum. Sed alia ante conuerſionem ad medium, alia è medio moueri a-

C pta. igitur antequam conuerſio fieret erant formæ graue & leue, uidelicet quibus elementa propria in loca moueri erāt

Quæ ex Aū. c. 89. apta. Et forte ſyllogiſmus (ut Auerro. indicat) eſt iſte. grauе eſt id à quo res eſt apta moueri ad medium, & leue id quo eſt apta moueri à medio. Sed cœli cōuerſio nec eſt graue nec leue. igitur cœli conuerſio non eſt id quo elementa ſunt apta

Expō pīa. moueri ſurſum aut deorſum. Et forte textus Ariſtote. poteſt reſolui in duos ſyllogiſmos: primus eſt, quęcunq; non diſtinguuntur aliquo per ſpecificam diſtinctionem: non mouētur illo per ſe. Sed elementa non diſtinguuntur cœli conuerſione: igitur nec per ſe cœli conuerſione mouebuntur. Secundus eſt, quæcunq; ſunt ante aliquid non habent motus & opera ab illo. Sed elementa ſunt ante cœli conuerſionem. igitur nō habent per ſe motus & opera à cœli conuerſione. uidetur enim hæc duo indicare Ariſtote. in ſuo Enthymemate: cum antecedens ſumpſit copulatum.

Quæ quonam diſtincta èrāt, & quomodo & quo

D erant apta ferri. nam infinitum ſi ſit: ſurſum & deorſum eſſe non poteſt: quibus graue atq; leue definita ſunt, qua ratione fit ut plurimi circa huius rei cauſas elaborarint.

Expoſitio. Auerroes autem reducere enititur uerba hæc ad quartam rationem contra Empedoclem: quatenus uidetur reducere

Quę auer. cōm. 89. cōtra Aū ipſum ad contradictionem per conceſſa ab eo: at hæc expoſitio nullatenus textui conſona. Propterea uidetur mihi Ariſtote. demum refellere quaſi ex nunc dictis contra Empedo-

Propria ex poſitio. clem, primam poſitionem, quę dixit problema de quiete terræ eſſe nullum: ſupponit enim eſſe medium locum, ſuperū, & inferum. at talia loca eſſe non poſſunt, quia mundus infinitus eſt: in quo nihil ē ſurſum, nihil deorſum. Cōtra hos quaſi rationem innuit per hoc, quia tunc ceſſarent definitiones grauis & leuis, quia graue per locum deorſum. leue per locum deorſum. leue per locum ſurſum definitur. quare ſi hæc loca ceſſabunt: tunc ceſſabunt definitiones grauium & leuium, & ita nihil eſſet graue, nihil leue in natura. at cum hæc ſunt impoſſibilia: reſtat ſupponere eſſe graue & leue, & locum ſupe E rum, & inferum, & quærere cauſam problematis. uidelicet quam ob cauſam hoc ſurſum illud deorſum feratur. Inquit. Quæ quo nam diſtincta erant, & quomodo, & quo erant apta ferri: ſupple ſi infinitum eſt uniuerſum: nam ſi infinitum ſit: ſurſum locus & deorſum eſſe non poteſt: quibus graue atq; leue definita ſunt, & ſic ceſſant omnia. quæ res cum ſit impoſſibilis: ideo ſupponendum eſt graue & leue eſſe, & loca ſurſum & deorſum: qua ratione fit ut plurimi circa problematis cauſam elaborauerint. quia ſuppoſuerunt mundū eſſe finitum & eſſe illa loca diſtincta. Hoc modo textus eſt intelligendus: licet non abſq; difficultate.

Sunt autem aliqui qui ob ſimilitudinem ipſam manere dicant: quemadmodum ex priſcis Anaximā der. Id enim inquit, quod in medio cōſtitutum eſt, & qđ ad extrema æqualiter ſeſe habet, & ſimul atq; F neq; ad contraria moueri poteſt: non ſurſum magis quàm deorſum, aut uerſus latera ferri cōtingit. qua re neceſſario illud manebit.

Expoſitio. Nunc narrat poſitionem antiquiſſimi Anaximandri de cauſa quietis terræ: hic enim uoluit terram quieſcere ob ſimilitudinem hoc eſt ob ſimilem habitudinem quam terra ipſa habet ad cœlum, ſecundo æquidiſtantiā ab illius qualibet parte. Id enim quod in medio collocatum eſt totius & quod æqualiter ad extrema cœli ſeſe habet, nec eſt aptum moueri ad contraria ſimul: non ſurſum magis quàm deorſum aut uerſus latera ferri contingit, & ſic terra neceſſario ob talem ad cœli conformitatem atq; æquidiſtantiam neceſſario in medio manet. Hæc Anaximander antiquus. Auerroes uero Quę auer. cōm. 90. hanc poſitionem declarat exemplo quodam ut ſi corpus qđ dam imaginaremur ſphæricum adamantinum ſiue magneti num, & in medio illius ferreum corpuſculum rotundum ut centrum: tunc patet tale centrale corpus in medio quieſcere, quia æqualiter attraheretur ab omnibus partibus illius, nec ſimul ſit aptum moueri motibus contrariis. Et quia hæc poſitio habet colorem addit Auerro. hanc eſſe minus falſam: nā G aliæ poſitiones motum & quietem terræ aiunt eſſe uiolentum. Hæc uero ait motum eſſe naturalem ad medium: quietem autem uiolentam. Sed an hoc ſit uerum ad mentē Ana Cōfu. Aū. ximandri dubito: non enim uidetur menti conueniens poſſe eſſe ad aliquem locum motum naturalem, & quietem uiolentam eiuſdem corporis. propterea uidetur hæc poſitio (ſi eſt, ut dixit Auerro.) minus rationalis. concedens enim partem ueritatis ponit implicans contradictionem. ideo hic locus conſiderationis eſt.

Sed hoc lepide quidem, non uere tamen dictum eſt. hac enim ratione omne quod in medio poneretur, maneat in illo neceſſarium erit. quare & ignis ibidem quieſcet. quippe cum id quod dictum eſt: terrę proprium non ſit.

Sed refellit poſitionem hanc primo per impoſſibile, quia H tunc omne quod in medio poneretur: ibidem quieſceret, & ſic ignis illic maneret propter eandem quam habet ad cœlum rationem, quam & terra habebat. hoc autem falſum eſt quia non eſſet aſſignatum ut terrę proprium: aſſignauit enim quietis terræ propriæ cauſam propriam ex ſimilitudine proportionis ad partes cœli: quare cum hæc cauſa poteſt igni accommodari: uidetur non propria.

Expoſitio. Sed ambiges fortaſſe quia diceret aliquis non eodem modo eſſe de igne & terra. nam ignis non eſt aptus ſua natura quieſcere in medio. at terræ eſt naturale. & per conſequens obiectio Ariſtote. nulla. Innuit Auerroes ſolutionem. rationem Ariſtote. eſſe fundatam in dicto Anaximandri qua æqualem terræ à cœlo undiq; diſtantiam cauſam quietis aſſignauit. Hæc enim æqualis eſt in igne & terra & omni corpore ſi in medio poneretur. & addit Auerroes hanc rationem poſſe reduci contra Empedoclem, qui dixit quietem ter

Quę auer. cōm. 91.

I

Quę The.

ræ eſſe quia eſt in medio conuerſionis. ſic enim poſſet ſequi de igne: ſi in medio poneretur. Et Auerro. narrat poſitionē Themiſtii, & ſolutionem ad rationem Ariſtote. dicit enim Themiſtius primo, quòd hæc ratio non eſt uniuerſalis de omni corpore poſito in medio. & propterea uult rationem habere uim per exemplum Platonis de naui: inquit enim Plato in Timæo, quòd ſi aliquod pondus ponatur in medio nauis, non facit illam ad alterum' laterum præponderare propter æqualitatem, ita quod dicitur de igne. dicit. Secundo ꝙ hæc ratio eſt communis, ſed quæſiti eſt cauſa propria perquirenda. Hæc enim cauſa poteſt accommodari omnibus, quę in medio ponerentur. dicit tertio hanc rationem eſſe ad hominem. nam cum Plato uniuerſalem cauſam quietis terræ æquidiſtantiam talem aſſignauerit: uidetur Ariſto. concludere illam ut non modo uniuerſalem terræ, ſed omnibus aliis quæ in medio ponerentur. Contra quem Auerro. ait non bene eſſe dictum hanc rationem eſſe ad hominem, qa eſt ſecundum rem. procedit enim ex ſimili ratione cauſæ, quæ poteſt in omnibus eſſe eadem. Vlterius Themiſtius ſoluit rationem Ariſtote. contra Anaximandrum, quia eſt contra Platonem: ubi debes ſcire Themiſtium uoluiſſe propoſitionem fuiſſe uniuerſalem cum exceptione: hoc uidelicet pacto, omne poſitum in medio æqualiter illic quieſcit, modo ſit de illis quæ apta ſunt illic quieſcere. Ad propoſitum autem ignis non eſt illic quieſcere aptus. Sed uiolenter. hinc ratio Ariſtote. nulla eſt contra Plato. eſt enim ſermo Plato. uniuerſalis accommodate, non ſimpliciter, cuius exemplum ponit de homine: nam ſi homo in medio poneretur mundi, qua ratione eſt graue: illic quieſceret, quia tamen eſt animal eſſet moueri aptum alium in locum. Sed huic ſolutioni obiicit Auerro. nam ſi Plato loquitur in corporibus aptis quieſcere, aut loquitur de quiete uiolenta, aut naturali ſi in uiolenta: cum ignis poſſit uiolenter quieſcere: ratio Ariſtote. adhuc de igne militabit. Si de quiete naturali. igitur terra non ob æqualem ad cœli partes diſtantiam quieuit, ſed ob eius naturam, & ſic ſuæ quietis nulla alia eſt cauſa niſi eius natura, ſiue ſpecies. Secundo ſi intelligitur in aptis quieſcere: tunc ignis non moueretur ad concauum: nec collocaretur in concauo. patet quia ibi non eſt aptus quieſcere. nam mouetur ꝑ petuo motu firmamenti in illo Tertio Anaximander aſſignauit cauſam quietis terræ ob æquidiſtantiam ad omnes cœli partes. Sed hæc cauſa poteſt igni accommodari. igitur & de igne ualebit. Sed tunc Auerro. mouet dubitationem contra ſe, quia uidetur dictum Ariſtote. non eſſe uniuerſale: non enim ignis quieſcit in medio in quocunque caſu, quia non quando poneretur parum citra medium, & ſic uidetur impoſſibile Ariſtot. eſſe particulare ſolum in caſu: in quo ignis eſſet præciſe in medio. Reſpondet Auerro. concedendo rationem Ariſtote. ſupponere caſum illum quòd ignis ſit in medio præciſe, & addit quòd tunc ſecundum hanc poſitionem Anaximandri cauſa ſua non ualeret niſi de terra centrali: non de ſuperficiali, nam hæc nō æquidiſtat ab ipſius cœli partibus. Amplius non ualeret de Gleba quæ in ſublime attolleretur. Hæc Auerro. Sed tunc dubitabis utrum ſi aliqua ignis portio prꝛciſe in centro poneretur ibi quieſceret. ex uerbis enim Ariſtote. non habemus quid certi, quia ipſe arguit ad opinionem illius, ſi enim terra quieſceret ob æquidiſtantiam: ignis poſſet ibi quieſcere, & ſic non eſt cauſa ꝑptia terræ: hæc Ariſtote. ex quibus nihil certi habemus. propterea arguitur quòd ibi non quieſceret, quia ſi ibi ſemel quieſceret, tunc ſemper quieſceret. igitur uiolentum perpetuum. Amplius, tunc corruptibile redderetur æternum, & multa alia ſequi poſſunt. Teneri poteſt ignem ibi quieſcere & uiolenter: eſſet enim aptus moueri ad circunferentiam: licet ad illam nunquam ferretur, & tunc dicerem ad primum non eſſe uiolentum perpetuum, quia talis ignis corrumperetur à natura uniuerſali ad euitandum impoſſibile, ſed dices quid nam reſiſtit igni ne moueatur à medio, dic ꝙ nihil poſitiue, ſed bene aliquid priuatiue, quod eſt eſſe indifferens ad motum cuiuslibet loci. Hæc de quæſtione.

Cōfutatio Solutio Them̄.

K

Dubitatio Auer.

Solutio.

Dubitatio.

L

Solutio

M

Inſuper etiam nec neceſſarium eſt. non enim dū-

taxat in medio manere uidetur, ſed ad medium etiā ferri. quo enim quæuis ipſius pars fertur: eo uniuerſam etiam ferri neceſſarium eſt. at quo ſuapte natura fertur: ibi quoꝙ ſuapte natura manebit. non igitur quia ſimiliter ad extrema ſeſe habet: manet. hoc enim omnibus commune eſt: ferri autem ad mediū terræ proprium eſt. N

Expoſitio.

Secundo arguit contra Anaximandrum oſtendens eius cauſam non eſſe neceſſariam, & ſyllogiſmus poteſt componi ſic, omne corpus naturaliter motum ad medium, naturaliter quieſcit in medio. terra corpus eſt quod naturaliter mouetur ad medium. igitur terra naturaliter quieſcit in medio. Inquit. Inſuper etiam nec neceſſarium eſt ſubaudi dicere terram quieſcere in medio ob æquidiſtantiam: tunc accipit uim minoris, & inquit. Non enim duntaxat in medio manere uidetur, ſed ad medium etiam ferri. hæc eſt minor: cuius probationem ſubdit dicens. quo enim quæuis ipſius pars fertur eo uniuerſam etiam ferri neceſſarium eſt. In corporibus enim ſimplicibus eadem eſt natura totius & partis. Tūc quaſi maiorem addit in eius exemplo, & inquit. at quo ſuapte natura fertur: ibi ſuapte natura manebit. Hæc uidetur uis maioris ex hoc ſyllogiſmo: non propriam concluſionem intulit, ſed concludit tranſumptum dicens: non igitur quia ſi militer ad extrema ſeſe habet: manet. & addit huius cauſam dicēs. Hoc enim omnibus commune eſt, quia omne corpus ſi æquidiſtaret à circūferentia, quieſceret. at ferri in mediū: proprium eſt terræ. hæc eſt expoſitio textus. O

Expoſitio. Quæ auer. comē. 91. Expoſitio. Auer.

Auerroes uero ſic rationem textus format & utitur regula topica uidelicet contrariorum contrariæ ſunt cauſæ. Sed cauſa quietis terræ eſt æquidantia à circunferentia. igitur cauſa quietis terræ ſurſum eſt exitus ab æquiſtantia, & ſic ubicunqꝙ poneretur terra extra medium: poſſet illic quieſcere: etiam in concauo quieſceret. Obiicies fortaſſe quia nos partes terræ non ad centrum moueri cernimus ſed ad ſuperficiem terræ, & ſic falſum eſt terram petere centrum ut Ariſt. concluſit contra Anaximandrum. Reſpondet hoc eſſe per accidens ob impedimentum: cuius ſignum eſt, quia uidemus grauia uigorari in motu: tanto quidem plus, quanto magis erunt propè medium: ita hoc non per ſe, ſed ob impedimentum eſt. Alexander autem ut Auerro. authoritate Themi. narrat, arguit ſic, ſi cauſa quietis terræ eſt æquidiſtare à circunferentia cœli: tunc cauſa motus terræ ad medium eſſet æqdiſtare à cœlo. tenet conſequētia quia una eadem eſt cauſa finis, & mediorum in finem: quare cum quies ſit finis, & motus ad medium ſit ordinatus in quietem: ſi æquidiſtantia eſt cauſa quietis: erit etiam cauſa motus. at æquidiſtātia nō eſt cauſa motus ad medium. igitur nec quietis: hæc Alexan. Ex his uidetur Alexan. talem uoluiſſe conſequentiam. æquidiſtantia non eſt cauſa motus terræ ad medium. igitur non eſt cauſa quietis terræ in medio. Obiicit huic Themi. quia non ualet uiſus non eſt cauſa ambulationis. igitur non eſt cauſa uiſionis, & in propoſito non ualebit æquidiſtantia nō eſt cauſa motus terræ ad medium. igitur non eſt cauſa quietis: eo quia quies & motus ſunt diſperata, & ita ſtat aliquid eſſe cauſam quietis, quod non eſt cauſa motus. eſt enim ut Themī. inquit. Hæc regula quod quorum cauſę eædem ſunt: ēt ipſa ſunt eadem, & ſic non ualet. Secundo obiicit Themiſtius ei qđ Ariſ. & Alexan dixit, ꝙ uidelicet cauſa motus & quietis terræ in medio: eſt grauitas. nam ſi grauitas eſt cauſa motus ad medium: igitur quādo graue erit in medio, uel non erit amplius graue, aut grauitas non erit cauſa quietis: primum eſt impoſſibile. eſt enim eſſentiale terrę eſſe graue. & ita grauitas non erit cauſa quietis terræ in medio. Ex his dat Themiſtius cauſam motus eſſe exitum ab æquidiſtātia. cauſam uero quietis eſſe grauitatem æquidiſtātem. & ita uult Themiſtius tria. Primum eſt conſequentiam illam non ualere, æquiſtantia non eſt cauſa motus terrę in medium. igitur nec quietis. Secundo uult grauitatem nec motus nec quiętis cauſam eſſe. Tertio uult cauſam quietis eſſe æquidiſtantiam: cauſam uero motus eſſe exitum ab æquiſtantia. Hæc

Expoſitio. Alexan. Obiectio Them̄.

Q

Pō Them̄

Themiſtius

A Themiſtius ut narrat Auerro. Huic poſitioni obiecit Auerroes. nam una eſt cauſa finis & ordinati in finem, & econuerſo. ſed motus eſt ordinatus in finem, & quies eſt finis motus: igitur una eſt cauſa utriuſq; igitur ſi aliquod principium eſt cauſa motus terræ ad medium cum aliqua diſpoſitione: idē erit cauſa quietis in medio cum diuerſa diſpoſitione, & ita grauitas eſt cauſa motus in medium cum hac diſpoſitione, quæ eſt eſſe extra medium, quietis autem cum hac diſpoſitione quia eſt in medio. Tunc ad rationes Themiſtii ſoluit Auerroes & uult non eſſe inconueniens: unam eandemque cauſam eſſe diuerſorum effectuum inuicem ordinatorum diſpoſitione diuerſa. ut grauitas eſt cauſa motus ad medium cum hac diſpoſitione, quæ eſt eſſe extra medium. Et eadem eſt cauſa quietis cum hac diſpoſitione, quæ eſt eſſe cum medio. Ex his contra Themiſtium ſequitur, quia ipſe uſus eſt diſpoſitione agentis pro agente: utitur enim æquidiſtantia pro agente quietem, & exitu ab æquidiſtantia pro agente motum, quod eſt impoſſibile. æquidiſtantia enim diſpoſitio

B eſt agentis pro quiete. exitus ab æquidiſtantia diſpoſitio pro motu. Errauit igitur Themiſtius in logica dupliciter. Primo per fallaciam ſecundum quid ad ſimpliciter: eſſe enim extra medium eſt cauſa ſecundum quid. & eſſe graue eſt cauſa ſimpliciter. Secundo per fallaciam accidentis. Nam eſſe extra locum eſt cauſa per accidens motus. ſed graue per ſe. & quòd tales diſpoſitiones ſint non per ſe nec ſimpliciter: probat, ga ſi eſſent cauſæ per ſe & ſimpliciter: tunc inuenirentur ſemper cum graui tam in medio quàm extra medium cōſtituto. quod enim per ſe & ſimpliciter cauſa eſt alicuius: nunquam ab illo ſeparatur, & ſic quando Ariſtote dicet grauitatem eſſe cauſam motus & quietis: loquitur de ipſa ſumpta cum diſpoſitionibus contrariis. ueluti nauta ſua præſentia ſalutis nauis cauſa eſt: abſentia uero ſubmerſionis. Ex his patet uis rationis Ariſtote. ſi æquidiſtantia eſt cauſa quietis per ſe & ſimpliciter: (ut dixerunt antiqui) tunc ipſa etiam eſſet cauſa motus ad medium. at cum illa non ſit cauſa motus: igit nec quietis. Hæc pro Alexandro & Ariſtotele Auerroes elaborauit. Debes ſcire quòd ego non uidi Themiſtium nec hæc

C legi in Alexandro: ſcio tamen nec expoſitionem Auerro. nec illam quam Alexandro tribuit conuenire uerbis græcis. propterea non confido. ea tamen quæ dixit ſunt ſubtiliter dicta.

Ex his Auerrois dictis colliguntur duo, quorum primum eſt grauitatem eſſe cauſam motus ad medium per hanc diſpoſitionem, quæ eſt eſſe extra medium: & quietis per aliam uidelicet per æquidiſtare à cœlo. Secundum eſt quòd idem eſt agens ordinatorum in finem & ipſius finis, & econtra.

Contra primum arguitur. Moueri ad medium eſt naturale graui: eſſe uero extra medium, eſt eidem uiolentum: modo arguo. Nullum agens naturale & per ſe agit effectum naturalem mediante diſpoſitione uiolenta. diſpoſitio enim & finis diſpoſitionis eiuſdem ſumit naturalitatis. igitur graue non agit motum ad medium mediante illa diſpoſitione. Secundo. Nullum agens per ſe utitur diuerſis diſpoſitionibus poſitiuis nec ad unum nec ad oppoſitos effectus, quoniam una natura non utitur niſi uno inſtrumento ut dicitur tertio

D de anima commen. quinto. Contra ſecundum etiam dubitatur quoniam agentia naturalia ut homines ſunt cauſæ diſpoſitionum facientium prō anima rationali, & deus agit eā in materia: uel ſaltem de foris accedit ſecundum Ariſtotelē. Secundo (ut dicitur ſecundo phyſicorum) artes ſeruientes agunt diſpoſitiones ut adolatiuæ: architectonicę uero & principales inducunt finem: tertio ſenſilia agunt ipſa phantaſmata, & phantaſmata diſponunt intellectum pro intellectione, & tamen intellectus agens facit intellectionem: alias obiectiones omitto. Ad hæc dici poteſt aliquem effectum poſſe eſſe naturalem dupliciter: eſſentialiter ut riſibile homini, & accidentaliter ut motus grauis, & riſus homini. diceret Auerroes ad primum, non eſſe abſurdum aliquem effectū naturalem accidentaliter proficiſci ab aliquo agente mediāte diſpoſitione prꝛter naturali. Sed bene eſſet abſurdum de effectu naturali eſſentialiter. Sed replicabis, cuicunq; repugnat conſequens: eidem repugnat antecedens. Sed eſſe extra medium repugnat graui: igitur moueri ad medium. ſeſe E habent enim hæc ut antecedens & conſequens: ſequitur enim graue mouetur ad medium: igitur eſt extra medium.

Dici poteſt illud eſſe uerum in repugnantia logica, & non in repugnantia naturali: ſtat enim conſequens repugnare alicui naturaliter, & non logice, ut in propoſito. Ad ſecūdum principale dici poteſt, nullum agens uti diuerſis diſpoſitionibus quando illæ non eſſent ſubordinatę. modo illæ diſpoſitiones ſunt ſubordinatæ uti effectus uidelicet motus & quies. Ad ſecundam dubitationem apud Auerroem dici oportet illam propoſitionem eſſe ueram in actione naturali, & non uoluntaria, & ſic ceſſat ratio de artibus. corporea & non intellectuali, ſiue ſpirituali, & ſic ceſſat ratio de intellectu & ipſo phantaſmate. tam etſi de intellectione aliter dicam in libro de intellectu: nunc loquor ſecundum communem opinionem. De rationali anima apud Auerroem oportet concedere illam traduci ex ſemine: licet hæc poſitio ſit purus error ut in libro de intellectu diſputauimus. Auerroes F tamen putat animam rationalem traduci ex ſemine patris, & matris hoc argumento, pater & mater, & ſol poſſunt inducere omnes diſpoſitiones pro rationali anima. igitur poſſunt generare illam, quia idem agens eſt diſponens & generans, & in actione naturali & corporea ut habet ubiq;, & maxime contra Auicennam de colcodea ſeptima metaphyſica. commen. 31. Et deceptus fuit. aliud enim eſt diſponere ad unionem, & aliud ad eſſe ſiue productionem: pater enī & mater atque ſol non ad eſſe ſiue productionem rationalis animæ diſponunt: illa enim immediate eſt à deo, ſed ad unionem. propterea ſunt cauſæ unionis, & non eſſentiæ ſiue productionis, quod Auerro. ignorauit. ſed ut dixi de his ſatis ample in libro de intellectu. nunc uero ſit dictum in tantum.

Etiam abſurdum eſt hoc de terra quærere cur nam maneat in medio: de igne uero non quærere: cur nam in extremo quieſcit. nam ſi & illi locus extremus naturalis eſt: patet & terræ locum aliquem G natura competere neceſſarium eſt.

Tertio oſtendit Anaximandri poſitionem eſſe inſufficientem: nam inconueniens eſt quærere cur nam terra in medio Expoſitio quieſcit, & non quærere cur nam ignis in ſummo, quia ſi illic natura ſtet ignis. eadem ratione ſtabit terræ natura in medio. conuenit enim ei locus aliquis naturalis. hæc enim ratio ualet per regulam topicam uidelicet contrariorum ſi unū eſt alteri contrariorum naturale, & alterum alteri naturale erit. quare cum terra & ignis ſunt contraria: etiam locus ſurſum & deorſum ſunt contrarii: ſequitur quòd ſi locus ſurſum eſt naturalis igni: locus deorſum erit naturalis terræ. & ſic patet inſufficientia rationis.

Qꝛ colligunt de mẽte Auer.

Inſuper etiam ſi iſte locus ſibi non eſt: Sed ob ſimilitudinis neceſſitatem (ueluti ea quæ de capillo eſt ratio, quòd non diffringatur, cum uehementer quidem: ſimiliter autem utraque ex parte tenditur. itemq; ea quæ de ſitiente uehementerq; eſuriente affertur, cunq; pariter æque à cibis potibuſq; diſtauerint: quieſcat enim & hoc neceſſarium eſt) quærendum eſt de ignis quiete, quæ in extremis eſt. H

Quarto arguit, ſi iſte locus ſibi nō eſt naturalis, ſed ob ſimilitudinis neceſſitatem quā ad extrema habet eſt, quærendum Expoſitio. eſt de ignis quiete, quæ in extremis eſt: quare magis illic quā alibi, & quare illic, quod non aſſignant, & eſt legenda litera cum parentheſi: interponit enim rationes ſophiſtarum: quibus probabant capillum non poſſe frangi ſi utraq; ex parte trahatur. nec ſitiens & eſuriens poſſe moueri ſi ex una parte potus: ex altera cibus collocetur. eodem modo uidetur accidere his qui terram hoc modo locant. uidentur enim locare illam pro hoc quia ad neutram partem magis, quàm ad alteram trahitur. Inquit. Inſuper etiam ſi iſte locus ſibi non eſt naturalis, ſed ob ſimilitudinis neceſſitatem ſibi competens: hic fiat parentheſis, & tunc accede ad finem illius hoc modo

I quærendum eſt de ignis quiete, quæ in extremis eſt quã ob cauſam illic eſt. uidetur enim accidere his ueluti ea quæ de capillo eſt ratio, ꝙ non diffringatur cum uehementer æqualiter utracꝫ ex parte trahitur. & de eo qui ſimul æqualiter ſitit & eſurit, quando cibus ex una & potus ex alia parte collocetur. Hęc Ariſto. Animaduerte de mente Auerro Ariſtotelem ut Auerroes ait hæc exempla aſſumpſiſſe ad oſtendendum terram æqualiter tractam à circunferentia cœli non diuidi. Secundo debes ſcire exemplum de capillo eſſe falſum: quia ut Auerroes ait, aut potentiæ trahentium ſunt fortiores reſiſtentia capilli, & ita capillus ſcindetur. uel minores, & ita non ſcindetur. & quia potentiæ cœli ſunt fortiores reſiſtentia terræ tractæ: igitur terra ſcindetur. Tertio debes ſcire ꝙ Themiſtius probat ꝙ terra non ſcindetur, quia tractus omni ex parte eſt conſimilis. igitur non magis in altera parte ꝙꝫ altera diuideretur. cui reſpondet Auerroes ꝙ diuideretur in medio: nam ab æquali tractu ſequitur ęqualis diuiſio. eſt autem æqualis diuiſio in medio, quia ibi potentiæ trahentium K uniuntur, & ſic ex illo æquali tractu diuiſio erit æqualis, & in medio. Ad rationem de eo qui ſimul eſurit & ſitit: dici poteſt licet Auerroes non. reſpondeat: canem talem ad alterum moueri utpote ad id: cuius phantaſma fortius moueret imaginatiuam uim. & quia habere maius phantaſma: eſt cõtingit: ideo ad quodlibet moueri. ꝙ ſi cætera eſſent paria etiam ex parte phantaſmatis: moueretur ab intelligentia nõ errante: uel reſpondetur.

Quæ auer. comẽ. 93.

Expoſitio. Et etiam mirabile eſt de quiete quidem ipſorum quærere: de motu uero, non quærere, quam ob cauſam alterum ſurſum: alterum ad medium fertur: ſi nihil impedit.

Quinto deficiunt quia laborant in quærendo cauſam getis terræ, & non in quærendo cauſam motus: cum de utroque ſit quæſtio non parua. igitur omni ex parte uidentur inſufficientes.

Præterea etiam nec uerum eſt quod dicitur: per L accidens tamen hoc uerum eſt: neceſſarium eſſe id omne in medio quieſcere: cui non magis huc quàm illuc moueri competit. propter hanc enim rationem non quieſcit: ſed mouebitur: non tamen totum ſed diſſectum.

Expoſitio. Sexto reprobat opinionem illam quia uidetur committere fallaciam accidentis: ſiue fallaciam ſecũdum quid & ſimpliciter: non enim eſt per ſe uerum ac ſimpliciter ut omne poſitum in medio: cui non magis huc quàm illuc moueri competit, ipſum ſimpliciter quieſcat. poterit enim moueri nõ totum huc & illuc, ſed ſectum per unam partem quidem illuc: per alteram uero huc. per accidens tamẽ eſſe poteſt, ut ſi corpus tale quod in medio ponitur: eſſet infrangibile, atque ita durum ut diuidi non poſſet, uel quia eſſet indiuiſibile. Auer roes autem ſic format hanc rationem, partes terræ nõ æqui diſtant à circũferentia, & potentia cœli in trahendo eſt pollentior reſiſtentia terræ. igitur in tanto tempore eſſet diuiſa. Sed dices cur Ariſto. non addidit in antecedente, ſecundam propoſitionem, uidelicet ꝙ potentia cœli ſit pollentior reſiſtentia terræ: Reſpondet Ariſtote. non addidiſſe illam, quia M omnibus eſt nota. omnes enim ſciunt potentiã cœli in trahẽdo eſſe fortiorem, quã illam terræ in reſiſtendo. confirmatur hoc quia collectio partium terræ in medio fuit uiolenta, & ſic tendunt partes ad motum uerſus circũferentiam. ſecũdo nonnullæ partes terræ ut montes ſunt cœlo propinquiores: adeo ut uideantur à terra ſeparatę: igitur ſaltem hi traherent à cœlo. Hæc Auer. Themiſ. uero reſpondet Ariſto. præſuppoſuiſſe terram natam eſſe moueri à medio: quo ſequitur ipſam diuidi. at apud ueteres res non eſt hoc modo. Cui Auerroes dicit hanc reſponſionem eſſe ueram uel prope ueram. Nam terra propter æquidiſtantiam à cœli partibus & ſummam à cœlo diſtãtiam: frigida eſt, & quia eſt frigida: eſt grauis, & quia grauis: quieſcit in medio. ſic igitur quatenus hæc poſitio uult remotionem terræ à cœlo eſſe cauſam grauitatis & per conſequens quietis: recte ſentit. quatenus uero uult æquidiſtantiam eſſe cauſam talis: non recte ſentit. ſed quic- N quid ſit de ueritate: omninò Themiſtius errat, quia non apparet ex uerbis antiquorum hæc ſolutio. Occurres: nam in Dubitatio quarto huius dicitur cauſam grauitatis terræ eſſe formã eius ſubſtantialem mediantibus frigiditate & ſiccitate. igitur nõ diſtantia à cœlo. Dici poteſt diſtantiam non eſſe cauſam Solutio principalem, ſed concauſam: Totalis enim cauſa & principalis eſt forma cum qualitatibus. nonnulli fingunt duplicem eſſe grauitatem uidelicet naturalem, & accidentalem: naturalem quidem proficiſci dicunt à forma & qualitatibus primis. accidentalẽ uero à diſtantia à cœlo, ſed de re hac in. 4.

Eadem enim & in igne ratio aſſignabitur: neceſſe eſt enim ſi in medio ſit poſitus: ſimiliter quieſcere perinde atcꝫ terram. quippe cum pariter ad quoduis punctorum extremorum ſeſe habeat. & tamen è me- O dio ipſo mouebitur ueluti & ferri ad extremum cernitur, niſi aliquid impediat: non tamẽ totus ad unũ punctum fertur. (hoc enim duntaxat euenire ob eã quæ eſt de ſimilitudine rationem neceſſe eſt): ſed eius partem ſecundum proportionẽ ad extremi partem ſecundum proportionem. dico autem ut quartam partem ad quartam continentis partem. nullũ ſiquidem corporum punctum ſit.

Credunt nonnulli hic poni ſeptimam rationem, quod nõ Expoſitio. placet: potius enim quod dixit de terra: explanat per ſimile in igne dictum enim eſt terram in medio poſitam, ſi traheret æqualiter à cœli partibus tandem ſecari: hoc confirmat per ſimile in igne, & inquit Eadẽ enim & in igne ratio aſſignabitur. neceſſe eſt enim ſi in medio ſit poſitus: ſimiliter quieſcere perinde atcꝫ terram. quippe cum pariter ad quoduis cœli punctorum extremorum ſeſe habet: ueluti & ipſa terra: at P oſtendit hoc non poſſe eſſe in igne, ut inferat nec poſſe eſſe in terra, & inquit. Et tamen è medio ipſo mouebitur. ueluti nũc & ferri ad extremum cernitur, ubi non eſt in medio: niſi aliquid impediat. non tamen totus ad unum cœli punctum fertur. & hoc (ut ait) concludit dicta ratio uidelicet ꝙ non fertur totus ad unum punctum cœli, uel ad diuerſa cœli pũcta inſimul: cum quo tamen ſtat partem eius ferri in partem, ut quartam eius ferri in quartam cœli partem. & hoc ſequitur ſi corpus nullum ſit punctum, & nec ignis poſitus in medio ſit indiuiſibile, ut conceſſit Democritus dari corpora indiuiſibilia, & ſic patet terra diuidi pro ratione partium trahẽtiũ. ueluti & de igne contingit.

Vt autem ex magno minorem in locum mutari poteſt, ſi condenſetur: ita quoꝫ in magnum ex parUo, ſi rarefiat. quare etiam terra hoc pacto mouebit à medio ob rationis ſimilitudinem: ſi non fuerit ter Q ræ naturalis locus hic. quæ igitur de figura, loco, quiete, motu eius putantur: tot fere ſunt.

Concluſit Ariſ. ignem illum in medio poſitum moueri ꝑ Expoſitio. diuiſionem pãrtium in partes cœli, & terram eodem modo: obijciet nunc aliquis: plures ſunt cœli partes ꝙꝫ illæ terręuel ignis. igitur non poteſt ignis uel terra diuidi, ꝑ partibus cœli reſpondet terram uel ignem rarefieri imaginãdo ipſum ex paruo loco rarefieri ad maiorem: ueluti in prima mundi genitura tota terra erat rarefacta per totum cœlum quaſi diſſeminata, & deinde fuit coadunata ad medium mundi, & in paruam molem reductam. igitur ut terra potuit ex raro fieri denſa: ſic econtra ex denſa rarefieri, & totum cœlum occupare. & ſic tollitur cauillus hic. Auerro. uero hunc tex. reſoluit Quę auer. cõmẽ. 95. ad enthymema hoc pacto, ſi terra collocaꝫ in medio ob ęqdiſtantiam, terra in medio rarefieret. at impoſſibile eſt terram rarefieri. igitur impoſſibile eſt ipſam eſſe in medio ob ęqdiſtantiam. Obiicit huic Themi. ut narrat Auer. & primo ꝙ conſequentia nõ ualet, ꝙa per unã eandẽꝙꝫ cãm terra in medio quieſcit, & non rarefit, quę cã eſt nobis occulta. & ꝓpea ꝓntia nulla eſt: niſi declareꝫ nihil poſſe ipedire rarefactionẽ. Obiectio Themi.

Secundo

A Secundo obijcit, quia rarefactio & latio non ſeſe concomitantur. ſtat enim terram quæ quieſcit in medio: rarefieri, & non ferri, ueluti ſtat ipſam alterari & non ferri a medio: & ſic rarefactio & latio res ſunt penitus diſperatæ, & ita ab una ad alteram, nec affirmatiue, nec negatiue ualet argumẽtum. Tertio obijcit, quia ſtat ipſam nõ rarefieri & ſtare in medio: ſtat enim per æquidiſtantiam: non rarefit uero, quia undiq; æqualiter trahitur. Quarto obijcit, quia ignotũ eſt, unde terra rarefiat, & ſic nihil concludit. Hæc Themi. ad-
Sol. Auer. uerſus rationem Ariſto. Reſpondet Auer. & primo refellit Themiſtium quo ad illud quod dixit de cauſa nõ rarefactionis: dixit enim unam cauſam eſſe per quam terra non rarefiat, & per quam non mouetur, quę tamen cauſa occulta eſt, quia non æquidiſtãtia eſt, ſed alia ignota, hæc enim fuit prima replica Themiſtij: obijcit Auer. ſi æquidiſtantia non eſt cauſa quietis: nec eſt cauſa non rarefactionis: ad quid aſſignatur cauſa illius: cum non ſit cauſa illius cauſati: nec conuertibilis cum illo. Videtur igitur ratio Anaximandri committere fallaciam non cauſæ ut cauſa. Hæc ad primum. Re
B ſpondet deinde ad tertiam: in qua dixit Themi. rarefactionẽ & lationem non ſibi correſpondere: cum poſſit intelligi terram rarefieri, & non moueri e medio, & ita non ſequitur. Vult Auerro. Ariſto. non argumentatum eſſe a deſtructione antecedentis, ut putat Themiſ. ſed a deſtructione conſequẽtis hoc pacto, ſi terra eſſet in medio per æquidiſtantiam: terra rarefieret. Sed terram impoſſibile eſt rarefieri: igitur impoſſibile eſt eſſe in medio per æquidiſtantiam, & probat Auer. ipſam non poſſe rarefieri. Tum primo, quia ſi poſſe rarefieri: eſſet ſumme rarefacta, & ſic nec poſſet augeri, nec minui. Tum ſecũdo: quia tunc in tanto tempore eſſet diuulſa: & ita terra non poteſt rarefieri, quare nec per æquidiſtãtiam locari. Ariſtoteles igitur oſtendit terram non poſſe rarefieri, & non oſtendit q; ſi rarefit: mouetur extra centrum. arguit enim a deſtructione conſequentis, & non a conſtructione conſequentis. Errat igitur Themi. dum credit Ariſto. ſic argumentatum eſſe a poſitione conſequentis. & ſic ad tertium. Deinde reſpondet Auer. ad quartum: dixit enim Themiſ. terram rarefieri eẽ occultum, at Auer. dicit terrã rarefieri
C eſſe manifeſtum, eo quia cauſa rarefactionis eſt æqualis impetus terræ ad partes circunferentiæ. igitur ſi patet terrã nõ moueri ob æquidiſtantiam, patet ipſam rarefieri propter eãdem cauſam. cæteras omittit, quia ex his patent. Et demũ Auer. ponit fundamentum Themi. qui uult omnes rationes fundari in hoc q; aliud eſt eſſe cauſam quietis ſimpliciter in eo q; quies. & aliud quietis in medio, & ita uult æquidiſtantiam non eſſe cauſam quietis terræ ſimpliciter, ſed quietis in medio. Cui Auer. obijcit, dicit hęc non eſſe manifeſta per uerba antiquorum. Ego uero digreſſionem non eſſe ad propoſitum. non enim Ariſto. in uerbis ultimis textus argumẽtatus eſt: ſed potius obiectioni ſibi factę reſpondit, ut uiſum eſt. Et pręterea ego Themi. non uidi. propterea credo ut male ab Auer. translatum male ab eo eſſe intellectum.

Sed quicquid ſit, dubitatur, utrum æquidiſtantia ſit aliquo modo cauſa locationis terrę in medio, & uidetur q; nõ
D nulla relatio eſt cauſa abſoluti. æquidiſtantia eſt relatio & collocatio terræ eſt quid abſolutum. Secundo, nullum ens rationis eſt cã entis realis. Sed æquidiſtare eſt ens ab anima. locus uero eſt res extra animam. q; æquidiſtãtia ſit ens rationis: patet quia eſt quædam menſura. Tertio dubitatur, quia uidetur Auer. ſibi contrarius. nam in commen. 92. dixit æquidiſtantiam eſſe cauſam diſpoſitiuam quietis, in cõmen. uero. 94. dixit eſſe cauſam remotam pro quanto eſt cã frigoris, quod frigus eſt grauitatis cauſa. & graue cauſa quietis terræ. modo hæc uidentur ualde remota: non enim cauſa cauſæ eſt diſpoſitio illi. quare ſi æquidiſtantia eſt cauſa grauitatis: non eſt diſpoſitio illi: ut ſit cauſa lationis terrę. & ita uidetur ſumma cõtradictio. Dici poteſt q; diſpoſitio apud Auer. qñq; intelligitur pro præparatione, modo quo qualitates & quantitates ſunt diſpoſitiones pro forma: quandoq; pro concomitante & cauſa ſine qua non, & hoc modo dicimus diſgregatiuum uiſus eſſe diſpoſitionem alibi, quia nõ poteſt eſſe, quin diſgreget uiſum. Ad propoſitum dico q; capiendo diſpoſitionem, non pro præparatione, ſed pro cauſa ſine qua non, ſic æquidiſtantia eſt diſpoſitio quietis terræ in medio, quia non poteſt quieſcere, niſi æquidiſtet. Similiter & inæqualiter diſtare diſpoſitio motus. capiendo uero diſpoſitionem pro præparatione, ſic nec æquidiſtantia eſt diſpoſitio ad quietem: nec inęqualiter diſtare ad motũ. Ad rationes, ad primam dici poteſt æquidiſtantiam: quo quidẽ ad rationem menſuræ eſſe ens rationis, & hoc modo, nec eſt diſpoſitio: nec cauſa. quo uero ad rationem quanti, eſt cã ſine qua non. Ad ſecundum ſimiliter quo ad rationem quãti eſt abſolutum quoddam. quo uero ad rationem menſuræ eſt relatio. de contradictione dici poteſt, q; diſtantia a cœlo ſiue æquidiſtare a cœlo, non eſt cauſa grauitatis poſitiue: ſed priuatiue, quæ conſurgit per non calefieri. Et hoc ſat eſt. E

Nos autem agamus primo, an motum habeat, an maneat. nam ueluti diximus, nonnulli ipſam unam F
ſtellarum fecerunt. nonnulli uero eam in medio collocantes, uolui & moueri circa medium polum tradidere. eſſe uero hoc impoſſibile patet. Sumentibus principium, ſi fertur, ſiue extra medium ſiue circa medium, neceſſarium eſſe hoc motu ui ferri. non enim ipſius terræ eſt motus. etenim unaquęq; partium hanc habet lationem. quippe cum nũc omnes in rectum ferantur ad medium. quãpropter cum motus terræ uiolentus ſit præterq; naturam: impoſſibile eſt perpetuum ipſum eſſe. at ordo mundi perpetuus eſt.

His confutatis, nouum facit principium in quo ueritatem **Expoſitio.**
problematis determinabit, & primo repetit problema, & inquit Nos autem agamus primo: an motum habeat, an maneat. Et cauſam quæſtionis breuiter repetit. d. Nam ueluti diximus nonnulli ipſam unam ſtellarum fecerunt, ut primi Pythagorei nõnulli non ſtellam, ſed in medio eã collocãtes G
uolui & moueri circa medium polum hoc eſt circa axẽ mediam tradidere, ut attributum fuit Platoni, & Heraclytus ponticus opinatus eſt. Sed Ariſto. mox contra hos hypothetice ſyllogizat a deſtructione conſequentis hoc modo, ſi terra mouetur, ſiue a medio: ſiue circa medium, omnino ipſa uiolenter mouetur. deſtruitur conſequens & primo deducit conſequentia, per hoc, quia quælibet terrę pars circa medium, uel a medio uiolenter mouetur. igitur & tota, quia una eſt totius & partis ratio. Deinde deſtruitur conſequens per hoc, quia tunc motus terræ non eſſet perpetuus: cuius contrarium autumant propter ordinem mundi perpetuũ.

Quod uero ad uerba græca attinet, debes ſcire Ariſtotelẽ **Quę auer. cõm. 96.**
ſic, dicere: nonnulli uero eam in medio collocantes: uolui & moueri circa medium polum tradidere. polus enim ſcribitur græce, & in translationibus quas Auerroes habebat: ſcribitur corpus medium. & tunc Auerroes per corpus medium intelligit corpus continens terram, quod ideo in medio collocatur, quia eſt intra cœlum: & circa hoc moueri antiqui dixerunt terram. Secundo exponit per corpus quoddã H
corpus intra terram contentum circa quod reuoluitur. Tertio per corpus medium intelligit centrum, quod ipſe magis affirmat: quia hoc uidetur ad mentem Platonis in Timæo. Sed iſtæ expoſitiones Auerrois friuolę ſunt. Prima quidem **Cõfutatio expõnis Auer.**
& ſecundo, quia nemo uoluit illam poſitionem: narrauit enim poſitiones omnes, & nunc repetit illas: modo antea nullus eſt explicatus ſic protuliſſe. Tertia uero cõtra eſt uerbum græcum: polus enim græce trifariam ſumi conſueuit, ut Simplicius ſuperius narrauit, nonnunquam pro cœlo ipſo, nonnunquam pro cœli uertice, nonnunq; pro axe mundi tranſeunte per centrum terræ ad uertices terminata. Propterea expoſitiones hæ ſuperfluæ ſunt: procedentes ex malis translationibus.

Præterea omnia quæ orbiculari latione ferũtur, poſt relinqui uidentur, pluribuſq; una latione mo/

I ueri, præter primam ſphęram. quare & terram, ſiue circa medium, ſiue in medio ſit poſita duabus latio nibus moueri neceſſarium eſt. hoc autem ſi accidat, progreſſiones, regreſſioneſq; fixarum ſtellarum fieri neceſſarium eſt. at hoc non uidetur fieri: ſed eædem eiſdem in locis ipſius ſemper exoriuntur occiduntque.

Commen. Secundo arguit Ariſtoteles: & licet ratio poſſit componi multis modis, compono illam ſic, omne quod motu orbiculari mouetur præter primam ſphæram duobus ad minus motibus mouetur, uidelicet diurno et proprio. Sed terra per ſe mouetur motu orbiculari: & præter primam lationem. igitur mouebitur ad minus duobus motibus, uidelicet diurno & proprio. Concluſio eſt falſa: et non propter ſyllogiſmum. igitur ob propoſitiones, & non propter maiorem: fuit enim illa declarata ſuperius. igitur propter minorem, & ſic habetur oppoſitum minoris, uidelicet q; terra non mouetur. Q

K uero cõcluſio ſit falſa: declaratur. ubi enim terra duplici motu moueretur. ſtellæ fixæ, quæ non habent, niſi unicum motum apud Ariſtotelem, uidelicet diurnum, non ſemper ueruſus eãdem terrę partem orirẽtur, terra enim moueret obliquę ueluti ſtellæ per cõdiacum, hoc enim modo mouentur oẽs planetæ motibus proprijs, & ſic ſtella quę oriretur iuxta æquinoctium uno tempore: alio oriretur longius. Hoc autẽ eſt contra obſeruationem. ſemper enim cor leonis ortum fecit ad eundem punctum ſecundum obſeruationem motus fixarum, quæ erat temporibus Ariſtotelis. Auerroes uero per duplicem motum, quo terra moueretur: intelligit motũ in longitudine, & in latitudine, quos tribuiſſe terræ ueteres aſſerit: & tunc iuxta hoc non eſt dubia ratio Ariſtotelis. cum enim terra eſſet egreſſa a loco priori, ſtella fixa quæ feciſſet ortum ad a. punctum: faceret ad b. Sed hoc quod dicit Auerroes, nimis remotum eſt, primo enim an antiqui hoc uoluerint, non apparet. Secundo rationem Ariſtotelis nimis infirmat, quia eſſet ſolum ratio ad hominem. At Ariſtote. uidetur arguere ſimpliciter, & propterea exponendus eſt locus iſte, ut diximus.

Quæ auer. cõmẽ. 97. Cõfutatio Eorum quę Auer. dicit.

L Prætetea partium & totius eadem eſt ad mediũ uniuerſi latio naturalis.

Expoſitio. Tertio arguit partium totiuſq; eadem eſt ad eundem locum latio. at partes terræ naturali latione ad medium totius mundi feruntur. igitur & tota terra etiam ad medium ferretur.

Verum, quia hoc eſt: ſi ipſa nunc in centro fixa iacet dubitabit profecto quiſpiã cum idem ſit utrorumq; medium, ad pondus habentia & terræ partes, ad utrum naturaliter ferantur, utrum quia eſt uniuerſi: an quia terræ medium eſt? ad medium itaq; quatenus eſt uniuerſi ferri neceſſe eſt. etenim leuia atque ignis in contrarium terræ ponderibus cum feratur: ad ultimum locum qui medium continet feruntur.

Expoſitio. Mouet conſequenter dubitationem: concluſum enim eſt terram & particulas terræ ad medium moueri, & in medio

M ſixa iacere: propterea quærit, utrum grauia & leuia & particulæ grauium & leuium moueantur ad medium ſiue centrum, quatenus eſt medium mundi, an quatenus eſt mediũ terræ, eſt enim idem terræ & mundi medium. Reſpondet hæc grauia moueri ad medium, ſiue centrum quo centrum eſt mundi medium, & non quo eſt terræ medium. probat hoc loco a cõtrario, nam contrariorum contrarij ſunt motus, loca, & rationes mouendi & locandi, ſed leuia & ignis mõuentur ad extremum locum mundi, quatenus eſt extremus mundi locus. igitur & terra & eius partes mouebuntur ad centrum, quod eſt mundi medium. Auerroes uero aliter, probat, quia ſi terra moueretur ad medium mundi, non quidẽ quo medium eſt mundi, ſed quo eſt terræ, tunc ignis deberet moueri ad circunferentiam terrę. cõſequens eſt falſum,

Quæ auer. cõm. 99.


conſequentia uero tenet: nam cum ignis & terra ſint contraria, locus ad quem mouetur ignis, debet eſſe contrarius loco ad quem mouetur terra. & ita ſi terra mouetur ad centrum, ut eſt medium terræ: ignis debet moueri ad circunferentiam ut eſt terræ. oppoſita nanq; debent eſſe circa idem. centrum enim ut medium terræ non opponitur circunferentiæ ut eſt mundi, quia mundus & terra non ſunt idem. igitur opponitur ad circunferentiam ut eſt eiuſdem terrę. Hęc Auerro. & bene. N

Accidit autem idem medium eſſe terrę ac uniuerſi, quo fit ut ferãtur etiam pondera ipſa ad medium terrę, ſed per accidens, quatenus terra medium ſuũ habet in ipſo uniuerſi medio.

Expoſitio. Poſſes fortaſſe obijcere utrũ particulæ terræ aliquo modo dici poſſint moueri ad centrum ſiue ad medium terræ. Cui Ariſt. reſpondet per accidens particulas terræ poſſe dici moueri ad medium terrę. Dico per accidens, quatenus accidit unum & idem eſſe medium terræ & mundi. Addit & Auerro. bonam rationem, dicens hoc eſſe, quia ad eundem locum partes & totum mouentur. at tota terra non ad medium mouetur, quatenus eſt medium terræ, quia ſic alibi poſſet terra moueri, ſed quatenus eſt medium mundi. igitur & particulæ eodem modo mouebuntur ad medium mundi, non ea ratione, qua eſt terræ medium, ſed medium ſimpliciter. O

Quę auer. cõmẽ. 100.

Ferri autem grauia & ad ipſius terræ medium, ſignum eſt, quia grauia quæ ad hanc feruntur: non æquidiſtantia feruntur: ſed ad ſimiles angulos procumbunt. quare ad unum medium terræ uniuerſiq; feruntur.



P

Expoſitio. Sumpſit particulas terræ ferri ad medium terræ quatenus medium illud eſt mundi. & hoc probat a ſigno, quia omnes particulæ terræ ſi eſſent extra centrum, ut in a b. c. d. circunferentia, non æquidiſtantes feruntur ueluti per lineas paralellas, ſed ad ſimiles angulos procumbunt, ex parte q-

Q dem circunferentiæ, ad angulos rectos, ex parte uero centri m. ad angulum acutum. igitur omnes ad unum tendunt punctum.

Patet igitur terram neceſſario in medio eſſe, atque immobilem. Tum ob eas quas diximus cauſas. Tũ quia pondera quę ui ſurſum iaciuntur ad amuſſim in idem rurſus redeunt, & ſi in infinitum uis illa iaciat. patet igitur ex his: neq; moueri terram, neq; extra medium collocari.

Expoſitio. Quæ probata ſunt, nunc epilogat. Sed contra illam hypothetícam occurres, quia uidetur non ualere, ſi proijceret uirtus terram in infinitum ſurſum: illa in eundem locum rediret, quia ſi proijceret in infinitum: nunquam motus ceſſaret perere locum ſurſum. igitur nunquam rediret. Dici poteſt Ariſtotelem per infinitum intellexiſſe ſpatium ultra ſpatium mundi. uel forte conſequentia eſt bona, quia ex illo cõ

A ceſſo ſequitur utrunq; uidelicet redire, quia graue. & non redire, quia proijcitur in infinitum.

Ad hæc cauſa quietis ex his quæ dicta ſunt patet. Nam ſi apta eſt ad medium undique ſui natura ferri, ueluti apparet: & ignis a medio ad extremum rurſus: impoſſibile eſt quamuis ipſius particulam e medio ferri: ui non illata. quippe cum una eſt unius latio: & ſimplicis ſimplex, & non contrarię. at ea quę a medio ei quæ in medium, latio eſt contraria.

Expoſitio. Ex dictis concludit cauſam quietis terrę. Et primo de partibus terræ. Secundo de tota terra: & de partibus uult terrã ob eam cauſam eſſe in medio quieſcentem, ob quam naturaliter eſt apta ad medium moueri. Mouetur autem unaquęq; particula ad medium, ſui natura uel ſui forma. igitur & in medio quieſcit ſui natura uel ſui forma. non enim ut dicit idem ob eandem naturam contrarijs lationibus eſt aptũ moueri uidelicet latione a medio, & latione ad mediũ, quia
B hæ ſunt contrariæ, & nihil cõtrarijs motibus ferri poteſt ſui ipſius natura. quippe cum una eſt unius latio, & ſimplicis ſimplex, ut in lib. prio eſt prolixe diſputatum. Sic igit parti culæ quieſcunt in medio ſui natura, ueluti in medium mouẽ tur ſui natura. Et ſyllogiſmus literæ eſſe poteſt illic unumquodq; eo modo quieſcit quo mouetur. Sed particulæ gra
I. uis ſui natura mouentur ad medium. igitur particulæ grauis ſui natura quieſcunt in medium.

Si igitur quamuis particulam ferri non poteſt è medio, patet etiã magis fieri non poſſe, ut ex eodem uniuerſa feratur. quippe cum eo totum ſit aptum ferri, & quo & pars ſit apta ferri. quare ſi nec a ſuperioribus uiribus moueri poteſt, in medio profecto manere ipſam neceſſarium eſt.

Expoſitio. Hactenus q̃ particulæ terræ in medio quieſcant ſui natura ex dictis concluſit, nunc de tota terra idem infert dicens.
C ſi igitur quamuis particulam ferri non poteſt a mẽdio, patet etiam magis fieri non poſſe, ut ex eodem uniuerſa feraẽ: quod probat. d. quippe cum eo totũ ſit aptum ferri, quo & pars ſit apta ferri. propterea concludit: quare ſi nec a ſuperioribus uiribus moueri poteſt: in medio profecto manere ipſam neceſſarium eſt. dixit nec a ſuperioribus uiribus. quia ut dicitur in lib. de cauſa motus animalium, ſi omnes dij omneſq; deę uellent mouere terram, non poſſent, niſi facerent
Quæ auer. cõmẽ. 102. Cõfutatio dicti Auer. cœlum quieſcere. Auer. uero tex. aliter intelligere uidetur: uult enim Ariſtote. probaſſe terram quieſcere in medio per hoc ſignum, quia partes quieſcunt in medio. quæ expoſitio ſtare non poteſt, quia Ariſto. primo aſſignauit cauſam quietis in partibus terræ, per hoc, quia ſua natura ſunt aptæ moueri. Secundo aſſignauit cauſam quietis totius terræ, p hoc, quia una eſt ratio totius & partis, & in mouendo, et in quie
De ſyllogiſmi forma. ſcendo, ideo expoſitio Auer. non facit ad uerba Ariſto. Circa uero formam ſyllogiſmi laborat Auerro. ideo pro intellectu eorum quæ dicit, debes ſcire, Auerro. uelle ex tex. Ariſt. duos poſſe confici ſyllogiſmos: primus eſt, ſi partes terræ undiq; ſui natura feruntur ad medium mundi, terra p eius naturam quieſcit in medio, & tunc poſito antecedente, ſequitur poſitio conſequentis. Secundus ſyllogiſmus eſt, ſi ignis
D mouetur ſuijpſius natura ad circunferentiam, terra naturaliter & ſui natura quieſcit in medio, & iterum ut ſupra ponatur antecedens, & ſequitur poſitio conſequentis. uult igitur Auer. Ariſto. accepiſſe unum antecedens copulatum ex illis ambobus antecedentibus, ex quo poſtea dedit cõſequẽs intentum hoc modo, ſi terra omni ex parte ad medium, & ignis omni ex parte ad circunferentiam fertur: terra ipſa qę ſcit ſui natura in medio uniuerſi. at ponatur totum antecedens, & ſequetur concluſio dicta, & ſic ſyllogiſmum Auer. uoluit eſſe formandum. Themiſtius autem uoluit ſyllogiſmum eſſe formaudum per antecedens ſimplex non copulatum. Nam illud quod Ariſto. dixit de igne uoluit eſſe exẽplum, & non habere uim rationis. quanq; Auer. dicat illud q̃ Alex. dicit de igne eſſe ab errore translatoris, credens illud non reperiri in codicibus græcis, & quia hoc uidetur temerarium, qui enim debet a textu demere, uel addere, dẽt uidere librum in fonte: propterea ſeipſum corrigens redit ad primam expoſitionem Quæ res eſt non imperita. Occurres forte, quia in textu uidentur propoſitiones ſuperfluę: quarum prima eſt, motus ſimplex eſt corporis ſimplicis. Secunda, unus motus eſt unius corporis. Tertia, & cõtrarij nõ ſunt unius corporis. Hæ enim ſuperfluæ uidentur. Innuit Auerroes ſolutionem has non ſuperfluere, ſed eſſe utiles ad tria: prima ut habeatur terram nõ poſſe moueri, niſi uno motu: ſecundo ut habeatur q̃ hæc corpora ſint ſimplicia ueluti motus ipſorum. Tertio q̃ corpora ſint contraria ueluti & ipſorum motus. hæc Auerro. Tertio ex uerbis Auer. colligitur duplex cauſa quietis, uidelicet ſecundum formam & ſecundum finem, quieſcit enim terra in medio ſecundum formam quidem, quia ſua natura & ſua forma illic eſt apta gẽ ſcere. Secundum finem uero, quia niſi terra quieſceret, cœ
F lum non moueretur, ut igitur cœlum moueatur, ideo terra quieſcit: omne enim quod mouet indiget quieſcente. Quę rit poſtea, utrum poſſit aſſignari cauſa ſecundum agens, & reſpondet q̃ ſic, & hanc uult eſſe æquidiſtantiã a circunferẽtia cœli. Eſt enim æquidiſtantia cauſa frigiditatis, frigiditas uero cauſa grauitatis, grauitas autem cauſa quietis, & ſic ęq diſtantia dari põt ut cauſa effectiua, quod ueteres uoluerunt dicere, licet per fallaciam ſecundum quid, & ſimpliciter, & per fallaciam accidentis decipiebantur. aſſignari igitur poſſunt quieti terræ tres cauſæ, una quidem ut finis, uidelicet ob id quod cœlum mouetur. alia ut forma, uidelicet qa grauе. Tertia ut agens, uidelicet quia æquidiſtat. Vnde Them. uult Ariſ. uerum dixiſſe, ſed ſine ratiõe. ueteres autem & uerum, & cum ratione. Contra obijcit Auerro. quia non eſt uerum q̃ æquidiſtantia ſit cauſa quietis, ſimpliciter, ſed per accidens, ſiue ſecundum quid. Amplius, dato q̃ ſit cauſa p ſe non eſt cauſa per ſe, niſi remota, pro quanto eſt cauſa grauitatis, & ſic non recte ſentit Them. Sed adhuc occurres. primo, quia terra eſt perpetua, & grauitas eſt perpetua. igitur æquidiſtantia non eſt cauſa effectrix quietis terræ perG petuæ. Secundo æquidiſtantia eſt dimenſio: dimenſio non eſt de principijs actiuis. igitur non poteſt eſſe cauſa ut agẽs.

Reſpondet Auerro. quod æquidiſtantia non eſt cauſa effectrix: ſed conſeruans effectiue, quia terra non eſt genita ſecundum totum, licet forte reſpectu partium poſſit eſſe cauſa effectrix, quia terra eſt generabilis ſecũdum partes: & ita de nouo quieſcibilis. Ad ſecundam reſpondet, æquidiſtantiam non eſſe cauſam grauitatis & quietis quatenus quantitas, ſed quatenus eſt medium motus circularis, & pro quanto facit terram diſtare a cauſis calefacientibus cœleſtibus. Hæc colliguntur ex commento, & ſatis acute.

Sed circa hæc emergit prima dubitatio, utrum grauitas Dubitatio prima. ſit cauſa formalis quietis terræ. Et arguitur primo q̃ non, quoniam priuationis nihil eſt cauſa ut forma. ſed quies eſt priuatio. igitur illius nulla eſt cauſa ut forma. Secundo una forma non eſt, niſi unius: ſed grauitas eſt forma terræ. igitur non quietis terrę. Tertio, forma & efficiens non in idem nuH mero concidunt. 12. meta. commen. 36. Sed grauitas eſt cauſa agens motum & quietem. igitur non forma. q̃ grauitas ſit cauſa agens motus & quietis uidetur quarto commen. 22. Quinto non eſt idem forma motus & quietis. Pro reſponSolutio ſione debes ſcire, q̃ dum dicitur grauitas eſt forma quietis, uel motus intelligi põt dupliciter, uno mõ pro prima illius, pfectiõe q̃ forma partis dicitur, et ſic nec qetis, nec motus poteſt eſſe forma. Alio mõ pro omni intrinſeco alicuius a quo illud dependet: quo medici dicũt calorem eſſe formam nutritionis, pro quanto eſt quid intrinſecum nutritioni, nutritionem inirinſece efficiens, & ſic forma idem eſt, qđ agens proximum & in actu. efficiens uero per excellẽtiam dicitur de extrinſeco, & ſeparato. Per hæc ad rationes patet ſolutio, omnes enim concludunt grauitatem non eſſe formã primo modo. bene tamen eſſe poteſt forma ſecundo modo, q̃ cum agente concidit. Secundo dubitatur, utrum diſtantia Secũda dubi a cœlo ſit cauſa frigiditatis, & per conſequens grauitatis. &

I uidetur q̄ non.primo,quia frigiditas eſt accidens eſſentiale elemento.igitur conſequens formam ſubſtantialem elementorum,ut dicitur octauo phyſico.commen.4. Secundo tunc partes ignis eſſent graues aliquantulum, ut illæ q̄ ſunt prope aerem,quia ſunt aliquantulum a circunferentiæ ambitu remotæ. Defendi poteſt Auerro.per diſtinctionem frigiditatis & grauitatis poſitiuæ,& priuatiuæ: poſitiua enim frigiditas uel grauitas elementaria proprietas eſt. priuatiua uero cauſatur per priuationē cauſarum calefacientiū. Tūc ad primum patet ſolutio,frigiditas enim & grauitas poſitiuæ ſumptæ ſunt proprietates elementariæ, & non priuatiuę.Ad ſecundum concedo partes ipſius ignis inferas eē graues & frigidiores per priuationem cauſarum calefacientiū & leuitantium.quæ tamen elemētariæ, nec graues ſunt,nec frigidæ.Hæc pro defenſione Auer.

Solutio

Aſtipulantur autem & his ea quæ a mathematicis ſunt dicta circa aſtrologiam. apparentia enim accidunt mutatis figuris:quibus definitus eſt ſtellarꝫ ordo:propterea q̄ terra in medio eſt collocata.de loco igitur deq̄ quiete & motu terrę quomodo ſeſe habent tot dicta ſunt.

K

Expoſitio. Quæ auer. cōmē.103.

Debes ſcire ut Auer.inquit.q̄ tres ſunt cœli diametri.Prima eſt à polo ad polum,quam philoſophi longitudinē appellant,penes quam ſumpſerunt ſurſum & deorſum in cœlo.Secunda eſt ab ortu in occaſum, quam dixerunt eſſe latitudinem,penes quam dextrum & ſiniſtrum ſtatuerunt. Tertia eſt a culmine diei ad imum noctis,quam altitudinem,ſiue profunditatem collocarūt,penes quam ante & retro definierunt.Ariſto igitur per teſtimonium aſtrologorum uult probare terram eſſe collocatam in pūcto medio interſectionis harum diametrarum: quod medium centrum appellant græci.axem uero dicunt eam lineam, quæ per centrum tale tranſiens utriſq̄ appulit polis.Ex his Ariſto.uidetur declarare(ut Auerro.ait)terram eſſe in medio per obſeruationem aſtrologorum.Primo,quia quælibet ſtella uidetur æqualis

L

in quolibet cœli puncto.ſtella enim quæuis fixarum tantæ magnitudinis apparet ſi in ortu,quantæ ſi in occaſu, quantæ ſi in culmine fuerit. Vbi autem terra eccentrica eſſet, & ad alterum pūctorum magis appropinquaret,proculdubio ſtella appareret difformis & inæqualis.Secundo ſtellæ fixæ aſcendunt præciſe ſemper ab eadem terræ parte,& occidūt ſemper ad eandem terræ partem,quod eſſe non poſſet,niſi terra eſſet in medio & fixa.Præterea non ſemper eſſent ſex ſigna ſupra terram,& ſex infra terram. Tertio a figuris ſtellarum,cuiuſmodi ſunt aſpectus,ut triangulus,ſexāgulus, quadrangulus,& diameter.Amplius & cum his eclipſis.niſi.n. terra eſſet præciſe in medio diametrorum tales aſpectus,& maxime eclipſes non eſſent ſecundum regulas aſtrologorꝫ. Ex his omnibus concludit Ariſto.terram eſſe in medio. Inquit.aſtipulantur autem & his ea quæ a mathematicis ſunt dicta circa aſtrologiam.apparentia enim accidunt circa or-

M

tum, & occaſum, & aſcenſiones, atque aſpectus mutatis figuris,& aſpectibus, quibus definitus eſt ſtellarum ordo: propterea, quòd terra in medio eſt collocata. demum epilogat.

Figuram autem rotundam ipſam habere neceſſarium eſt.unaqueq; enim partium ad uſq̄ medium pōdus habet:& minor a maiori pulſa non pōt egredi:ſed præmitur potius : & alia alii cedit donec ad medium ipſum perueniat.

Expoſitio.

Nunc de terræ figura,& primo præmittit concluſionem d.Figuram autem rotūdam ipſam habere neceſſarium eſt: hæc eſt concluſio . Syllogizat hoc ſic, omne corpus cuius partes circunferentiales æqualiter tendunt ad medium maiores,minores comprimendo,eſt rotundum.ſed terra eſt huiuſmodi,igitur terra eſt rotunda. De ratione tāgit minorem, & inquit. Vnaquęq; enim partium aduſq̄ medium pondus habet, & minor a maiori pulſa non poteſt egredi:ueluti ſit in unda:ubi una aqua comprimit aliam,per quam compreſſionem illa intumeſcit ac egreditur.ſed premitur potius, & alia alij cedit donec ad medium ipſum perueniat. Hæc eſt minoris uis. N

Oportet autem intelligere id quod dicitur perinde accidere atque ſi terra fieret, eo modo perfecte, quo etiam naturalium quidam ipſam protulerunt ortum eſſe.Verum illi quidem lationis quę fit deorſum uiolentiam cauſam eſſe aſſerunt. Melius autē eſt ueritatem ponere, atq̄ hoc ideo accidere dicere, quia natura habet id quod pondus habet ad ipſum medium ferri. Cum igitur ea quæ ſegregabantur poteſtate congeries eſſent,undiq; ſimiliter ad ipſum medium ferebantur. Siue igitur ſimiliter ab extremis partes diuiſæ ad medium ſint congregatæ, ſiue alio modo ſeſe habentes.Idem facient.

O

Excuſatio.

Soluit per hęc Ariſt. contra ſe cauillum,nam obijciet qſpiam terra eſt perpetua.igitur nulla pars alteram compreſſit. & ita ipſa terra per eiuſmod compreſſionem non uidetur conſequi rotunditatem.perpetui enim nulla poteſt aſſignari cauſa.Reſpondet q̄ hoc intelligi oportet hypothetice,acſi genita eſſet terra,ut ueteres dixerunt. Et tamen aliqua differentia,quia ueteres dixerunt terram fuiſſe motam ad medium ui atq̄ expulſione:nos uero peripatetici natura. Inqt. Oportet autem intelligere id quod dicitur perinde accidere atq; ſi terra fieret,uel genita eſſet,eo profecto modo quo ēt naturalium quidam ipſam ortam eſſe protulerunt,addit tamen differentiam,& inquit. Verum illi quidem lationis q̄ fit deorſum uiolentiam cauſam eſſe aſſerunt uidelicet ui conuerſionis pellentis ad medium,ut dixit Empedo. Melius autem eſt ueritatem ponere,ut nos ponimus, atq̄ hoc ideo accidere dicere,quia natura habet id quod pondus habet ad ipſum medium ferri.Ex his repetit concluſionem,& inquit. Cum igitur ea quæ de terra ſegregabāur, uel ſegregata erāt & diſſeminata per circunferentiam cœli poteſtate cōgeries eſſent,ſiue congregabilia eſſent in medio, propter hoc undiq̄ ſimiliter ad ipſum medium ferebantur : & quia poſſet aliquis dicere nō ſimiliter ferri ad medium:propterea, quia ex una parte poſſunt eſſe plures q̄ ex alia,ueluti ex parte ortus plures poſſunt eſſe partes terræ q̄ ex parte occaſus, quo caſu non ſimiliter congregarentur:adiecit reſpondendo ſiue igitur ſimiliter ab extremis partes diuiſæ ad mediū ſint congregatæ,ſiue alio modo ſeſe habentes, hoc eſt plures in una parte quàm in alia,idem facient. Nam ſemper grauius premit minus graue,donec ſuperficies terræ rotūda fiat circa medium.& ſic hoc non refert ad rationem dictam. P

Digreditur autem Auerroes hic ſatis ad propoſitum. nā Themiſt.reprehendit Ariſto.arguebat enim ſic,terram eſſe rotundam eſt neceſſarium,& terram & mundum eſſe generabiles eſt impoſſibile.igitur terram eſſe rotundam non debet declarari per tale impoſſibile. Reſpondet Auerroes & ſatis perite,q̄ terra poteſt conſiderari quatenus corpus cōpoſitum ex materia & forma. & quatenus unum elementū mundi & quatenus elementum mundi adhuc dupliciter, & quo ad partes ,& quo ad rationem totius. Tunc dicit Auer. q̄ terra eſt gñabilis & corruptibilis ea ratione qua corpus compoſitum ex materia & forma. Amplius, ſi conſideretur ratione qua elementum,eſt generabile ea ratiōe qua partes habet,non autem ratione qua totum,quia elementa eſt ſecūdum partes generabilia,non autem ſecundum totum.Ad p̄ poſitum Ariſtote.utitur eiuſmodi ex ea parte qua poſſibilia ſunt,& non ex ea parte qua impoſſibilia ſunt.hæc ad q̄ſtionem.Confirmat ſolutionē primo auctoritate Plato. & Ariſtote.quia Plato & Ariſt.utuntur talibus propoſitionibus. Ariſt enim octauo Phyſic.ait q̄ motus circularis eſt prior natura cæteris , quia eo remoto, tolluntur & cæteri, & non econtra. Amplius,quarto Phyſic.ponit motum eſſe natura priorem tempore , quoniam cum remouetur motus , etiam tempus remouetur. Et propterea concludit q̄ ordo prioris ad poſterius ſecundum naturam,eſt tam in æternis q̄ in generabilibus, Q

Quæ auer. comē. 104

A nerabilibus, licet in generabilibus id ſit manifeſtius. Propterea primo ordinem illum in generabilibus intelligimus & poſtea per rationem communem utriſq; generibus intelligimus ordinem illum in æternis. Secundo idem declarat Auer. loco a ſimili, nam ordo cauſæ & cauſati eſt in utroq; genere: ſed in generabili quidem neceſſarius hypothetice, ut pote ſi cauſa ponitur. In generabilibus enim poſita cauſa ponitur effectus, & ea remota remouetur effectus. In æternis uero ordo eſt neceſſarius categorice atq; abſolute, quia & cauſa & effectus neceſſario ponuntur. Ex his patet ſolutio, ꝙ Ariſtote. ſuppoſuit terram eſſe genitam, ut ſermo eſſet manifeſtior, & cum hoc eſt poſſibile dupliciter, & ex parte qua corpus eſt compoſitum ex materia & forma: & ſecundum partes. Colligit tandem Auerro. fundamentum Ariſto. & quaſi formam ſyllogiſmi, quo utitur in textu, & ponit talem regulam, qualis ordo eſt inter aliqua, ſi ſint generabilia, talis eſt inter ea ſi ſint æterna, ſed in terra ſi eſſet genita,

B partes mouerentur pari uelocitate ad punctum medium faciendo figuram rotundam. igitur & modo cum ſit perpetua. declaratur exemplo de domo, ut ſi eſſet domus æterna neceſſario cauſæ eius ut lapides & lateres eſſent æternæ. Hx his quæ in hoc commento dixit Auer. colligitur intellectus propoſitionis Ariſto. uidelicet omne prius natura alio poteſt eē ſine ſuo poſteriori: intelligitur enim, aut in ſe, aut in ſuo ſimili ſpecie uel genere, quo modo ordo naturæ eſſe pōt in æternis. cauſa enim in illis eſſe poteſt ſine cauſato, ſaltem in ſuo

Dubitatio ſimili genere uidelicet in generabilibus. Sed hæc q̄ Auer. dixit, non apparent neceſſaria, primo quo ad formam ſyllogiſmi, ſecundum enim Auerro. ratio textus debet ſic cōponi, omne corpus cuius partes omnes naturaliter & æqualiter tendunt ad medium eſt rotundum. Sed contingit terram eſſe corpus, cuius partes tendunt æqualiter natura ad punctum medium. igitur terra eſt rotunda. modo hæc ratio eſt ex maiore de neceſſario, & minore de contingenti. igitur cōcluſio eſt, uel de contingenti, uel de ineſſe, ut fuit declaratū in lib. Priorum ab Ariſt. & eſt coniugatio imperfecta egens deductione ad impoſſibile. & ita Auerro. per hanc ſuam reſponſionem debilitat formam ſyllogiſmi Ariſto. licet reſpōdeat ad materiam. Secundo uidetur aliud Auerro. dictum

C obſcurum. ait enim, ordinem ſimilem eſſe in æternis & generabilibus, quod uidetur falſum. Primo, extrema ordinis æternorum ſunt alterius rationis ab extremis ordinis generabilium, quoniam æterno & generabili nihil eſt commune uniuocum. igitur ordo non poteſt eſſe eiuſdem rationis in utriſq;. Secundo, ſi eſſet ſimilis ordo in utriſq;, cum ordo naturæ apud Auerro. hic ſit cum tempore. igitur perpetua eſſent in tempore, cuius oppoſitum dicitur quarto phyſic. Ad

Soluti. hæc dici poteſt defendendo Auerro. ad primam dici poteſt ꝙ minor eſt de contingenti plerūq;, & hoc modo cum una neceſſaria poteſt infere unam etiam neceſſariam. Nam licet ex maiore neceſſaria, & minore de contingenti ad utrunq; non ſequatur concluſio neceſſaria, tamen ex maiore neceſſaria, & minore de contingenti plerūq; bene poteſt ſequi cō

D cluſio neceſſaria, ut in propoſito. Sed forte dici poteſt ſyllogiſmum literæ non debere formari ſic miſtim ex una neceſſaria, & altera de contingenti: ſed ut diximus in lra. Ad ſecundum dici poteſt, ꝙ cauſa & cauſatum in æternis & generabilibus ſunt eiuſdem rationis uniuoce in ratione metaphiſica, non autem in ratione phyſica, ratio enim metaphyſica eſt ratio cauſæ ut cauſa. ratio phyſica eſt ratio cauſæ, ut per trāſmutationem cauſat, & ſic ordo poteſt eſſe uniuocus in cauſa & cauſato æternis, & generabilibus: dico uniuocus in ratione metaphyſica: non autem in ratione phyſica. Hæc pro Auerroe.

Perſpicuum igitur eſt id quod omni ex parte ſimiliter ad medium fertur. Similem neceſſario omni ex parte molem habere. nam ſi undiq; æque fiat additio, æque extremum a medio diſtare neceſſariū eſt. Hæc autem figura rotunda eſt.

Expoſitio. Auerroes uelle uidetur, ꝙ cum Ariſtote. probaſſet partes terræ eſſe rotundas: nunc idem probat de tota terra. Quod E non placet, nec textui conuenit. Melius igitur uidetur nunc Ariſto. probare maiorem. erat enim maior hæc, omne corpus cuius partes æqualiter tendunt ad medium eſt rotundum. & ꝙ ita ſit patet. Inquit enim. Perſpicuum igitur eſt id quod omni ex parte ad medium fertur, ſimilem omni ex parte neceſſario molem habere. Eſt hęc maior. probat hanc maiorem. d. Nam ſi undiq; æque fiat additio, æque extremum a medio diſtare neceſſe eſt. Hæc autem figura rotunda eſt. Dicitur enim figura rotunda, a cuius medio ad circunferentiam omnia extrema ſunt æqualia. & ſic patet maior. Et hęc expoſitio conuenit uerbis.

Differt autem ad rationem nihil, & ſi partes ipſius non undique ſimiliter ad ipſum medium concurrant. maior enim ſemper minorem quæ ante ſe eſt ad uſq; medium propellat neceſſarium eſt: ambabus ad uſq; medium momentum habētibus: & grauiore minus graue ad illud trudente. F

Expoſitio. Velle uidetur Auer. Ariſto. ſoluere cauillum dictum, dicebatur enim rationem illam non habere locum, niſi ponendo terram generari. & ita uult Auer. nihil referre ad rationē ſi terra non ſit genita, modo partes maiores propellant minores ad punctum medium. Sed hæc expoſitio non conuenit uerbis Ariſt. ut intelligenti patet. propterea Ariſt. uidetur ſoluere alium cauillum, quem etiam prius tetigit raptim, uidelicet ꝙ non ualet dicta ratio: quia ſupponit partes terrę oī ex parte eſſe æquales æqualiter pulſas: poſſet enim dici, ꝙ non ſunt æquales. nam eſſet poſſibile intelligere plures eſſe ex parte ortus q̄ ex parte occaſus, & plures eſſe ex parte cuiuis, q̄ ex parte occaſus terræ. & ita non æqualiter undiq; concurrerēt. Reſpondet, differt autem ad rationem nihil, & ſi partes ipſius non undiq; ſimiliter ad ipſum medium concurrant, ſed ex una parte plures, ex alia pauciores. Cuius cauſam exponit. d. Maior enim ſemper minorē quæ añ ſe eſt ad uſq; medium propellat neceſſe eſt, ambabus ad uſq; medium habētibus momentum, quod græce eſt ropes, latinē inclinatio, & grauiore trudente uſq; ad medium minus graue: his enim G duobus ſtantibus, non refert ad rationem. Siue enim plures, ſiue pauciores terræ partes ſint ex una parte cœli quàm ex alia ad rationem refert nihil, modo maius graue & minus graue habeant inclinationem ad medium, & maius trudit minus.

Quod enim quiſpiam addubitauerit: eandem habet cum his ſolutionem. Si enim cum terra ipſa eſt in medio atq; rotunda: ſibi ex altero hmiſphęrio multiplex adiiciatur pondus: non erit idem totius & terræ medium. quare aut non manebit in medio, aut ſi quieſcit: cū & medium non obtineat, apta erit etiam nunc moueri.

Dubitat Ariſt. contra dicta, dictum eſt enim terram eſſe Expoſitio. rotundam & in medio: contra ponatur ꝙ terra ſit rotūda & illo modo ſituata, & per caſum ſibi ex altero hemiſphærio ſiue ſubterraneo, ſiue ſuperterraneo adiiciatur multiplex pōdus, tunc certum eſt medium terræ pro tunc non eſſe præciſe medium mundi. Erit igitur dubium, utrum terra quieſcet ſecundum illam ſituationem, aut non. ſi ſic, tunc non erit in H medio ſituata: quod eſt contra declarata. ſi non quieſcit. igitur mouebitur. & ita non erit naturaliter immobilis. Quod uero ad uerba attinet dixit multiplex pondus, ad differentiā montium, qui licet eſſent plures ex parte unius hemiſphærij q̄ alterius, non tollit res hæc propoſitum, quia ſunt parui. & paruum pondus addunt.

Quod igitur addubitatur: hoc eſt. attamen non eſt difficile uidere ſi parum conſiderauimus, atque diſtinxerimus quomodo cenſemus quātamuis magnitudinem pondus habentem ad medium ferri. perſpicuum enim eſt non quouſq; extremum centrum ipſum tangat. Sed maior pars exuperat: quo-

I uſq; ſuo medio, medium ſumat. hucuſq; enim momentum habet.

Soluit dubitationem & concedit terram moueri non ſimpliciter ſecundum totum uidelicet dimittendo centrum ſecundum ſe & quodlibet ſui: ſed ſecundum quid tandiu, quã diu medium terræ efficitur medium mundi. Et hoc inquit. Quod igitur addubitatur: hoc eſt. at non eſt difficile uidere ſi parum conſideraverimus, atq; diſtinxerimus, quomodo cenſemus quantamuis magnitudinem pondus habentem ad ipſum medium ferri, & tunc reſpondet, & inquit. Perſpicuum enim eſt non quouſq; extremum centrum ipſum tãgat, ſupple moueri, quia ſic moueretur extra medium, ſed quouſq; maior pars exuperat minorem, quod fit quouſque ſuo medio, medium mundi ſumat. hoc eſt, ſed quouſq; medium terræ efficitur medium mundi: hucuſq; enim momentum ac inclinationem habet: poſtquam uero medium terræ, eſt medium mundi: tunc mox quieſcit.

K Differt igitur hoc nihil, de gleba & quauis parte: an de toto terra dicatur. Non enim ob paruitatem, aut magnitudinem illud accidens dictum eſt: ſed de omni eo quod ad medium momentum habet. Quare ſiue tota, ſiue per partes alicunde ipſa feratur: eatenus ferri neceſſe eſt: quatenus ſiſr undiq; medium occupauerit adæquatis minoribus a maioribus momenti perpulſione.

Expoſitio. Poſſes forte dicere dictam ſolutionem benevalere de partibus terræ, non autem de tota terra. Cui reſpondet. d. Differt igitur hoc nihil de gleba & quauis parte, an de tota terra dicatur. Non enim ob paruitatem, aut magnitudinem illud accidens dictum eſt: quia licet differũt quo ad molem: non tamen differunt quo ad naturam intrinſecã. Et propterea de omni eo intelligitur, quod momentum, ſiue inclinationem habet. Propterea cõcludit, quare ſiue tota, ſiue per partes alicunde ipſa feratur, eatenus ferri neceſſe eſt: quatenus ſimiliter undiq; medium mundi occupauerit, quod fit profecto quando maiora minoribus propulſione momenti & inclinationis æquantur: hoc enim facto, mox quieſcit. Ex his colligitur non eſſe impoſſibile terram moueri. Sed occurres, ſi terra mouetur, tunc cœlum quieſceret, omne enim quod mouetur indiget quieſcente, & propterea ſi terra moueturr, cœlum non poteſt moueri, nullũ enim eſſet quieſcens quo egeret præter terram. Secundo dictum eſt, terram eſſe ſimpliciter immobilem. dici poteſt terram eſſe mobilem ſecundum partes: non autem ſecundum totum, non enim tota terra relinquit medium mundi, ſed ſecundum partes quælibet pars poteſt relinquere medium mundi, nunquam tamen tota, & ſic ſufficit ad motum cœli ſaluandum. Immo dicunt iuniores continuo terram moueri ſecundum partes, quoniam continuo terra ex una parte creſcit, & alia decreſcit, & ſic continuo medium eius ſe facit in medio mundi. Præterea, partes centrales appetunt corrumpi. igitur oportet terram moueri, ut partes illæ ueniant ad locum corruptionis. Sed circa hæc quæres, quo modo ſi terræ adderetur aliquid ponderis magni, ipſa efficeretur in medio mundi. Reſpondet Auerroes ex uerbis tex. & inquit. Hoc fieri quatenus pars maior expellit minorem donec centrum totius aggregati fiat centrum mundi, & tota terra ſphærica relinquatur. Et hæc uidetur Ariſtote. intentio. inquit enim. Sed maior pars exuperat: quouſq; ſuo medio, medium ſumat. Et ſic uidetur q̃ terra ſit rotũda: propterea, quia partes maiores circunferentiales comprimunt partes minores cẽtrales. Vnde Auerroes perlibrando uerba Ariſto. ait eum dixiſſe hoc. i. maiores comprimere minores tandiu quãdiu medium terræ ſit mundi medium, & q̃diu figura terræ ſit ſphærica, quia erant duæ dubitationes, altera de terræ ſphæricitate, altera de medio terræ quomodo eſt in medio mũdi. Has igitur ambas Ariſto. perſoluit uno uerbo, dicens fieri terram ſphæricam & eius medium, medium mundi, quia maiores partes compellunt minores ad centrum. Sed occurres, quia ſi partes maiores compellunt minores, tũc terra in ſua regione grauitaret: præterea partes centrales non mouerentur ad centrum, niſi compulſæ, & ita non naturali ratione. Inſuper centrales partes ſunt grauiores. igitur ad centrum naturalius mouenr, q̃ circunferentiales, & ita non compulſæ mouebuntur Auer. (ut mihi uidetur) innuit ſolutionem quandam: illud fieri ad imaginationem: ait enim, quoniã cum imaginati fuerimus, quòd additum fuit ſupra ſphæram terræ quaſi eius medietas, tunc figura terræ non erit ſphærica, neq; medium eius erit medium mundi. Cum ergo poſitum fuerit q̃ maior pars conſtringit mediã, & minorem quouſq; congregatio duarum partium perueniat ad medium totius, & deſcendat ſuperior pars magnitudinis congregatæ ad locum inferiorem: neceſſe eſt ut illud quod congregatur ex duabus partibus ſit in figura ſphærica, & q̃ medium eius ueniat ad medium totius. Hæc Auer. ex quibus uelle uidetur compreſſionem illam nõ eſſe realem: ſed ad imaginationem: dato q̃ maior pars terræ ponatur ſupra minorem: hoc enim nõ eſt in re, quia nunquam maior pars poſita eſt ſupra minorem, & ita uidetur imaginarium totũ illud, quibus patet ſolutio ad dubitationes. Hæc ſolutio, ſi eſt bona uel non conſidera. Ego dicerem compelli eſſe dupliciter per ſe, & per accidens. illud compellit̃ per ſe, quod reſiſtit compellenti, nunquam enim compulſio propria fit: niſi quando eſt actio & reſiſtentia, & hæc non poteſt eſſe in caſu: ut rationes cogunt. Alia eſt compulſio per accidens quomodo dicimus brachium compelli ad motum corporis quia animal ipſo moto, brachium: quod eſt illius pars mouetur, & ſic brachium compellitur a corpore animalis, & hoc pacto eſt in propoſito: maior enim pars terræ ſi adderetur, compelleret minorem præiacentem, quia illa maior ps moueretur ad medium per ſe, & minor moueretur per accidens ad motum illius, & hoc pacto illa minor compelli diceretur. Et fortaſſe hoc ſentit Auer. cum inquit. Ponatur ergo q̃ ſupra terram ſit additũ quaſi eius medietas ex aliqua partium orbis, uel mundi. Verbi cauſa, ex parte orientis ſit addita una: & ex parte occidentis ſit addita altera, neceſſe eſt enim tunc, ut illud quod congregatur ex medietate orietali, & medietate occidentali uincat medietatem præiacentem, ita ut totum aggregatum ex tribus illis partibus locetur in medio mundi, & ſit ſphæricum. Tu uero conſidera melius.

L De motu terr̃ Siue igitur facta eſt: neceſſariam eſt factam eſſe hoc modo. Quare manifeſtum eſt ſphæricam eſſe generationem ipſius. Siue ingenita ſemper manens: eodem modo ſe habere, quo quidem quamuis ſi orta eſſet: primum orta fuiſſet. Et ſecundum hanc igitur rationem neceſſarium eſt eſſe ſphæricam eius figuram.

Sed remouet aliam dubitationem, ut recte Expoſitor ait, quia poſſet dici rationem tactam habere locum ſuppoſita generatione terræ, quam Ariſt. non tenet in toto: ſed ſecundum partes tantum. Reſpondet Ariſto. ſiue igitur facta eſt terra (ut antiqui arbitrantur) neceſſarium eſt ipſam eſſe factam hoc modo quo diximus uidelicet q̃ partes pulſæ a partibus mundi maiores compellunt minores ad centrum. Et propterea concludit, quare manifeſtum eſt: ſphæricam eſſe generationem ipſius. Tangit aliud membrum ſecundum peripateticos uerum, & inquit. Siue ingenita ſemper manẽs eſt, etiam neceſſe eſt eodem modo ſe habere, quo quidem quamuis ſi orta eſſet: primum orta fuiſſet. i. neceſſe eſt eodẽ modo ſe habere ac ſi orta eſſet. Illud enim (ut inquit Expoſitor) quod non eſt generatum, oportet eo modo ſe habere: quo ſe haberet ſi eſſet generatum, eodem enim modo albũ diſgregaret uiſum ſi eſſet factum, & ſi eſſet æternum, quia p̃prium non generationem, ſed eſſentiam conſequitur. Modo ſphæricum eſſe uidetur quaſi proprium terræ: & ita ſiue terra ſit facta, ſiue æterna, ſphærica erit ſua natura. Tũc epilogat rationem. & inquit. Et ſecundum hanc igitur rationem neceſſarium eſt eſſe ſphæricam eius figuram. Sed occurres,

Que auer. cõmẽ. 107.

M

Dubitatio optima.

N

Sol. Auer.

O

Alia ſolu.

P

Q

Expoſitio.

Solutio

A currés, quia non uideꝛ æternum & cortuptibile, habere eaſdem affectiones. Nam ubi animal eſſet æternum, non eſſet ægrotabile. Nunc autē quia mortale, eſt ægrotabile. Prꝛeter ea, ubi animal eſſet æternum, non eſſet augmentabile, nūc autem, quia corruptibile, eſt augmentabile. & alijs rationibus poteſt inſtari. Innuit ſolu. Simplicius in uerbis ſuis, uult enim eaſdem eſſe æterni & morticini affectiones, quæ non indiuiduas ſequuntur conditiones: ſed ſpeciei. Tu uero lege uerba eius. Auerro. autem ait: ſi igitur terra nō fuit generata, ſed ſemper fuit in iſtā diſpoſitione, quam haberet cum completa eſſet, ſi eſſet generata: manifeſtum eſt ꝙ figura eius eſt ſphærica, propter cauſam quam diximus, cū nulla ſit differentia, ſiue fuerit generata, ſiue fuerit æterna: nulla ſupple differentia quantum ad neceſſitatem conſecutionis cauſæ, & cauſati. Nam ſiue terra ſit æterna, ſiue facta ſemper, neceſſario ſequitur ipſam eſſe ſphæricam, quia terra ſecundum eius eſſentiam eſt cauſa ſphæricitatis. Quod uero ad uerba attinet, ait Ariſto. Neceſſarium eſt eſſe factā hoc modo. Hoc modo: ut Auer. ait, quia cum generatio terræ fuerit completa (ut quidam aiunt) terra ipſa erit ſphærica. Vel aliter poteſt intelligi, ut dicit Auer. Hoc modo. Videlicet, ꝙ cum generatio terræ fuerit completa: & ipſa fuerit mota hoc modo: uidelicet, ꝙ partes maiores compellāt minores, tunc terra ipſa relinquetur ſphærica. & quia in trāslatiōibus arabicis reperitur ſic. Et ſi ita ſit, manifeſtum eſt ꝙ locus terræ eſt ſphæricus. Auer. per locum: intelligit concauum aquę, & tunc exponit dupliciter uerba illa. Si ita ſit, primo modo ſi ita ſit ꝙ terra generetur: nam ſi terra generatur, ſequitur concauum aquę, quod eſt locus terræ, eſſe ſphęricum. Secundo modo ſi ita ſit, quòd maiores partes cōpellant minores: ſequitur enim ſi maiores minores compellant concauum aquæ, uel eius ſuperficiem concauam, etiam quę terram continet, eſſe ſphæricum. Hæc Auerro. Quæ ſunt (ut mihi uidetur) ſuperflua. nam hęc uerba non habentur in grę cis codicibus: ideo conſideratio hæc nulla eſt.

Soluti.

Quæ auer.

Verborum cōſideratio

B

C Et quoniam omnia grauia ſimiles ad angulos: ſed non æquidiſtantia feruntur. Hoc autem aptum eſt ad id quod natura ſphæricum eſt. Aut igitur eſt ſphærica: aut natura ſphærica. Vnumquodque autem tale eſſe dicere oportet: quale natura uult eſſe, & quod eſt, ſed non quod uiolentia, & præter naturam eſt.


Expoſitio.

Nunc ponit aliam rationem, & ſyllogiſmus eſt, omne corpus cuius partes ad conſimiles angulos feruntur, & non paralellæ, eſt ſphæricum. terra eſt corpus cuius partes graues omnes feruntur ad ſimiles angulos & non paralellæ, igitur eſt ſphærica. Continuetur igitur ſic tex. & ſecundum hanc igitur rationem: ſupple quę procedit per hoc quòd maiores partes comprimunt minores, neceſſarium eſt dicere eius figuram eſſe ſphæricam: & etiam ſup. quoniam omnia grauia ſimiles ad angulos & non æquidiſtantia feruntur, quę ſunt partes terræ. hæc eſt minor. Deinde tangit maiorem, &

æqdiſtātia paralella

D quit. Hoc autem aptum eſt ad id quod natura ſphæricum eſt. eſt igitur maior: corpus cuius partes feruntur ad ſimiles angulos, eſt ſphæricum per naturam. Concludit concluſionem, & inquit. Aut igitur eſt ſphærica: aut natura ſphærica. appoſuit autem hoc, ut Expoſitor recte ſentit, propter tumoroſitates montium, & uallium concauitates, quæ uidentur rotunditatem terrę impedire: ſed huiuſmodi ſunt ex alijs cauſis accidentalibus uel uiolentis, & licet ita ſit: tñ unumquodq; tale eſſe dicere oportet ac denominare, quale uel ꝙ natura uult eſſe, & quod eſt ſupple pro maiori parte. nam tumoroſitates montium, & concauitates uallium non habent aliquam quantitatem notabilem in comparatione ad totam terram. Sic igitur denominãda eſt terra, pro eo quod eſt ſecundum naturam, & pro maiori parte, & non pro eo quod eſt uiolenta & præter naturam: uel pro minori parte: forraſſe enim tumoroſitates montium, & concauitates uallium terræ non inſunt per naturam, ſed ex uiolentis cauſis, & præter naturam, ut docuit Ariſto. in libro meteororum. igitur terra eſt dicenda ſphęrica: quatenus eſt talis ꝙ maiori parte, uel quatenus eſt talis magis per naturam. & hæc eſt

E



concluſio. Quod uero ad uerba attinet, per ſimiles angulos Ariſtote. intelligit angulos rectos, quos grauia faciunt, cum deſcendunt ad centrum. & hoc uidetur uelle Auerro. quum inquit, propter cauſam quam diximus. ſ. ꝙ omnes partes terræ deſcendunt conſimiliter ad medium. i. quia apud centrum faciunt angulos æquales. Vnde expoſitor idem. d. exponit ſecundum rectos angulos, quos facit linea recta per quam eſt motus corporis grauis cum linea contingenti terram. Vnde angulus b. o. c. rectus conſimilis eſt angulo h. g. o. & cęteris omnibus: omnes enim ſunt recti ad centrum o. quoniam grauia non ſtant firmiter ſuper terram, niſi ſecundum lineam perpendicularem. Aliter etiam Auer. expoſitionem ſubſcribit cum deſcendunt a locis in ſuperiori circunferentia. Inter quæ ſunt arcus æquales. & ita per angulos ſimiles intelligit angulos reſpicientes arcus conſimiles circulorum: quorum centrum eſt centrum mundi. Nam arcus a. b. eſt ſimilis arcui b. c. & cæteris, qui cauſantur ex hoc ꝙ grauia mouentur a circūferentia a. b. c. d. e. f. g. h. Circa centrum o. & utroq; modo bene dicitur. Præterea dicitur in textu arabico. Propter ſermonem quem diximus. Et in codicibus græcis dicitur. Et ſecundum hanc igitur rationem. Et hoc Auer. dupliciter intelligit, uno modo propter ſermonem quem diximus de motu grauium: nam omnia grauia petunt unum punctum. igitur tota terra eſt ſphærica. & per uerba illa in quibus dicit. Et quia corpora grauia. In ſuo textu. & in noſtro Et quoniam omnia grauia. Intelligit, quia mouentur ad medium conſimiliter, & ſic ſunt duæ cauſæ ſphæricitatis terræ. altera quia omnia grauia petunt unum punctum. Altera, quia mouentur ad conſimiles angulos. Aliter exponit intelligens per ſermonem quem dixi- H mus. i. rationem proximam quæ proceſſit per alias conditiones motus grauium quas dedit in deſcēſu earum ad medium abſq; deſcenſu etiam eorum ſecundum angulos ęquales. ratio enim proxima, ut recte diuus expoſitor ait, proceſſit ex ſpecie partium eius, quia per hoc. ꝙ maiores compellunt minores. Hæc ſecunda ratio accipitur ex figura motus partium terrę. Et addit Auerro. hanc ſecundam rationem eſſe firmiſſimam: quoniam præcedens ſupponit generationem terræ, uel ſecundum ueritatem, uel ſecundum imaginationem. Hæc autem ratio procedit ex ſimpliciter notis. In translationibus arabicis legitur. Et hoc eſt ſignum: Et reliqua. & Auerro. ait. hoc ſignum eſſe potiſſimam rationem, quia conuertitur cum cauſa. grauia enim mouentur ad ſimiles angulos, quia terra eſt ſuapte natura ſphærica, & ꝙa terra eſt ſuapte natura ſphærica grauia mouentur ad ſimiles angulos, hæc enim conuerſio eſt, quia ſphærica figura eſt terræ naturalis. Sed occurres, quoniam figura elementis ineſt accidentaliter, ut docuit Auerro. In hoc ſecundo com-

Quæ auer. cōma 80. G


Dubitatio.

I mentis. 22. &. 26. At hic Ariſto. uoluit ſphęricam figuram in eſſe terræ naturaliter. Præterea tertio huis commen. 67. dicitur elementa nullam ſibi limitare figuram, hic autem dicitur ſphæricam figuram eſſe terræ naturalem. Reſpondet Auerro. & inquit. Sed non oportet accipere hanc figuram, ut ſit inſeparabilis ab eius ſubſtantia, & neceſſaria in ea: & ſic per naturale non intelligit inſeparabile. Cuius cauſam affert Aueroes dicens, quoniam ſi ita eſſet, non ſepararetur ab ea iſta figura, ſed ſeparata ſphærica figura a terra corrumperetur terra per corruptionem ſuam. i. ad corruptionem ſi

Sol. Auer.

ſecundum totum ita terra pro maiori parte eſt ſphęrica: nō N autem quælibet pars: ſunt enim montes & ualles quę a cauſis non naturalibus terram non faciunt totam ſphæricā, fiūt enim montes & ualles in terra, ut Ariſto. docet in libris meteorologicis propter terræmotus, inundationes aquarum, & propter ruinas, & id genus quæ ſunt accidentalia terræ, & non naturalia. Hæc ex commento.

Præterea, & per ea quæ ſecundum ſenſum uidentur. Lunæ namq ue defectus tales non haberent diuiſiones.



guræ ſphæricæ. Sic igitur uult ſphæricam figuram eſſe terrę naturalem: ſed non inſeparabilem. Sed obiicit ſibi, quia alibi, uidelicet tertio huius commen. 67. & in textu & commento dicitur, elementa nullam ſibi limitare figuram naturaliter: & tamen hic dictum eſt ſphæricam figuram eſſe naturalem terræ: ſed ſeparabilem. Reſpondet, & inquit. & cum ita ſit, ęquiuoce dicimus ꝙ terra habet figuram ſphæricam: & ꝙ aliter habet terra figuram naturalem, cū habeat corpus cœleſte. Nam accidētium naturalium, quædam ſunt

L

ſeparabilia: quædam inſeparabilia. Cœlum igitur habet figuram ſphęricam naturaliter inſeparabiliter: elementa uero naturaliter. Eſt enim accidentale duplex naturale, quia ſeparabile, ut ſanitas animali. & inſeparabile, ut riſibile homini. Vtrunq; enim accidens eſt naturale, ſed ſanitas ſeparabile accidens: riſibile autem inſeparabile. Cœlo igitur ineſt figura ſphærica naturaliter: & terræ etiam naturaliter. uerū cœlo ineſt naturaliter eſſentialiter, atq; inſeparabiliter: terræ naturaliter accidentaliter & ſeparabiliter. Ex his ſequitur accidentali aliquando accipi prout diſtinguitur cōtra eſſentiali. aliquando contra naturale: quaſi idem ſit quod uiolentum. Sed dubitabis contra ſolu. Auer. quoniam quod ꝑ accidens competit aliquid, cōpetit ab extrinſeco. figura autem competit terrę ab intrinſeco, quia ꝓpter eius formam. quare non per accidens. præterea quod eſt naturale emanat a principijs intrinſecis, & quod emanat a principijs intrinſecis eſt eſſentiale. igitur figura eſt accidens eſſentiale,

Dubitatio Sol. Auer.

M

& ita non ſeparabile. Solebamus dicere, ꝙ figura poreſt accipi in actu, & in potentia. Primo modo eſt accidens naturale, & ſeparabile: ut riſus hominis. Secundo modo eſt eſſentiale, & proprium: ut riſibilitas eiuſdem. Vltimo Auerr. exponit illa uerba. Vnumquodq; aūt tale eē dicere oportet, quale natura uult eſſe. Et dicit prīo hæc uerba eſſe dicta cōtra opinionem aliquorum: qui dixerunt cauſam ſphæricitatis terræ eſſe motum partium terræ ad medium: eſt enim potius oppoſitum. partes enim mouētur ad medium, quia terra eſt naturaliter ſphærica. Dicit ſecundo, ꝙ Ariſtote. per hæc uerba innuit hanc figuram eſſe terræ naturalem. Cuius cauſam ait, quia omnis res, uel ſemper, uel pro maiori parte reperitur in ſua diſpoſitione naturali. & quia terra pro maiori parte: ſupple reperit in hac figura, uel ſemper, ideo hæc figura eſt ſibi naturalis. Vnde ait fortaſſe eſſe ita de hac figura reſpectu terræ: uelut de generatione. nam ut de generatione dicitur, ꝙ terra eſt generabilis ſecundum partem, & non

Solutio

Nunc ratiōibus mathematicis probat terram ſphęricam eſſe, & primo per ſignum ſumptum ad eclipſibus. nam in eclipſis Lunæ obſeruatiōibus patet diuiſiones non fieri niſi circulares. uocat diuiſiones græce apotomas, latine deciſiones. eſt autem deciſio ſiue diuiſio linea arcualis ſecans partem Lunæ claram a parte obſcura ſui, ut linea a. b. Cū enim eclipſis conſpicitur in Luna uidetur linea illa arcualis: & ſemper eclipſim deliteſcere per lineam arcualem. hoc autem fit pro quanto umbra terrę pyramidalis e. f. eſt rotunda. Non autem eſſet rotunda, niſi opacum, quod eſt terra, eēt ſphæricum. quare hoc ſigno patet terram eſſe ſphęricam. & ſyllogiſmus eſt, omne corpus quod umbram efficit pyramidalem ſphæricam, eſt ſimpliciter ſphæricū, terra efficit umbram pyramidalem ſpæricam. igitur eſt ſphærica. & ſi dicas, planum rotundum efficere umbram ſphæricam: dicas uerum eſſe ex quadam parte, non autem ex omni parte poſito luminari, ubicunq; enim Sol ponitur, umbra terræ eſt ſphærica pyramidalis, & ꝓpterea terra eſt ſimpliciter ſphęrica. inquit. Præterea & per ea, quæ ſecundum ſenſum uidentur, ut ſunt mathematica. Lunæ nāq; defectus tales non haberent diuiſiones arcuales ſup. niſi umbra terræ eſſet ſimpliciter pyramidalis ſphærica. & umbra non eſſet ſimpliciter pyramidalis ſphærica, niſi terra eſſet ſimpliciter ſphærica. Quare ex defectibus Lunæ colligitur ut à ſigno terram eſſe ſphæricam. hæc eſt prima ratio. Debes ſcire quòd luminare ad opacum umbroſum triſariam eē poteſt, aut maius umbroſo, aut minus, aut æquale. ſi luminare eſt maius umbroſo, & umbroſum eſt rotundum ſimpliciter, umbra cauſata ab eo erit pyramidalis ſimpliciter rotunda. Si luminare eſſet minus umbroſo rotūdo, adhuc umbra eſſet pyramidalis ſimpliciter rotunda. eſt tamen hęc differentia, quia ſi ſol eſſet maior terra, cuſpis pyramidis eſſet uerſus terram. ſi autem Sol eſſet minor terra: cuſpis pyramydis eſſet uerſus Solem. at ſi Sol eſſet æqualis terrę umbra eſſet columnaris. patet igitur umbroſum rotundum ſemper rotundam efficere umbram. Sed dices, uidetur Ariſtoteles tranſire ad alterum genus, quia concluſionem naturalem demonſtrat per mathematica. Innuit Auerro. ſolutionem dicens, cum cōpleuit ſignificationes naturales. i. demonſtrationes acceptas a ſigno naturales: uult dicere mathematicas. non ſupple ad ſimpliciter demonſtrandum, ſed ad confirmandum: non quia innatæ ſint dici in hac ſcientia, ſed per accidens & ſic patet ſolutio. Ariſtoteles enim tranſiuit ad mathema-

Expoſitio.

P

Q

Quæ auer. cōmentator.

tica, non

A tica,non per ſe,quaſi illa demonſtrant per ſe cõcluſiones naturales,ſed per accidens : quatenus ſunt uicina phyſicis rebus. Quod uero ad uerba attinet Auer. uult deciſiones fieri tam in particularibus q̃ uniuerſalibus eclipſibus:& p̃ particulares eclipſes intelligit,quibus luna non obſcuratur in toto.uel em aũt,quibus luna obſcurat̃ ſecundũ totum.In utriſq; enim patet eclipſes fieri ſecundum arcuales diuiſiones.

Amphycirtica utraq; ex parte, curua, uacua, gibboſa.

Nam in his quidem figuris quę nunc per mẽſem ſunt : omnes accipit differentias . etenim recta fit,& amphycirtica,& uacua. In defectibus autem ſemper lineam quæ diſtinguit,curuam habet.Quare cũ deficiat propter terrę , interpoſitionem terrę utiq; circũferentia,quę ſphærica eſt:figuræ cauſa erit.

Expoſitio. Remouet quæſtionẽ,quia dicet quis hanc circularẽ abſciſionem lunæ non eſſe propter rotunditatem terræ, ſed propter rotunditatem lunæ:uelut fit in mutationibus lunæ mẽſtruis,ubi patet lunæ deciſiones fieri nullo interueniente umbroſo.ſoluit & inquit.Nam in his quidem figuris, quæ nũc per menſem ſunt:luna ipſa omnes accipit differentias , & nõ tantum arcuales diuiſiones.eſt igitur differentia q̃ deciſiões menſtruæ ſunt omnis generis:eclipticæ uero arcuales tm̃.& hoc declarat dicens,& luna ipſa recta fit,uel melius. etenim deciſio in luna recta fit,ut quando eſt partiliter dimidia , ut circa.7.uel.21.diẽ.Illic.n.deciſio non arcualis , ſed recta apparet.& amphycirtica:eſt.n.deciſio amphycirtica.i. utraq; ex parte curua,utpote quando eſt plena , ut accidit circa.14. diem.eſt uacua,hoc eſt gibboroſa,& tunc eſt arcualis,ut circa.11.diem uel.17.quare in mẽſtruis figuris deciſio eſt omnis generis at in eclipticis deciſio non niſi arcualis cernitur. cauſa differentiæ eſt,quia menſtruæ figuræ fiunt propter ſitum lunæ ad ſolẽ diuerſum, ut in aſtronomicis noſtris ſcripſimus.In defectibus aũt figura deciſionis fit ſemper obiectu terræ:cuius umbra eſt ſphærica,propter terræ ſphæricitatem.ideo concludit quare cum deficiat propter terræ interpoſitiones luna ipſa:terræ utiq; circũferentia , quę ſphærica eſt figuræ in defectibus arcualis cauſa erit .& ſic conſtat terram eſſe rotundam. Addit Auer. & hoc fuit neceſſe.ſ. lineã deciſionis eſſe arcualem,quia ex quo hæc figura terræ eſt circularis:ẽt umbra in ſua ſuperficie erit circularis:circularis dicotripliciter,aut pyramidalis,aut colũnaris. & pyramidalis dupliciter(ut dictum fuit)qa uel cuſpide directa uerſus terram,uel uerſus ſolem,& ita tripliciter . Hæc ex commento.

B

C

Quę auer. cõmẽ.109.

D

Prẽterea etiam per ſtellarum apparentiã patet nõ ſolum rotundam eſſe,ſed ẽt mole non eſſe magnam. Parua enim migratione facta nobis ad meridiẽ atq; uiſam:orizon circulus manifeſte alius fit,ut ſtellæ q̃ ſunt ſuper caput:magnam habeant mutationem, & non eędem uideantur ad urſam , atq; meridiem migrantibus.nõnullæ enim ſtellarum in Aegypto quidem uidentur, & circa Cyprum:in regionibus autẽ quæ ad urſam ſunt non uidentur , & ſtellarum eæ, quæ ſemper in his apparent , quæ ad urſam ſunt in locis:in illis faciunt occultationem.Quare perſpicuũ eſt ex hiſce figuram quæ eſt terræ,non ſolum rotundam eſſe,ſed etiam magnæ ſphæræ non eſſe : non.n. hic cito mutationẽ faceret translatis ſic breuiter.

Mutationẽ palam.

Expoſitio. Secundo probat terram eſſe ſphæricam ex apparẽtia ſtellarum facta per progreſſum noſtrum . Verũ obiter cum eadem probatione probat terræ magnitudinem eſſe modicã. & hoc proponit dicens,prætereа etiam per ſtellarum apparentiam patet non ſolum terram rotundam eſſe, ſed etiã mole non eſſe magnam . Quo uerò modo per ſtellarum apparentiam hæc duo probentur:oſtendit ex hoc,quia modica,progreſſione facta à polo ad polum apparent aliæ atq; alię ſtellæ.progreſſus enim à polo ad polum ut paruus,oſtendit magnitudinem terræ eſſe paruam,ut uero alias ſtellas occultat, & alias pandit:indicat terram eſſe ſphæricam . parua enim migratione facta nobis ad meridiem atq; urſam:orizon circulus manifeſte alius fit:ita uidelicet alius ſtellæ quæ ſunt ſuper caput,magnam habeant mutationem:& non eædem uideantur,ad urſam atq; meridiem migrantibus. nõnullæ.n. ſtellarũ in Ægypto qdẽ uidenť,& circa Cyprũ.In regionibus aũt quę ad urſam ſunt:nõ uidenť, & ſtellarũ eę quę ſem per in his apparent,quæ ad urſam ſunt locis : in illis faciunt occultationẽ:ita ut illic orianť & occidant, & non habitantibus meridiẽ. Animaduerte q̃ quidã uolunt Ariſt.probaſſe terram paruã eſſe & rotundã per hoc q̃ parua mutatione facta de polo ad polũ:orizon alius atq; alius fit:orizontẽ uero fieri aliũ atq; alium probauit p̃ hoc q̃ ſtellæ alię atq; aliæ apparent.ſed hoc non refert:ſufficit.n.ad p̃bandũ terram eſſe paruã,quia per paruam migrationẽ fit hæc occultatio & manifeſtatio. rotundã aũt,quia facta migratione de polo ad polũ fit occultatio ſtellarũ aliquarũ, & manifeſtatio aliarũ.qua re migratio circa terrã,ut parua demonſtrat paruitatẽ terrę, ut de polo ad polũ:demonſtrat rotunditatẽ eius. ubi.n.terra eſſet plana orizon eſſet unus,& ſtellę eędẽ omnibus uiderentur,ubi eſſet concaua ſtella oriens citius appareret occidentalibus.& ſi dices per hoc hĩi ſolum terrã eſſe rotundam ex polo ad polum:dic q̃ eodẽ modo fit de ortu ad occaſum:citius n.eclipſis oritur orientalibus q̃ occidẽtalibus, quod nõ eſſet niſi terra eſſet ſphęrica parua uero uideť ab ortu ad occaſum,quia dĩa apparitionum eclipſis non eſt maior.14. horarum. Quod uerò ad uerba attinet:orizon eſt uiſus finitor. eſt aũt circulus diuidens partem cœli , uiſam à non uiſa:cuius polus eſt ad apicem noſtrorum capitũ . hunc circulum Auerroes appellat circulũ ſuper conuexum terræ.ex hoc patet orizontẽ fieri aliũ per noſtram progreſſionẽ , quia nobis translatis à polo ad polum , uel ab ortu ad occaſum fit alius atq; alius apex in cœlo:igitur alius atq; polus orizontis , & conſequens alius atq; alius orizon circulus.urſa uero eſt globus ſeptem ſtellarũ,quæ ſunt ad ſeptentrionem. de his uero diximus in eruditionibus aſtronomicis. Vltimo infert concluſionẽ,& inquit. Quare perſpicuum eſt ex hiſce figurã,quę eſt terræ,non ſolũ rotundam eſſe,ſed ẽt magnę ſphærę nõ eẽ: cuius cauſam repetit,& inquit.Non.n.ſic cito mutationẽ faceret in ſtellis nobis translatis ſic breuiter . igitur migratio circa terram ut breuis indicat terræ paruitatẽ , ut occultans ſtellas & alias pandens ſignificat terræ rotunditatẽ. Quod nerò ad uerba attinet : Ariſtoteles generatim locutus eſt de terræ mole,quoniam menſura terræ particularis ſpectat ad coſmimetras,ut nos dicemus in libris meteororum: poſtea uero ſolum narrando de menſura terræ apponet quædã ſm opinionẽ aliorum. Dubitat Auer.& inquit.Sed forte aliquis quæret & dicet,quã paruitatẽ intendebat:dixit.n. Ariſtote. terram eſſe paruã:paruum n.& magnum dicuntur in reſpectu,ut dicitur in prædicamentis . quare emergit quæſtio reſpectu cuius terra dicatur parua uel magna. Reſpondet terram poſſe dici paruam reſpectu mundi,& reſpectu alicuius ſtellæ,& propterea ait.ſi igitur intendit q̃ terra eſt parua reſpectu orbis uel reſpectu cœli:cuius ipſa eſt centrum : non eſt ſcitũ ex hoc modo & ex phyſicis rationibus,ſed ex aliįs. & explicat iſtud:nam ſcitur terram eſſe uelut punctum reſpectu firmamenti:ex conuenientia motuum qui ſunt in inſtrumentis uidelicet aſtrolabis ad motus qui ſunt in cœlo. In aſtrolabo enim unus gradus eleuationis Solis reſpondet uni gradui eleuationis in cœlo:uidetur.n. q̃ arcus quo ſecãt ſtellæ in aſtrolabis,uel alijs inſtrumẽtis capiendi motus ſint ſimiles arcubus.quos ſecant in orbe.& hoc eſſe non põt niſi quia terra non habet ſenſibilem quantitatẽ apud cœlum, ita q̃ centrum aſtrolabi,uel alterius inſtrumenti & centrũ ſphæræ cœleſtis ſint idem punctum ſm ſenſum. Prætereа etiã idem accipi poteſt ex occaſu,& ortu ſtellarum,& mediatione cœli ſm quãtitatem æqualem apud ſenſum:quicquid.n. oritur in aſtrolabo:oritur in cœlo, & quicqd occidit in aſtrolabo:ẽt occidit in cœlo,& quicqd in cœlo mediat:mediat in aſtrolabo , & oĩa hęc ſignificant q̃ terra reſpectu cœli eſt ut punctũ .& centrũ in cœlo:ſic igiť patet terrã poſſe dici paruã reſpectu totius mundi . Secundo oſtendit terram poſſe dici

I paruã reſpectu ſtellarũ, ut poſtea diceẽ. Scitur aũt (ut dicit) terrę q̃ſtitas quia diuiſerunt orbẽ. 1360. gradus, & ſciuerunt p ambulationẽ uerſus polũ arcticum q̃ſtũ capit una portio terrę ex iſtis partibus ſiue gradibus cœli, & inuenerunt gradum ſimilẽ in terra arcui qui eſt gradus orbis quaſi. 60. miliaria: hoc eſt ſciuerunt cuilibet gradui eleuationis poli rñdere. 60. miliaria, & inde extraxerunt terrę menſurã. Scita q̃ſtitate terræ per eclipſes acceperunt q̃ſtitatẽ Solis & lunę in reſpectu terræ, & ſic inuenerunt illã reſpectu cœli per rõnes dictas eſſe ualde paruas, & per hanc aliam rõnem q̃ ſit parua & minor ſole, & maior ipſa luna: eſt. n. (ut dicit Ptolemęus in libro magnę cõpoſitionis) luna una pars de. 30. partibus terrę. Sol uero eſt. 166. quantũ terra: Mercurius eſt minus q̃ una pars. de. 27. partibus terrę: Mars q̃ſtũ terra: Iupiter. 95. Saturnus. 90. quãtum terra. Sed circa hęc occurres: uidet. n. primo q̃ terra reſpectu firmamenti non ſit ut punctus, quia Luna reſpectu firmamenti eſt aliquãta, ut patet, & terra eſt maior luna. igitur terra reſpectu firmamenti non eſt ut punctus.

Dubitatio.

K Solutio Põt dici q̃ terram eſſe punctũ reſpectu firmamenti poteſt dupl'r intelligi: uno modo q̃ ſit abſolute põctus reſpectu firmamenti, ut ex ipſa multoties ſumpta nulla pars cœli reſultet. Alio modo q̃ terra nullã uariationem faciat reſpectu cœli. Primo modo, terra non eſt punctus, qm̃ aliquoties ſumpta redderet cœlum, ut puto Secundo modo concedit Auer. terrã eſſe punctum, quia reſpectu cœli nullam facit uariationẽ. nam per aſtrolabũ oculo exiſtente ubiq̃ ſemper uidetur medietas cœli: ſiue. n. oculus ſit in centro terrę: ſiue in ſuperficię: ſemper cœli medium apparet nobis: ẽt quia ubiq̃ oculo poſito nulla colligit̃ in ſtellis fixis diuerſitas. Tunc patet ad rationem: luna. n ponitur prope nos, & ideo apparet maior ſtellis fixis, ſed ſi poneretur in firmamento: non uideretur, ſicut

2. dubita. nec terra. Secundo dubitatur quia non uidet̃ q̃ cuilibet gradui in cœlo correſpondeant. 60. miliaria ambulanti uerſus arcticum. nam ſecundum Ptolemæũ cuilibet gradui cœli correſpondent. 56. miliaria & duæ tertiæ unius. Debes ſcire q̃ coſmimetræ inuenerunt terræ q̃ſtitatẽ hoc pacto ſumendo

L aſtrolabũ in nocte clara, & p foramina acceperunt gradum eleuationis poli arctici: qua notata, mouebant̃ uerſus polũ directe donec in altera nocte eleuet̃ polus unus gradus: poſtea menſurarũt ſpatiũ terræ peragratũ de nocte ad noctẽ, & inuenerunt cuilibet gradui rñdere miliaria. 56. & duas tertias unius. Multiplicabant demũ. 56. p. 360. & relinq̃bat̃ q̃ſtitas terræ. Ad uerba Auer. forteſſe illa ſunt corrupta, qa alibi legitur cuilibet gradui rñdere. 56. miliaria fere uel forteſſe miliare ẽ diuerſimode acceptũ ab Auer. & à Ptolemęo. Sed

Cõiũctã eẽ Coaptare. hęc nullius ſunt utilitatis ut dicit Hermes in li. de nã locorũ.

Quapropter hi qui eũ locũ, qui circa colũnas herculeas eſt, coniunctũ eſſe ei, q eſt circa Indicum. Atq̃ hoc modo mare eſſe unũ: non uidentur incredibilia ualde exiſtimare. Dicunt aũt ex elephantibus ẽt coniectantes. Nam circa utraq̃ loca, quę extrema ſunt: genus ipſorum eſt, uelut extremorum: hoc paſſorũ, propter coniunctionem.

Elephãtib⁹ Barris Cõiectãtes, Argumentantes,

Expoſitio.

M Ex paruitate terræ, oſtendit coſmographiã aliquorũ eſſe rationabilẽ, & inquit. Quapp hi qui eum locũ, qui circa colũnas herculeas eſt, coniunctũ eſſe ei, qui eſt circa indicum mare, atq̃ hoc modo mare eſſe unũ, quod eſt inter hos terminos: non uident̃ incredibilia ualde exiſtimare. Auer. aũt colũnas has appellat idola. quorũ unum ait poſitũ eſſe in ultimo occidentis hiſpanię quod dicebat̃ idolum cadem uel Indiæ, quod ſe uidiſſe aſſerit eleuatũ, deinde corruptũ in prelio inter barbaros, & Hiſpanos anno Machometi. 530. Alterũ eſt poſitũ in oriente, quod Hercules poſuit in ſignũ uictorię. Inter hæc mare poſitum putatur eſſe unũ & continuũ. De colũnis Herculis, & de maribus illarum in lib. coſmographiæ multa ſcripſit Ptolemæus: nunc uero hoc colligatur tm̃, hos terminos non fuiſſe poſitos: niſi quia terra parua eſt, & ab uno homine meabilis, ut ab Hercule. Deinde adducit ſignũ quo utebant̃ geographi, & inquit. Dicunt aũt hoc ſup. coniectantes ẽt ex elephantibus: nam circa utraq̃ loca quę extrema ſunt: genus elephantum eſt uelut extremorum. i. qui elephantes ſunt extremi, & patiuntur hoc. i. eſſe in extremis locis propter coniunctionem locorum, quia igitur elephãtes extremaliter differentes ſunt in utroq̃ loco colũnarũ: arguerũt illa loca eſſe coniuncta, & non ualde diſtãtia. & ita terra eſt parua cũ animalia eiuſdem generis ſpecie differentia extremaliter ſint utroq̃ in loco. Sed occurres, quia medium eſt propinquius extremis, q̃ extremũ extremo. igitur ſi elephantes ſunt in locis extremis propter locorũ illorum propinquitatem: magis erunt in locis inter illa mediis. Hoc aũt non uidetur: ſunt. n. elephantes orientales & occidentales tãtum, ut Plinius inquit, et obſeruatio docet. Vnde Plinius lib. 7. capite. 11. Inquit. Elephantes fert Africa ultra ſyrticas ſolitudines, & in Zauritania, ferũt æthiopes, & troglodytę, ut dictum eſt. Vbi apparet elephantes gigni in extremis locis. Et dicuntur elephantes orientales extremaliter diuerſi ab elephantibus occiduis, quia differunt moribus & robuſtitate, ut Plinius dicit. At elephantes Africi non ſunt ſic extremaliter

O differentes inter ſe. Auer. ſoluere uidetur in cõmento intelligens per coniunctionem locorum ſimilitudinem. locus oriẽ talis ubi oritur genus elephantum, licet ſit diſtans ſitu à loco occiduo, ubi elephantes ſunt: tamẽ eſt illi ſimilis in qualitatibus, & ideo animalia conſimilia genere pariunt. Media loca licet ſint ſitu propinquiora extremis: affectionibus ſunt diſtãtiora, & ideo in mediis non ſunt elephantes. Hæc colligi poſſunt ab Auerroe. Aſſerit ẽt ſe uidiſſe cerãphan in domo regis marochiæ, quã anno Machometi. 514. tulit quidam q dicebatur aliunde de atheno, & ſic nec elephantes nec ceramphą generãtur in locis mediis. Sed pace Auer. dicerem: ſi p coniunctionem locorũ Ariſt. intelligeret propinquitatẽ qualitatum, & non diſtantiæ: non haberet terram eſſe paruam. p terea mihi uidetur, q̃ Ariſtoteles hanc rationem ab elephãtibus ſumptam non dicat ad mentem propriam, ſed geographorum: quos non curat corrigere, quia licet ratio eorum non ualeat, ut in dubitatione demonſtraui: tamen dicunt uerum de paruitate terræ, & hoc ſufficit pro ueritate propoſita, & ſic ad dubitationem patet ſolutio.

Cõfutatio

P Mathematicorum etiam quicunq̃ quantitatem circũferentię metiri conantur ‡ ad quadringenta milia ſtadiorum dicunt eſſe. ex quibus coniectantibus molem ipſius terrę non ſolum ſphęricam eſſe, ſed ẽt ad cæterarum ſtellarum magnitudinem magnam non eſſe neceſſe eſt.

Quãtitatẽ

Magnitudinem.

Milia Myriadas.

Vltimo idem probat per rationem mathematicorum, & inquit. Mathematicorum ẽt quicunq̃ quantitatem circũferẽtiæ ſupple terræ metiri conantur: dicunt illã eſſe ad quadringenta myriades. i. ad quadringenta milia ſtadiorũ. ex q̃bus coniectantibus molem ipſius terræ non ſolum ſphæricã eẽ, ſed ẽt ad cæterarum ſtellarum non omnium ſed aliquarum magnitudinem magnam non eſſe: neceſſe eſt. Auer. aũt ait, abſtrahunt menſuram maximi circuli terræ per uiam, quam narrauimus, ut per correſpõdentiã gradus in aſtrolabo, & in cœlo. & ex menſura maximi circuli inuenit menſurã ſphęrę qa circuli ad eius diametrũ eſt ꝓportio tripla ſexq̃ ſeptima fere, q̃ſtitatẽ uero terrę reſpectu Solis & lunę accipiũt ab eclipſibus lunaribus, ut nunc ſuppono. reſpectu aũt cæterarum ſtellarũ colligit̃ menſura terræ per aſtrolabũ, quod hẽt duas regulas. Nã per hoc aſtrolabũ ſcitur diameter cuiuslibet ſtellæ: modo per ſcientiam diametri ſcitur quantitas orbis: quibus omnibus deprehenſis cognitum eſt terram eſſe paruã & reſpectu cœli, & reſpectu aliquarum ſtellarum. Addit autem Auerroes aliam rationem q̃ terra ſit parua, quæ non eſt in noſtro textu: uidelicet, quia terra continet quantum cõtineret ſuperficies non circularis. igit̃ eſt ſphærica, & ita parua: eſt enim regula ſi duæ ſuperficies continent æquale, & alter eſt circularis: illa eſt parua. Hæc eſt ratio Auerrois, quæ tamen nulla eſt, & nec in textu noſtro. Sed circa calcem huius ſecundi occurrit quæſtio calculatoris contra Ariſtotelẽ in tractatu de elementis. Ariſtoteles enim probauit ſphæricitatem terræ ex eo q̃ maiores partes minores comprimũt, & minores

Quę auer. cõmẽ. alti.

Dubitatio

Q

A & minores reſiſtunt maioribus. Nam data hac Ariſtotelis imaginatione ſequeretur in infinitum tarde moueri aliquod corpus graue, & probo conſequẽtiam ſupponẽdo primo totam terram eſſe perforatam à puncto. d. ad punctum. c. per. o. centrum. & ſit foramen. d. o. certæ magnitudinis, ut uides. Secundo, uolo ut ſpatium. d. o. diuidatur per partes ꝓportionales minoribus terminatis uerſus. o. centrum. his ſtantibus, pono unum bolum grauis lõgum. 10. cubitorum, quod deſcendat ꝑ foramẽ. d. o. c. Tunc quæro uel pars. b. reſiſtit, parti. a. uel nõ: ſi non reſiſtit: tunc tollitur rõ Ariſtotelis facta per partium compoſitionem. ſin autem reſiſtit: tunc arguo per quantum deſcendit mola re. a. b. uerſus. o. centrum: per tantum creſcit reſiſtẽtia ipſius. b. partis ad. a. ſed in qualibet parte proportionali ſpatij. d. o. c. deſcendit. igitur in qualibet parte proportionali deſcendit tardius. ſed cum illic infinitæ ſint partes proportionales terminatæ uerſus. o. centrum: relinquetur aliquod graue in infinitum tarde moueri.



Solutio Aliqui concedunt in infinitum tarde moueri aliquod graue: nullum tamen graue in infinitum moueri. Alij concedunt continue tale molare tardius moueri, & tamẽ nec in hac parte nec in illa tardius moueri. Peripatetici autem facilius reſponderent dicentes diuiſionem ſpatij in infinitas partes proportionales eſſe in potentia, & non actu. ſimiliter infinitum ſpatium fuiſſe potentia pertranſitum: non autẽ actu. Verum de hac ratione diximus ſupra.

C

Finis ſecundi libri de cœlo.

ARISTOTELIS DE COELO
Liber Tertius Auguſtino Nipho Interprete ac expoſitore.



DE PRIMO QVIdẽ igitur cœlo ac partibus. Adhuc autem de ſtellis quę in ipſo feruntur: ex quibus conſtant: qualiaq; ſecũdum naturam ſint: inſuper etiã ꝙ ingenita ac incorruptibilia ſint: prius pertractauimus. cum autem eorum quę natura dicuntur eſſe: alia quidem ſint ſubſtantię. alia autem harum opera atq; affectus: dico autem ſubſtãtias quidem ſimplicia corpora, ut ignem & terram, & quęcunq; ſunt his coordinata, etiam quęcunq; ex his ſunt. Veluti totum cœlũ atq; ipſius partes. itẽq; animalia & plantę, & horum partes. paſſiones autẽ & opera, motiones cuiuſq; horum: aliorumq; quorũcunq; ſunt hæc ipſa elementa cauſa ſecundum ipſorum uim. Adhuc aũt alterationes, reciproceq; mutationes: patet plurimam de natura hiſtoriam de corporibus eſſe: omnes enim naturales ſubſtantię aut ſunt corpora. aut cum corporibus ac magnitudinibus fiunt. Hoc autem patet, & ex definitione eorũ, quę ſunt natura, & ex ſingulorum contemplatione. De primo quidem igitur elementorum, & quale qd

D

ſit ſecundum naturam, & quod incorrũptibile ac ingenerabile ſit: dictum eſt. Reſtat autẽ dicere de duobus. Simul autem accidit de his dicentibus, & de generatione & de corruptione conſiderare.

E

Expoſitio.



ACTENVS de corporibus quæ circulari motu mouentur: at nunc de corporibus quæ mouentur motu recto reſtat dicere. Primo ergo prẽmittit proemium: in quo explicat eius intentionem. Deinde proſequitur, & quia continuatio priorum ad ſequentia eſt de partibus proemij: ideo primo continuando ſe ad ꝑcedentia oſtendit de quibus iam dictum eſt: poſtea de ꝙbus reſtat dicere. de primo itaq; inquit. De primo quidem igitur cœlo: ac partibus. Adhuc aũt de ſtellis quæ in ipſo feruntur: prius pertractauimus: pertractauimus prius declarando ex quibus conſtat, & qualia ſecundũ naturã ſint. inſuper ẽt ꝙ ingenita ac incorruptibilia ſint. hæc. n. tria de primo cœlo: eiuſq; partibus, & de ſtellis pertranſiuimus, quia declarauimus partes cœli: cœlũq; ipſum, & ſtellas eſſe alterius naturę ab elementis. Secundo declarauimus qualia ſim naturã ſunt quia ꝙ ſint animata atq; ſphærica. Tertio declarauimus ꝙ ſint ingenita & incorruptibilia. Quod uero ad uerba attinet: quid per primum cœlum, quid ẽt per partes intelligat: non una rõne exponitur. Sed ꝑtermiſſis inutilibus expoſitionibus, approbo ꝙ per primum cœlũ Ariſt. intelligit mundũ ſuperiorẽ cœlicũ ſupralunarem: cuius partes ſunt orbes ſeu ſphærę ipſę: in quo quidem mundo ſuperiori feruntur ſtellæ, ut nodi ad motũ tabulę: mundus. n. ille ſuperior dicitur primum cœlum reſpectu corporum, quę ſub eo ſunt: primo ordine ſitus quia illud eſt ſupremũ. Secundo, ordine duratiõis, quia illud eſt perpetuũ cætera id manentia caduca. Tertio, rõne cauſalitatis, quia illud eſt omniũ eorum, quæ hic ſunt cauſa. per eius partes (ut diximus) intelligit orbes, quæ ſunt partes integrales per uirtutẽ primæ formæ ad unum copulatæ. & per aſtra intelligit ſtellas tam errantes, ꝙ non errantes, quę mouent ad motũ orbium. De cœlo igit primo. i. toto & de eius partibus. i. orbibus, & de ſtellis quę in eo ferũtur: dicta ſunt tria. quorũ ultimũ pertractatũ eſt in. 1. lib. illic. n. dictum eſt ꝙ cœlum nec eſt genitũ: nec corruptibile: Cętera duo ſunt pertractata in. 2. lib. Nec omnia quæ pertractauit, reſumpſit: ſed ſolũ principalia. Deinde oſtendit de quibus reſtat dicere, uerum primo manifeſtat in quo fere tota naturalis conſideratio conſiſtit: poſtea ex hoc concludit quid reſtat dicere poſt ꝑmiſſa. Circa primum ſyllſus ſic componit. oẽs ſubſtantiæ naturales ſunt corpora. Sed tota conſideratio naturalis eſt de ſubſtantiis naturalibus. igitur tota conſideratio naturalis eſt de corporibus. Circa hũc ſyllm primo mi norẽ pręmittit, & inquit. Cũ aũt eorum, quæ natura dicunt eſſe alia quidem ſint ſubſtantię, alia harum ſubſtantiarũ opa atq; affectus ſiue paſſiones. Exponit aũt quæ ſint ſubſtãtiæ naturales & enumerat primo ſimplicia corpora quę dicunt elementa, & inquit. Dico aũt ſubſtantias quidẽ ſupple ut elementa ueluti ignẽ & terrã, & quęcunq; ſunt his coordinata: uerbum coordinata græce eſt ſyſtica latine coelementa: nam aer & aqua ſunt ſimul elementa corporum mixtorũ cũ eis. at ſi ſyſtica grece intelligatur coordinata dico ꝙ aer & aqua ſunt igni & terræ coordinata: nam aer igni, & aqua terrę eſt ordinata. Secundo exemplificat de mixtis, & inquit. Etiam quæcunq; ex his ſunt: hoc eſt mixta, & exponit quæ ſint hæc mixta, quę ſunt ex elementis, & inquit. Veluti totũ cœlum. i. uniuerſum cœlũ ſupralunare, & ipſius partes. i. ſphærę itẽq; animalia, & plantę, & horũ partes uel mẽbra, ſed quo modo cœlũ & ſphęrę ſint mixta ex elemẽtis, non clare conſtat: fortaſſe logtur more Empedoclis, ꝙ cœlũ ipſum ait eſſe mixtũ ex elementis. nã ad rẽ non refert ſic uel aliter dicere: ſatis. n. eſt hr̃e ꝙ cœlũ eſt ſubſtantia naturalis. Quę igit ſint ſubſtãtiæ naturales: patet. Deinde manifeſtat, quę ſint opera atq; affectus, & ingt Paſſiones aũt & opera ſup. ſunt primo motiones locales cuiuſq; horũ ſup. elementorum, & aliorũ quorũcunq; ſunt hæc ipſa elemẽta cauſa ſecundũ ipſorum uim.

F

Conſideratio uerborũ

G

H

I q.d.opera & affectus ſunt primo motus locales ſimpliciũ corporum, & motus locales mixtorum: quorum elementa ſunt cauſæ non ſecundũ eorum ſubſtantias, ſed ſecundũ uirtutem: elementa.n. non ſubſtantialiter ingrediunt mixta, ſed uirtualiter, ut nunc Ariſt. indicat. uerum de his poſtea. Adhuc aũt ſecundo, opera & affectus ſunt alterationes ſupple ſecundũ qualitates, reciprocęq; mutationes quæ ſunt generationes elementorũ uel mixtorũ, quæ dicuntur reciprocæ, quia aer fit ex igne, & ignis ex aere, & ſic de cęteris. Ex his apparet Ariſt. per opera & affectus non diuerſa intelligere, ſed eadem: ſunt.n. in propoſito nomina multiuoca idẽ fere ſignificantia. Hæc de minore. Deinde dat concluſionẽ ſyllo, & inquit. Patet plurimã de natura hiſtoriã de corporibus eſſe, & per plurimã intelligit oẽm. Nam tota philoſophia eſt principaliter de corpore naturali, Vtitur aũt hoc loquendi modo ut honeſte loquatur. uel dicit plurimã, quia adhuc in naturali philoſophia agitur de anima & primo motore: quorũ nullũ K eſt corpus naturale. Tertio ponit maiorem &. inquit. Omnes.n. naturales aut ſunt corpora, aut cũ corporibus & magnitudinibus fiunt. nam formæ naturales, & accidentia quæ illas comitantur: cum corporibus fiunt ac magnitudinibus, hanc maiorem dupliciter patere ait: primo ex definitione eorum, quæ ſunt ſecundũ naturam: nam hæc ſunt corpora cõpoſita ex materia & forma. Secundo ex ſingulorũ contẽplatione. omne.n. conſideratum in naturali philoſophia eſt aut corpus, aut cũ corpore. Patet igitur in quo conſiſtit principaliter phyſica conſideratio. Hic patet q̃ non tantũ ſcientia de anima dicitur hiſtoria, ſed uniuerſa philoſophia, ut hic ait Ariſt. Deinde Ariſt. oſtendit quid reſtat dicere, repetens rurſus quid principaliter dictũ eſt, & inquit. De primo q̃dẽ igitur elementorũ, & quale quid ſit ſecundum naturam ut q̃ eſt animatũ & ſphæricũ, & q̃ incorruptibile & ingenitum ſit dictum eſt: quare patet de ſubſtantiis eſſe dictũ de cœlo, & q̃ ſit animatum ac ſphæricũ, & q̃ ſit ſimpliciter æternũ. uocat aũt cœlum elemẽtum, quia eſt corpus ſimplex, ut Simplicius ait, uel melius ut ait Alex. quia eſt elementum mundi. Addit quid reſtat, & inquit. Reſtat aũt dicere de duobus, uidelicet leui, & graui: ſunt.n. tres tantum naturæ: uidelicet grauis leuis, & natura neq; grauis neq; leuis, quare cum de L cœlo ſit dictũ, quod eſt natura neutra: reſtat de duobus alijs dicere. Vltimo addit quid reſtat dicere quantum ad opera atq; affectus, & inquit. Simul aũt ſupple cum his duobus nobis dicentibus accidit dicere de generatione & corruptione, & forte hoc refert ad lib. de generatione & corruptione patet igitur intentio duorum librorũ ſequentiũ. Auer. aũt in primo commen. 1. prẽmittit intentionẽ, & inquit. Quia intẽtio Ariſt. in hoc lib. de cœlo eſt loqui de partibus mundi ſimplicibus: uidelicet in dando cauſas accidentium eſſentialium, & iam locutus fuit in primo libro & ſecũdo de corporibus cœleſtibus, & accidentibus eorum: uult modo loqui de alijs. 4. ſimplicibus corporibus, quæ recte mouentur. Hæc de intentione. Quod uero ad uerba attinet Auer. per primum cœlũ intelligit omnes motus cœli. i. aggregatum ex omnibus orbibus qui mouent cœlico motu. & per partes eius intelligit orbes, & ait q̃ cœlum uocauit primum per æquiuocationẽ. i. M ſecundũ cauſalitatem, & quia in translationibus arabicis ſic legitur. Et de ſtellis exiſtentibus in eo cuiuſmodi corporis ſunt, & cuiuſmodi naturæ, & q̃ non ſunt ex aliquo. 4. ideo Auer. exponit quid intelligit per uerba illa ex aliquo. 4. primo exponit q̃ intelligat mixtum: nam ſtellæ non ſunt ex aliquo. i. de natura mixti facti ex. 4. elementis. Aliter exponit, & uult q̃ intelligat formam uel materiam. q.d. q̃ ſtellæ non ſunt ex forma uel materia, quæ eſt ipſorum. 4. elementorũ. Aut exponit. 3. utrunq;. q.d. q̃ ſtellæ non ſunt ex materia & forma: ex quibus ſunt elementa. Verũ expoſitiones hę ſunt uanæ; nam nihil horum uerborum eſt in codicibus græcis noſtris. Vlterius quia in ipſius translationibus legit. modo aũt dicamus q̃ naturalium fere quædam. Ideo ponderat fere, & ait dixiſſe fere, quia conſiderat de cœlo, quod non eſt ex. 4. elementis: nec ex mixta natura, & addit hoc dixiſſe ne quis crederet de cœlo & elementis non eſſe eandem conſiderationem. nam licet cœlum ſit æternum: eſt mobile, & ita N cadit ſub conſideratione phyſica, & hæc quæ dicit, ẽt uana ſunt: nam in ueris Ariſto. lib. hæc particula non reperit. Vlterius Auer. uult per opera & paſſiones non idem intelligere, ſed diuerſa. Nam paſſiones ipſe intelligit accidentia propria ac eſſentialia. Nam paſſio communiter dicitur tam de proprio, q̃ de communi accidente: proprie autem non niſi de eſſentiali accidente. Sic igitur per paſſiones: intelligit accidẽtia propria per operationes autem intelligit motus. Nam quæcunq; inſunt corporibus phyſicis ſunt aut actiones, aut paſſiones. Vlterius quia in eius translationibus ait, & hoc manifeſtum eſt ex hoc. & dupliciter exponit quid per hoc intelligit, & primo per hoc intelligit cœlum: nam de cœlo dictũ eſt in primo & ſecundo lib. diuerſi mode, ut uiſum eſt. Aut intelligit ſubſtantiam huius artis. hoc eſt ſubiectum ſcientię naturalis: de quo in primo lib. dictum eſt. tamen redit ad pri O mam expoſitionem & intelligit cœlum: nam in primo lib. dictum eſt de ipſo cœlo, quæ ſit illius natura, & eſt ingenitũ & incorruptibile, & etiam hæc uana ſunt: cum in libris Ariſto. hæc non reperiantur. Deinde Auer. ponit differentiam inter conſiderationem de elementis quæ habetur in hoc libro, & illam quę habetur in lib. de generatione. nam in lib. hoc conſiderat de elementis, ut ſunt partes mundi in lib. de generatione ut ſunt partes mixti generabilis & corruptibilis. Præterea hic lib. conſiderat de generatione & corruptione, ut ſunt accidẽtia eſſentialia ẽntis ac mixtis, in lib. de gñatione ut ſunt effectus cauſati ab elementis. Præterea hic conſiderat de generatione ac corruptione, ut ſunt ſubiectum conſiderabile. illic ut ſunt cauſę ſubiecti: ſaltem diſpoſitiue. diſponunt enim ad formas, quæ ſunt ut ſubiecta. Hæc Auer. licet multa alia friuola dicat, quæ non ualent.

Nõ ſolum ſcia de aĩa dr̃ hiſtoria.

Generatio enim aut omnino nõ eſt, aut ſolum eſt in his elementis, aut his quæ ex illis ſunt. hoc aũt ipſum primum eſt conſiderandũ utrũ ſit, aut non ſit, P

Omnino Præter ol.

Expoſitio.

Propoſiturus autem Ariſto. opiniones antiquorum de ꝓpoſita intentione: primo magis particulariter loquens præmittit diuiſionem quandam. & inquit. Generatio enim aut omnino non eſt in rerum natura, hoc eſt aut nihil eſt. Aut generatio ſi eſt, ſolum eſt in his elementis: de quibus dicemus, aut in his mixtis, quę ex illis ſunt eſt. igitur hæc diuiſio q̃ generatio uel nihil eſt uel ſolum reperitur in elementis, atque mixtis: facta hac diuiſione, recolligit intentionem magis in particulari, & inquit. Hoc autem ipſum primum eſt conſiderandum utrum uidelicet generatio ſit, aut non ſit, quia ex huius primi conſideratione patebit ſecundum: patebit enim q̃ ſit generatio eſt: non eſt niſi in elementis & mixtis, & in nullis aliis. Hæc de particulari intentione.

Quę auer. cõmẽ. i.

Hi quidem igitur qui prius de ueritate philoſophati ſunt: tam in his ſermonibus: quos nunc dicimus, quã inter ſeſe diſcordes fuere. Nam hi quidem ipſorum generationem corruptionẽ ue tollunt omnino: nihil enim eorum quę ſunt generari, aut corrumpi, ſed ſolum uideri nobis dicunt, ut ſunt qui circa Meliſſum, & Parmenidem. Q

Expoſitio.

Præmiſſa intentione nunc exequitur de illa, & primo q̃d ueteres ſenſere narrat, & inquit. Hi quidem igitur qui prius de ueritate philoſophati ſunt: iſti in ſuis opinionibus diſcordes ſunt tam in his ſermonibus: quos nunc dicimus de generatione & corruptione, quàm inter ſeſe diſcordes fuere: ecce q̃ iſti differunt inter ſe, quia de generatione & corruptione non eodem modo loquuntur, & differunt à nobis, quia quo uis modo loquantur: non recte ſentiunt. Et q̃ differant à nobis, declarat ponendo eorum poſitiones: nã ſic patebit illos differre inter ſe, & inquit. Nam hi quidẽ tollunt omnino gñationẽ & corruptionẽ ipſorũ corporum naturalium, dicentes generationem ac corruptionẽ nihil eſſe in rei ueritate, ſed ſolũ hæc uideri generari, & corrumpi, ut ſunt qui philoſophati ſunt circa Meliſſum, & Parmenidem: iſti enim tollunt omnino generationẽ ac corruptionẽ, ſed dicunt illas eſſe ſm̃ apparentiã. Quod uero ad uerba attinet, per ueritatẽ intelligit ſciẽ

tiam

A tiam ſpeculatiuã,& dicit qui prius de ueritate cõtẽplati ſunt
pp eos,qui prius pbati ſunt de moribus,&rep.ſeu politicis.

Aliqua Alia Præterea Autem Borũ ẽ uerbũ additũ.

Quos & ſi aliqua bene dicunt:non phyſice tamen dicere oportet putare. Eſſe nanq; entium aliqua ingenita omninoq; immobilia eſt magis alterius atq; prioris quàm phyſice conſiderationis. prẽterea quia nihil quidem aliud præter ſenſibilium ſubſtantiam eſſe ſuſpicati:hi primi quaſdam tales intelligentes naturas(ſiquidem erit eorum aliqua cognitio aut prudentia).Sic ad hęc traduxerũt per rõnes,q̃ inde ſunt.

Expoſitio. Oſtendit quid bene,quid ue male dixerunt iſti ſic dicentes.Quantum enim ad hoc q̃ ſint quædã entia ingenita atq; incorruptibilia,recte dicunt:ſunt enim entium quædã quæ in rei ueritate nec genita ſunt,nec corruptibilia,ut ſubſtãtiæ ſeparatæ.Sed dupliciter deficiunt. primo quia phyſice credẽtes loqui,non phyſice,ſed metaphyſice loquũtur, & hoc ait,
B eſſe nanq; entium aliqua ingenita omninoq; immobilia eſt magis alterius atq; prioris quàm phyſice conſiderationis, quia conſideratio illorum ſpectat ad metaphyſicam,quę eſt prior ſcientia q̃ ſit phyſica.Secundo defecerunt , quia hi primi philoſophantes nihil quidem aliud eſſe præter ſenſibiliũ ſubſtantiam ſuſpicati quaſdam tales.ſ.æternas intelligentes naturas,ſiquidem erit earum naturarum aliqua ſiue cognitio ſiue prudentia,& dixit hoc,quia in rei ueritate nihil de illis intellexerunt , ſed ſolum temere ac à ueritate compulſi, ſic ad hæc phyſica corpora traduxerunt per rationes quę inde ſunt. In quibus uerbis patent tres illorum defectus:primus enim eſt quia credentes phyſice dicere,loquuntur metaphyſice.ſecundo quia non intelligentes aliquid æterni locuti ſunt de ingenitis & æternis. tertio quia quæ æternis cõpetunt,ad phyſica traduxerũt.& hanc translationem fecerũt propter rõnes,quæ inde factæ ſunt:rõnes.n.inde factę ſunt, qa crediderunt ꝓpria ęternis conuenire caducis & genitis.

Quę auer. cõm.2. Auerro.autem introducit textum hoc modo dicens cũ uoluit perſcrutari utrum ſit generatio aut non ſit ad maiorem declarationem,quia generationem eſſe eſt manifeſtum : tamẽ ad maiorem declarationem declarabit an generatio ſit: ideo uult Auer.q̃ incepit ab eo quod eſt famoſius , & ponit
C illud tãquam ſuppoſitionem.uidelicet q̃ ſi generatio & corruptio ſunt : neceſſario ſunt in.4.elementis uel in mixtis ex illis:hæc igitur eſt propoſitio famoſa , & quaſi ſuppoſitio.& ait hanc famoſam propoſitionem non conceſſiſſe niſi concedentes generationem eſſe:omnes enim qui generationẽ eſſe dicunt:aiunt illam eſſe in elementis atq; mixtis,& quia Ariſto.loquitur cum eis,qui tenent generationem eſſe: ideo primo quærit utrũ generatio & corruptio ſint in elementis atq; mixtis,qa hæc perſcrutatio eſt prior natura uel doctrina alia perſcrutatione . Nam ſequitur ſi generatio eſt in elementis q̃ generatio ſit,ipſam enim eſſe:non eſt niſi eſſe in elementis uel mixtis,& ſic patet inductio textus ſecundum Auer. Vlterius Auer.reducit poſitiones antiquorum in duas contrarias,& ait q̃ una poſitio dicit nulla generari entia . Alia ait,
D omnia entia generari, quorum poſitiones ambæ falſæ ſunt, & ueræ ſubcontrariæ.Nam quędam ſunt ingenita,ut ſubſtãtiæ ſeparatæ, & ſic hæc eſt uera : quædam non generantur. Hæc etiam quædam generantur,ut phyſica corpora,elemẽta,& mixta.igitur poſitiones illæ contrariæ ſunt falſæ . ſub-

Dubitatio, contrariæ ueræ. Sed quæres quare locutus eſt contra eos,

Solutio qui dicunt nulla entia generari,& non contra eos qui dicunt omnia entia generari. Reſpondet Auer. & aſſignat quinq; rationes,& inquit:Primo & locutus fuit contra iſtos.uidelicet qui dicunt nulla entia fieri,& non contra alios, qui dicũt omnia entia fieri,quãuis utercq; ſermo ſit uerus ſecundũ partem,quia pars uera in ſermone iſtorum ſupple qui dicũt nulla entia fieri:eſt nobilior.eſt enim pars uera ſubcontraria illi uidelicet quędam entia non generantur nec corrumpuntur, ideſt quædam entia non fiunt.Hæc pars uera eſt de ſubſtantijs ſeparatis,quæ ſunt nobiliores res omnibus rebus.igitur cum hæc pars uera ſit nobilior, & de nobilioribus ſit magis agendum:relinquitur q̃ recte contra iſtos debuit loqui , & non contra alios. Secundam rationem ponit ibi,& pauciſſimis, quæ talis eſt. Pauciſſimi antiquorum partem hãc uerã intellexerunt,quia hæc pars q̃ quædam non fiant:ſolum uera eſt de ſubſtantijs ſeparatis: quas pauci aut nulli intellexerunt.modo de occultioribus eſt magis agendum.& ita recte contra hos ipſe loquitur,quia pars eorum uera eſt latentior. E

Tertio rationem ponit ibi:pars aũt uera in ſermone, quæ talis eſt,pars uera in opinione eorum qui dicunt omnia generari atq; corrumpi eſt ſenſui manifeſta:eſt enim huic ſubcontraria hæc,quædam entia generantur & corrumpuntur, quæ(cum ſenſibus pateat) non indiguit pertractatione.

Quarto rationem ponit ibi,& quia hæc perſcrutatio, quæ talis eſt,pars uera ſecundæ poſitionis continet.4. elementa & mixta,modo in his generationem corruptionẽq; fieri nemo eſt qui dubitat.ideo nõ erat digna pertractatione. Quinto ponit ibi.& ẽt principalia,quæ talis eſt : pars hæc uera q̃ eſt q̃ quædam res fiunt:in lib.phyſicorum eſt diligenter diſcuſſa, ubi declaratum eſt eſſe quædam principia abſtracta F
& penitus immobilia,ut ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ.Ideo nõ egebat retractatione,nec noua diſcuſione:patet igitur q̃ cõtra primam poſitionem recte locutus eſt oſtendendo quæ pars ſit uera,& quæ falſa. Deinde Auer. ibi. & non oportet nos perſcrutari hic.exponit quædam uerba textus,quę(ut intelligas)ſic in eius translationibus leguntur, & non oportet nos perſcrutari hic de rebus non cadentibus ſub generatione & corruptione, quæ neq; mouentur omnino in qualitate,hoc.n.conueniens eſt libro de auditu naturali:in quo perſcrutamur de natura.Vult igitur Auerroes circa hæc uerba, q̃ Parmenides & Meliſſus deficiant, quia pars uera eorum q̃ uidelicet quædam non generantur,ſolum habet locum in ſubſtantijs ſeparatis:de quibus loquit̃ non hic, ſed in libro phyſi.& ita errant:quatenus poſuerunt quædam non pertinentia ad hunc locũ,& ſic Auer per res quæ non cadunt ſub generatione,intelligit primum mouens,quod in fine.3.phyſicorum declaratur, & prima principia uidelicet materiã & formam,quæ ſunt æterna non cadentia ſub generatione : de G
quibus in lib.1.phyſico.locutus eſt, & per ea quæ non mouentur in qualitate intelligit orbes,qui circulariter mouent̃, quia illic declaratum eſt motum circularem non eſſe per generationem uel alterationem tranſmutabilẽ. Aſſignat autẽ Auer.cauſam quare in lib.phyſico.hæc omnia pertractauit, & ait,quia ille liber eſt uniuerſalis omnibus libris continens radices uniuerſales omnibus libris philoſophiæ naturalis. Aſſignat ẽt cauſam quare addidit in quo perſcrutatur de natura,& eſt quia natura enumeratur inter cauſas & principia uniuerſalia quæ in illo lib.pertractantur. Hæc Auerro. Sed ſunt hæc omnia uana:nam in codicibus græcis nihil horum reperitur,& ita omnia hæc ſunt ad ęcũ: ſicut multa alia huius hominis. Vltimo Auer.ponit ibi.cum dixit,opinionem dicentis rationem Parmenidis & Meliſſi, qua dixerunt hæc ſenſibilia nulla generari,& ſyllogiſmus eius eſt. Scibilia nõ generantur,nec corrumpuntur:eſt.n.ſcientia non niſi de æternis:Hęc ſenſibilia ſunt.Scibilia igitur nec ſunt genita , nec corruptibilia:hæc dicit Auer . in ſumma,& ut dixi:ſunt ſua H
uerba:non Ariſt.iam.n.habemus ueros Ariſt.textus, & legimus eos ꝓprio in fonte:ideo ſuadeo iuuenes nihil credãt Auer.circa uerborum Ariſtote. interpretationes , quoniam translationes quas habebat:erant omnes erroneæ, ut ipſemet fatebitur infra commen.35.

Quaſi ut quãdmodũ ſtudioſe de induſtria. De natura dixerunt φυσιολογικῶς.

Quidam uero alii quaſi ſtudioſe contrariam his habuerunt opinionem: ſunt enim quidam qui nullam rerum ingenitam eſſe aſſerunt, ſed omnes fieri: genitas autem has quidem incorruptibiles permanere.Has autem rurſus corrumpi.Maxime quidem hi ſunt:qui circa Heſiodum ſunt . Deinde & aliorum qui primi de natura dixerunt.

Nunc narrat ſecundã poſitionẽ eorum, qui ſectantur Heſiodũ, qui dixerunt omnia generari,uerum eorum quæ generantur: quædam dixerunt incorruptibilia permanere:quędã generari & corrũpi. Vnde inquit. Quidã uero alii quaſi ſtu

I dioſe.i.quaſi de induſtria contrariam his habuerunt opinionem & dixit quaſi de induſtria,qa poſitionē hanc habuerūt, ut illis contradicerent. Deinde narrat poſitionem horum & inquit.Sunt enim quidam qui nullam rerum ingenitam eſſe aſſerunt,ſed omnes fieri fatentur. Verum genitas non eodē modo dicunt omnes, quia alias incorruptibiles permanere: alias rurſus corrumpi. Vltimo explicat,qui fuerunt hi,& inquit. Maxime quidem hi ſunt,qui circa Heſiodum ſunt. Deinde ſunt huius etiam opinionis & aliorum qui primi de natura dixerunt,quod grēce eſt phyſiologeſantes.Sed quę ſint res quæ fiunt,& poſtea permanent incorruptibiles:nō explicant expoſitores de mente Heſiodi.Verum quidam dixerunt eſſe primam cauſam, quam factam eſſe uoluit Heſio-
K dus,ſed incorruptibilem.Alij eſſe chaos,quod Heſiodus factum eſſe dixit,ſed permanere ſemper, ut ab eo omnia proficiſcantur.Alij dicant quid uelint:nam hoc parum ad nos, q̄ quærimus Ariſtote.intelligere.

Hi uero alia quidem omnia & fieri & fluere di/
Stabile. Stabiliter cunt:nihilq̄ ſtabile eſſe.Vnum autem quoddam ſolū permanere: ex quo hæc omnia tranſſigurari ſunt apta,quod quidem cæteri complures & Heraclitus Epheſius uelle dicere uidentur.

Expoſitio. Nunc narrat tertiam poſitionem, & inquit. Hi uero alia quidem omnia & fieri & fluere dicunt, nihilq̄ ſtabile eſſe. Vnum autem quoddam ſolum permanere: ex quo hæc omnia trāſſigurari ſunt apta.Hoc autem ſecundum expoſitores græcos eſt materiale principium, quod ſubſiſtit: omnibus quæ fiunt & corrumpuntur. Deinde quorum ſit hæc poſitio tangit,& inquit. Quod quidem cæteri complures,& Heraclitus Epheſius uelle dicere uidentur. huius etiam poſitionis fuit Thales qui aquam eſſe hoc principium dixit; Anaximenes uero aerem: Anaximander inter utrunq̄ ſcilicet uaporē.
Quę auer. cōmē. 3. Heraclitus autem Epheſius ignem: de quo ſpecialiter mentionem fecit,quia ipſe magis aſſerebat omnia eſſe in continuo fluxu. Hæc græci expoſitores addiderunt. Auerroes autem breuiter reſumit opiniones,& recte,& ait quòd ſecūda opinio eſt eorum, qui dixerunt omnia generari, & iſti
L ſunt bipartiti. nam alii dicunt generabilium eſſe quædam genita, & non corruptibilia, ut Plato dicit de mundo: ait enim: mundum factum,ſed incorruptibilem. Alii dicunt genita omnia & corruptibilia: aſſerunt enim omne generabile eſſe corruptibile,qui etiam bipartiti ſunt: nam alii uolūt genitum ipſum eſſe permanens & fixum donec corrumpatur. Alii q̄ genitum ſemper eſt in fluxu, & quod non eſt hic niſi materia & ſubiectum:ratione cuius generatio eſt æterna. eo quia omnis tranſmutatio eſt firmata ſuper aliquod p̄manens,& ait q̄ iſti non diſcordant in hoc. Sed circa principium quod ponunt ſubſiſtere: nam alii dicūt illud eſſe ignē. Alii terram:alii aquam,alii uaporem, ut dictum eſt. Hæc optime Auerroes.

Sunt autem quidam qui & omne corpus genera/
H bile faciunt:componentes ipſum ex ſuperficiebus:ac diſſoluentes in ſuperficies.

Expoſitio. Quarta poſitio eſt Platonis, qui dixit, omne corpus ge-
M nerari,componens ipſum ex ſuperficiebus, & diſſoluens ipſum in ſuperficies.

Quod quæ cunq̄. Contra Contraria. De aliis quidem igitur alius erit ſermo: his uero qui hoc dicunt modo: omniaq̄ corpora ex ſuperfi/ciebus conſtituunt. Quod quidem alia accidit dicere contra mathematicas ſcientias perfacile eſt uidere. erat tamen æquum aut non dimouere ipſas, aut credibilioribus rationibus, quā ſuppoſitiones ſunt: dimouere.

Expoſitio. Nunc reprobat opinione: & primo oſtendit contra quas uult argumentari, & inquit. De aliis quidem igitur ſupple tribus opinionibus alius erit ſermo, quia partim in primo phyſicorum:partim in libro de generatione: partim autem inferius in hoc libro, poſtea reſumit opinionem contra quā uult obiicere,& inquit.His uero qui hoc dicunt modo:omniaq̄ corpora ex ſuperficiebus conſtituunt,ut ſunt Platonici, quod quidem alia accidit dicere contra mathematicas ſcientias:perfacile eſt uidere.Obiicit Platoni per hoc genera tim quia ex poſitione eius ſequitur contra ſuppoſitiones in ſcientiis mathematicis traditas: ſunt enim in mathematicis plures ſuppoſitiones, ut punctum eſſe indiuiſibile ſimpliciter,lineam eſſe indiuiſibilem ſecundum latitudinem: ſuperficiem autem ſecundum altitudinem: modo dicere quòd linea fiat ex punctis, & ſuperficies ex lineis, & corpus ex ſuperficiebus, eſt ſuppoſitiones has deſtruere, ſequitur enim punctum eſſe partem lineæ:lineam ſuperficiei: ſuperficiem corporis.Modo pars rei diuiſibilis eſt diuiſibilis. Quare ſequitur illa omnia eſſe ſimpliciter diuiſibilia. Ecce quo modo ex poſitione Platonis ſequitur contra ſuppoſitiones mathematicas. Ideo ait contra ipſum:erat tamen æquum aut non dimouere ipſas ſuppoſitiones:quas diximus. aut dimouere ipſas ſuppoſitiones per credibiliores rationes quā ſint O ſuppoſitiones illæ.quaſi uelit dicere,quòd quia non dantur credibiliores rationes,quàm ſint ſuppoſitiones: ideo eſt fatuum ſic opinari.hæc Ariſtoteles contra Platonem generatim. Aſſignat autem expoſitor duas rationes,cur prętermiſſis aliis opinionibus:tantum contra Platonis poſitionem inſiſtit:primo, quia hæc poſitio erat famoſior, ſicut & Platouir erat inſignis.Secundo,quia hæc poſitio eſt ordine doctrinæ prior, quoniam eſt de generatione corporis in eo quòd corpus:aliæ ſunt de generatione corporum ſenſibilium. modo corpus ut corpus eſt prius corpore, ut ſenſibile. Auer- Quæ auer. cōmē. 4.
roes autem aſſignat aliam cauſam:quare non eſt loquendum contra primas opiniones,quia illæ non ſunt naturales: nā negant generationem eſſe. modo generatio eſt quoddam ſuppoſitum in naturali philoſophia. ideo loqui de hoc ſpectat magis ad metaphyſicum ac logicum,qui inquirunt ſuppoſita ac ſubiecta aliarum facultatum. Sed hæc ratio Auerois non cogit, quia ſaltem poteſt dici contra eos qui aſſerunt omnia generari: iſti enim non negant ſubiectum: nec ſuppoſitum. Prætерea dubium eſt ſi metaphyſicus habeat hoc agere,ut alibi dicit ipſe:immo naturalis philoſophus p̄bat eſſe aliquod fixum & immobile,ſed hæc Auerrois ratio P
ualeat,quantum ualere poteſt.

Deinde patet eiuſdem eſſe rationis ſolida quidem ex ſuperficiebus: ſuperficies autem ex lineis: & has ex punctis componi. Quæ ſi ita ſint: non neceſſe eſt partem lineæ lineam eſſe. ſed de his prius in ſermonibus de motu conſiderauimus: demonſtrauimus enim indiuiſibiles nullas longitudines eſſe.

Obiicit ſecundo ſpeciatim, & primo ſumit quoddam Expoſitio.
quaſi ſuppoſitionem dicens,deinde patet eiuſdem eſſe ratio nis ſolida,ideſt corpora quidem ex ſuperficiebus:ſuperficies autem ex lineis, & has lineas ex punctis componi, eſt igitur ſuppoſitio eadem ratione componi corpora ex ſuperficiebus,ſuperficies ex lineis, & lineas ex punctis. Tunc arguit quæ ſi ita ſint hæc ſupple quæ diximus: non neceſſe eſt Q
partem lineæ lineam eſſe,quia ex quo fit ex punctis: partes lineæ erunt puncta,quod quidem eſt impoſſibile: de quo ſe remittens ad ſextum phyſicorum,inquit. Sed de his prius in ſermonibus de motu conſiderauimus: demonſtrauimus Quæ auer. cōmē. 5.
enim indiuiſibiles nullas eſſe longitudines, & per conſequens non poſſe componi ex punctis. Auerroes autem dicit primo poſitionem Platonis ſequi impoſſibilia quæ ſequuntur poſitionem dicentem continuum componi ex indiuiſibilibus.Secundo ait, illam ſequi alia impoſſibilia contra mathematicos.Tertio dicit, ēt illā ſeq̄ ipoſſibilia naturalia: ſed quia hanc ſequuntur illa impoſſibilia quæ ſunt contra eos qui dicunt continuum componi ex indiuiſibilibus: ideo incepit dicere illa impoſſibilia. Secundo dicit Auerroes q̄ dicentes corpora ex ſuperficiebus componi:non dicunt ſuperficies componi ex lineis. & qui dicunt ſuperficies fieri ex lineis,non dicunt lineas fieri ex punctis: propterea dixit eſſe eiuſdem rationis:nam eadem ratione corpus fit ex ſuperficie

bus,

A bus,qua ſuperficies ex lineis. & qua linea ex punctis, quia proportio ſuperficiei ad corpus eſt ſicut lineæ ad ſuperficiē, & puncti ad lineam.& quia puncta ſunt indiuiſibilia: ideo idem quaſi eſt dicere corpus fieri ex ſuperficiebus,& ſuperficies ex lineis,& lineas ex punctis,quod continuum ex indiuiſibilibus:propterea remiſit ſe ad ſextum phyſicorum,ubi p̄bauit continuum non componi ex indiuiſibilibus. Addit tamen q̄ licet in ſexto ſint impoſſibilia dicta:hic ſpeciatim addit quædam uidelicet q̄ ſequitur partem lineæ non eſſe lineam,ſed punctum.partem ſuperficiei non eſſe ſuperficiem ſed lineam;partem corporis non eſſe corpus, ſed ſuperficiē. Quæ omnia ſunt contra geometras,qui dicunt lineam diuidi in duo media,in infinitum, & ſuperficiem, & corpus ſimiliter. In his enim tribus magnitudinibus diuiſio proficiſcitur in infinitum. Sed occurres quia tunc de eiſdem conſide
B raret phyſicus,& mathematicus. Secundo quia ſi de his in ſexto libro phyſicorum eſt dictum: ſuperfluit hic eadem repetere. Reſpondet Auerro.ibi,& quia perſcrutatus eſt, & uult quòd phyſicus, & mathematicus conſiderent has tres magnitudines,phyſicus,ut ſunt termini, ideſt forma in materia.mathematicus ut ſunt abſolutæ à materia, & ita patet ſolutio ad primam. Ad ſecundam dicit hic non ſuperfluere loqui de his,quia loquetur per rationes particulares, & magis materiæ propinquas quàm locutus ſit in phyſicis. Hæc Auerroes.

Quæcunque autem de phyſicis corporibus impoſſibilia accidit his dicere, qui lineas indiuiſibiles faciunt: parum per nunc etiam conſideremus. Nam ea impoſſibilia, quæ quidem in illis accidunt:etiam in naturalibus ſequentur. At non omnia quæ in his ſequuntur, in illis accidunt: propterea quòd mathematica abſtractione dicuntur. phyſica autem additione.

Sequuntur peribū ad. dictum. Accidunt uerbum ad dictum.

Expoſitio.

Nunc Ariſtoteles per rationes naturales uult Platoni contradicere,& cauſam reddit ex hoc, quia impoſſibilia quæ accidunt de corporibus mathematicis:accidunt de corporibus
C phyſicis.Contra autem non:non enim oportet ut impoſſibilia quæ accidunt de corporibus phyſicis:accidant de corporibus mathematicis. Propterea uult nunc ſeorſum ponere impoſſibilia de corporibus phyſicis,quia hæc non accidunt de corporibus mathematicis.Dicit autem Ariſtoteles hæc: quia poſſet quis dicere:tu dixiſti impoſſibilia de corporibus mathematicis contra Platonem:igitur ſufficiunt. Reſpondet quòd nunc uult dicere impoſſibilia quæ accidunt de corporibus phyſicis,quia licet omnia impoſſibilia, quæ accidunt de corporibus mathematicis,accidunt de corporibus phyſicis:non tamen omnia quæ accidunt de corporibus phyſicis: accidunt de eorporibus mathematicis & huius rei cauſa eſt, quia impoſſibile accidens alicui,eſt illi repugnans, idē enim eſt impoſſibile,quod repugnans.modo, corpus mathematicum eſt ut uniuerſale ad ipſum corpus phyſicum,quia corpus mathematicum abſtractione eſt, ut ipſum uniuerſale. phyſicum additione,ut ipſum particulare.quare recte omne impoſſibile accidens de corporibus ipſis mathematicis: accidit de corporibus phyſicis, quia omne repugnans uniuer-
D ſali:repugnat particulari. Inquit. Quæcunq; autem de phyſicis corporibus impoſſibilia accidit his dicere,qui lineas indiuiſibiles faciunt:parumper nunc etiam conſideremus. dixit autem parumper, quia alibi in ſexto phyſicorum ample diſputauit,& in libro de generatione. ſed quia aliquis diceret,dicta ſunt impoſſibilia de corporibus mathematicis contra Platonem,ut textu proximo raptim conſiderauit. igitur non eſt de nouo impoſſibilia repetere, quæ accidunt de corporibus phyſicis.Reſpondet, & inquit: Nam ea impoſſibilia,quæ quidem in illis ſupple mathematicis accidunt eſſe in naturalibus ſequetur.at non omnia quæ in his naturalibus ſequuntur:in illis mathematicis accidunt:& aſſignat cauſam.inquit. Propterea quòd mathematica abſtractione ut uniuerſalia dicuntur: phyſica additiõe ut particularia, & ita uiderur impoſſibile quod accidit mathematicis accidere na B
turalibus:ſicut omne repugnans uniuerſali, repugnat particulari. Auerroes autem primo premittit conuenientiam & Que auer. cõmẽ.6.
differentiam inter phyſicum & mathematicum, & inquit. Quòd phyſicus, & geometra conueniunt in conſiderando has tres magnitudines, quæ ſunt corpus ſuperficies, & linea. Secundo dicit,quòd licet conueniant: tamen differunt in modo conſiderandi. Tertio ait,quòd quia conueniunt & differunt:ideo conueniunt in propoſitionibus ex quibus fiũt ſyllogiſmi,& concluſionibus, quæ ui ſyllogiſmorum inducuntur. Quarto infert,quòd omnia impoſſibilia quæ accidunt à poſitione falſa, quam Plato ait de his magnitudinibus tribus:cum ait corpus ex ſuperficiebus: ſuperficiem ex lineis:lineam ex punctis componi, accidunt etiam naturalibus:niſi ſint aliqua accidentia, quæ accidunt illis, ut ſunt abſtracta à materia,& non quatenus ſunt in materia,aut cõ uerſo,quæ accidunt naturalibus ut in materia, & non illis, F
ut abſtracta à materia. ponit exemplum, & ait tam phyſicum quàm mathematicum concedere continuum poſſe diuidi per diminutionem in infinitum: ſiue ipſum continuum conſideretur ut in materia,ſiue ut abſolutum à materia,quia ut tertio phyſicæ auſcultationis dicitur,ſi continuum conſideretur ut in materia:cum ratione materiæ ſit diuiſio in infinitum,ut ſic continuum poteſt diuidi in infinitum.ſi conſideretur ut continuum,etiam poteſt diuidi in infinitum: quare ſecundum utriuſq; conſiderationem continuum poteſt diuidi ad infinitum:differunt autem ex parte auctionis, quia ma 8
thematicus concedit poſſe creſcere in infinitum, quia continuum conſiderat ut à materia & forma abſtractum, & ſi abſq; omni limitatione, illud contemplatur. phyſicus uero, quia conſiderat continuum,ut terminus hoc eſt ut forma:cuius eſt aliam terminare,quia eſt terminus per eſſentiam, iure non concederet continuum poſſe creſcere in infinitum,ut primo huius commẽ.32.& ſexto phyſicorum commen.15. & ſeptimo phyſicorum commen.ſecundo dicitur.Quæ ra- G
tio docet mathematicum ponere continuum diminui,& augeri in infinitum. phyſicus uero diminui quidem ſic, augeri autem minime. Quinto ait, q̄ impoſſibilia quæ accidunt naturalibus,accidunt geometricis ſaltem in parte: non autem uniuerſaliter.non enim oportet quæ accidunt rebus ut concretæ ſunt,accidant rebus,ut abſtractæ ſunt: non enim quod accidit rei ſecundum concretionem atque ſecundum quid accidit rei ſimpliciter. His præmiſſis Auerroes introducit textum, & uult quòd cum deducta ſunt impoſſibilia, quæ pertinent geometriæ, deducentur quatenus pertinent huic ſcientiæ naturali, & dixit parumper, quia non perfecte omnia geometrica impoſſibilia adducit in hac naturali ſciẽtia:cum quædam eorum prætermittat. Sed occurres, quia phyſica & mathematica ſunt ſcientiæ diuerſorum generum & non ſubalternæ: igitur differunt penitus in ſyllogiſmis, propoſitionibus,& concluſionibus, & etiam in impoſſibilibus. Vult quòd Ariſtoteles reſpondeat concedendo ſimpliciter has duas ſcientias differre, ait tamen ſcientias has conuenire in aliquibus,& ſecundum quid, & ita non om- H
nia,ſed quædam impoſſibilia ſunt communia utriq; ſcientiæ:aſſignat autem cauſam Auerroes,quia mathematicus & phyſicus conueniunt quo ad ſubiectum: differunt autẽ quo ad rationem conſiderandi.nam geometra conſiderat corpus ut diminutum,ideſt abſolutum ab accidentibus materialibus & à mõtu: phyſicus, ut concernens hæc. & ſic quando Ariſtoteles ait mathematicam eſſe ſcientiam abſolutam, & phyſicam concretam:non intelligit per abſolutam,uniuerſalem ſubalternantem,& per concretam ſubalternatam, ut geometriam & perſpectiuam,arithmeticam & muſicã: quarum una alteram ſubalternat,ſed intelligit has circa idẽ ſubiectum conſiderare ſub diuerſa ratione, quia geometra ſub ratione abſtracta,& phyſicus ſub ratione concernente motum & accidentia materialia, & addit quòd quomodocũq; ſit inter ſcientiam altiorem,quam uocat Ariſtoteles diminutam,& inferiorem, quam uocat additam, eſt aliqua conue-

I nientia:propter quam poteſt dici quod accidentia,quæ acci
dunt geometricis : accidunt etiam phyſicis . Ex his refellit
obiectionem,quæ fiebat contra Ariſtotelem:nam Ariſtote-
les in poſterioribus dixit non licere migrare de genere in ge
nus,& ita non licet migrare de geometricis ad phyſicas:ali
ter uteretur propoſitionibus non propriis huic ſcientiæ.

Tunc uerificat illam propoſitionem quæ dicit,quicquid ac
cidit ſcientiæ ſuperiori:accidit inferiori: ait enim hoc eſſe ue-
rum quando quod continetur in ſuperiori , eſt cauſa eorum
quæ continentur in inferiori,quando uero quæ accidunt ſu-
periori ſcientiæ:non ſunt cauſæ eorum,quę ſunt in inferiori,
& maxime quando ſcientia ſuperior, & inferior ſunt differē
tes omnino & nullo modo ſubalternæ : tunc hæc propoſitio
non habet locum.quomodo ſe habet geometria cum natura
li:geometria enim continet res , quæ non ſunt cauſæ rerum
naturalium:quare impoſſibilia accidentia geometriæ non
K omnia,ſed quædam accidunt phyſicis : hæc Auerroes. Ex
dictis igitur Ariſtotelis & Auerrois patet, omnia impoſſibi-
lia quæ accidunt falſis opinionibus de corporibus mathema
ticis:accidunt falſis opinionibus de corporibus phyſicis. &
huius reī cauſa eſt, quia impoſſibile & repugnans idem eſt:
modo , omne repugnans corporibus mathematicis , repu-
gnat phyſicis corporibus . Nam mathematica corpora ſunt
abſtractione,& quaſi uniuerſalia:phyſica autem additione,
& quaſi particularia.omne autem repugnans uniuerſali re-
Dubitatio. pugnat particulari. Sed occurres:nam repugnat corporibus
mathematicis finiri ad maximum:hoc autem competit phy-
ſicis . Poteſt dici, ꝙ per mathematica intelligit uniuerſalia
crpora ſecundum quorum rationem mathematicus conſi
derat:modo omne repugnans uniuerſali repugnat particula
ri. Tunc ad rationem dico ꝙ non repugnat corpori uniuer-
ſali ut corpus finiri ad maximum: nam aliquod corpus fini-
tur ad maximum . igitur corpus finitur ad maximum : bene
tamen dico corpori ut corpus non competere ut finiatur ad
maximum.

Complura autem ſunt, quæ indiuiſibilibus ineſ/
ſe non poſſunt:phyſicis autem,neceſſario inſunt,ut
ſi quid eſt indiuiſibile.In indiuiſibili enim diuiſibi/
Affectus. le ineſſe non poteſt. Affectus autem omnes duplici/
Paſſiones ter diuiſibiles ſunt . Aut enim ſecundum ſpeciem,
L aut ſecundum accidens.ſecundum ſpém quidem,ut
coloris album & nigrum. ſecundum accidens autē,
Affectiões Paſſiones ſi id cui ineſt:diuiſibile ſit.Quare quæcunꝙ ſimpli/
ces ſunt affectiones,omnes ſunt hoc modo diuiſibi/
les . Quapropter impoſſibile ipſum in talibus eſt
Expoſitio. conſiderandum.

Hic textus eſt obſcurus,& nec latini:nec græci(ut mihi ui
detur)clare ipſum exponunt.Ego uero ſaluo meliori iudicio.
dicerem quòd hic incipit Ariſtoteles phyſice contradicere
Platoni,& primo ſumit duo,quaſi duas ſuppoſitiones : qua-
rum prima eſt,ꝙ complura ſunt, quę rebus indiuiſibilibus
ineſſe non poſſunt,phyſicis autem corporibus neceſſario in
ſunt,& dico hoc,ut ſi quid ſit indiuiſibile,quia fortaſſe rei ue
ritas eſt,ꝙ in rerum natura nihil eſt indiuiſibile,niſi ſubſtan
M tiæ ſeparatę, & intellectus,ut in libro de ſubſtantia orbis di
ſputaui.Hanc ſuppoſitionem declarat,& inquit. In indiuiſi
bili enim diuiſibile ineſſe non poteſt, quod tamen corpori-
bus ineſt. albedo enim extenſa puncto uel lineæ non po-
teſt ineſſe, quæ tamen corpori ineſt . hæc eſt prima ſuppoſi
tio . Deinde ponit ſecundam quaſi ad declarationem pri-
mæ, & inquit . Affectus autem omnes dupliciter diuiſi-
biles ſunt , aut enim ſecundum ſpeciem . Aut ſecundum ac
cidens : ſecundum ſpeciem quidem , ut coloris , qui eſt ge-
nus,quod diuiditur in album & nigrum:ſecundum accidens
autem:ſi id cui ineſt diuiſibile ſit,hoc eſt ad diuiſionem ſubie
cti:diuiditur enim albedo diuiſione ſuperficie,quia extendi-
tur extenſione ſubiecti:ex hoc colligit ſuppoſitionem , & in-
quit.Quare quæcunꝙ ſunt ſimplices paſſiones:omnes ſunt
Dubitatio hoc modo diuiſibiles. Sed occurres non omnes paſſiones
eſſe dupliciter diuiſibiles, quia aliquæ ſunt ſecundum ſpeciē N
diuiſibiles , quæ ſecundum ſubiectum non ſunt diuiſibiles,
ut uirtutes. Aliquæ uero econtra ſecundum ſubiectum qui-
dem diuidi poſſunt:ſecundum ſpeciem autem non, ut albū.

Dici poteſt uerbum omnes teneri diſiunctiue, & non copu Soluſio
latiue:non enim quælibet paſſio utroꝙ modo diuiditur, ſed
omnis paſſio diuiſibilis eſt uno uel altero modo.His habitis
arguit , quare impoſſibile ipſum in talibus eſt conſideran-
dum.nam data poſitione Platonis ſequitur paſſiones nullo
modo eſſe diuiſibiles per accidens,quia illa poſitione data ſe
quitur corpora eſſe indiuiſibilia,quia ſunt ex rebus ipſis indi
uiſibilibus : omne enim compoſitum ex indiuiſibilibus eſt
indiuiſibile:corpora igitur erunt indiuiſibilia : quare paſſio-
nes non poſſunt eſſe ratione ſubiecti diuiſibiles , & ita non
poſſunt eſſe diuiſibiles p accidēs. Auerroes aūt introducit Quę aut.
textū hunc omnino extrancē : inquit enim Ariſtotelem uelle cūmē.7.
aſſignare cauſam, ꝙ naturalis philoſophus poteſt conſidera
re de accidentibus primis ac propriis magnitudinum, id eſt O
de diuiſione magnitudinis in magnitudines,quāuis iſte mo
dus diuiſionis ſit proprius magnitudini ut magnitudo eſt,&
mathematico ipſi , eſt igitur introductio ꝙ Ariſtoteles uelit
dare cauſam ꝙ naturalis philoſophus poteſt loqui de diuiſio
ne continui,quāuis de cōtinuo loqui ad mathematicum ſpe-
ctet. Cauſa autem quam aſſignat Ariſtoteles ſecundū Auer
roem eſt,quia diuiſio corporis phyſici eſt ſimilis partitioni:
uidelicet mathematicæ.Nam corpus phyſicum eſt diuiſibi-
le,ut etiam corpus mathematicum . cum non poſſet corpus
mathematicum recipi in phyſico niſi phyſicum eſſet diuiſi-
bile.non enim poteſt diuiſibile recipi in ſubiecto indiuiſibi
li:quare corpus phyſicum eſt diuiſibile diuiſione ſaltem ſi-
mili diuiſioni mathematicæ : quare phyſicus poteſt de diui-
ſione corporum & magnitudinum loqui,quia de ſimilibus
idem artifex dicere poteſt. Hæc Auerroes in prima parte te
xtus,quæ ſunt ita aliena à mente Ariſtotelis,ut ſomnia ueri-
tati:non enim in græcis quos habemus codicibus,ſic habe- P
tur ut Auerroes exponit. Deinde ſequitur ſecunda pars te-
xtus quæ in arabicis translationibus incipit ibi . paſſiones
autem.ubi Auerroes quo ad uerba ait Ariſtotelem per diui
ſiones ſecundum ſpeciem uel ſecundum formam intelligere
diuiſionem generis in ſpecies per differentias formales:duæ
enim ſunt formæ,ideſt differentiæ formales, quibus genus
diuiditur.per diuiſionem autem ſecundum accidens intelli-
git quia nonnulla accidentia eſſentialiter: ac per ſe ſunt indi
uiſibilia : per accidens uero ratione ſubiectorum in quibus
ſunt,ſunt diuiſibilia : nam quantitas ſeu quantum in quo ut
in ſubiecto ſunt ipſa accidentia.diuiſibile eſt per ſe & eſſen
tialiter:qualitates autem per accidens, quia ſunt in quanto.

Tertio Auerroes epilogat de his quæ continentur in hoc
textu,& inquit.Hunc textum tria continere:primum, ꝙ paſ
ſiones recipiunt diuiſionem.Secundum eſt,cauſa quare reci
piunt diuiſionem:uidelicet , quia ſunt in ſubiecto diuiſibili.
Tertium eſt, quem modum diuiſionis recipiunt , uidelicet,
per accidens,& non per ſe.Quartum eſt, ꝙ poteſt naturalis
conſiderare de accidentibus quæ ſunt ſecundum qualitatem
in hac quæſtione Platonica,ideſt de diuiſionibus , quæ ſunt Q
non ſecundum quantitatem,ſed ſecundum qualitates in hac
opinione Platonis. Sed obiicit Auerroes ſibi , quia diuiſio Dubitatio
qualitatum eſt per accidens.modo naturalis philoſophus cū
ſit artifex ſcientificus conſiderat res per ſe,& per propoſitio Soluſio
nes eſſentiales ac per ſe. Soluit Auerroes & non ad formā,
ſed ad materiam,& ait ꝙ accidentium de quibus artifex ipſe
conſiderat,quædā ſunt quæ ſubiecto inſunt per ſe & primo,
ut par & impar numero , quædam autem inſunt ſubiecto p
quandam ſimilitudinem ad accidentia quæ inſunt ſubiecto
alterius ſcientiæ,ut arithmeticus conſiderat, conſiderat de
numeris ſuperficialibus & ſolidis ſiue corporeis per ſimili
tudinem ad ſuperficies & corpora,de quibus cōſiderat geo
metra per ſe:geometra enim conſiderat de ſuperficiebus li-
neis & corporibus communicantibus ſecundum propor-
tionem & non cōmunicantibus.ſic igitur arithmeticus con

ſiderat

A siderat per similitudinem de his: de quibus considerat per se geometra: & addit ꝙ etiam inferiores scientiæ considerant de accidentibus subiecto geometriç, & arithmeticç & sic fieri pōt hęc diuisio, ꝙ accidentium de quibus artifex cōsiderat, quæ sunt quæ per se insunt & propriæ, alia per similitudinē: alia uero per subalternationem, quatenus superiorum scientia dicit causam illorum, quomodo perspectiuus considerat accidentia lineæ per causam traditam in geometria. Tunc ait physicum considerare de diuisione cōtinui dupliciter scilicet uno modo per assimilationem: nam diuisio continui quam naturalis considerat, est similis diuisioni quam considerat geometra. Secundo per causam, quia reddit causam diuisionis qualitatum, cōsiderat enim physicus diuisionem qualitatis, quia ē similis diuisioni quantitatis. Et addit causam illius, quia recipitur in subiecto quanto, quod est semper se diuisibile. Hæc Auerroes ad materiam. Ad

B formam autem dic tu quòd physicus considerare potest de per accidens rebus, ut sunt similes his quæ sunt per se, & ut illæ habent causam per se. ex dictis igitur ab Auerroe, & numerus patet quòd ubi positio Platonis esset uera, tūc corpora essent indiuisibilia: componuntur enim ex rebus indiuisibilibus, ut superficie, puncto, & linea. Vlterius sequitur nullum accidens diuidi ad diuisionem eorum, quo existente, sequitur nullum accidens esse diuisibile per accidens.

Totūambo Habereſuppleti uerbū Habebunt uerbū ſuppletum. Non habēt uerbū ſuppletum.

Si igitur impossibile est utraq; parte nihil grauitatis habente: totum habere grauitatem. sensibilia autem corpora, aut omnia: aut quædam grauitatē habent: ut terra & aqua, ut etiam ipsi dicent. Si punctum nihil grauitatis habet: patet neq; lineas hēre. Quod si hę non habent: neq; superficies habebunt. Quare nec corporum ullum.

Expositio.

Secundo arguit: & primo probat corpora non posse habere grauitatem nulla eius parte grauitatem habente, & inquit. Si igitur impossibile est utraque parte nihil grauitatis

C habente, totum habere grauitatem. est igitur maior nullum totum potest habere grauitatem nulla eius parte grauitatem habente. igitur sensibilia supple corpora habere non pōt grauitatem nulla earum parte grauitatem habente. Ex hoc syllogismo colligatur hæc conclusio pro maiori. uidelicet corpora sensibilia grauitatem habere non possunt nulla eorum parte grauitatem habente. Cui addo hanc minorem: punctum nihil grauitatis habet. igitur corpora sensibilia non sunt ex punctis, uerum Aristoteles facto primo syllogismo, facit secundum hypothetice a primo ad ultimum: & inquit. Si punctum nihil grauitatis habet, patet neq; lineas habere: nam linea secūdum Platonem est ex punctis. Vltra, si lineæ non habent grauitatem, nec superficies habebunt. quòd si nec superficies, igitur nec corporū ullum grauitatem habebit. Potest igitur dupliciter ex opinione Platonis deduci sensibilia corpora grauitatem non habere. primo ex conclusione primi syllogismi hoc modo, nullum corpus potest habere grauitatem nulla eius parte habente gra

D uitatem. puncta, lineæ, & superficies non habent grauitatē: igitur nullum corpus est ex punctis, lineis, et superficiebus.

Secundo potest aliter deduci hypothethice sic, si punctum non habet grauitatem, lineæ non habent grauitatem. Si lineæ non habent grauitatem: nec superficies. si nec superficies. igit nec corpora sensibilia, quæ sunt ex superficiebus.

Declatio uerborum.

Quod uero ad uerba attinet, uerbum illud totum græce est ampho, latine ambo uel utrūq;. Sed quoniam totum nihil aliud est quàm utraq; medietas, ideo transtulimus totum, quatenus totum & utraq; medietas idem est. Item etiam p partem non essentialem intelligit: quales sunt materia & & forma: seu genus & differentia, sed qûantitatiuam: impossibile enim est totum esse graue nulla eius parte quantitatiua existente graui, potest tamen totum esse graue dato quòd materia eius non sit grauis. & hoc pacto Plato loquebatur de partibus, uoluit enim corpus esse ex superficiebus tāquā ex partibus quantitatiuis, & superficies ex lineis: & lineas E ex punctis uelut ex partibus quantitatiuis. Quare si puncta non sunt grauia, nec lineæ erunt graues, quæ sunt ex pūctis, & si lineę non sunt graues: nec superficies quę sunt ex lineis: & si superficies non sunt graues, nec corpora, quæ secundū Platonem sunt ex superficiebus.

Auerroes autem uult ꝙ hic Arist. incipiat contradicere Platoni. Vnde ait modo incepit perscrutari de parte indiuisibili intellige ꝙ nullum corpus sensibile componitur ex pte indiuisibili. Deinde Auerroes ibi. Alexander autem digreditur. ad cuius digressionem declarandam debes scire ꝙ uerba textus arabici sunt hæc. dicamus igitur ꝙ impossibile est ut duo sint, quorum neutrum habet grauitatem, & cum congregantur, utrūq; haberet grauitatem. Noster uero textus est. si igitur impossibile est utraq; parte nihil grauitatis habente: totum habere grauitatem. uerbum totum græce est ampho latine utrūq;, & uerbum utrūq; intelligitur pro to- F to: nam totum est utraq; partium: super his uerbis Alexander ait ꝙ laudandus est Aristoteles, qui addidit cum congregantur, habebit uttrūq; grauitatem: est enim laudandus, quia posuit uerbum utrūq;. Nam posuit hoc propter materiam & formam, nam nec materia nec forma grauitatem habet, & tamen corpus compositum ex eis habet grauitatē. quasi dicat ꝙ signanter dixit utrūq;, quod græce est ampho. & non dixit totum, quia possibile est neutra parte existente grauitotum esse graue, non autem est possibile neutra pte existente graui, utrūq; esse graue, quia si neutra grauis est utrūq; graue esse non potest, tamen potest neutra pars esse grauis, & totum bene esse graue, ut nec materia nec forma grauis est, & tamen totum est graue, quare propositio est neutra parte existente graui, utrūq; non potest esse graue.

Auerroes autem ait, quòd Aristoteles dixit utrūq; & nō totum: non tantum propter materiam & formam: sed uniuersalius ob multa alia, utpote propter ea de quorum neutro dicitur aliquid, quod dicitur de toto, unaquęq; enim par tium nō est totum, sed congregatio est totum, uerbi causa, G sint tres homines qui simul iuncti moueant nauim: seorsum nullus mouere possit, dico quòd neutra pars mouet: & tamē totum mouet, & licet hoc pacto sit, tamen neutra parte mouente nauim utrunq; mouere non potest, quare differt dicere utrunq; & totum. Nam neutro mouente, totum mouere potest, non tamen utrūq; mouere potest, neutra parte mouēte, quare illa additio recta fuit. Ex his ipse Auerroes colligit illam additionem utrūq; non tantum esse positam propter materiam & formam: sed uniuersaliter propter omnes partes quantitatiuas. Nam neutro homine mouente nauim totum mouere potest: neutra enim parte mouente nauim in actu, totum mouere potest in actu. non enim partes sunt actu in toto, sed potestate. Quare hæc additio non tantum propter materiam & formam ponebatur, sed uniuersaliter propter omnes partes quantitatiuas, neutra enim existente tali, utrunq; non potest esse tale. Et ideo Auerroes laudat Alexandrum quia nouit differētiam inter totum, & utrūq;. H & fuisset mirum de Aristotele si indifferenter posuisset totum, & utrūq;. Nam si ista additio utrunq; non fuisset, esset sermo sophisticus, quia ubi posuisset loco uerbi utrūq;: ipsum totum: sermo esset multiplex, quia de toto quantitatiua & partibus quantitatiuis uerus, de toto essentiali & partibus essentialibus falsus. Obijcit autem contra Alexandrum, & inquit. Et si ista additio non esset, scilicet illius uerbi utrūq;, nisi propter formam & materiam, & tunc sermo esset disputabilis in fine carentię contradictionis. ideſt ualde disputabilis, & ita non demonstratiuus. Secūdo arguit, & inquit. Et tunc ista propositio contradiceret dicentibus corpus esse ex materia & forma: supple si illud uerbum utrūq; additum esset solum propter materiam & formam. Nam si solum esset additum propter materiam & formam: esset qa totum compositum ex materia et forma non esset utrunque, ideſt materia & forma simul. Hoc est falsum, quia totum nihil aliud est ꝙ utrūq;, ideſt materia & forma simul. Tertio arguit, & inquit. Tunc etiam esset ratio dicentium partē in-

Quę auer. cōmē. g.

I diuiſibilem eſſe. Nam dicere poſſunt ut totum quantum eſt ex materia & forma non quantis, ita ex partibus indiuiſibilibus poteſt eſſe quantum. quare oportet dicere uerbum illud utrunque non eſſe additum ſolum propter materiam & formam. Ideo Auerroes inquit. Nos autem diximus quòd hoc eſt uerum. impoſſibile enim eſt ut cum congregantur habeat utrunque eorum quantitatem, quam ante congregationem non habebant, & ſic oportet dicere materiam & formam prius eſſe quantas, ſi ex illis fit aliquod quantum totum: & ita uelle uidetur ꝙ uniuerſaliter totum omne eſt utrũq; .i. ſuæ partes, & per conſequens non tantum propter materiam & formam; ſed propter omnes partes additum eſt illud uerbum ad ſignandum omne totum eſſe utrunque ideſt ſuas partes. Vltimo Auerroes ſic componit ſyllogiſmum: puncta non ſunt grauia neq; leuia, corpora componuntur ex punctis: igitur corpora non componuntur ex gra
K uibus & leuibus, & ita oportet dicere nullum corpus eſſe graue, nec leue.

Punctum uero grauitatem habere non poſſe, perſpicuum eſt. Nam graue quidem omne & grauius eſt: & leue etiam leuius aliquo eſſe poteſt. grauius autem aut leuius fortaſſe non neceſſe eſt graue aut leue eſſe. Quemadmodum & magnum quidem eſt maius: maius autem non ſemper magnum eſt: complura enim ſunt, quæ cum abſolute parua ſint, quibuſdam aliis maiora ſunt. ſi igitur quod cum graue ſit grauius ſit, neceſſe eſt maius eſſe, & graue omne, diuiſibile utique erit, punctum autem indiuiſibile ſupponitur eſſe.

Expoſitio. Secundum Auerroem probatur in hoc textu' maior uide licet' ꝙ punctum nec ſit graue, nec leue, & ſyllogiſmus ſic componitur, omne graue eſt diuiſibile. punctum non eſt diuiſibile: igitur non eſt graue. Maior probatur. omne maius eſt diuiſibile, omne graue eſt maius. igitur omne graue eſt diuiſibile. Minor iterum patet: quoniam omne graue ẽ grauius, & maius graue, & non econtra. Primo igitur probat
L hanc minorem. & inquit. Punctum uero grauitatem habere non poſſe perſpicuum eſt. Hæc eſt maior proximi ſyllogiſmi, deinde probat minorem ultimi ſyllogiſmi, & inquit. Nam graue quidem omne, & grauius eſt, & leuius etiam aliquo leuius eſſe poteſt. grauius autem aut leuius fortaſſe non neceſſe eſt graue aut leue eſſe, huius rei exemplum ponit, & inquit. Quemadmodum & magnum quidẽ eſt maius, maius autem non ſemper magnum eſt. complura enim ſunt. q̃ cum abſolute parua ſunt; quibuſdam aliis maiora ſunt, & ſic patet, omne graue eſſe maius, & ita patet minor ultimi ſyllogiſmi. demum reſumit ſyllogiſmum, qui probat maiorem proximi ſyllogiſmi, & inquit. Si igitur quod cum graue ſit: grauius ſit, neceſſe eſt maius eſſe, ut nũc probatum eſt, concludit & graue omne diuiſibile utiq; erit, & ſic habetur maior ſyllogiſmi præſentis, deinde accepit minorem, & in
M quit. Punctum autem indiuiſibile ſupponitur eſſe. igitur ſupQuę auer. cõm. 9. ple non eſt graue, & pari ratione nec leue. Auerroes autem in præſenti commen. ultra textus expoſitionem: ſoluit per ordinem quinq; dubitationes. prima eſt, quia non uidetur recte dictum, omne graue eſſe grauius, & nõ omne grauius eſſe graue. nam omne comparatiuum ſupponit poſitiuum;
Prima du. Solutio. quare ſi eſt grauius, ſequitur id eſſe graue. Soluit hanc dubitationem parte illa: ſi igitur de aliquo aliquid dictum fuerit, & uult ꝙ rerum quædam ſunt abſolute tales, quędam non niſi comparatiue tales, tunc uult ꝙ omne comparatiuum in abſolute talibus infert ſuum poſitiuum. In alijs uero quę ſo
Scda dub. Solutio lum ſunt reſpectiue talia: non tenet, & ſic patet ſolutio. Secundam dubitationem ponit ibi, & non debet aliquis, quæ talis eſt: una parua pars terrę eſt grauior magna parte aquę, & tñ non eſt maior aqua. Reſpondet ibi. Reſpõdemus, & uult ꝙ propoſitio philoſophi intelligaẽ in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei. in his enim quæ ſunt eiuſdẽ naturæ, omne gra
Tertia du. Solutio. uius eſt maius, & omne leuius eſt maius. Tertiam dubitationem ſoluit ibi. Et etiam eſt manifeſtum, quæ talis eſt, ℘s N parua plumbi eſt grauior magna parte ligni: & tamen non eſt illa ligni parte maior. Reſpondet eſſe intelligendam ℘ poſitionem tam in ſimplicibus q̃ miſtis eiuſdem ſpeciei, in his enim omne maius eſt magnum, ut dictum eſt. Quartã Quarta du. Solutio. ponit ibi. Neq; etiam aliquis, quæ talis eſt, minimum terrę eſt ſimpliciter graue: & tamen nullo eſt maius. cum enim ſit minimum, nullo poteſt eſſe maius. igitur non omne ſimpliciter tale, eſt maius aliquo. Reſpondet ibi, quoniam Ariſto. & ſolutio eſt ꝙ propoſitio Ariſtote. eſt uera in genere, hoc modo, omne graue ſimpliciter eſt maius inquantũ graue, non autem in ſpecie, quia minimum terræ eſt graue ſimpliciter, quod tamen non eſt aliquo maius. Quintam du- Quinta du. Solutio bitationem ponit ibi. Cum enim poſitum fuerit, quæ talis eſt, ꝙ data hac ſolutione tunc ſyllogiſmus Ariſtotelis nullus eſſet. Reſpondet ꝙ ſyllogiſmus debet ſic componi, om O nẽ ſimpliciter graue eſt grauius inquantum graue. punctũ non eſt grauius inquantum graue, quia eſt ſimpliciter indiuiſibile: igitur punctum non eſt ſimpliciter graue. Quod uero punctum non ſit grauius inquantum graue, patet, quia non eſt diuiſibile, nec ut quantum, nec ut punctum. Hæc Auerroes. Sed ego contra hæc dubito ſatis, quia intenſio formæ quouis modo fiat, ſit ſecundum eundem punctũ, quoties enim ſecundum idem punctum ſubiectum eſt magis, tunc fit intenſio. quare non ſequitur pũctum eſt grauius. igitur maius, ſed ſequitur igitur magis. poſſumus enim dicere unum punctum eſſe magis uel minus graue, quod nec eſt maius, nec minus alio puncto. Poteſt dici nunquam poſſe eſſe indiuiſibile quale niſi per accidẽs, quatenus eſt aliquid Expoſitio. ſubiecti diuiſibilis. & ita ſaltem ſequit̃ in his quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, ſi unum punctum eſt magis graue, ſaltem per accidens eſſe maioris ſubiecti, tu uero melius conſidera.

Præterea ſi graue quidem eſt denſum. leue autẽ rarum & denſum: hoc a raro differt, ꝙ æquali in mole plura ipſi inſunt. Si igitur punctum ſit graue ac leue; & denſum & rarum erit. At denſum quidẽ P eſt diuiſibile; punctum autem indiuiſibile.

Secundo idem probat ſic, omne graue uel leue eſt diuiſi- Expoſitio. bile. Punctum non eſt diuiſibile. igitur punctum nec eſt graue, nec leue. Maiorem probat ſic, omne denſum eſt diuiſibile, & omne leue eſt diuiſibile. graue eſt denſum, & leue rarum: igitur omne graue & omne leue erit diuiſibile. Quod uero omne denſum ſit diuiſibile: & omne rarum ſit diuiſibile, patet ex differentia denſi & rari, nam rarum & denſum differunt, quia in denſo plures partes inſunt, uel poteſt cõponi hypothetice ſyllogiſmus ſic, ſi punctus eſt grauis, uel leuis, punctum eſt rarum uel denſum. tenet argumentũ, quia graue eſt denſum, & leue eſt rarum. ultra, ſi punctum eſt rarum uel denſum; punctum eſt diuiſibile. tenet conſequentia quia rarum & denſum differũt penes partes plures uel pauciores. at punctum eſt ſimpliciter indiuiſibile. igitur nõ po Q teſt eſſe nec graue, nec leue. Auerroes autem ait hanc eſſe Quę auer. cõm. 10. rationem ſecundam, quæ ſuſtentatur in ꝓpoſitionibus, Prima eſt, omne graue eſt denſum, & omne leue eſt rarum. Secunda eſt, rarum & denſum eſt diuiſibile. Ex his ſyllogiſmus componitur apud Auerroem, omne graue eſt denſum, & omne denſum eſt diuiſibile. ergo omne graue eſt diuiſibile. Sed punctus non eſt diuiſibilis. igitur non eſt grauis, eodem modo poteſt argui de leui. Sed Auerroes dubitat cõ Dubitatio. tra primam propoſitionem, nam lapis diaphanus eſt rarus, ut cryſtallus, qui tamen lapis eſt grauis. Præterea nubes eſt leuis, quæ tamen eſt denſa. Secundo ſi graue eſt denſum, & leue rarum: tunc non daretur ſimpliciter graue, ſicut nec ſimpliciter denſum, nec daretur ſimpliciter leue, ueluti nec ſimpliciter rarum. Tertio dubitatur contra differentiam denſi & rari. Nam ſi denſum differt à raro, quia ſub æquali magnitudine plures continet partes, & rarum inquantum æquales continet ſub minori mole: tunc nec terra eſſet denſa; nec ignis rarus. Nam terra ſub æquali mole non continet plures partes; non enim terra eſt æqualis molis cum igne

A ipſo, eſt enim regio ignis ualde maior regione terræ. Ad primam Reſdondet Auerroes ꝙ quæ dicta ſunt de raro & denſo, ſunt dicta ſecundum opinionem Platonis, nam qui ponit corpus componi ex punctis, cogitur dicere denſum eſſe, quod ex pluribus punctis conſtat: rarum autem ex paucioribus, modo ambo ſub eadem ſint dimenſione. Ad ſecũ dam etiam reſpondet, quòd ſecundum opinionem Platonis oportet dicere nihil eſſe graue ſimpliciter, nihilque leue ſimpliciter. Sed ſolum quod eſt grauius, & minus graue, leuius, & minus leue. Nam quod ex pluribus ſuperficiebus ẽ. ipſum erit grauius, quod autem ex paucioribus, ipſum eſt leue. Patet igitur ſecundum opinionem Platonis nihil eẽ graue ſimpliciter: nihil etiam leue ſimpliciter. Ad tertiam dico ego, ꝙ rarum & denſum conueniũt in dimenſione: ſunt enim ambo ſub æquali dimenſione. differunt autem quia denſum ſub æquali dimenſione plures continet partes: rarum autem, pauciores. Tunc dico terram totam eſſe den

B ſiorem igne toto: non abſolute, ſed dato ꝙ ſint ambo ſubea dem dimenſione. eſt igitur ignis rarior terra, pro quãto ſum pto igne & terra ſub æquali dimenſione, terra plures continet partes quàm ignis. Ex his ſequitur, quòd hæc ſecunda ratio non eſt ſimpliciter: ſed ad aduerſarium. e contrario rationi prædictæ in proximo textu, quæ fuit contradictio ſimpliciter.

Præterea autem. Præterea ſi omne graue durum aut molle eſſe neceſſe eſt: ex his aliquod impoſſibile facile deduci poteſt. Nam molle quidem id eſt, quod in ſe ipſum cedit. Durum uero, quod non cedit. At quod cedit, diuiſibile eſt.

Expoſitio. Hæc eſt tertia demonſtratio, ut dicit Auerroes, ſecũdum rem in ſe, & non ad hominem, & componitur hypothetice. ſi punctum eſt graue, punctum eſt durum aut molle. Tunc ex hoc infertur aliud impoſſibile uidelicet ꝙ punctum faci le cedit, uel non facile cedit, deducitur ex definitione mollis & duri: nam molle quidem id eſt, quod in ſe ipſum cædit: durum autem, quod non cædit. Valet igitur, ſi pũctum eſt graue: erit durum, aut molle. & ultra, ſi durum aut molle

C igitur cedens in ſe ipſum uel non cedens. & ita ſequit̃ pun

Quæ auer. cõmẽ. 11. ctum eſſe diuiſibile, qm̃ quod cedit, diuiſibile eſt. Auerroes uero reſoluit textum in propoſitiones, quarum prima eſt, quòd omne graue aut leue eſt durum aut molle. & hanc Auerroes probat, quia omne graue aut leue eſt tangibile, & omne tangibile eſt durum aut molle. ergo omne graue. aut leue eſt durum aut molle. Verum textus Ariſtote. loquitur ſolum de graui, & non de leui, & dicit quòd omne graue eſt aut durum aut molle. & hoc facile patet, quia omne graue eſt aut aqueũ, aut terreum. modo aqueum uel aqua mollis eſt, & terreum uel terra dura. Secunda propoſitio, quã Auerroes notat, eſt quòd durum eſt illud quod non cedit ſecundum Empedoclem, & molle quod cedit. quod eſt uerum, ut Auerroes ait, quia eſt acceptum a definitione duri & mollis. Hæc ſecunda propoſitio, ut ait Auerroes, ſi coniungitur propoſitioni primi ſyllogiſmi, hoc pacto. uidelicet

D omne durum nõ cedit. omne molle cedit. graue eſt durum & leue molle: igitur omne graue non cedit, & omne leue cedit. Tertia propoſitio eſt, quòd omne cedens aut non cedens prementi eſt diuiſibile. Ex his ſequitur omne graue aut leue eſſe diuiſibile. Quarta propoſitio. uidelicet, ꝙ omne cedens eſt diuiſibile, & omne non cedens eſt diuiſibile. declaratur ab Auerroe ex definitione eorum; nam cædens illud eſt, quod in profundum cedit. non cedens uero quod non cedit in profundum. modo omne quod profundum habet, eſt diuiſibile, quare omne cedens & non cedẽs diuiſibile eſt. Tunc ex his totus ſyllogiſmus eſt, omne graue aut leue eſt diuiſibile. Punctus non eſt diuiſibilis. igitur non eſt grauis, nec leuis. Hæc Auerroes. Verum tertiam propoſitionem quæ dicit omne cedens uel non cedens eſſe diuiſibile, melius declarant alij, quia cedere eſt in ſe ipm locum dare. Hoc autem eſſe non poſſet, niſi haberet plures partes, quarum una quodammodo reſurgeret in locum alterius, quare molle erit partibile. eadem ratione durum diuiſibile eſſe oportet: non enim poſſet dici nõ cedens, niſi haberet partes, quarum una non dat locum alteri. E

At uero neꝙ ex his quę grauitatem non habent, erit graue: in quot enim hoc atꝙ in qualibet accidet quonammodo definient, ſi non fingere uolunt.

Expoſitio. Hactenus probauit puncta non poſſe eſſe grauia, nec leuia: quæ fuit maior in ſyllogiſmo Auerrois. at nunc probat quòd nullum graue poteſt eſſe ex non grauibus, quæ fuit quaſi uis minoris illius ſyllogiſmi, & hoc proponit, & inquit. At uero neque ex his, quæ grauitatem non habent, erit graue: ſupple tu, tanꝯ ex partibus ꝙtitatiuis, ut ſuperius docebatur. Probat autem hoc: primo, quia nonnulli dixerunt graue eſſe ex partibus multis. leue autem ex partibus paucioribus, inquit modo: in quot enim hoc atque in quælibet accidet. Hoc eſt dicere, ſi graue eſt quod ex numero maiori partium reſultat, quotus eſt ille numerus, utrum denus, uel

F uigenus, & ex qualibus partibus numerus ille eſt, & quonã modo definient ſupple illum numerum, & illas partes ſi non uolunt fingere: non enim aſſignabilis eſt numerus, nec partes. Auerroes autem in præſenti loco exponit, ut diximus: addit tamen eſſe intelligendum de compoſitione ſecũcundum quantitatem, & non ſecundum qualitatem, ad differentiam corporum grauium, quæ ſecundum qualitatem componuntur ex materia & forma, quæ non ſunt graues, nec leues.

Quæ auer. cõmẽ. 12.

Præterea ſi omne grauitate maius graue, eſt grauitate maius, continget & unumquodque eorum quæ indiuiſibilia ſunt, grauitatem habere. Nam ſi puncta quatuor grauitatẽ habent: qd̃ uero ex pluribus conſtat q̃ hoc, grauius eſt eo quod eſt graue: atꝙ quod graui grauius eſt, graue eſſe neceſſe eſt: ueluti etiam albo albius eſt album: fit ut uno pũcto maius: grauius erit ablato æquali. Quare punctus unus grauitatem habet.

Præterea & maiusẽ uer bũ additũ. Grauitate maius gra ue grauius. Fit quare G

graue quinꝙ punctorũ. graue quatuor pũctorũ.



A B

Expoſitio. Secundo confutat eandem poſitionem quæ dicebat graue eſſe ex pluribus punctis, leue autem ex paucioribns, & inquit. Præterea ſi omne grauitate maius graue, ideſt: ſi omne grauius, eſt grauitate maius, ideſt eſt grauius propter grauitatẽ: ueluti omne albius eſt albius propter album additũ: contingit & unumquodꝙ eorum quæ indiuiſibilia ſunt, ex quibus conſtat corpus grauitatem habere. deducit enthymema, & inquit. Nam ſi puncta quatuor grauitatem habẽt ex quibus conſtat quantitatiue b. corpus. Quod uero ex pluribus coſtat quàm hoc grauius eſt eo quod eſt graue ideſt eſt grauius ipſo b & ipſum ſit a. ex quinꝙ punctis. quaſi di H cat, & ſi eſt unum aliud quinꝙ punctorum grauius ipſo b. uidelicet quod ſit a. & quod grauius eſt aliquo graui, neceſſe eſt eſſe graue: ueluti albo etiam albius eſt album. ſi ita hęc omnia ſint: fit ut corpus quod eſt uno puncto maius uidelicet a. grauius erit, ſupple ipſo b. ablato æquali. i. quod eſt graue uno puncto minus. Quare punctus unus grauitatẽ, habet: eſt igitur breuiter deductio enthymematis a. eſt grauius ipſo b. & non niſi propter unum punctum, quod habet plus. igitur punctum illud eſt graue: non enim poſſet a. eſſe ipſo b. grauius in illo uno puncto, niſi punctus ille eſſet grauis: non enim potuiſſet Ceruus eſſe Caprea maior uno digito: niſi digitus eſſet aliquantus. Sed occurres: nam calidũ Dubitatio a. eſt calidius ipſo b. quia conſtat ex pluribus caliditatis gradibus, & tamen nullus gradus eſt calidus. Similiter ſol eſt calidior Ioue quia conſtat ex pluribus gradibus lucis: & tñ

I lux non eſt calida. igitur non uidelicet a. eſt grauius ipſo b. quia conſtat ex pluribus punctis. igitur puncta ſunt grauia.

Dici poteſt q̃ ratio ualet ad Platonem, qui uoluit corpora ſenſibilia, ut grauia, & leuia componi ſecundum quantitatẽ ex punctis. Nam ſecundum eum ſequitur grauius eſſe corpus, qđ ex pluribus punctis eſt, & leuius ex paucioribus, q̃ re omne punctum erit graue, quia ex illis fit graue quãtitatiua compoſitione, modo calidum non fit ex gradibus q̃litatiue, nec ſol ex gradibus lucis, & ideo nihil ad rem. ex his patet prima uia refellendi poſitionem Platonis.

Præterea ſi ſuperficies ſolum, ut lineæ componi poſſunt, abſurdum eſt. nam ut & linea ad lineam utroq; modo & per longitudinem, & per latitudinem componitur: eodem modo & ſuperficiem cum ſuperficie oportet. linea uero componi cum linea poteſt, ſi ſecundum longitudiuem ſuperponatur: K non ſolum ſi apponatur. At ſi per latitudinem etiã cõponi poſſunt: erit aliquod corpus, quod neq; eſt elementum: neq; ex elementis, ſi ſic ſuperficiebus cõpoſitis componatur.

Expoſitio. Hactenus de prima uia refellendi opinionem Platonis, nunc Ariſtote. tranſit ad ſecundam uiam, ubi primo debes ſcire, q̃ Plato poſuit corpora quinq; componi ex ſuperficiebus: nam igni præbuit pyramidalem figuram: terræ figurã ſex baſium: aeri figuram octo baſium: aquę figuram. 10. baſium: cœlo autem figuram. 12. baſium. Hanc igitur opinionem Ariſtote. refellere intendit, & præmittit diſtinctionem talem, q̃ ſicut linea duobus modis poteſt alteri lineę componi, uno modo ſecundum longitudinem, ut lõgitudini unius lineæ componitur in puncto longitudo alterius lineæ ſiue faciat angulum cum ea ſiue non. Alio modo ſecundum latitudinem quod eſt ſecundum appoſitionem totius lineæ ad totam lineam in uia latitudinum, ita etiam ſuperficies dupliciter poteſt ſuperficiei componi, uno modo ſecundum profunditatem ut ſi tota una ſuperficies ſuperponatur alteri ſuL perficiei. Alio modo ſecundum linealem contactum, ſiue conſtituant angulum corporalem, ſiue nõ, ex hac diſtinctione uult habere q̃ Plato uoluit ex ſuperficiebus fieri quinq; corpora, quando illæ componuntur ſecundum profunditatem. Obiicit igitur Ariſtoteles contra Platonem, & primo breuibus innuit illius opinionem, & inquit. Si ſuperficies ſolum, ut lineæ componi poſſunt, ſic q̃ ex illarum compoſitione ſecundum profundum reſultẽt corpora quinq; prędicta abſurdum eſt: & deducit illud abſurdum eſſe, præmittens diſtinctionem, ut eligat membrum ad mentem Platonis, & inquit. Nam ut & linea ad lineam utroq; modo & per longitudinem, & per latitudinem componitur: eodem & ſuperficiem cum ſuperficie oportet dupliciter componi. Explicat de lineis, & inquit. Linea uero componi cum linea poteſt, ſi ſecundum longitudinem ſuperponatur, non ſolum ſi apponatur. igitur dupliciter per appoſitionem, & per ſuperpoſitionem: eodem ſupple modo & ſuperficies componi poſſunt dupliciter, uidelicet appoſitione. & ſuperpoſitiõe: hoc M eſt per linealem contactum, & per profunditatẽ Hac diſtinctione præmiſſa obiicit contra Platonem eligendo membrum de quo loquebatur in compoſitione ſuperficierum, et inquit. At ſi per latitudinem etiam ipſæ ſuperficies componi poſſunt, ut Plato ait, quod eſt dicere per ſuperpoſitionẽ unius ad alteram, erit aliquod corpus, quod nec eſt elementum, nec ex elementis ideſt miſtum, eſt igitur ratio: ſi ſuperficies componunt corpora per hoc q̃ una alteri ſuperponitur ſecundum profunditatem, dabitur corpus, quod nec eſt elementum: nec miſtum. Sequitur dico iſtud, ſi ſic ſuperficiebus compoſitis ſecundum ſuperpoſitionem componatur corpus ipſum. quaſi dicat ſi ſecundum Platonem corpora fiunt ex ſuperficiebus compoſitis ſecundum ſuperpoſitionẽ dabitur corpus aliquod, quod non eſt elementum, nec miQuæ auer. cõmẽ. 13. ſtum. Quam conſequentiam non clare declarant expoſitores. Auerroes autem declarat, quia ſi ex ſuperficiebus ſic q̃ ſuperpoſitionem compoſitis fieret aliquod corpus, ſit illud N aut octibaſium, aut ſexbaſium, aut. 12. baſium aut icocedrõ uel. 20. baſium: probo q̃ non poteſt eſſe elementum: nam non poſſet eſſe ex ſuperficiebus ſic ſuperpoſitis, niſi intus eſſet uacuum. aliter illæ ſuperficies etiam infinitæ ſic ſuperpoſitæ nunquam facerent maius ſecundum profundum. oportet igitur inter illas ſtatui uacua ut reſultet corpus modo tale non poteſt eſſe cœlum, nec ignis, nec aliorum aliquod: cum nullum componatur ex uacuo, ut nunc ſuperponatur, non poteſt igitur illud corpus eſſe elementum, nec etiã miſtum, quia omne miſtum eſt ex elementis, quare ut nullum elementum poteſt conſtare ex uacuo: ſic nec miſtum. Hæc Auerroes, utputa.

Præterea ſi corpora quidem multitudine ſuperficierum grauiora ſunt: ut in Timæo definitum eſt: patet & lineam & punctum grauitatem habere, proportionabiliter enim adinuicem ſeſe habent: ut etiã O prius diximus. ſin autem non hoc differunt modo, ſed ex eo quia terra quidem eſt graue, ignis autem leue: erit & ſuperficierum alia quidem grauis: alia autem leuis, & linearum ſimiliter, & punctorum utiq;. nam terræ ſuperficies grauior erit quàm ipſius ignis.

Expoſitio. Duę poſſunt eſſe poſitiones de compoſitione corporum ſenſibilium ex ſuperficiebus. Altera quæ graue ſimpliciter non concedit, nec leue ſimpliciter, ſed ſolum grauius & leuius comparatione, hoc modo ut in Timæo definitur grauius eſſe, quod pluribus cõponitur ſuperficiebus: leuius autem quod paucioribus, & contra hanc obiicit Ariſto. & inquit. Præterea ſi corpora quidem multitudine ſuperficierũ grauiora ſunt, ſic q̃ nullum ſit abſolute graue, nec ſimpliciter leue: ſed comparatione tantum hoc grauius, illud leuius, ut in Timæo definitum eſt, patet non tantum ſuperficiem, ſed lineam & punctum grauitatem habere. Nam ſeſe habẽt proportionabiliter ad ſeinuicem, eſt enim corpus ex ſuperficiebus, ſuperficies ex lineis, lineę ex punctis, & ita ut corpora erunt grauiora multitudine ſuperficierum, & ſuperficies etiam erunt grauiores multitudine linearum, & lineæ grauiores multitudine punctorum, quæ ratio docet ſuperficies, lineas, & puncta omnia eſſe grauia, ſecundum primã opinionem. Altera eſt opinio quæ concedit graue & leue ſimpliciter, ut terram grauem ſimpliciter, & ignem leuem ſimpliciter, cætera autem intermedia talia in reſpectu. & hoc ait ideo terram eſſe ſimpliciter grauem, quia conſtat ex ſuperficiebus ſimpliciter grauibus, ignem autem ſimpliciter leuem, quia conſtat ex ſuperficiebus ſimpliciter leuibus. Nam ſecundum hanc opinionem ſicut corporum ſunt alia ſimpliciter grauia, alia ſimpliciter leuia, alia & grauia & leuia in reſpectu, ita quoq; ſuperficierum aliæ ſunt ſimpliciter graues, ut hæ ex quibus corpora ſimpliciter grauia componuntur: aliæ ſimpliciter leues, ut illæ ex quibus ſimpliciter leuia corpora conſtant. Aliæ graues & leues in reſpectu ut illæ è quibus elementa media conſtabunt: & etiam contra hanc opinionem obiicit Ariſto. & inquit. Si autem nõ hoc differũt modo: ſed ex eo quia terra eſt graue ſupple ſimpliciter: ignis autem leue ſupple ſimpliciter: erit & ſuperficierum alia quidem grauis ſimpliciter, utpote illa ex qua cõſtabit ſimpliciter graue. Alia autem leuis ſimpliciter, uidelicet illa ex qua conſtat leue ſimpliciter: & ita ſequetur ut prius eadem ratione ſimiliter & linearum & punctorum eſſe ſupple hæc grauia ſimpliciter: illa leuia ſimpliciter. Nam ſuperficies terræ uidelicet ex qua terra conſtat erit grauior, quàm ſit ſuperficies ipſius ignis. Immo erit m pliciter gra, uis ſuperficies terræ: & illa ignis ſimpliciter leuis. & ſic ſecundum ambas opiniones ſequitur, pũcta eſſe grauia. Hoc pacto Auerroes intellexit hunc locum: & recte expoſuit, ut patet. P Quæ auer. cõmẽ. 14.

Omnino autem accidit aut aliquando nullam eſſe magnitudinem, aut tolli poſſe: ſi ſimiliter ſe habet punctum Quidẽ uet bum præ, termiſſum

A bet punctum quidem ad lineam: linea autem ad ſu
Et autē fieri pōt. Contingit. perficiem:& hæc ad corpus:omnia enim ſi ad inui
cem reſoluantur:in prima reſoluentur. quare fieri
poteſt ut puncta ſint ſola:corpus autem nullum.

Expoſitio. Hic ponitur tertia uel quarta ratio,& inquit. Omnino ēt accidit aut aliquando nullam eſſe magnitudinem,aut aliqñ tolli poſſe omnem magnitudinem, ſequitur ſupple dico, ſi ſimiliter ſe habet punctum quidem ad lineam: linea autem ad ſuperficiem:& hæc ſuperficies ad corpus. deducit autem conſequentiam,& inquit, Omnia enim ſi ad inuicem reſoluantur:in prima reſoluentur. quare fieri poteſt, ut puncta ſint ſola:corpus autem nullum,quia puncta ſunt ſimpliciter prima in compoſitione. Et ita corpora ad ſuperficiem reſoluentur,ſuperficies ad lineas:lineæ autem ad puncta. quare puncta poſſent ſola remanere non exiſtēte corpore aliquo.

Quæ auer. cōm. 14. Auerroes autem inquit:Et ſi corpora componantur ex ſu
B perficiebus,& ſuperficies ex lineis,& lineæ ex punctis, neceſſe eſt ut aliquo tempore non inueniatur corpus omnino: probat ipſe hoc,propter diſſolutionem corporum omnium in non corporea.ſ.in ſuperficies,& lineas,& puncta. nā in illo tempore erunt oīa corpora diſſoluta in ea ex quibus cōponuntur,neq; inuenitur aliquod corpus diſſoluendum in ea,ex quibus componitur,quia omnia corpora ſunt diſſoluta. Ecce q̄ Auer. deducit Ariſto. conſequentiam hoc pacto, omne compoſitum reſolubile in aliqua,erit aliquando ad illa reſolutum, omne corpus eſt compoſitum ex punctis,qa ex ſuperficiebus,& ſuperficies ex lineis, & lineæ ex pūctis, igitur aliquando omne corpus erit reſolutū ad puncta,quare ſequitur tunc ſolum eſſe puncta, & nullum corpus eſſe.

Dubitatio Hæc Auerroes de conſequentia. Sed cōtra hanc deductionem ſunt dubitationes:nam miſtum componitur ex elemētis,& tamen non ſequitur aliquando eſſe elementa ſola, & nullum miſtum. Præterea elementum eſt ex materia & forma:& tamen non ſequitur aliquando eſſe materiam & formam,& nullum elementum.

Sol. Auer. C Reſpondet Auerroes & uult hoc impoſſibile ſequi eos qui faciunt generationem ex nō corpore,& corruptionem in non corpus: ut Platonici. qui autem ponit quòd corpus generetur ex alio corpore, & corrumpatur in aliud corpus,ut ait Ariſto. non contingit ei ut aliquod tempus ueniat,in quo nullum erit corpus:quam relinquit in poſterum declarandam,& ſic uelle uidetur Auerroes conſequentiam ualere de compoſitione quantitatiua. qua Plato ait,corpora componi ex punctis. Nam omne cōpoſitum ex aliquibus compoſitione quantitatiua,reſoluetur aliquando ad illa. modo nec miſtum fit ex elementis compoſitione quantitatiua:nec elemētum ex materia & forma. & ſic nec miſtum aliquando reſoluetur ad elemēta:nec elementum ad materiam & formam,taliter ut ſola ſint elemēta,uel materia & forma ſolæ,& nihil aliud.

Dub. cōtra Sol. Auer. Sed adhuc dubito cōtra ſolutionem Auer. quia totus mundus fit ex qnq; corporibus compoſitione quantitatiua,& animal ex membris compoſitione quantitatiua,& tamen partes mundi nō
D erunt aliquando, & mundus erit corruptus. ſimiliter nec membra erunt aliquando abſq; animali. Melius igitur ex
Qñ expoſitor. poſitor auctoritate Simplicij reſpondet:quòd qui ponit miſtum fieri ex elementis bene poteſt dicere neceſſitatem miſtionis: nam miſcibilia ſubduntur motibus cœlorum, qui neceſſario ſecundum Ariſtotelem operantur miſtionē. Puncta autem cum ſint ſimpliciter indiuiſibilia: non ſupponuntur cœleſtibus motibus, & ſic non poſſunt cœli in punctis ipſis inferre neceſſitatem miſtionis, ſunt enim ipſa indiuiſibilia non idonea miſtioni,nec apta ſubdi cœlis: & ſic ad formam dici poteſt,omne compoſitum ui ſuæ naturæ poſſe reſolui aliquando ad illa,ex quibus componitur, ut miſtum ad elementa: & elementum ad materiam & formam: & animal ad membra,& mundus ad quinq; corpora, quoniam omne compoſitum ui ſuæ naturæ eſt reſolubile ad ea ex quibus componitur. Verum neceſſitate motoris extrinſeci nullum horum poteſt eſſe aliquando reſolutum ad ea, ex quibus eſt:ita ut ſola illa ſint. Nam cœlum quod eſt motor neceſſario agit miſtionem miſti ex elementis: compoſitionem elementi ex materia & forma: quare licet neceſſitate intrinſeca omne compoſitum ſit aliquando reſolubile ad partes ex quibus eſt,neceſſitate tamen extrinſeca non omne compoſitum eſt taliter reſolubile:ut aliquando ſolæ partes ſint. Ar ſecundum Platonem qui ponit corpora componi ex punctis oportet dicere duplici neceſſitate eſſe aliquando puncta,& nullum corpus,intrinſeca quidem: quia omne compoſitum per uim ſuæ naturæ eſt reſolubile ad ea, ex quibus eſt. extrinſeca uero:quia puncta non ſubduntur cœleſtium actioni. & hæc ſolutio Simplicii & expoſitoris eſt optima,ut mihi uidetur. Et hanc ſolutionem Auer. fortaſſe olfecit in fine præſentis commenti:dum ait,& hoc quod dicit eſt neceſſarium eis,quoniam non eſt diſſolutio corporis in ſpecie in aliquo tempore cum corruptione ſuorum in diuiduorum ſecundum hanc opinionem,niſi modo accidentali. nam qui ponit corpus ex pūctis fieri:ponit compoſitionem hanc fieri per accidens, non per ſe; & ita poſſibile eſt
F ut aliquando non inueniatur corpus ſecundum ſpeciem, qa quod eſt per accidens poteſt non eſſe: immo de neceſſitate omne per accidens aliquando erit. at cum poſuerimus ſecūdum Ariſtote. q̄ generatio corporum eſt ex corpore per ſe, & intrinſece,& extrinſece, tunc continuatio & perpetuitas corporis in ſpecie eſt eſſentialis & per ſe,in indiuido eſt accidentalis. Ecce q̄ Auerroes uelle uidetur duplicem eſſe cō poſitionem alicuius ex aliquibus:per accidens, ut quando componitur aliquod totum ex partibus per accidens. uidelicet caput ex capillis & per ſe,ut eſt compoſitio elementi ex materia & forma,& miſti ex elementis,tunc uult q̄ omne compoſitum ex aliquibus per accidens aliquando reſoluetur ad illa:ita ut illa ſint: & ipſum non ſit nec in ſpecie,nec in numero. compoſitum autem alicuius ex aliquibus per ſe non oportet ut taliter reſoluatur ad illa ex quibus eſt:ut illa ſint:& ipſum non ſit in ſpecie,nec in numero,& ſic uidetur Auerro. quaſi aliter reſpondere, uolens quòd compoſitio corporum ex punctis ſit per accidens: & corporum miſtorum ex elementis,& elementi ex materia & forma,& uniuerſaliter corporum ex corporibus ſit per ſe. Tu uero conſidera quia fortaſſe hæc ſolutio Auerrois ſecunda eſt ficta,nō enim conſtat ſic eſſe ad mentem Platonis, & ideo cum Simplicio & expoſitore ſentirem.
G

Præterea etiam ſi tempus ſimiliter ſe habet:tollitur aliquando,aut tolli poteſt,ipſum enim nunc in diuiſibile eſt,ut punctum lineæ.

Expoſitio. Quinto arguit,& inquit. Præterea etiam ſi tempus ſe habet ſimiliter ad ipſa nunc,ut linea ad puncta:ita ut tempus componatur ex ipſis nunc,ut linea componitur ex punctis: tempus itaq; tolletur aliquando: aut ſaltem tolli poteſt per reſolutionem factam ad ipſa nunc. & cauſam conſequentiæ aſſignat,& inquit. Ipſum. n. nunc indiuiſibile eſt,ut punctum lineę. Quare ut linea reſoluitur ad ipſa puncta indiuiſibilia,ita tempus ad ipſa nūc. Auerroes autem facit unum
Quæ auer. cōmē. 15. ſyllogiſmū primo,& inquit. Et ſi inſtantia in tempore ſunt ſimilia punctis in lineis,lineæ autem componuntur ex punctis. igitur tempus ex inſtantibus. hic eſt ſyllogiſmus:tūc in
H fert:& cum ita ſit,neceſſe eſt,ut in aliqua hora ſit,in qua tēpus non ſit,quod eſt impoſſibile:& hoc oſtendit:quia in aliqua hora non eſſet tempus implicat contradictionem, quia ponens hunc ſermonem negat & affirmat tempus eſſe inſimul. nam contingit ut ſit tempus aliquod,in quo non ſit tēpus,& ita erit tempus,& non erit. Deinde Auerroes oſtendit conſequentiam ualere:quia ſi ponatur tempus compoſitum ex inſtantibus,ut cōpoſitæ ſunt lineæ ex punctis:oportet dicere tempus reſolui ad ipſa inſtantia,ut linea ad puncta reſoluitur. nam omnis compoſitio reſoluitur ad illa: ex quibus eſt:uel ſaltem de poſſibili ad illa reſolui poteſt,dico de poſſibili:ſi non conceditur de ineſſe. Ver& (ut dicit) ſi conceditur tps reſolui poſſe de poſſibili ad ipſa nunc: ſequitur aliquando fore reſolutum, quia omne poſſibile neceſſario aliquando ponetur ineſſe. uerum de his alibi.

I Idem autem & his accidit: qui cœlum ex nnmeris componunt. Quidã. n. ex numeris naturam constituunt, ut & Pythagoricorum nonnulli. Nam corpora quidem physica grauitatẽ atq; leuitatẽ habere uidentur. Vnitates autem neq; corpus facere cõpositę possunt, neq; grauitatem habere.

Expositio. Nunc quasi per uiam consequentiæ atq; corollarie opinionem Pythagoricorum refellit, & primo proponit generatim illius opinionis errorem, & inquit. Idem autẽ absurdum & his accidit, qui cœlum ex numeris componunt. Deinde positionem eorum breuibus tangit, & inquit. Quidam enim ex numeris naturam constituunt hoc cœlum, & omne compositum naturale, ut mista, & elementa. ut & Pythagoricorum nonnulli. Vltimo quia dixerat idem absurdũ sequi hanc positionem, explicat speciatim illud, & inquit. Et supple tu idem absurdum sequitur. nam corpora quidem
K physica grauitatem atq; leuitatem habere uidentur. est igitur maior, corpus physicum est graue aut leue. Deinde dat simul conclusionem, & minorem, & inquit. Vnitates autẽ neq; corpus facere compositæ possunt, & hæc est conclusio neq; grauitatem habere, & hæc est minor. Vnde potest totus syll's esse, omne corpus graue est ex grauibus, & omne corpus leue est ex leuibus. elementa & mista sunt omnia aut leuia aut grauia. igitur elementa & mista componentur ex grauibus. Vltra, omne elementum aut mistum constat ex grauibus. numeri non sunt graues, nec leues, ueluti nec unitates. igitur nec elementum nec mistum potest esse ex numeris, nec ex unitatibus. Hæc est tota ratio. Animaduerte q; codicibus aliquibus reperitur epilogus, ut expositor habebat: in nostris uero codicibus græcis non legi ipsum.

Quæ auer. cõmẽ. 16. Quod uero ad uerba attinet, Auerro. ponderat uerbum naturam, & dixit q; quidam naturam constituunt ex numeris: nam sunt duæ positiones, una uoluit corpora naturalia componi ex numeris, ut Pythagoreorum nonnulli, & isti per naturam intelligunt corpora naturalia. Alij (ut Plato) dixerunt formas. i. ideas intelligentiam. i. deum, seu animam mundi, & animam nostram componi ex numeris, quia dixerunt animam esse numerum seipsum mouentem. Aristo.
L igitur obijcit contra dicentes naturam esse factam ex numeris, quia ad illos sequitur unitates esse graues aut leues, eo quia corpora naturalia sunt aut grauia aut leuia, & non contra eos qui dixerunt animam factam ex numeris. non enim sequitur unitates esse graues, uel leues, si anima sit ex numeris: quia anima nec est grauis nec leuis, & sic patet cur dixit naturam. Hæc Auer. Præterea, Auerroes commẽ. 17.

Quæ auer. cõmẽ. 17. laborat primo circa quorundam uerborum interpretationem. Vbi debes scire q; in arabicis codicibus reperiebatur duplex textus, unus erat. Neq; punctus, neq; unitas habet soliditatem, aut grauitatem omnino. Et hic textus apud eum non habet dubitationem. nam clare patet unitatẽ non habere grauitatem, nec soliditatem in cõtinuo. similiter nec punctus. Alius textus erat, Neq; punctus neq; unitas habet soliditatem aut actionem omnino. Et tunc Auerroes
M laborat super uerbum actionem, & ait per actionem debere intelligi commune actioni & passioni, quæ a formis naturalibus proficiscuntur. Nam qui corpora componit ex superficiebus, aut ex punctis, non potest assignare causam, qua actiones & passiones corporum naturalium differunt, nam omnes superficies, & omnia puncta sunt eiusdem rationis. igitur substantiæ corporum omnium erunt eiusdem rationis. & ita actiones & passiones non differunt. Præterea est necesse ponere actiones & passiões existere in superficiebus & unitatibus siue punctis: ex quibus sunt corpora. aut oportet ponere corpora physica non componi ex his. aut oportet dicere tales actiones atque passiones non esse in corporibus. Et confirmat hæc Democriti auctoritate, qui cum posuerit physica corpora fieri ex atomis: dixit res tribus modis differre tantum, uidelicet, ordine atomorum, figura atomorum, & situ illorum, ut in lib. de generatione dictum est. modo Democritus ita dicens cum difficultate potuit assignare alias differentias sensibiles, quæ apparent ex gustu, colore, N
& tactu, propterea coactus fuit dicere tales differentias esse ſm apparentiam, & non secundum ueritatem. at qui corpora componunt ex superficiebus, non possunt assignare ex illis differentiam, qua differunt corpora: propterea Aristote. præposuit in libro de generatione Democritum Platoni. Præterea est alius error in opinione Platonis, quia ea data res mathematicæ erunt principia rerum naturalium. at Democritici possunt rerum naturalium assignare saltem principia naturalia: uel propinqua naturalibus. Et sic melius dicit Democritus, licet (ut dicit Auerro.) uterq; erret: ut in libro de generatione uisum est. Hæc Auerroes ait, quo ad textus expositionem. Quæ (ut mihi uidetur) nulla sunt ad textum. Cum in nostris codicibus nullus illorum textuum reperiatur.

Auerroes tamen parte illa, Themistius autem, digredi- Digressio Auer.
tur circa opinionem Platonis, & disputat cum Themistio, & primo narrat quid Themistius ait de contradictionibus Aristote. & inquit. Themistius autem in hoc loco sui lib. di- O
xit defendendo Platonem, & quasi contradicendo Aristo. hæc uerba uidelicet, qua de causa igitur fuit iste sermo Aristo. contradicens secũdum existimationem dicentibus corpora ex superficiebus fieri, non est facile ad intelligendum, nisi aliquis uellet esse iniustus dicendo supple, q; facile est intelligere has contradictiones ualere. Hæc Themistij uerba Auer. exponens inquit. Idest q; omnes istæ contradictiones quas induxit Arist. non potest homo concedere eas esse contradictiones, nisi uoluerimus impugnare sustinentes hanc opinionem supple Platonis. q. d. Tunc oportet dicere has contradictiones esse ualidas. quando uolumus dicere opinionem Platonis esse falsam, quod quidem est iniustum.

Deinde Themist. quasi deridendo Aristo. ait, non esse Platoni contradicendum nisi intelligatur intẽtio sui sermonis, nam ut scribitur in Timæo Anaxagoras dixit Socrati, si tua conclusio contra me esset secundum intellectum meæ intẽ- P
tionis, uere concluderetur mihi: cum autem tu nõ intelligis intentionem mei sermonis, non reputo mihi concludi: in q; bus uerbis Themistius innuit Aristo. non recte Platoni cõtradixisse, quia non intellexit intentionem eius sermonis, & sic Themistius derisit Aristo. Tertio Auerroes introducit Themisti. dicentem q; Plato non dixit lineam componi ex punctis, nec superficiem ex lineis. Immo nec sequi ad suum sermonem, quia licet uelit corpora ex superficiebus componi: non dicit lineam ex punctis, nec superficiem ex lineis cõstitui, nec sequitur si corpus componitur ex superficiebus, q; linea componatur ex punctis, & q; superficies componatur ex lineis. Deinde quarto assignat causam quare hoc nõ sequitur: & ait, superficies posse componi inuicem dupliciter, aut secundum lineam uidelicet applicando unam superficiem aut alteri linealiter. Aut secundum latitudinem & superpositionem, ut ponendo unam superficiem super aliam, donec resultet altum & profundum quoddam: similiter etiã compositio linearum cum lineis est duplex secundum lineã applicando lineam lineæ secũdum longum, siue faciant angulum, siue non faciant, & secundum latitudinem imaginã- Q
do q; una iuxta aliam ponatur donec faciat superficiem, tũc dicit q; quando dicitur lineam esse ex punctis, & superficiẽ ex lineis non est intelligendum nisi secundum applicationẽ uidelicet applicando punctum pũcto donec resultet linea, & applicando secundum latitudinem lineam lineæ donec resultet superficies. modo apud Platonem corpora sunt ex superficiebus non secundum applicationem in profundum sed secundum lineam. i. applicationem superficiei ad superficiem in longum: & propterea ait, quo modo igitur sequitur ut linea fiat ea punctis, cum modus compositionis sit diuersus ab altero, est igitur ratio compositio quæ linea componeretur ex punctis, & superficies ex lineis differt a compositione, qua Plato dicit corpora fieri ex superficiebus, igitur ex uno concesso non sequitur aliud fore concedendũ, & ita dato q; corpora fiant ex superficiebus, non propter hoc sequitur lineam fieri ex punctis, uel superficiẽ fieri ex lineis.

ex his

A ex his uelle uidetur. Themiſt. ꝙ Plato conceſſit corpora cõ
poni ex ſuperficiebus compoſitione ſecundum profundum,
quia ponendo aliam ſuper aliam reſultat corpus, non tamẽ
conceſſit lineam ex punctis componi: & ſuperficiem ex li-
neis, & tota cauſa eſt, quia iſtæ compoſitiones ſunt imper-
miſtæ: & una non ſequitur ad aliam. Nam quouis modo cõ
ponantur corpora ex ſuperficiebus non ſequitur lineas ali
qua compoſitione componi ex punctis, uel ſuperficies ex li
neis. Deinde ſequitur illa pars commen. Et uniuerſaliter
non eſt inopinabile. Vbi Auerro. inducit Themiſtium po-
nentem motiuum Platonis: quo Plato mouebatur ad dicen
dum corpora ſenſibilia fieri ex ſuperficiebus, & breuiter mo
tiuum erat, quia ſuperficies eſt prima forma corporum, quæ
primitus materiæ primæ ineſt. quæ ratio docet omnia ſen-
ſibilia corpora eſſe ex illa conſtituta. Vnde ait, tres dimen-
ſiones eſſe primam materiæ formam, quam cæteræ qualita
tes ſequuntur, et in qua reperitur figura quædam corporea,
B harum dimenſionum primum eſt ſuperficies, quæ eſt ante
figuras rectangulas, & ante qualitates dictas. Quare ſi ſup
ficies eſt res prima dimenſionum: uidetur quaſi forma pri-
ma omnium corporum ſenſibilium, & per conſequens om
nia corpora ſenſibilia conſtitui ex illa tanquam ex prima
forma, iuxta hæc patet hunc ordinem eſſe apud Themiſtiũ,
ꝙ primo ſunt dimenſiones in materia. Secundo ſuperficies,
ut terminus illarum. Tertio qualitates ſenſibiles. Ex quo
ſequitur ſuperficiem præcedere corpus ſenſibile, quia non
dicit̃ corpus ſenſibile, niſi ut includit qualitates ſenſibiles.
cum igitur ſuperficies præcedat qualitates illas: uidetur præ
cedere corpus, ut ſenſibile. & ita ſuperficies uidetur prima
forma materiæ, quare omnia ſenſibilia corpora erunt ex il-
la ſubſtantialiter. Obiicit autem ſibi Themiſtius, quia ſu-
perficies illa poteſt conſiderari, ut figura, & ut quãtitas. mo
do ut figura eſt forma materiæ, & nõ ut quantitas. Immo ut
quantitas habet rationem potentiæ, & materiæ, quare ſup
ficies eſt forma, ut figura: ſed ut figura non præcedit corpus
ſenſibile, quoniam corpus ſenſibile eſt ſubſtantia, & figura
C eſt qualitas, quæ eſt poſt ſubſtantiam, & ita ſuperficies, ut
forma non præcedit corpus ſenſibile. Secundo obiicit. ꝙa
Plato uelle uidetur forte primo ꝙ corpora ſint ex ſuperficie
bus ſecundum applicationem unius ſuper aliam, poſtea mu
tatur, & uult ꝙ corpora ſint ex ſuperficiebus ſecundum cõ-
poſitionem, & ita Plato uidetur dupliciter errare: primo, ꝙa
in opinione non uidetur uniformis, ſed uarius. Secundo er-
rat ꝙ illud corpus quod eſt ex ſuperficiebus per lineas ter-
minatum: non eſt infinitum, ideſt cõtinuum diuiſibile in in-
finitum. nec eſt corporeum ſolidum per ſuperficies, quia ſu-
perficies ſimul compoſitæ nunquam reddunt corporeum
ſolidum. Reſpondet Themiſtius. & inquit. Debent igitur
perſcrutari quid erat huius philoſophi intentio, & non accu
ſare eum, quaſi uelit dubitationes has proficiſci ex malo in
tellectu opinionis Platonis, & tamen ipſe non explicat Pla
tonis intellectum. Deinde ſequitur illa pars commen. Hoc
igitur quod dixit, ubi Auerroes exponit quædam dicta The
miſtij, &
D ſunt duo dicta. primum quid Themiſtius uelit per
compoſitionem corporis ex ſuperficiebus ſecundum lineã,
& dicit ꝙ intẽdit compoſitionem ſuperficiei cum ſuperficie
quatenus concurrunt ſuper unam lineam non ſecundum re
ctum, ſed ut oblique continuantur, modo quo dicunt ma-
thematici ſuperficies facere corpus icocendron, uel octiba-
ſium, uel id genus. Secundum eſt quid intelligit per primã
formam exiſtentem in prima materia, quam conſequuntur
aliæ qualitates, & reſpondet Auerro. ꝙ per formam eiuſ-
modi intelligit dimenſionem terminatam, unde prima for
ma, ſuperficies, & dimenſio terminata idem eſt. Nam dimẽ
ſio terminata accipitur in definitione corporis exiſtentis in
prima materia, & etiam eſt prior figura ipſa, & in figuræ de
finitione poſita, nam dicitur figuram corporis contineri à
ſuperficie uel ſuperficiebus. dicitur etiam corpus eſſe, quod
ſuperficie clauditur, & ita uidetur ſuperficies prima forma
poſt dimenſionem interminatam, tum quia præcedit cor-
pus ipſum figuratum, tum quia præcedit qualitates, & no-
tanter dixit, quia præcedit corpus ipſum figuratum, quia nõ B
præcedit corpus interminatum, quod dicitur dimenſio in
potentia. Quod ſuperficies terminantes corpus ſint priores
tribus dimenſionibus quæ ſunt de definitione corporis, ꝓ-
bat primo, quia tres dimenſiones non poſſunt eſſe in mate-
ria actu, niſi ut finita eſt materia, & non eſt finita niſi ꝓpter
ſuperficies. igitur ſuperficies ſunt priores trina dimenſione.
Secundo, quia poſita ſuperficie in materia ponitur dimenſio
interminata, & illa remota remouetur etiam dimenſio: igi-
tur ſuperficies eſt prior trina dimenſione, & corpore. & ita
ſequitur ſuperficiem eſſe primam formam, ex qua compo-
nuntur corpora, & hæ rationes probant non ſolum ſuperfi
ciem eẽ priorem corpore figurato, ſed corpore ſimpliciter.
quia eſt prior dimenſione trina, quæ ponitur in definitione
corporis ſimpliciter. Præterea dicit ꝙ ſuperficies eſt prior
omnibus figuris, quia eſt prior figuris rectangulis quę ſunt
omnium figuratum primæ, & omnibus modis. i. ſuperficie
bus ſunt priores ipſæ ſuperficies, quia ſuperficies præcedit F
omnem ſpeciem ſuperficiei figuratæ. Ex his uult habere ſu-
perficiem eſſe primam formam ſimpliciter, quia præcedit
corpus ſimpliciter: cuius ſubſtantia eſt trina dimenſio: nam
præcedit trinam dimenſionem. uult etiam eſſe primam ſecũ
dum quid, quia præcedit figuram, & ita præcedit corpus, ut
figuratum, & hæc duo Auerro. de intentione Themiſtij huc
uſq; probauit. Et ex his patet motiuum Platonis ꝙ corpo
ra ſenſibilia ſint ex ſuperficiebus, nam ex prima forma, &
prima materia reſultat corpus ſimpliciter & corpus figura-
tum: ſuperficies eſt prima forma. igitur ex ſuperficie fit cor-
pus ſimpliciter: & corpus figuratum, dico fit corpus ex
ſuperficie uera compoſitione ex partibus ſecundum quali-
tatem, quia ſuperficies eſt forma prima. Hæc eſt una The-
miſtij expoſitio circa intentionem Platonis: uult enim Pla-
tonem uelle corpora fieri ex ſuperficie & materia, quia ſup-
ficies eſt prima materiæ forma, & ita uult corpora fieri ex
ſuperficie compoſitione qualitatiua, & non quantitatiua. G
Deinde ſequitur illa pars. Et cũ Them. ubi inducit Themẽ.
dubitantem aduerſus opinionem, & dicta Plato. & primo
epilogat breuiter motiuum pro opinione Plato. continuan
do ſe ad ſequentia: ſecunda ibi. Et dixit, ſed inquantum exe-
quitur, prima pars patet. In ſecũda probat quòd corpus eſt
prius ſuperficie, quia ut tangebatur, ſuperficies eſt figura, &
corpus ſimpliciter eſt prius figura, & hæc eſt prima dubita
tio. Secunda, ponitur ibi. poſſet aliquis opinari, quæ talis
eſt, quia poſſet dici Plat. per compoſitionem corporis ex ſu
perficiebus intellexiſſe compoſitionem quantitatiuam, &
non qualitatiuam: quia locutus eſt de compoſitione ſecun-
dum ſuperpoſitionem, quæ eſt ſpecies compoſitionis quan
titatiuæ. Tertia ponitur ibi: Deinde induxit. quæ talis eſt
quia non uidetur ſuperficies prima materiæ forma, ſed ulti
ma: nam dimenſio terminata eſt ultima forma materię. mo
do ſuperficies eſt dimenſio terminata. Quarta ponitur ibi.
Et impoſſibile eſt: Quæ talis eſt, conceſſo ꝙ corpora com-
ponantur ex ſuperficiebus compoſitione ſuperpoſitionis, ut H
Pla. prima fronte ſentire uidetur, ſequitur ut illud quod eſt
inter ſuperficies, non ſit ſolidum, neq; infinitum. i. continuũ
diuiſibile in infinitum: Immo contingit ut illud quod termi
natur per ſuperficies circum circa, ſit uacuum. non enim po
teſt dici eſſe ſuperficiebus plenum, quia ſuperficies addita
ſuperficiei nunquam facit maius corpus, nec minus. nec di-
ci poteſt illud eſſe infinitum. i. continuum diuiſibile in infi-
tum, quia ſuperficies ſuperpoſita ſuperficiei nunquam con-
tinuabit̃, quare illud erit actu aut uacuum, aut quoddam ex
ſuperficiebus aggregatum non faciens maius in corporeita
te. Deinde ſequitur illa pars. Et hoc quod dixit. ubi Auer-
ro. comparat dubitationes contra Plato. rationibus pro Pla
to. & ait, has dubitationes contra Platonem non eſſe leues:
nec minores rationibus pro Platone. ſignum autem eſt, ꝙa
poſtea in fine ipſemet Themẽ. ait opinionem Platonis non
eſſe adhuc intellectam. Deide ſequitur illa pars. Dicamus
igitur nos. ubi Auerro. contradicit Themiſ. per quatuor ra-
tiones, prima eſt. quòd Plato non nouit materiam: igitur

I per compoſitionem corporum ex ſuperficiebus: non potuit intelligere compoſitionem corporum ex materia & ſuperficie. Deinde cum dicit. Et ideo cum dicit, ponit ſecundam rationem, quæ talis eſt, Ariſto non debuit exponere, quod clarum eſt: modo, clare Plato ait corpora componi ex ſuperficiebus ſecundum ſuperpoſitionem ad euitãdum uacuum. igitur non debuit exponere intentionem eius: nam non potuit dicere niſi corpora componi ex ſuperficiebus more mathematico, per interpoſitionem uacui. deinde cum dicit. Et etiam ſi cõceſſerimus. ponit tertiam rationem, quæ talis eſt: nam ſi corpora ſenſibilia ſunt ex materia et ſuperficie, ſuperficies erit loco formæ. & ita ſequitur aliam ſuperficiem eſſe grauitatis, aliam leuitatis cauſam, uelut forma eſt cauſa grauitatis uel leuitatis. quod eſt falſum: nam omnes ſuperficies ſunt eiuſdem rationis. & ita ſi una eſt cauſa grauitatis: omnes erunt illius cauſæ. Deinde cum dicit. & etiam contingeret. ponit quartam rationem, quæ talis eſt, quòd ſi corpora ſenſibilia componuntur ex materia & ſuperficie: tunc ſu

K perficies erit ſubſtantia: deducitur primo, quia prius ſubſtãtia eſt ſubſtantia. modo ſuperficies eſt prior corpore: quod eſt ſubſtantia (ut dixit Themi.) igitur ſuperficies eſt ſubſtantia. Secundo, quia partes ſubſtantiæ ſunt ſubſtantiæ. modo materia & ſuperficies ſunt partes corporis, quod eſt ſubſtãtia: igitur ſunt digniores, ut ſint ſubſtantiæ. iſtud uero conſequens eſt falſum, quia ſuperficies eſt forma corporis mathematici, quod non eſt ſubſtantia. Deinde ſequitur ultima pars commen. ibi. Et cauſa quòd ſuperficies. Vbi Auerroes ſoluit motiuum Themiſt. pro poſitione Plato. & breuiter innuit eſſe negandum antecedens, non enim ſuperficies eſt prima forma materiæ, & ad rationem reſpondet, cp ſuperficies non ineſt materiæ, niſi quia formæ elementorum cæternaliter exiſtunt in illa uidelicet grauitas, leuitas, & cæteræ id genus, & ſic ſuperficies non ineſt materiæ primitus. ſed quia hæc res expoſcit rem longam: remiſit ſe ad alium locum uidelicet lib. de ſubſtantia orbis. Ex his clare conſtat Auerroes poſuiſſe dimẽſionem interminatam materiæ coæternam: ait enim ſuperficiem ſequi formas elementorũ. præterea dicit ſubſtantiam prius eſſe ſubſtãtia. Verum de his in libro de ſubſtantia orbis. Animaduerſione dignum tripliciter de Plato. opinione alias non ſenſiſſe: una enim interpretatio fuit Plato. uoluiſſe corpora fieri ex ſuperficiebus per ſuperpoſitionem imaginando plures ſuperficies ſuperpoſitas reddere corpus. & hic ſenſus eſt Ariſto. de illa poſitione: quem ipſe reprobat ubiq; quia non poteſt euitare uacuum, & propter alias rationes. Secunda interpretatio eſt quòd cum Pla. ualde in mathematicis uerſaretur, aſſuetus in illis omnia more mathematico tradidit, ideo uult corpora fieri ex ſuperficiebus per defluxum, quia mathematici dicunt punctum motum facere lineam, quia de puncto ad punctum licet rectam lineam ducere. Similiter lineam motam facere ſuperficiem, quia de linea ad lineam licet ſuperficiem ducere, ita Plato autumat ſuperficiem motam de imo ad altum, uel de alto ad imum facere corpus, quare corpora fiunt ex ſuperficiebus ſecundum imaginationem mathema

M ticam quæ licet concedantur more mathematicorum, tamẽ phyſice Pla. non concederet. Tertia interpretatio eſt, cp Pla. loquitur mathematice: ſed ſentit phyſice. mathematicus enim cum conſideret ſolam formam: ideo ſolam quantitatem contemplatur, quam credit eſſe formam, imo ſolam formam. Quare mathematice, ſuperficies eſt dicenda forma & tanto magis cq quantitas, quanto ipſa eſt terminata, ideo ſecundum rationes mathematicas corpora non fiunt niſi ex ſuperficiebus, ecce quomodo uera ſunt mathematica. ſenſus autem eſt phyſicus, quia ipſe per ſuperficiem intelligit formam ſubſtantialem corporis. uerbi gratia, per ſuperficiẽ ignis intelligit formam ignis, per ſuperficiem aquæ, formã aquæ, & in cæteris id genus. Quando igitur Plato corpora ait fieri ex ſuperficiebus, uoluit dicere corpora fieri ex ſuis formis principaliter, quatenus ſecũdum ipſum materia aut nihil eſt, aut proprie nihil. & ita uelle uidetur corpora eſſe principaliter a ſuperficiebus. i. a ſuis formis, quatenus totum eẽ corporum eſt a formis Quæ interpretatio ſi eſt ad mentem Platonis, recte ipſe ſentit: ſi autem aliter intelligeret, ut ſibi imponit diſcipulus, uidelicet Ariſto. opinio eius falſa eſt, & recte eum refelli t Ariſto. Hæc mihi occurrunt de opinione Platonis. N

Quod autem neceſſarium ſit corporibus ſimplicibus omnibus natura motum aliquem ineſſe: ex his perſpicuum eſt. Nam cum moueri uideantur, ui neceſſe eſt ipſa moueri: ſi proprium motum non habent. ui autem & præter naturam idem eſt. At ſi præter naturam eſt motus aliquis: & ſm naturam neceſſe eſt eſſe pręter qué ille eſt. & ſi multi hi ſunt, qui præter naturam ſunt: unum eſſe qui ſecũdum naturam eſt: neceſſe eſt. nam ſecundum naturã qui dem ſimpliciter eſt. præter naturam autem unumquodq; plures habet.

Mouet Mota Ipſa uerũ additũ eſt Ille Ipſe

Secundum expoſitores inquirit nunc, an corpora naturalia habeant motus naturales. & hoc proponit dicens, quod autem neceſſarium ſit corporibus ſimplicibus omnibus aliquem motum ineſſe ſecundum naturam, ex his ſupple, quę dicentur, perſpicuum erit. De neceſſitate autem præſentis intentionis Auerroes uult præſentem intentionem neceſſariam eſſe ad demonſtrationem factam paulo ante contra Pla. quia in ea accepit omne corpus quod recte mouetur, eẽ graue aut leue. modo hæc propoſitio non poteſt demonſtrari niſi declaretur omne corpus naturale habere motum naturalem. & hac neceſſitate Ariſt. tranſit ad hanc intentionẽ, quia quidam in illa errauerunt, ut uidelicet ueritas quæſiti appareat. Melius aũt dico hanc intentionẽ eſſe inductam, quia Ariſ. eſt pertractaturus cp grauitas & leuitas ſunt principia motuum naturalium quam rem non poteſt declarare niſi præaccipiat & declaret id, quod nunc propoſuit. Accedit ad hæc quòd quidam errauerunt in hac re, & ideo quaſi obiter remouet errorem eorum. Quod uero ad uerba attinet, debes ſcire cp Ariſto. expreſſit corpora ſimplicia, quia idem eſt indicium de corporibus miſtis: omne enim miſtum mouetur ab elemento prædominãte: & ideo ſi cuilibet corpori ſimplici competit motus naturalis, cuilibet etiam corpori miſto competit, quoniam mouetur a prædominante elemento. Hæc de intentione. Poſtea probat quod dixerat & inquit. nam cum moueri uideantur: ſenſu enim cõſtat elementa moueri, ſi proprium naturalem motum nõ habent: ui neceſſe eſt ipſa moueri. eſt igitur conſequentia: elementa uidẽtur ſenſibus moueri, et non proprio naturali motu: igitur ui neceſſe eſt ipſa moueri: omne enim corpus phyſicũ quod mouetur aut natura, aut præter naturam mouetur. ui autem & pręter naturam idem eſt. quare ſi omne quod mouetur, mouetur aut natura, aut præter naturam, neceſſe eſt ut omne moueatur aut ui, aut naturali proprioq; motu. Vltra procedit, & inquit. At ſi præter naturam eſt motuus aliquis ſupple eis competens, & ſecundum naturam neceſſe eſt eſſe cum præter quem ille eſt. quare ſi ſimplicia corpora mouentur motu præter naturam, oportet ea moueri etiam motu naturali, eo uidelicet: præter quem ille dicitur præter naturalis: et ſic patet ipſa moueri motu proprio naturaliq;.

Expoſitio O

Quę ante cõmẽ. 18.

P

Q

Quæ ante cõmẽ. 18.

Auerroes autem reducit rationem ad tres propoſitiones: quarum prima eſt cp omne corpus naturale, neceſſario mouetur. & patet ſenſus. Secũda eſt, cp omne corpus naturale mouetur aut naturaliter, aut uiolenter, & probatur ratione: quia omne quod competit alicui, aut ſibi competit ſecundũ naturam, aut præter naturam. Modo uiolenter moueri eſt pter naturam moueri. Tertia omne quod uiolenter mouetur, habet motum naturalem: probatur, quia uiolentum dicitur reſpectu naturalis: & ita omnis motus uiolentus dicitur reſpectu motus naturalis. quare ſi aliquod mouetur uiolenter oportet ut habeat motum naturalem. Deinde Auerro. remouet tacite quæſtionem Auicennæ: & inquit. & hæc uniuerſaliter propoſitio eſt manifeſta: & probata primo cœli, & abnegatio Auicennæ in ea nulla eſt. hanc rem diſputauit

Auerro.

Que Auer. de dimenſione interminata.

L Quæ de Plato. opinione.

A Auerro. primo cœli contrà Auicennam, & ideo hic illam tetigit, & non expreſſit: Sed in fine illam aliquantulum expreſſit. Deinde componit ſyllogiſmum ſic, omne corpus uiolenter uel naturaliter motum naturaliter mouetur. omne corpus ſimplex naturaliter uel uiolenter mouetur. igitur omne corpus ſimplex naturaliter mouetur. Deinde declarat qualis fuit ſyllogiſmus Ariſtotel. & ait. & per poſitionem omnium antecedentium ſupple propoſitionum concludit conſequens intentum, & ſic uelle uidetur Auerro. quòd in textu ſyllogiſmus ſit acceptus in forma hypothetica: in quo pro antecedente ſumptæ ſunt tres propoſitiones: hoc pacto, ſi omne corpus ſimplex mouetur, & omne corpus phyſicum uiolenter aut naturaliter mouetur, & omne quod mouetur uiolenter: mouetur naturaliter: omne corpus phyſicum mouetur naturaliter: hæc eſt hypothetica: cuius antecedens ſunt tres propoſitiones, & ait Auer. conſecutionem hanc eſſe manifeſtam, ubi ſi ponatur antecedens ſequetur poſitio conſequentis, ait enim ſimiliter eſſe notam poſitionem antece-
B dentis. Ecce quomodo forma huius ſyllogiſmi eſt hypothetica à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis.

Deinde ſequitur illa pars. Et hoc ſicut diximus, ubi remouet unum dubium: nam poſſet dici quòd hęc propoſitio omne corpus naturale habet motum naturalem ſit per ſe nota: igitur non eſt demõſtrabilis. Quod aũt ſit per ſe nota, patet ex hoc quod ſonat hoc nomen natura, eſt. n. definitio naturę, ut ſit principium motus & quietis: cum igitur poſuimus aliquod corpus eſſe naturale: neceſſe eſt ut natura ſit ſui motus cauſa, & ſuæ quietis, nam motus & quies quorum cauſa eſt neceſſaria, ſunt ex hoc etiam ipſi neceſſarii, & ita natura ſi ex ſui definitione eſt principium motus & quietis, ſequitur corpus naturale habere motum naturalem, & eſſe hoc quaſi per ſe notum. igitur non eſt demonſtrabilis hæc propoſitio. Reſponſionem innuit Auerro. afferens hunc ſyllogiſmum eſſe neceſſarium non ſimpliciter, ſed reſpectu negantis. Secundo uero phyſicorum commen. tertio dixit hanc propoſitionem egere modica innuitione, & ideo ſyllogiſ-
C mus hypotheticus ualet ad eam. Deinde ſequitur illa pars commen. Et hoc quod dixit, ubi ponderat cur dixit motus uiolentos plures eſſe naturalem unum tantum, ait enim eſſe hoc additum ne quis credat motum extra naturam eſſe unũ uelut naturalis eſt unus: propterea quia uiolentus dicitur reſpectu naturalis, & etiam quia contraria exiſtimantur ſecundum eundem numerum, ut de ſanitate & ægritudine, tamen non eſt ita, quia motus uiolenti plures eſſe poſſunt, & tamen unus eſt naturalis: uiolenter enim aer fertur ad centrum, & uiolenter fertur ad concauum, & tamen naturaliter fertur ſolum ad concauum ignis, & hoc ait Ariſtote. & ſi multi hi ſunt, qui præter naturam ſunt, unum eſſe qui ſecundum naturam eſt, neceſſe eſt. Nam ſecundum naturam quidem ſimpliciter, id eſt uno modo eſt. Præter naturam autem unumquodque elementorum plures habet.

Dubitatio. Sed occurres, quia licet elementa media poſſint habere plures motus uiolentos, & unum naturalem, extrema elementa non habent motum uiolentum niſi unum, & unum

Solutio naturalem. Quicquid uelint alij, ego dicerem, quòd Ariſtote. loquitur generatim, accepit enim præter naturam
D pro eo quod non eſt ſecundum naturam: modo, quod non eſt ſecundum naturam multiplex eſt: uiolentum uero & naturale, quæ extremaliter contrariantur, non niſi ſimpliciter ſunt.

Reſolutio textus Ex his patet textum reſolui in duos ſyllogiſmos, quorum primus eſt, omne quod mouetur: mouetur uiolenter, uel naturaliter, corpus ſimplex mouetur. igitur corpus ſimplex mouetur uiolenter, uel naturaliter. Secundus eſt, omne quod mouetur uiolenter uel naturaliter, habet motum naturalem. omne corpus ſimplex mouetur uiolenter, uel naturaliter per concluſionem primi ſyllogiſmi. igitur omne corpus ſimplex habet motum proprium naturalem. hæc eſt reſolutio textus.

Præterea etiam ex quiete patet, etenim aut ui, aut ſecundum naturam quieſcere neceſſe eſt. ui autem manet: quo & ui fertur, & ſecundum naturam: quo ſecundum naturam. B

Expoſitio Secundam rationem ponit nunc ex parte quietis, & duo præſupponit, quorum primum eſt quòd omne quod quieſcit, neceſſe eſt aut ui, aut ſecundum naturam quieſcere, & inquit. præterea etiam ex quiete ſupple hoc idem patet. Deinde tangit ſuppoſitionem primam, & inquit. etenim aut ui, aut ſecundum naturam neceſſe eſt quieſcere, ſupple omne quod quieſcit: hæc eſt prima ſuppoſitio. Secunda ſuppoſitio eſt, quòd ibi quieſcit aliquid ui quo & fertur ui. & ibi quieſcit aliquod ſecundum naturam: quo & fertur ſecundum naturam. Hæc inquit. ui autem ſupple ibi aliquid manet, quo & ui fertur. & ſecundum naturam ſubaudi ibi aliquid manet: quo ſecundum naturam fertur. Hæc eſt ſecun- F
da ſuppoſitio. Auerroes autem ait hanc rationem acceptam Quę auer. om. 19.
ex parte quietis fundari in duabus propoſitionibus: quarum una eſt, omne corpus naturale, habet quietem naturalem. Secunda eſt, omnis locus in quo quieſcit corpus naturaliter: ad ipſum mouetur naturaliter. poſtea in exponendo partes textus, non has propoſitiones, ſed eas, quas collegimus: notat eſſe ſupponendas: uidelicet. omne quod quieſcit: neceſſe eſt aut ui, aut naturaliter quieſcere. & ſecunda eſt: illic aliquid quieſcit uitquo ui fertur. illic quieſcit ſecundum naturam: quo fertur ſecundum naturam: & huius ſecundæ propoſitionis Auerro. cauſam reddit ex eo quia quies eſt finis motus, & ita ſi quies fuerit naturalis: motus ad ipſam erit naturalis, & ſi uiolenta: motus ad ipſam erit uiolentus, & ſic patet ſecunda ſuppoſitio.

Manere Manens Huc Hic Cum igitur aliquid in medio manere uideatur: ſi ſecundum naturam quidem, patet & lationem huc: ſecundum naturam ipſi ineſſe. Sinautem ui: quid eſt quod prohibet ferri. Si igitur quieſcit quidem, eundem uoluemus ſermonem: neceſſe eſt enim aut ſecundum naturam eſſe primum quieſcens, aut in infinitum abire, quod quidem eſt G
impoſſibile.

Expoſitio. His ſuppoſitis, argu't, cum igitur aliquid in medio manere uideatur, uidelicet terra, uel lapis, ut ſenſibus patet: quæritur de eo, quod ſic uidetur in medio manere, aut manet in medio ſecundum naturam, aut ui illic manet. Si ſecundum naturam quidem, patet & lationem, quæ huc uergit: ſecundum naturam ipſi quieſcenti ineſſe, ut ſecunda ſuppoſitio ait. Si autem terra uel lapis ui quieſcit in medio, oportet eſſe aliquid detinens terram uel lapidem, quod prohibet terram uel lapidem ferri. Verbi gratia, ut columna detinens lapidem. Modo uoluemus ſermonem de prohibente. & cum illud quieſcat in medio detinendo lapidem uel terram: neceſſe eſt aut ſecundum naturam eſſe primum quieſcens, quod quidem primo detinet, & primo naturaliter quieſcit. & ſic habetur, quod illuc fuit naturaliter motum, aut eſt neceſſe in infinitum abire, ſic quòd. a. detinet ui ipſum. b. &. b. ui detinet ipſum. c. &. c. ui detinet ipſum H
d. & ſic in infinitum, modo hoc eſt impoſſibile. igitur oportet dare aliquid in medio primum quieſcens naturaliter, & ita oportet eſſe aliquod quod illuc naturaliter fuerit motum, & ita eſt aliquod corpus, cui competit motus naturalis, quod eſt intentum. Sed occurres, cur Ariſtotel. in Dubitatio Auer.
probando propoſitum ſuum ex quiete, induxit exemplum ſpeciatim de terra quieſcente in medio, & non de alijs elementis. Soluit Auerroes quia de terra maxime dubitatur. Nam alia elementa exiſtimantur eſſe fixa naturaliter ſecundum totum in ſuis locis. De terra uero tantum dubitatur. & cauſa dubitationis eſt, quia uidemus cum pars inferior auferatur, partem ſuperiorem deſcendere. & ita exiſtimatur eſſe de tota, ut de parte cernitur, & ideo exiſtimatum eſt terram totam in medio ui quieſcere. Hac igitur ratione de terra induxit exemplum. Quod uero ad uerba Solutio.

I textus attinet: animaduerte, quòd textus Auerrois habet. Inducemus ſermonem ſuper ipſum, ubi Auer. exponit ſuper ipſum ſcilicet aduerſarium, & errat: quoniam in græcis uerbis ſtat, ut nos tranſtulimus. Præterea dicitur in textu Auer. aut mouebitur in infinitum. Et Auerroes dupliciter exponit: uno modo referendo ad terram: alio modo referendo ad prohibens, ſi refertur ad terram, eſt ſenſus: q̃ ſi terra non quieſcit naturaliter in medio: ipſa mouebitur deorſum, in infinitum. Quam expoſitionem Auerro. non tenet, & recte, quia ut patet in græcis codicibus: non poteſt ſic intelligi. Si autem refertur ad prohibens, recte dicitur: nam ſi terra non quieſcit in medio naturaliter, ſed ui: cum uideatur illic ſtare, oportet eſſe prohibens ipſam ne ulterius moueatur, & quæratur de prohibente, uel quieſcit naturaliter, uel ui. Si naturaliter: habetur propoſitum. ſi ui: oportet eſſe aliud prohibens, & ſic uel ibitur in infinitum, uel oportet uenire ad aliquid, quod illic quieſcit naturaliter. Et hæc expoſitio optima eſt.

K Si autem id quod ferri prohibet: Mouetur: ut Empedocles inquit: terram à reuolutione quieſcere: aliquem in locum ſane moueretur: cum impoſſibile ſit in infinitum ferri. nullum enim impoſſibile fit. In infinitum autem tranſire, impoſſibile eſt. Quare quod fertur: neceſſe eſſe alicubi ſtare, & illic non ui: ſed ſecundum naturam manere. Quod ſi eſt quies ſecundum naturam: latio in hunc locum motus erit ſecundum naturam.

Ferri uerbũ ſupple.

Expoſitio. Iſte textus ſolet induci continuus præcedenti: nam quæſiuit de prohibente: an quieſcat, uel moueatur. Cum probauit q̃ ſi quieſcit, relinquitur intentum: nunc probat quod nõ poteſt moueri tale prohibens (ut dicit Empedocles.) Et hoc modo Auerro. exponit hic. Melius autem uidetur q̃ Ariſt. remoueat reſponſionem Empedoclis, qui dixit terram ui quieſcere in medio, & q̃ prohibens eſt reuolutio cœli, ut ui ſum fuit in ſecundo huius: contra quem obiicit Ariſtote. dicens, ſi ita eſt: tunc terra remota cœli reuolutione, aliquem

L in locum ſane moueretur ſupple determinatum: cum impoſſibile ſit in infinitum ipſam ferri: nullum enim impoſſibile fit: in infinitum autem pertranſire impoſſibile eſt: quare non poteſt terra remota cœli reuolutione in infinitum ire: ibit igitur cœli reuolutione amota in aliquem locum determinatum. & tunc complet rationem, & inquit. quod ſi eſt quies ſupple terræ ſecundum naturam in aliquo loco determinato: latio in hunc determinatum locum motus erit ſecũ dum naturam. & ita relinquitur aliquod corpus habere motum naturalem. Hæc Ariſto. Auerroes autem ex textu ultimo colligit talem rationem, ſi poſſibile eſt ut aliquod incipiat motum in infinitum, poſſibile erit ut motus infinitus generetur. Sed impoſſibile eſt motum infinitum generari. igit impoſſibile eſt aliquod incipere motum infinitum generare. Quare cum remota reuolutione cœli motus erit infinitus. igitur nihil poteſt illum incipere generare.

Quę auer. cõmẽ. 19.

M Quapropter & Leucippo & Democrito, qui prima ipſa corpora aſſerunt in uacuo atq; infinito ſemper moueri: occurrendum eſt: quo nam motu mouentur, quiſue eſt ipſorum ſecundũ naturã motus.

Occurrẽdũ Dicendum

Expoſitio. Improbat (ut recte ſentit expoſitor) aliquorum philoſophorum errata: primo, illud Democriti atque Leucippi: quorum inſufficientiam primo ipſe narrat, & inquit. quapropter & Leucippo & Democrito, qui prima ipſa corpora, quæ Atoma uocant ac rerum principia, aſſerunt in uacuo atque infinito ſemper moueri, occurrendum eſt & dicendum, quonam motu mouentur: quiſue eſt ipſorum ſecundum naturam motus? Qui cum hæc non determinaſſent: inſufficienter uiſi ſunt tradidiſſe. Hæc de inſufficientia eorum. Auerroes autem uult quòd Ariſtote. nunc deſtruat opinionem eorum qui dicunt motum innaturalem eſſe ante naturalem. Secundo, ait hos eſſe diuiſos in duas N
ſectas: una eſt Leucippi & Democriti dicentium Atoma moueri in uacuo atque infinito motu æterno. Alia Platonis qui dicit quòd quatuor elementa mouebantur antequã mundus eſſet, motu inordinato, deinde cum deus feciſſet mundum, induxit illa ad motum ordinatum. Tertio ait Ariſtote. primo contradicere primæ ſectæ: ſecundo uero ſecundę. Hæc Auerro. de textus introductione, quam non uideo: quo modo ualeat. Deinde ſequitur illa pars, & intendit: Vbi Auerro. exponit quædam uerba textus, quæ in græcis codicibus non reperiuntur. Quibus prætermiſſis, ponit conuenientiam & differentiam inter opinionem Platonis, & Democriti: conuenientia quidem eſt quòd ambo ponũt innaturalem motum priorem naturali. differentia uero quia Plato innaturalem motum poſuit in præterito, & nunc: in præſenti non. Democritus autem ait, motum innaturalem corporibus Atomis & de præterito & de præſenti ſemper ineſſe. cauſa autem, quia ipſe poſuit hæc Atoma rerum om O
nium elementa: quare oportet ipſa ſemper fuiſſe & ſemper eſſe. & cum eorum eſſe ſit motus: oportet ut ſemper fuerint, & ſemper ſint in motu, ſed cum hic motus non poſſit eſſe naturalis, erit igitur uiolentus: quare Democritus differt à Plato. in hoc, quòd motum uiolentum ponit præcedere, & ponit eſſe de præſenti. Deinde Auerro. parte illa. Dicamus igitur eis ſi hæc, refellit opinionem Democriti, & colligit in textu duas inſufficientias, quæ ſunt duæ quaſi quæſtiones. prima eſt, quis eſt primus motor corporum Atomorum. Secunda, cum primus motor debet habere motum naturalem, quis eſt eius naturalis motus. Hæc Auerro. quæ pace ſua non ſunt ad propoſitum: eſt enim una tantum inſufficientia, uidelicet quo nam motu mouentur corpora hęc Atoma, & quis ſit illorum motus naturalis. Quod ſi hæ ſint duæ inſufficientiæ: non ſunt illæ: quas reſumit Auerro. fuit autem cauſa erroris Auerrois textus male tranſlatus P
ad eius linguam.

Nam ſi elementorum aliud ab alio ui mouetur: neceſſe eſt & cuiuſque etiam aliquem motum eſſe ſecundum naturam: præter quem uiolentus eſt. Etiam ſed

Expoſitio. Nunc ponit excuſationem illorum: dicebant enim illorum elementorum, quæ ſunt Atoma aliud ab alio moueri ui. Quod excludit primo, quia ſi ita eſt: neceſſe eſt & cuiuſque etiam aliquem motum eſſe ſecundum naturam: præter quem uiolentus eſt, ut dictum eſt.

Et oportet primam motricem, non ui, ſed ſecundum naturam mouere. In infinitum enim erunt: ſi non erit aliquid primum mouens ſecundum naturam, ſed ſemper ipſum prius ui motum mouet. Primam motricem Primum moue.

Expoſitio. Secundo, obiicit excuſationi, quia oportet ſaltem primum mouens non ui mouere, ſed ſecundum naturam. nam quod mouet ui habet principium ſuę motionis extra, & ita non mouet niſi motum, & ita oportet moueri ab alio ſemper, uel ſtandum eſt ad primum, quod non ui mouet. Vnde inquit. Q
& oportet primam motricem ſupple uim non ui, ſed ſecundum naturam mouere. probat hoc, & inquit. in infinitum enim erunt ſupple tu mouentia & mota, ſi non erit aliquid primum mouens ſecundum naturam, ſed ſemper ipſum prius motum uiolenter, aliud moueat. eſt igitur conſequentia ſi primum mouet ui. igitur procedetur in infinitum in mouentibus & motis: probatur, quia ſi mouet ui. igitur non mouet niſi motum extra. quare mouebitur ab alio, & quæratur de illo. uel igitur ibitur in infinitum in mouentibus & motis, uel oportet ut primum moueat naturaliter, & tunc ſi primum mouet naturaliter aliquid mouebitur naturali motu, & ſic eſt aliquod corpus, quod habet motum naturalem. Hæc Ariſto. de inſufficientia Democriti & Leucippi. Auerroes autem laborat circa uerba Ariſt. quæ in ſuis tranſlationibus ita ſcribuntur. Quoniam corpus primũ motum nullum corpus mouet uiolenter, ſed naturaliter. Et hæc expo-

Quę auer. cõmẽ. 20.

Quæ auer. cõmẽ. 20.

A nit dupliciter aut referendo ad mouens ipſum ꝛ quaſi dicat, quòd primum mouens non poteſt mouere id quod mouet uiolenter, ſed naturaliter, & tunc legitur litera ſic: quoniam corpus primo motum ut eſſet cœlum, uel id genus: non mouet aliquod & ipſum eſt motum ab aliquo alio uiolenter, ſed mouet ipſum, & eſt motum naturaliter. uel exponit referendo ad id quod mouetur ꝛ quaſi dicat quod ea quæ mouentur à primo mouente, ſiue ſit corpus, ſiue uirtus extra corpus non poteſt moueri ab illo uiolento motu, quia non moueretur ſemper, ſed hora quadam ſic, & quadam non. Quæ omnia nulla ſunt: cum hæ expoſitiones non cadant in uerbis græcis. Deinde ſequitur illa pars commenti. Motum autem corporum: Vbi Auer. remouet dubitationem: dictum eſt enim uiolentum motum non eſſe perpetuum: modo hoc uidetur falſum: nam motus circularis ignis in propria ſphæ
B ra, & motus circularis aeris in ſuprema regione eſt uiolentus, & tamen eſt perpetuus. igitur motus uiolentus poteſt eſſe perpetuus. Reſpondet Auerro. & uult quòd motus talium elementorum nec eſt uiolentus, nec naturalis. Violentus quidem non eſt, quia ſemper eſt. nec naturalis, quia ignis non mouetur illo motu à principio in eo exiſtente. Et addit quòd fere idem eſt de motu membrorum animalis à primo moto, quod eſt calor naturalis ſiue ſpiritus qui motus, quia non eſt uiolentus uocatur naturalis. Sic igitur patet, Motum elementorum circularem eſſe non naturalem, ſed uel ſupernaturalem, quia & ſi non contra eorum naturam: non tamen eſt ſecundum eorum naturam, ſed ſupra naturam, ut motus membro animalis, qui non eſt ſemper etiam.

Deinde ſequitur illa commenti pars. Et hoc fundatur. Vbi Auerro. reſoluit hunc textum ad propoſitiones: atq; ſyllogiſmum, & uult textum fundari ſupra propoſitiones: quarum prima eſt, quòd omne motum habet motorem. Secunda eſt, quòd omnis motor in loco, hoc eſt de loco ad locum eſt corpus. Tertia eſt, quòd corpus non mouet niſi moueatur. Ex his deducitur conſequentia textus, quę ſecũdum Auer
C roem eſt: ſi corpus primum nõ mouet corpus motu naturali: tunc motum eſſet infinitum. Nam ſi motum habet corpus à quo mouetur, & illud corpus etiam aliud corpus: cum non moueat niſi moueatur per propoſitiones: tandem abibit in infinitum, & ſic neceſſe eſt reperiri corpora infinita, quæ ſaltem de poſſibili poſſunt ſe tangere, uel continuari, quibus ſe tangentibus, aut continuatis: magnitudo reſultabit infinita, & ita motus erit infinitus, ut ſeptimo phyſicorum deductum eſt. Deinde ſequitur. Et per hoc quod dicit: Vbi Auerro. conſiderat uerba ſui textus, & accipit primo quòd omne corpus quod mouet, quia mouetur: taliter mouet, qualiter mouetur. Nam ſi mouetur uiolenter: mouet aliud etiam uiolenter. & ſi mouetur naturaliter: etiam mouet aliud naturaliter. Tunc uerba textus exponit, quæ ſunt corpus primum ſi non mouet motu naturali & cætera. Vbi uult quòd mouere aliud naturaliter poteſt eſſe dupliciter: uno modo ut mouere dicat actionem primi motoris. Cũ enim primum mouens corporeum moueatur naturaliter: actio eius in rem motam eius eſt naturalis: licet forte res mota ab eo non moueatur naturaliter, ut eſt de cœlo & elemen
D tis: cœlum enim mouet elementa circulariter, & naturaliter, & tamen elementa nõ mouentur naturaliter motu illo. Alio modo poteſt intelligi ut mouere dicat motum ipſius rei motæ à primo motore, & tunc dicemus elementa moueri naturaliter à cœlo motu circulari. hoc eſt non uiolenter: cum elementa ſemper moueantur motu circulari, quod non contingit de aliquo motu uiolento: cum nullum uiolentum ſit perpetuum. Auerroes autem laudat magis primam expoſitionem. Ego uero dico hæc non eſſe ad uerba uera Ariſto. quæ nos legimus, ſed ad eius malas translationes, quæ ſunt plerunq; cauſa erroris huius. Ego enim iudico ſtatuum eſſe conari in dictis Auerro. quia ipſe frequenter fruſtra laborat.

Hoc autem idem accidere neceſſe eſt, & ſi (ut in Timæo ſcriptum eſt:) ante mundi facturam elemẽ ta inordinate mouebantur. Neceſſe eſt enim aut E uiolentum eſſe motum, aut ſecundum naturam. ſi autem ſecundum naturam mouebantur: neceſſe eſt mundum eſſe: ſi quis uelit contemplari cum diligẽtia. Tunc enim primum mouens neceſſe eſt mouere Cũ diligentia attẽdẽs ipſum ſecundum naturam motum, & ea quæ mouentur non ui: in ſuis quieſcentia locis: eum facere ordinem quem quidem nunc habent. ea quidem quæ grauitatem habent: ad medium. Quæ autem leuitatem: à medio. Hunc autem ordinem habet mundus.

Nunc reprobat opinionem Platonis, uoluit enim Plato Expoſitio. (ut in Timæo dicitur) elementa ante mundi ipſius facturam moueri inordinate. Vnde dixit ante mundi generationem materiam inordinate fluctuaſſe. Materia autem, & ele F menta idem eſt: quare uoluit ante generationem mundi elementa moueri inordinate. Poſtea uero reducta eſſe ad motum ordinatum ab ipſo deo, quam quidem reductionẽ Plat. appellat mundi genituram. Obicit autem Ariſtote. huic poſitioni afferens accidere illi, quod Democriti & Leucippi opinioni accidebat. Vnde inquit. hoc autem idem ſupple ab ſurdum, quod Democrito accidebat: neceſſe eſt accidere: & ſi (ut in Timæo ſcriptum eſt) ante mundi facturam elementa inordinate mouebantur. & hoc facile ipſe deducit, & inquit. neceſſe eſt enim, aut uiolentum eſſe motum ſupple eorum ante mundi facturam: aut ſecundum naturam. probat quòd non ſecundum naturam, quia tunc mundus præfuiſſet, & ita fuiſſet antequam eſſet, unde inquit: ſi autem ſecundum naturam mouebantur: neceſſe eſt tunc mundum eſſe, ſiquis uelit contemplari cum diligentia. Deducit, quia ex quo elementa tunc mouebantur ſecundum naturam: neceſſe eſt tunc primum mouens mouere ipſum ſupple primum motum ſecundum naturam: hoc eſt cœlum. nam motus elementorum reducitur ad motum cœli: quare ſi tunc elementa mouebantur ſecundum naturam, oportet tunc cœlum à primo motore etiam moueri ſecundum naturam. Oporte- G bat etiam ea quæ mouentur nõ ui, ſed propria natura, quęque quieſcunt ſuis in locis etiam non ui, ſed natura: eum facere ordinem, quem quidem nunc habent: tam ſupple in aſcendo, quàm ſupple in mouendo. Expoſitiue uidelicet ea quidem quæ grauitatem habent: oportebat ad medium moueri. quæ autem habent leuitatem: oportebat moueri à medio. Hunc autem ordinem mundus habet. igitur ſi hæc omnia ſunt ante mundi facturam: oportet dicere mundum etiã tunc præfuiſſe, & ita mundus eſſet antequam eſſet. Tacuit autem probare quòd ante mundum elementa non poſſunt uiolenter moueri, quia per ſe notum eſt. quòd ſi uiolenter mouerentur: oporteret illa naturaliter moueri, ut ſuperius eſt deductum. Laborat autem expoſitor declarare quid Ariſto. uelit per primum mouens, & quid per ipſum motũ, quæ certe patent. Ariſtoteles per primum mouens, intelligit primum motorem incorporeum, & per ipſum motum intelli- H git cœlum, quod eſt primum motum à ſeipſo, ideſt à motore quod eſt aliquid ſui, ut nos expoſuimus. Auerroes autẽ dat huic rationi uim, & uult q; tres diſpoſitiones requirãtur ad eſſe mundi perfectum. prima eſt, ut quędam eorũ moueãtur à primo motu. Secunda ut quędam quieſcant in ſuis locis. Tertia, ut quædam moueantur ad ſua loca. uidelicet, illa quæ fuerunt extra loca genita. modo ſi elementa ante mundi facturam mouebantur, cũm non poterant moueri niſi naturaliter: tunc erant omnes iſtæ tres diſpoſitiones, & ita tunc erat perfecte mundus. quare mundus eſſet antequam eſſet. Quod uerò ad uerba attinet debes ſcire quòd in uerbis Arabicis ſunt hęc uerba. Sed dico quòd elementa & reliqua, ubi Auerroes ait hæc uerba poſſe eſſe rationem per ſe, & diſtinctam à ratione nunc facta & poſſe eſſe partem rõnis factæ, ſed quia hęc nulla ſunt, lege uerba, ut nos legimus.

Quę auer. cõmẽ. 21.

Præterea tantum aliquis quæret utique: utrum

I possibile aut non possibile erat, inordinate mota, talibus etiam mixtionibus aliqua misceri: ex quibus corpora constãt, quæ secundum naturam constituũtur: Dico autem ut ossa, & carnes: quemadmodum Empedocles in amore fieri dicit. Ait enĩ quòd multorum capita sine collo sunt orta.

In amore
In amicitia
In concordia
Collo
Ceruice

Expositio. Secundo obijcit contra Platonem, & facit unum quæsitum, & ad neutram partem arguit. Quæsitum est hoc: utrum ante mundi genituram elementa, quæ inordinate mouebantur: poterant: uel ne talibus mixtionibus misceri, ut ex illis mixta complura orirentur. Vnde inquit. præterea tantum, hoc est istud unum aliquis quæret utique: utrum possibile, aut non possibile erat, aliqua inordinate mota quæ ponebãtur ante mundi generationem. talibus etiam mixtionibus misceri: ex quibus corpora constant supple illa, quæ secundum naturam constant: hoc est mixta. Hoc est quærere utrum elementa ante mundi generationem, quæ inordinate mouebantur: poterant taliter moueri, ut ex illorum mixtione mixta proficiscerentur, uel non poterant sic moueri. nec arguit ad aliquam partem, ut quidam exponunt, sed dimittit insolutum, quia quauis parte quæsiti concessa sequitur mundum esse antequam esset. Nam si non poterant elementa illa sic inordinate moueri, ut mixta nascerentur: erant igitur hac ratione in motu non confusa: nec inordinata, sed uniformia: ac æqualia, & sic fuissent ordinata. & ita sequitur ut prius, fuisse mundum. sinautem poterant sic inordinate moueri, ut inde mixta nascerentur. igitur erat generatio mixtorum ex elementis, & ita, ut prius, erat mundus: quare quauis parte quæsiti data: sequitur mundum esse antequam esset, & sic Aristote. non curauit partes quæsiti examinare, quia erant aperte absurdæ. Auerroes autem magnus uerborum Aristote. confusor exponit hanc rationem sic: si elementa ante mundi genituram mouebantur irregulariter, aut hic motus irregularis erat proprius ac substantialis illis. Aut supple accidentalis. Si motus irregularis erat proprius elementis illis: tunc elementa illa non poterant suis naturis recipere ordinem à deo, quia in eorum naturis erat carentia ordinis, & ita non poterat unquam ex eis fieri mixtio: nec aliquod corpus, & sic non possent unquam uenire ad finem terminatum. Sinautem motus ille ante mundi generationem erat per accidens competens elementis: tunc poterat tolli sine ui primi motoris, & sic possent uenire ad ordinem sine ui motoris primi, quod est contra Platonem. Auerroes autem primum membrum tantum disputat, & prętermittit secũdum. Addit Auerro. hoc idem accidere Empedoclĩ, quoniam si elementa non habuissent naturam ut miscerẽtur: nunquam possent misceri, & ita ex eis fierent semper capita sine collis, & colla sine capitibus. Secundo, obijcit etiam Empedo. Aristote. ut Auerro. ait, quòd si quodlibet simile esset à suo simili congregatum: Tunc esset possibile, ut amicitia faceret hanc congregationem. Hæc sunt quæ Auerro. ex textu colle git, & certe nunquam hæc somniauit Aristote. ut uidisti.

Quę auer. cõm. 22.

K

L

M Deinde sequitur illa pars commenti. Themistius autem: Vbi Auerro. exponit textum secundum Themistium. & certe expositio est illa, quam nos dedimus. Vult igitur primo Themistius, quòd Aristote. uelit alio modo atque alia ratione inferre quòd data positione Plat. sequitur mundum esse: antequam esset, & dixit Themi. quòd alia ratione hoc deducit, quia prima erat accepta ab elementis: hæc secunda accipitur à mixtis. modo utraque sunt mundi partes. Secundo uult Themist. quòd Aristote. fecit quæsitum bimembre, & partes dimisit nobis pficere. Tertio Themistius compleuit membra, quoniam si elementa ante mundi generationem poterant commisceri: tunc poterant partes mundi fieri, & cum partes non sint: nisi totum sit: igitur mundus præfuisset, & est propositum si impossibile est illa misceri. igitur motus eorum erant ordinati, quia semper sic ordinati, ut nũquam fierent mixta, & ita ut prius, sequitur mundum fuisse: si enim diceret elementa posse esse ante mundi generationem aliquando moueri: aliquando non: saltem aliquando non potuissent commisceri, & ita sequitur mundum præfuisse. Vltimo Auerro. abbreuiat, expositionem Themi. hoc modo, uel elementa ante mundi generationem poterant uenire ad ordinem mixtionis, uel non. si poterant: igitur tunc mundus fuisset. Si non poterant igitur hac ratione erant ordinati, & sequitur, ut prius: mundum præfuisse. Hanc expositionem Themi. reprobat Auerro. dicens, esse difficilem intelligi ex uerbis Aristote. secundum translationem, quam habebat, sed ait suam esse uerisimiliorem. Ego autem dico suam nullo pacto uerbis græcis consonare, sed illam Themis. approbo, & dico fatuum esse credere Auer. circa textus expositiones: cum ipse ob malas translationes sæpe deliret.

N

His autem qui in infinito infinita mota faciunt: si quidem unum mouens fuerit: uno moueri motu necesse est. Quare non inordinate mouebuntur. Sinautem mouentia infinita sunt, & lationes infinitas esse necesse est. Nam si finitę sint, ordo aliquis erit: non enim quia in idem non feruntur, inordinatio accidit. neque enim nunc in idem feruntur cuncta: sed ea tantum, quæ eiusdem generis sunt.

O

Expositio. Quidam arbitrantur hanc rationem esse contra Platonem: non simpliciter, sed coassumpta opinione Democriti. Ego uero opinor hanc rationem esse contra Democritum quasi ex his, quæ dicta sunt contra Platonem deductam. Inquit. his autem qui in infinito uacuo faciunt infinita mota, quæ Atoma uocant, ut sunt Democritici: dupliciter dicere possunt, aut unum omnium ponendo motorem saltem secũdum speciem, aut infinita secundum speciem, & tot quot mota ipsa. si quidem omnium Atomorum unum mouens fuerit secundum speciem: uno moueri motu secundum speciem necesse est: quare non inordinate mouebuntur, quoniam omnia mouebuntur sub eadem ratione. Sinautem mouentia infinita secundum speciem sunt: etiam lationes secundum speciem infinitas esse necesse est. Deducit hanc consequentiam: nam si finitæ sint ipsæ lationes specie: ordo aliquis erit. quia omnes reducentur ad unam rationem generis. Sed remouet unam taciram obiectionem: nam nunc sunt infiniti termini ad quos mouentur mobilia ipsa, & tamen est ordo. igitur in rebus infinitis potest esse ordo. Respondet, non enim quia in idem non feruntur ipsa mota, sed ad infinita, & ab infinitis inordinatio accidit, quia nunc secundum rei ueritatem in idem non feruntur omnia mota, sed solum ea quæ sunt eiusdem generis feruntur ad idem secundum genus, & quæ sunt eiusdem speciei feruntur in idẽ secundum speciem. quare licet omnia non ferantur in idem: tamen est ordo, quia feruntur in idem specie, uel genere.

P

Auerroes autem in præsenti commento primo, exponit partes textus: secundo disputat cum Themistio. & Alexandro. Circa primã uult quòd Aristote. declarat quòd dicentibus quòd ante mundum fuerunt corpora infinita tempore infinito in uacuo infinito: contingit quòd aliqua ordinatio fuit ante ordinationem mundi, hoc est quòd ordinatio aliqua fuit ante mundum, quod relinquit tanquam impossibile, & sic (ut dicit) non uult destruere sermonem eorum simpliciter: sed tantum ad hominem arguendo. Vlterius Auerro. colligit in textu has consequentias: prima est, si corporũ indiuisibilium, quæ ante mundum mouebantur, motor est unus in specie, sic quòd formæ eorum erunt eiusdem speciei: igitur motus eorum non erunt diuersi: neque cõsequẽtes substantias, ideſt materias eorum corporum, sed potius consequentes formas eorum, & addit quòd quasi per hæc uult habere quòd sequitur esse aliquem ordinem in eorum motibus: licet motus eorum sint infiniti: cum sint eiusdem speciei omnes. Secunda, si motus sunt infiniti, quia formæ

Quę auer. cõm. 23.

Q

sunt

A ſunt infinitæ:ſpecies motuum erunt infinitæ,& proceſſus eorum erit infinitus.Hæc Auerroes colligit. Deinde ſequitur illa pars.Et hoc explanauit Themi. Vbi digreditur circa has conſequentias . Vbi primo narrat , quæ Themi. dixit circa ſecundam conſequentiam,& inquit.& hoc explanauit Themi.ſic ideſt & ſi fuerint huiuſmodi ſcilicet motus infiniti & proceſſus infinitus:etiam erunt ordinati, & ſic quouis modo dicatur ſequitur ante mundum fuiſſe ordinem. Et Alexander:hic Auerro.narrat quæ Alexand.ait circa ſecundam conſequentiam,& inquit.Alexander non dixit hanc explanationem,quam Themi. ſuppleuit , ſed uult Ariſtote. ſermonem fuiſſe diminutum,& non compleuit, ſermonem ipſum , quē debuit complere, immo ſolum deſtruxit conſequens dicendo quòd eſt impoſſibile motus eſſe infinitos , & ſpecies eorum eſſe infinitas.Ecce igitur quòd Alexander non compleuit ſermonem Ariſtote.ſed deſtruxit conſequens. Deinde ſequitur illa particula.Dixit Themi. Vbi Themi. reprehen-
B dit Alexandrum aſſerens eius expoſitionem eſſe turpem. & hoc dupliciter:primo , quia Alexand. uidetur uelle ex textu hanc eſſe Ariſtote.conſequentiam uidelicet,ſi motus ſunt infiniti:motus ſunt infiniti & proceſſus motuum eſt infinitus. Obiicit autem Themi.quòd Alexander ſumit idem in conſequente &antecedente ac ſiquis dicat ſi eſt animal,ergo eſt animal,& quaſi intendit Themi. dicere quòd errauit Alexand.quia qui uult deſtruere aliquam poſitionem id eſt aliquod antecedens:debet conſiderare quid ſequitur ex illo,& ſi illud conſequens non fuerit ſupple poſſibile: non erit illud antecedens poſſibile: Vt concedas,ſi hoc eſt animal:hoc eſt Tragelphus.Nam ſequitur non eſt Tragelphus . igitur non animal.Sic igitur patet quòd primus error Alexandri eſt idē aſſumi pro antecedente,& pro conſequenti. Deinde ſequitur illa particula.Et etiam dixit:ubi ſecundo obiicit Alexan. quia ſenſus Ariſtote.non eſt arguere deſtructiue in ſecunda conſequentia,ſed conſtructiue inferēdo quòd ſi motus ſunt infiniti & proceſſus infinitus.igitur fuit aliquis ordo ante ordinem mundi. hæ ſunt obiectiones duæ Themi. Deinde ſequitur illa particula.Et intentio. Vbi Auerro. exponit Themi.uerba.& uult quòd trifariam poteſt ſermo Ariſtote. in-
C telligi ſecundum Themiſtium uno modo quòd motus ſint numero infiniti,& motores & mota eiuſdem formæ ſiue ſpeciei:tunc ſequitur illorum motus habere ordinem: cum omnes ſint eiuſdem ſpeciei . Secundo modo poteſt intelligi q̄ motus ſunt infiniti & motores etiam infiniti ſpecie differentes,& etiam ſequitur in illis eſſe aliquem ordinem,quia ſaltem hic quòd motus ſunt tot quot formæ mouentes,quia diuerſitas motuum ſequitur diuerſitatem formarum mouentium.Tertio:poteſt intelligi motus eſſe numero infinitos,& motores finitos ſcilicet ſpecie,& motus etiam ſpecie finitos, & tunc ſequitur,ut prius,eſſe ordinem in illis.Ex his colligitur quòd Themiſtius uoluit fieri tria antecedentia, & unum conſequens,quod eſt in motibus illis eſſe ordinem.Alexander uero uoluit tria etiam illa antecedentia,& ad primum,& tertium intulit eſſe ordinem. Ad ſecundum uero dixit ſuum conſequens eſſe deſtruendum . Deinde colligit ſummatim poſitionem Themiſtij , & inquit.quaſi igitur Ariſtote. ſecundum hanc explanationem induxit aliquid quaſi antece-
D dens ſupple in ſecunda ratione ſiue conſequentia,& aliquid quaſi conſequens , & tacuit conſequens ſupple ſecundum, & propterea quia tacuit ſecundum conſequens:Alexan.reſtitit Ariſtote.in ſuo ſermone arbitrans illum ſermonem Ariſtote.eſſe diminutum. & putauit quòd diminutio erat , quia debuit deſtruere conſequens uidelicet motus eſſe infinitos, & infinitarum formarum,ac terminorum:demum epilogat, & inquit.hanc eſſe Themi.expoſitionem, uel ſaltem potentia eſt hæc expoſitio Themi. Deinde ſequitur illa particula.Et hoc non contingit Alexand. Vbi nunc Auerro. defendit Alexand.ab obiectionibus Themiſt. Ad primam igitur reſpondet , quòd hoc non contingit Alexander, quia ſermo Ariſtote. continet antecedens , & conſequens , & non eſt idem conſequens,quod antecedens:debet enim ſermo Ariſtote.ſic componi,ſi motus ſunt numero infiniti propter formas mouentes & propter motiones in alterum: motus erūt ſpecie infiniti,& proceſſus motuum erunt infiniti. modo cō ſequens eſt impoſſibile:igitur & antecedens , & ita eſt impoſſibile formas eſſe infinitas quia motio in alterum eſt infinita:patet itaque quòd ſi ſic ratio componatur : conſequens differt ab antecedente.at Themi.ut reprehenderet Alexandrum:poſuit quaſi conſequens idem cum antecedente,& dixit uerum conſequens eſſe ablatum à textu: ſed eſſe ſupplendum modo,quo ſuppleuit ipſe. Vlterius ait quòd Alexand. uoluit Ariſtotelem non deſtruxiſſe conſequens , ſed poſuiſſe oppoſitum poſitionis ſiue antecedentis : hoc eſt oppoſitum conſequentis.Ecce quòd Alexand.uoluit Ariſtote. non poſuiſſe niſi antecedens,& oppoſitum conſequentis, & tacuiſſe conſequens.Sed difficile eſſet uidere quo modo ualet hæc conſequentia,motus ſunt numero infiniti:igitur motus ſunt infiniti forma. Tu uero conſidera dicta Auerro . quia re- F
ſpondet antecedens quod eſt quòd motus ſunt infiniti numero poteſt dupliciter intelligi , aut hoc modo quòd motores differunt forma,& ſic ſequitur motus eſſe ſpecie infinitos. Aut hoc modo quòd motus ſint numero infiniti, & in ſe forma differentes , & tunc antecedens non differt à conſequente,& Alexand.loquitur primo modo:per hæc patet error Themi.& quod non ualet id quod dicit contra Alexandrum , quia non intellexit differentiam inter antecedens & conſequens, & propterea dixit Alexandrū deſtruxiſſe poſitionem,ideſt antecedens , quia credidit conſequens non differre ab antecedente,& ſic obiectio Themiſtii contra Alexandrum nulla eſt. Deinde ſequitur illa particula . Sed tamen quod Alexand.ubi defendit Ariſtote.aſſerens obiectionem Alexand.contra Ariſtotelem nullam eſſe:quia ſi expoſitio eſſet(ut Alexan.ait:)ſolum conſequens fuiſſet diminutum,quod non eſt diminutio , quia facile poteſt illa deſtructio ſubintelligi : ueluti ſæpe diminuit multas propoſitiones per ſe notas,quæ poſſunt facile ſuppleri,propterea concludit,quæ igitur diminutio cōtingit in hoc Ariſtotelicqua- G
ſi dicat nulla. Deinde ſequitur,Niſi Alexand. Vbi oſtendit quomodo contradictio Alexand. contra Ariſtotelem haberet locum,& ait quòd tunc haberet locum,quando expoſitio Alexand . concordaret cum Themiſtio in faciendo tria antecedentia & unum conſequens.uidelicet , quòd ante ordinem eſſet ordo:tunc enim Ariſtot.conceſſiſſet eis motus eſſe infinitos in ſpecie,& infinitos in proceſſu. Quod ſi ita eſſet: tunc dupliciter Alexand. Ariſtoteli reſiſteret:primo,quia cō ceſſit hoc illis,quod non erat concedendum.Secundo , quia à ratione fuiſſet diminutum conſequens,quod non facile ex antecedente intelligeretur.primum tangit Auerro.hic. Secū dum uero tetigit ſupra,& propterea concludit,q̄ melius eſſet facere duo antecedentia:primum, & tertium , inferendo ordinem ante ordinem,& prętermittere ſecundam diuiſionem.i.ſecundum antecedens:non inferendo ordinē ante ordinē.Nam ſic exponendo non deſtruit primam intentionē Ariſto.quæ eſt obiicere antiquis cogendo illos ponere ordinem ante ordinē:nam licet hoc non ſequatur ex tribus ante
cedentibus,ſequitur ex primo & ultimo ex ſecundo uero ſe- H
quitur impoſſibile,quod deſtruxit.& ſic omnino habetur ordo ante ordinem,quæ eſt prima Ariſtote.intentio contra antiquos , ut etiam Themi. exiſtimauit. Deinde ſequitur illa particula.Ariſtoteles enim poteſt . Vbi quaſi ponit tertiam expoſitionem:circa quam debes ſcire quòd tres poſſunt fieri diuiſiones de partibus Atomi : quas ponunt Democritici moueri ante mundum in uacuo infinito motu inordinato.Prima eſt,quòd partes ſint finitæ ſpecie , numero uero ſiue finite:ſiue infinitæ,& motus ſit finitus.& hæc diuiſio eſt ſecundum naturam.Nam ſecundum naturam partes mundi ſunt quinq; ſpecie,& motus etiam finiti . Secunda diuiſio eſt ponendo partes Atomas ſpecie infinitas,& motus infinitos.Et hæc diuiſio eſt omnino prętermittenda,& ex toto primę op-

I posita. Tertia est quòd partes sint infinitæ specie, & motus uel motores finiti, & hæc etiam est præternaturalis. Ait modo Auerro. quòd ex prima diuisione concessa sequitur ordinem esse ante ordinem. Nam si conceditur Atoma esse specie finita, & motus finitos ante mundum: sequitur illa mouere ordine. & cum sint ante mundum: erunt ante ordinem, & ita sequitur ordo ante ordinem. duæ aliæ diuisiones sunt falsæ, & præternaturales. Ecce quasi hæc est tertia expositio, & applicando hanc sententiam uerbis: ait contra Alexand. quòd secundum hoc non intendit destruere illud consequẽs uidelicet, quòd motus sit infinitus, & partes infinitæ, sed accipit hoc quasi antecedens & infert ordinem ante ordinem, ut dictum est, quia uelle uidetur partes illas esse eiusdem formæ ac speciei, & sic applicando diuisiones uerbis: tandem ait redeundo ad expositionem Alexandri quòd apparet uniuersaliter quòd diuidit sermonem in tres diuisiones, ubi mediam destruxit, & primam, & tertiam accepit pro antecedẽ-
K tibus inferendo ordinem ante ordinem. Themistius uero uoluit tria esse antecedentia & unum omnibus consequens, uidelicet quòd ordo sit ante ordinem. Deinde sequitur illa particula. Diuisio naturalis. Vbi Auerro. ut complete loqueretur reducit diuisionem ad quatuor: supponit enim partes illas indiuisibiles, quæ dicuntur Atoma: quadrifariam posse constitui, aut ponendo formas illarum finitas & motus finitos. & hæc diuisio est naturalis. Nam secundum rei ueritatem partes rerum sunt numero infinitæ, sed forma sunt finitæ, & motibus etiam finitæ. Et ait in textu Aristote. esse hoc tertium condiuidens. secundum est quòd formæ sint specie infinitæ, & motus etiam infiniti specie. Et hoc secundum est præternaturale omnino: de quo fuit quæstio inter Themi. & Alexand. utrum hoc concesso sequitur ordo ante ordinem. & diuersimode fuit responsum: nam Themi. uoluit quòd ipso concesso sequitur ordo ante ordinem, & Alexander uoluit quòd erat consequens destruendum. Tertium membrum inter hæc medians est, quòd formæ sunt finitæ, & motus infiniti, quod membrum fuit primum in textu, &
L propinquum naturali, & ideo existimatur quòd ordo sit ante ordinem ipso cõcesso. Quartum membrum est, quòd formæ sunt infinitæ, & motus finiti. & Aristote. non posuit ipsum in textu, aut uirtualiter continentur in primo, uel secundo diuidente. Reliquum commenti perspicuum est. Hæc ex commento collegi. Ego uero considerans & superconsiderans non inueni has diuisiones in textu, sed solũ reperi duas diuisiones: prima est si Atoma ante mundum sunt infinita: dupliciter fieri potest, aut quòd motores eorum erunt finiti puta unus uel plures finiti, & sic sequitur, Atoma non inordinate moueri. Nam licet Atoma sint infinita, quia tamen motores sunt finiti: in motibus eorum erit aliquis ordo. Aut potest intelligi Atoma infinita, & motores esse infinitos specie: & est secunda diuisio: ex qua infert lationes esse infinitas specie, & hoc membrum uoluit Alexan. esse destruendum, quo modo fuit destructum primo huius. Vbi probatum est tres esse tantum motus specie. Potest tamen per uerba illa, Nam si
M finitæ, Innui tertium membrum uidelicet, ꝙ Atoma sint infinita, & motores infiniti specie, & motus finiti, & tunc ad hoc tertium infert ordinem esse ante ordinem dicens. si enim finitæ sint motiones, & supple Atoma & motores infiniti: aliquis ordo est saltem ex parte motuum, quia omne finitum ordinatum est aliquo modo. Et sic duo membra sunt in textu nostro expressa, & tria possunt intelligi: quorum primum, & tertium infert ordinem ante ordinem. Secundum infert unũ consequens destruendum secundum Alexandrum. Cætera uero quæ dicit Auerro. circa textum, sunt superflua. Deinde Aristote. parte illa. Neq; enim mouc. Soluit dubitationem (ut etiam Auerro. notat) quæ posset oriri, ut diximus in expositione textus. Tu uero uides quo modo multa dixit Auer. extra propositum, quæ applicauit uerbis Aristo. quibus applicari non possunt, ut mihi uidetur.

Esse uerbũ additum,

Præterea ipsum esse inordinate nihil aliud est, quàm esse præter naturam: ordo enim propria natura sensibilium est. At uero & hoc absurdum & impossibile est: ipsum uidelicet infinitum inordinatum motum habere. Est enim ea rerum natura. Quam plures & pluri in tempore habent. contrarium igitur ipsis accidit: inordinationem quidem esse secundum naturam. ordinem uero atque mundum præter naturam. Quamuis nihil eorum quæ sunt secundum naturam: à fortuna fiant.

N Videtur uerbũ additũ ꝓpter fortuna, ut contingit.

Secundo obijcit Democrito, & potest ratio componi logice hoc pacto, si ante mundum Atoma mouebantur motu inordinato: tunc ordo erit præter naturam, & inordinatio, erit secundum naturam. deducitur consequentia, quia motus ille inordinatus ante mundum fuit in omnibus Atomis & tempore infinito: motus autem ordinatus post mundi generationem non est in omnibus Atomis: nec tempore infinito, quia secundum Democritum, mundus fuit sub non esse in præterito infinito, & sub esse in tempore finito. Quare sequitur motum inordinatum: cum fuerit pluribus competẽs, & maiori tempore: etiam secundum naturam, & ordinatum esse præter naturam, quia non omnibus: nec maiori tempore. Inquit. præterea ipsum esse inordinate nihil aliud est quã esse præter naturam, quod declarat. d. ordo enim propria natura sensibilium naturaliumq; corporum est: est enim ordo corporis naturalis ad aliquem finem: illius ad illum finem inclinatio. Inclinatio uero rei, & eius natura inclinans ad illum finem idem est. Et sic ordo rei, & natura rei idem est. & ita patet ordinem esse secundum naturam: immo potius ipsam naturam, & inordinationem esse præter naturam. accepta hac suppositione procedit ad rationem, & inquit. at uero & hoc absurdum & impossibile est ipsum uidelicet infinitum inordinatum motum habere, & sic repugnat motum infinitum esse inordinatum, quia (ut ait) ea rerum natura est, quam plures scilicet res, & pluri tempore habent. modo ipsis Democriticis accidit dicere contrarium uidelicet, quòd P ordo & mundus sint præter naturam, & inordinatio secundum naturam. Et quod accidat sic dicere: patet. quia inordinatio illa præcedens mundum competebat pluribus, & maiori tempore. ordo autem post mundi generationem competit paucioribus & breuiori tempore, quæ ratio docet inordinationem esse secũdum naturam: ordinem autem præter naturam. & apponens destructionem consequentis, inquit. quanuis nihil eorum quæ sunt secundum naturam à fortuna fiat: hoc est præter ordinem & breuiori tempore. Est igitur ratio breuis quòd Democritici sic dicentes sibi ipsis contradicunt, quia coguntur dicere ordinem esse præter naturalẽ, & inordinationem secundum naturam. Quod uero ad uerba attinet: per esse à fortuna: intelligit: (ut dicit Auerro.) esse in paucioribus temporibus. Nam quod fortuna uel casu est: in minori tpe est: ideo accipit alterũ pro altero. Animaduerte igit ꝺm Auer. ꝙ Aristo. Platoni contradicit per hanc rationem, & non Democrito: nam Plato posuit res moueri ante mundũ motu inordinato tpe infinito. In contradicendo igit Q Plato. uult eum accipere duas suppositiones: prima est inordinatum & indefinitum est præter naturam. Secunda est, ordinatum & definitum est secũdum naturam. His acceptis: arguit si res mouebantur inordinate tẽpore infinito ante mũdum: ergo motu naturali. tenet argumentum ex suppositionibus, quia ordinatum definitum est maiori tempore & pluribus subiectis competens. res uero post mundi generationẽ mouebuntur motu finito, quia ex quo cœperunt moueri aliquando: desinent moueri, ut deductum fuit in. 1. libro. & ita patet tempus motus rerum ante mundi generationem fuisse maius tempore motu rerum post generationem. Modo regula est illud esse naturale: cuius tempus est maius, ut de sanitate dicitur illud minus: cuius tempus est minus, ut de egritudine. Hæc Auerroes breuibus.

Quæ auer. cõmẽ. 14.

uidetur

A Videtur autem Anaxagoras hoc ipſum bene acce piſſe. Ex immobilibus enim incipit mũdũ conficere.

Expoſitio. Videtur mihi ꝙ Ariſto uelit comparare inter opinionem Pla. & opiniones aliorum phyſicorum, ut oſtendat omnino Plato. erraſſe Vbi debes ſcire ꝙ Plato duo poſuit circa corpora, quæ erant ante mundum. Primo quidem, quia poſuit illa moueri. Secundo, quia poſuit ipſa ſegregata. Circa primum comparat opinionem Platonis opimoni Anaxagorę, & inquit. uidetur autem Anaxagoras hoc ipſum bene accepiſſe, & explicat quod bene accepit, & inquit: ex immotis. n. incipit mundum conficere. quare melius Anaxagoras ex immotis mundum facit, quàm Plato. ex motis. Anaxagoras. n.

Quę auer. cõmẽ. 25. (uc Auer. ait:) dixit res ſtetiſſe tempore infinito in ipſo chaos ſiue mixtione, donec intelligẽtia cœpit res diſtinguere. Cauſa autem quare melius eſt facere mundum ex immotis, quã

B ex motis: eſt quia generatio fit ex ente in potentia, & non ex ente in actu. modo immota uidentur magis ens in potentia, & mota ens actu: quæ ratio docet rationabilius dixiſſe Anaxago. quàm dixit Plato. nam Pla. quaſi fecit mundum ex ente actu. Anaxa. ex ente in potentia.

Autem ſiuim Enituntur autem & cæteri congregantes aliquo modo, mouere & ſegregare. ex diſtantibus autem & motis generationem facere non eſt rationi conſonũ. quapropter & Empedocles omittet eum motum, qui in amore eſt: non enim cœlum conſtituere potuiſſet: ex ſeparatis quidem conſtruens. ob amorem autem faciens congregationem. Ex ſegregatis enim elementis mundus eſt conſtitutus. Quare ex uno fieri, & congregato neceſſarium eſt.

Expoſitio. Nunc comparat opinionem Plato. opinionibus cæterorũ phyſicorum quo ad ſecundum, & uult ꝙ melius dicat Empedocles, quàm Plat. circa generationem mundi quo ad ſecundum quia Empedocles ait mundum fieri ex elementis congregatis, quando per litem diſgregantur. Plato uero uoluit mundum fieri ex diſgregatis, quæ inordinate mouebantur. Modo melius eſt facere mundum ex congregatis, quàm

C ex ſeparatis. Nam diſgregata uidentur quaſi eſſe in actu: cõgregata quaſi in potentia: non enim aliqua diſgregari poſſent, niſi eſſent per ſuas formas in actu. Nec aliqua congregari niſi eſſent aliquo modo reducta in unum: in quo eſſent aliquo modo in potentia. Inquit. enituntur autem & cæteri cõgregantes aliquo modo, ut Anaximander, & Empedocles: enituntur dico ad ſaluandam generationem mundi mouere, & ſegregare ſupple elementa ex illo uno: in quo unita erãt. & ꝙ hoc ſit bene dictum, probat: ex diſtãtibus enim & motus generationem facere non eſt rationi conſonum. quia ſic generatio eſſet ex entibus in actu, ut dictum eſt. & ad huius rei confirmationem adducit opinionem Empedoclis circa mundi generationem, & inquit. quapropter & Empedoc. omittit eum motum, qui in amore eſt ſupple in generatione mundi uniuerſali, quia non uult mundum fieri ꝑ concordiã atq; amorem elementorum, ſed potius per diſcordiam: non enim cœlum, ideſt mundum ipſum potuiſſet cõſtituere: ſupple per amorem: uelut conſtituit animal per amorem elemẽ

D torum: oportet enim mundum ipſum fieri per litem eorum elementorum, quæ in amicitia erant ante mundi generationem. Propterea inquit Ariſto. non enim mundum potuiſſet conſtituere conſtruens dico ipſum ex ſeparatis propter litem, & deſtruendo ob amorem faciendo ipſam congregationem, ut ſit in generatiõe particulari rerum: animal enim fit congregatione ſeparatorum, corrumpitur autem ſeparatione congregatorum: mundus uero non ſic. non enim fit cõgregatione ſeparatorum: nec corrumpitur ſeparatione congregatorum, ſed fit ſeparatione, & corrumpitur congregatione. Eſt igitur ſeries textus: non enim mundum potuiſſet cõſtituere, modo quo animal conſtituitur: uidelicet conſtruendo ipſum ex ſeparatis, & deſtruendo ipſum ob amorem: faciendo congregationem elementorum, quia non conſtructione elementorum mundus oritur, ſed ſeparatione eorũ, quæ erãt in uno. Ex ſegregatis enim elementis mundus eſt E conſtitutus. Ideo concludit quare ex uno & congregato neceſſarium eſt fieri: ſupple ſi fit. Ex his uult habere ꝙ dupliciter Plato errauit. Primo, quia mundum fecit ex motis. Secundo, quia mundum fecit ex ſeparatis atq; diſtantibus. Melius igitur ex uno & immoto eſt mundum facere.

Auerroes uero circa hunc tex. dicit quatuor. primum eſt, Quæ auer. cõmẽ. 25. cur Empedocles poſuit litem & amicitiam ante mũdum, & ait illas poſuiſſe, ut dicat res moueri non à ſe proprijſq; naturis, ſed à motoribus extrinſecis: uidelicet lite, quæ mouet ad ſeparationem, & amicitia quæ mouet ad congregationẽ. Nam cum mundus fieri non poſſit, niſi elementa ante mundum mouerentur, & nec moueri poſſunt à ſe. igitur oportet ponere litem atq; amicitiam, ut res ipſæ ex quibus mundus eſt: moueantur ad mundi generationem. Secundum eſt, ꝙ Empedocles iuuabatur in ponẽdo litem & amicitiam, quia dixit mundum fieri ex rebus quæ erant ante generationem mundi ſegregatæ, quem motum ex lite ipſa habebãt res. De F inde mouebantur ex amicitia adinuicem donec ex eis fuit cõgregatus iſte mundus. Ecce ꝙ Auer. de intentione Empedo. uoluit mundum fieri ex rebus diſgregatis propter litem: propter amicitiam autem componi & perfici. Huius contrarium eſt in noſtris græcis codicibus: dicitur enim ꝙ Empedoc. genuit mundum ex rebus congregatis, quæ poſtea ex lite ſeparatæ mundum faciunt. Et cauſa erroris (ut ſæpe dixi) eſt quia malas habebat translationes. Tertiũ quod Auer. ait: eſt cauſa, cur hæc omnia uoluit Empedoc. & ait hæc omnia feciſſe ad fugiendum abſurda, quę contingunt alijs. Nam alii cogebantur dicere motum ineſſe rebus à ſe ante mundi generationem, & ſic hoc fugiendo poſuit litem & amicitiã. Quartum eſt, ꝙ alij homines dixerunt mundum fieri ex re quieſcente: ex qua ſegregata mundus fiebat. Et hoc dixerunt euitando impoſſibilia, quæ contingunt dicentibus fieri mundum ex motis. Hæc Auerro. notat circa expoſitionem tex. quorum ſecundum eſt penitus contra noſtrum textum: cætera, & ſi non ſint contra textum, nihil faciunt ad textum, ut tu uidere potes, qui legis noſtras translationes fideles ex græ- G cis lib. Deinde ſequitur illa pars commen. Et debes ſcire, ubi Auerro. digreditur. Vbi primo diſputat, utrum mundus factus ſit ex rebus quieſcentibus, & reſpondet ꝙ dicentibus mundum factum eſſe ex rebus quieſcentibus: contingunt contradictiones ſimiles contradictionibus eorum, qui dicũt ipſum fieri ex rebus motis, & ita uult utriq; ſectæ accidere abſurda. Deinde ſequitur. Quærendum eſt enim. Vbi proſequitur oſtendendo contradictiones, quæ ſequuntur dicentes mundum fieri ex quieſcentibus, & arguit ſic, mundus ſit ex rebus quieſcentibus, aut illę res quieſcentes quieſcũt nãliter ante mundi gñationẽ, aut uiolenter. ſi uiolenter quieſcebãt. igit̃ habent quietẽ nãliter. Violentũ. n. non eſt, niſi reſpectu nãlis, ſi. n. terra quieſcit uiolenter ſurſum: naturaliter ſtabit deorſum, & ſi ignis deorſum uiolenter ſtabit: quieſcet ſurſum naturaliter. Oſtendit, ꝙ nec naturaliter, quia ſi elementa quieſcebant naturaliter, habebant motum naturalem: eſt enim quies naturalis finis motus naturalis. ſi terra enim qeſcit in medio naturaliter, ad medium naturaliter mouebatur. Et ſic patet ante mundum elementa moueri & quieſcere H naturaliter. Et cum hæc duo habent elementa ipſa: neceſſe eſt, ut mundus ſit antequam ſit. Nam idem eſt locus motus naturalis & quietis naturalis. Igitur ea pars mundi: ubi hæc ambo loca ſunt ſcilicet quietis & motus, erit eadem numero. Oportet igitur fateri dari, aut ſurſum, aut deorſum. & quouis dato: oportet dare utrunq;, & utroq; dato: ſequitur mundum eſſe. Deinde ſequitur. Et hoc declaratum eſt, ubi probat locum quietis naturalis. & locum motus naturalis eiuſdem corporis eſſe eundem, quia ſi non eſſet idem locus: tũc motus naturalis non eſſet ad ſuperius, neque ad inferius, ſed ubi totum ipſum elementum quieſceret. Verbi gratia. gleba non moueretur ad medium mundi, quia ſit locus quietis naturalis glebæ, ſed quia illic quieſcit totum: nec gleba ignis moueretur ad concauum, quia illic eſſet locus naturalis eius, ſed quia illic eſt totus ignis. quare ſequeretur, ꝙ in uniuerſo

I non eſſet ſurſum & deorſum ſimpliciter, ſed in reſpectu tantum. Oportet igitur dicere eſſe locum naturalem, ubi elementum naturaliter quieſcit, & ad quem elementum naturaliter mouetur. & ſic erunt ſurſum & deorſum: ad quæ elementa feruntur. Deinde ſequitur. Et ideo omnis, ubi Auerro. infert duo excerpta. primum, ꝙ qui ponunt mundum fieri ex entibus: coguntur dicere mundum eſſe antequam ſit. deductum eſt hoc, quia ſi mundus ſit ex entibus, uel in actu, uel in potẽtia. Si in actu, non poſſunt eſſe niſi elementa. & ita ſequitur, ut prius mundum eſſe antequam ſit. Si autem ex entibus in potentia: tunc nõ eſſet niſi materia: materia enim dicitur ens in potentia, ut ſæpe deductum eſt. Sed cum materia non ſit ſine forma: oportet præceſſiſſe formam. Mundus igitur fit corrupta priori forma ex illa materia. Sed nihil poteſt corrũpi, niſi alteratio præceſſerit: oportet igitur præſuiſſe primum alterans, & tale eſt cœlum. igitur mundus fuiſſet antequam
K eſſet. Patet igitur ſi mundus ſit ex entibus, mũdum fuiſſe antequam eſſet. Deinde ſequitur. Et rationes, ubi infert ſecundum uidelicet, ꝙ ſi mundus fieret ex nihilo: tunc nõ eſſe trãſmutaretur in eſſe. Et propterea ait, antiquos omnes dixiſſe mundum fieri ex nihilo eſſe impoſſibile, quæ res (ut ait) eſt contra eos, qui ponunt leges. Sed quicquid uelit ſua ſecta: hoc quod dicit nihil eſt contra nos: nam nos non dicimus mundum fieri ex nihilo per unam generationem, quia ſic ſequeretur ipſum nihil tranſmutari ſubiectiue ineſſe: generatio enim illa non potuiſſet recipi, niſi in ipſo nihilo: poſtquã nõ præceſſit materia. Sed dicimus fieri ex nihilo per creationẽ, quæ nihil aliud eſt ꝙ ipſemet mundus creatus, & ideo nihil ualet, quod ait hic homo. Deinde ſequitur illa particula. Dicit Themiſtius: ubi ſecundo loco in preſenti digreſſione diſputat opinionem Platonis. Et primo narrat quę dicit Themiſtius, & dicit Themiſtium uoluiſſe, ꝙ dicentes mundum eſſe factum ex rebus non ordinatis uel motis inordinate, nõ poſſunt fugere hæc impoſſibilia, ꝙa iſti coguntur dicere mũdum factum eſſe ex entibus in actu, & ita ſequitur mũdum fuiſſe antequam eſſet, ut deductum eſt. Deinde ſequitur. Et poteſt homo dicere. ubi ponit modum quo Themiſtius defendit Plaẽ. & ait primo, ꝙ non intellexerunt utentes his ſermonibus contra Plaẽ. opinionem eius ſecundum rectitudi-
L nem, & recta uia, cum nõ intelligatur id quod ſibi imponũt: ex uerbis eius. Et ita uult ꝙ ordo & mundus fiat ex non ordine & non mundo. Velut morbus non fit ex ſanitate, ſed ex non morbo. Mundus igitur uel ordo per ſe fit ex non ordine, uel non mundo. Per accidẽs autem ex rebus inordinatis, uelut per accidens ægritudo fit ex ſanitate. Deinde ſequitur. Sed quia, ubi ſoluit adhuc replicam contra Platonem, quia Plato ait, mundum fieri ex inordinato, & nõ dicit ex inordinatione. Secundo, quia inordinatio eſt aliqua priuatio, & priuatio præſupponit ſubiectum in quo eſt. Reſpondet inordinatum dicit tot modis, quot dicitur informe: dicitur enim aliqd informe, quia fœdum, ut homo fœdus dicitur informis, & dicitur informe per priuationem formæ, ut materia dicitur informis, quia carens forma. Ad propoſitum cum Plato dixit mundum fieri ex inordinato: intellexit mundum fieri ex ma
M teria, quæ dicitur informis & inordinata per priuationẽ formæ, & per priuationem ordinis. Dicitur etiam non qualis, quia caret qualitate, quãuis nullo tempore ipſa fuit qualis ꝑ eſſentiam, dicitur enim non quale dupliciter, uel quia fœde quale, ut turpe, uel per priuationem, quia caret qualitate, ut materia, & hoc pacto non quale poteſt dici inordinatum, quia ordo eſt quædam qualitas. & ita carens ordine dici poteſt non quale. Patet igitur mundum fieri ex inordinato, informi, & non quali, quia ex materia, quæ eſt informis, inordinata, & non qualis per priuationẽ formæ, ordinis, & qualitatis. & ſic patet ſol. ad obiectiões. Deinde ſequitur, quoniam autem Plato. Vbi diſputat Auer. aliud motiuum contra Plato. quod erat, quia ipſe dixit inordinationem præcedere ordinem, & naturale prius eſt non naturali: ſequitur inordinationem eſſe rem naturalem, & ordinem eſſe rem preter naturam. Reſpondet ꝙ ex uerbis Plato. etiam colligitur oppoſitum, ut ex ſuis libris ſatis conſtat. Poteſt etiã colligi oppoſitum ex hîs, quæ ait. dicit enim inordinationem eſſe in N
malo, & omne diuinum eſſe antiquum & æternũ, & ita malum non poteſt eſſe in rebus diuinis, ſed in natura mortaliũ, & ita in rebus poſterioribus. Preterea omne quod fuit uiuũ, primo fuit mortale. Et dicit alibi deum eſſe æternum, & ſine fine, & ſine ordine. Ex quibus poteſt colligi, ꝙ inordinatio ẽ poſterior ordinatione, cum ſit in malo quod eſt poſterius bono, & re ipſa diuina: poteſt etiam colligi, ꝙ ſit prior ordinatione. nam dicitur deus ſine ordine, & ſic inordinatum, quod eſt deus, eſt prius re mortali, quæ dicit ordinata: quare hinc inde poteſt colligi utrunq;. Et propterea concludit neutrum horum eſſe ſimpliciter aſſerendum in doctrina Pla. quia dicta ſunt hæc non ſimpliciter, & uniuerſaliter. propterea ait, ꝙ ſermo dicens inordinationem eſſe priorem ordinatione, non eſſe ſimpliciter uerum, neq; ſermo dicens ordinationem eſſe priorem ordine. Et ita uult ꝙ in rebus particularibus generabilibus aliqua inordinatio eſt ordinatione prior. Vniuerſaliter uero omnis ordinatio eſt prior inordinatione uelut potentia reſpectu eiuſdẽ prior eſt actu. ſimpliciter ue- O
ro actus eſt prior potentia. Deinde ſequitur. Et abbreuiatio, ubi breuibus reſumit ſolutio Themi. ad primum: dicens inordinatum accipi dupliciter priuatiue, & poſitiue: poſitiue inordinatum eſt fœdi ordinis, priuatiue eſt materia, ut dictũ eſt de informi, & non quali. Voluit igitur Plato mundum fieri ex inordinato priuatiue, quia materia carente ordine, qualitate, & forma. Vltimo Themi. probat hoc ex lib. Platonis, & quæ dicit, omnia patent. Deinde ſequitur illa pars. Nos aũt dicimus, ubi Auer. contradicit Themi. ꝓbãs defenſionẽ eſſe nullam. Primo, quia Plato dixit elementa ante mundum moueri motu inordinato. igitur per inordinatum non potuit intelligere priuationem, quia ſi mouebantur motu inordinato, mouebantur. Et ſi mouebãtur, illud inordinatum nõ erat priuatio, cum motus non ſit priuatio. Deinde ſequitur. Cũ enim. Vbi ponit ſecundam rationem contra expoſitionem Themiſtq. Nam ſecundum Plato. elementa ante mundum
P mouebantur motu diuerſificato. igitur motu malo & inordinato nullum habente terminum ad quem. & per conſequẽs non potuit intelligere priuationem: diuerſatus enim motus non eſt priuatio. Deinde ſequitur. Et non eſſet poſſibile. Vbi ponitur tertia ratio, quæ talis eſt, ex uerbis Platonis habetur ꝙ elementa in mundi generatione mouebantur ex inordinatione ad ordinem. igitur non poteſt intelligi per inordinatum, priuationem. Deinde ſequitur. Et nõ dixiſſet. Vbi ponit quartam rationem, quæ talis eſt. Plato attribuit motui ordinationem & inordinationem. igitur cum motus non ſit pura priuatio: non potuit per inordinatum intelligere priuationem ſimpliciter. Deinde ſequitur. Nomen enim priuatiuum. Vbi ponit quintam rationem, quæ talis eſt, priuatiuũ dicit, aut diminutionem, aut corruptionem, aut ablationem. Vnde (ut medici dicũt) læſio eſt, aut quia actio diminuta eſt, ut uiſus quando debiliter uidet: aut quia corrupta eſt, ut quã do uidet phantaſmata, ut in ſcothomia, aut quando totaliter aufertur, uelut quando cæcus efficitur. Inordinatum igit̃ trifariam erit, quæritur igitur cum Plato dixit ante mundi gene
rationem motum eſſe inordinatum, aut intellexit per priua Q
tionem, & hoc non, quia concedit illa moueri, aut intellexit per diminutionem, & hoc minime, quia tunc motus eorum fuiſſet debilis. modo debile eſt de genere fortis: differunt. n. ſolum ſecundum magis & minus, quæ non uariant ſpeciẽ. igitur potuiſſent moueri fortiter. Quare remanet eum per inordinatum motum intellexiſſe motum non naturalẽ. quare nõ potuit intelligere priuationem. Deinde ſequitur. Etiã ſi confeſſi. Vbi oſtendit, ꝙ non potuit per inordinatum intelligere primam materiam: nec ſecundum Platonem: nec ſecũdum Ariſto. quia ſecundum Ariſto. materia mundi ſunt quatuor elementa: non enim mundus potuit habere materiam proprie, quia caret contrario: nec ſecundum Platonem, ꝙa Plato per materiam mundi intellexit omnia elementa, & nõ quædam, ex quibus fit mundus, ut etiam Ariſtoteles ait. Preterea Plato non percepit primam materiam. igitur per inordinatum nõ potuit primam materiam intelligere. Deinde

ſequitur

A sequitur illa pars commenti. Et nihil est. Vbi Auerroes reprehendit quoddam aliud, quod dicebatur in defensione Platonis. Vbi debes scire, q̄ Themistius & Simpli. defendendo Platonem per inordinatum intellexerunt elementa, quatenus secundum naturam prius intelliguntur sub priuatione ordinis, q̄ sub ordine. & ita uoluerunt de mente Platonis mundum fuisse ab æterno, ut Aristoteles etiam sentit. Factum uero fuisse de inordinato ad ordinatum ab ipso deo, quia fuit factus ab elementis, quæ secundum ordinem naturalem intelligendi prius intelliguntur, ut inordinata, q̄; ut ordinata, & sic inordinatio præcessit ordinem non tempore sed natura. etiam mundus ab æterno dependet a deo, & ab elementis a deo quidem effectiue, ab elementis uero materialiter. & quod hoc potuit esse de mente Platonis. patet, qa
B ipse dixit materiam esse priorem forma, & certum est, q̄ non intellexit per prius, prius secundum tempus, sed secundum naturam. igitur eodē modo inordinatio præcedit mundum secundum naturam, quia inordinatio se tenet cū materia. Obijcit modo Auerroes contra: quia Plato genuit tēpus, quia tempus, sequitur motum orbis. igitur & motus et orbis non fuerunt ab æterno, & per consequens per ipsum prius non potuit intelligere secundum naturam, sed proprie prius tempore. Deinde sequitur illa pars, Hoc aūt q̄d reprehendit. Vbi defendit Aristote. a contradictione Themistij, qui reprehendit Aristo. dicentem ordinationem priorem simpliciter esse inordinatione: nullam faciendo differentiam inter prius secundum naturam: & secundum tempus. Reprehendit ipsum, quia aliquando ordinatio in uno indiuiduo tempore prior est inordinatione in alio indiuiduo, ut in rebus generatis & corruptibilibus patet. nam forma patris prior est materia filij tempore & natura, quæ quidē forma patris dicitur ordo, & materia filij inordinatio, & ita ordo aliquando natura & tempore præcedit inordinationem
C utpote quando sunt in diuersis. Aliquando econtra in eodem: nam materia filij, quæ est inordinatio præcedit tempore & natura formam filij, quæ dicitur ordo. Et sic Themi. reprehendit Aristotelem, quia non distinxit. Deinde sequitur. Hoc autem declarauit. Vbi respondet, quia non distinxit, quia alibi declarauit, uidelicet in nono metaphysicę, hoc: ubi uidelicet declarauit actum esse priorem potentia: & etiam in secundo de anima, & in octauo physi. Illic enim dixit in diuersis indiuiduis actum priorem esse potentia, in eodem potentiam esse priorem actu, eodem modo de ordine & inordinatione: ordo enim prior est inordinatione in diuersis. In eodem inordinatio est prior ordine: & sic male Themist. reprehendit Aristo. utrum uero opi. Pla. possit defendi, & quo modo in libro primo tetigimus. nunc uero hæc quæ Auer. ait, sufficiant, quia nihil est disputare ad mentem nostram, atq; ad ueritatem, siue hoc, siue illud sit.

Quod quidē igitur sit naturalis motus uniuscuiusq; corporum: quo nec ui, nec præter naturā moD uentur: ex hisce patet.

Expositio. Epilogat nunc breuibus, & inquit. Quod quidem igitur sit naturalis motus uniuscuiusq; corporum. s. physicorum quo nec ui, nec præter natutam mouentur, ex hisce supple quæ diximus, patet. Declarauimus enim naturalem motū esse, quo corpora physica, non ui, nonq; præter naturam mouentur.

Momentū Inclinationem. ῥοπήν. Quod uero nonnulla necessario habeant grauitatis ac leuitatis momentum: ex his dilucidabitur.

Expositio. Ostendit nunc q̄ corpora quæ naturaliter mouentur motu recto: necessario habent grauitatem, aut leuitatem quæ sunt principia motus naturalis in dictis corporibus. & primo sumit intentionem, & inquit. Quod uero nōnulla. s. corpora necessario habeant grauitatis ac leuitatis momentum quo inclinentur ad motum, ex his quæ dicemus, dilucidabitur. Quod uero ad uerba attinet, dico q̄ dixit quædam, & non omnia, ad differentiam eorum corporum: quæ circulariter mouentur. Est igitur totius capituli cōclusio. Quod sursum, aut deorsum mobile est ipsum, aut leue, aut graue, necesse est esse. Et hanc intendit. E

Moueri quidem enim dicimus: necessariū esse.


Expositio. Prosequitur, & primo supponit quod cōmuniter a physicis in uniuersalibus libris accipitur uidelicet q̄ motus necessario sit in rerum natura. Vnde inquit. Moueri quidem enim dicimus: necessarium ēē, supple in rerum natura. Cur uero hoc supposuerit, non facile patet, fortasse enim hoc supposuit, quia syllogiçabit quasi hypothetice sic. si nullum corpus est graue, aut leue, nihil mouebitur, ut uidelicet ideo supposuit aliquid moueri, ut sciatur id ad quod deducit, esse impossibile. intendit igitur per hanc suppositionem hāc hypotheticam, si illa corpora non sunt nec grauia, nec leuia, ipsa non mouebuntur. probabit cōsequentiam, quia uel mouebuntur naturaliter, uel uiolenter. & primo probabit, q̄ non mouentur naturaliter. Secundo, q̄ nec uiolenter, & sic complebitur syllogismus.

Si autem quod mouetur, nō habebit natura momentum: impossibilè est ipsum moueri: aut ad medium, aut a medio. Ipm est uerbū additū. F

Expositio. Probat igitur nunc quod non possunt moueri naturaliter illa, si non sint grauia, aut leuia, & accipit hanc hypotheticam. Si autem quod mouetur, non habebit natura momentum, quo uidelicet inclinetur ad motum, impossibile est ipsum moueri, aut ad medium, aut a medio. Hæc est hypothetica.


Sit enim in quo a. quidem non graue. In quo uero b. grauitatem habens: transeat autem non graue g. d. magnitudinem b. autem, æquali in tempore g. e. per maius enim id, quod grauitatem habet, fertur. Si igitur corpus quod grauitatem habet, ea ratione diuidatur: qua se habet g. e. ad g. d. (pōt enim ad partium suarum aliquam sic se habere) si totū per totam g. e. fertur, pars eodem in tempore per g. d. feratur, necesse est. Quare id quod grauitate uacat: & id quod grauitatem habet, per æquale eodem tempore ferentur: quod quidem impossibile est. eadem autem & in leuitate ratio est. G

Magnitudinis uerbū supplea ea rōne ut Se hēt uerbū additū.



I Expoſitio. Probat igitur hypotheticam, uidelicet, ſi quod mouetur non eſt graue, non poteſt naturaliter moueri. Et primo ſumit caſum, & inquit. Sit enim in quo a. quidem, non graue. In quo uero b. grauitatem habens. Hæc eſt prima pars caſus. Deinde ſumit ſecundam, & inquit. Tranſeat autem nō graue: uidelicet a. g. d. magnitudinem b. autem æquali in tempore g. e. Et ſi diceres g. e. magnitudinem eſſe maiorem g. d. magnitudine. Reſpondet, per maius enim id quod grauitatē habet, fertur. & ſic nihil prohibet g. e. magnitudinem maiorem eſſe. Hæc eſt ſecunda pars caſus. Tertia pars caſus eſt, ut ipſum b. graue diuidatur ad partem c. ad quam partem ſe habeat ea proportione, qua g. e. magnitudo ſe habet ad g. d. magnitudinem: hoc eſt ꝙ ſi g. e magnitudo ſit dupla ad g. d. magnitudinem b. ſit duplum ad c. eius partem. inquit. Si igitur corpus quod grauitatem habet, ea ratione diuidat̄, qua ſe habet g. e. ad g. d. Et aſſignat cauſam, ꝙ poſſit b. diuidi in partem aliquam, ad quam ea ratione ſe habeat, qua g. e. ſe habet. ad g. d. & inquit. Poteſt enim ad partium ſuarum aliquam ſic ſe habere: ſupple, quia ipſum b. poteſt diui di in infinitum, uelut ipſa magnitudo g. e. Et ſic tertia pars caſus conſtat. Hoc toto caſu ſtante, arguit: & ſupple tu. igitur ſi totum b. per totam magnitudinem g. e. ſertur, pars eo dem tempore per g. d. magnitudinem feratur, neceſſe eſt. Nam ſicut ſe habet g. e. ad g. d. ita ſe habet b. ad partē eius c. Igitur permutatim ſicut ſe habet g. e. ad b. ita g. d. ad c. Sed g. e. tranſitur in f. tempore ab ipſo b. igitur g. d. in f. tempore tranſibitur ab ipſo c. Sed tranſibatur ab ipſo a. non graui in f. tempore, ut in caſu ſupponebatur. Ideo concludit, quare id quod grauitate uacat, & id quod grauitatē habet: per æquale ſpatium eodem tempore ferentur. Quod q̄dem impoſſibile eſt. nam alterum graue eſt: alterum nō graue. Addit quod eadem ratio poteſt de leuitate fieri. Sic igitur patet, quòd ſi quod mouetur non eſt graue, uel leue, non poteſt naturaliter moueri: quia ſi non graue uel non leue naturaliter moueretur, poſſent duo corpora ęquale per ſpatium æquali in tempore ferri, quorum unum eſſet graue: & alterum nō graue, quod ipſe relinquit pro impoſſibili. Sed dubitatur, & ſatis rationabiliter. nam Ariſtoteles uult probare, omne quod mouetur naturaliter eſſe graue uel leue. et ſumit ꝙ b. graue moueatur naturaliter per g. e. magnitudinē. modo hoc eſt petere, quod a principio probare uoluit, uult enim probare a principio, ꝙ corpus quod naturaliter mouetur ſit graue, & ſumit b. graue naturaliter moueri per g. e. ſpatium. igitur petit. Præterea ſumit ꝙ b. graue naturaliter uelocius mouetur, q̄ꝫ a. non graue, & hoc petit. Nam ſi uelocius naturaliter mouetur ipſo a. non graui. igitur graue naturaliter mouetur, quod eſt in petitione. Ego dicerem, ꝙ hęc duo ſupponit, ut ſenſibus nota. Patet enim ſenſibus graue moueri naturaliter ad medium per magnitudinem, uel lineam g. e. nam relictum ſuæ naturæ mox deſcendit. Secundum etiam ſenſibus patet. nam uidemus grauiora uelocius moueri minus grauibus igitur ſenſibus patet graue moueri uelocius ipſo non graui. nō igitur petit, quia procedit per ſenſibus nota. Auerroes autem in præſenti commen. 26. primo epilogat, & uult eſſe ex dictis manifeſtum: corpus oē naturale motum habere naturalem, & non uiolentum, uel præter naturam ſolum. Immo impoſſibile eſt uenire tempus aliquod in futurum: in quo non habeat motum naturalem, ſicut impoſſe fuit in pręterito nō habuiſſe, & ſic oportet de præſenti, præterito & futuro ſemper habere motum naturalem. Hoc eſt quod declarauit Ariſtoteles. at nunc uult declarare, ꝙ omne corpus naturale, quod habet motum naturalem, & rectum: neceſſario eſt graue uel leue, ita ut ſit impoſſibile non graue uel non leue moueri ad medium, uel a medio naturaliter. Et Auerroes hypothetice arguit ſic. uel oportet ut omne corpus quod mouetur ad medium ſit graue, uel poteſt moueri ad medium, & nō eſſe graue. Si primū habetur concluſio, uidelicet ꝙ omne corpus naturale, quod ad medium mouetur naturaliter motu recto, eſt graue. Sin autem poteſt moueri ad medium, & non eſſe graue, ſit hoc corpus non graue a. graue uero b. & ulterius corpus a. non graue, tranſeat in g tempore c. d. ſpatium graue autē in eodem g. tēpore tranſeat ultra d. ſpatium uſq; ad h. ita ut ſpatium pertrāſitum ab ipſo b. graui ſit c. d. h. quod quidem ſit duplum, uel triplum, uel in aliqua proportione maius ſpatio pertranſito ab ipſo a. non graui. Et ꝙ graue ipſum in eodem tempore cæteris paribus tranſeat maius ſpatium, q̄ꝫ tranſierit non graue. patet, quia habet graue ad non graue diſpoſitionem, quam habet grauius ad minus graue. Nam ſicut minus graue, eſt non graue ſecundum quid, ita non graue, eſt non graue ſimpliciter. igitur ſi non graue ſecundum quid, ī eodē tpe cęteris paribus minus mouetur q̄ grauius: ita non graue ſimpliciter, minus ſimpliciter mouebitur ipſo graui. Patet igitur recte eſſe dictum ipſum b. uelocius moueri, & per maius ſpatium eodem in tempore ipſo a. Tertio ſumit Auerro ꝙ ab ipſo b graui, quod mouetur in eodem tempore g. ſupra ſpatium maius, quod eſt c. d. h. ſecetur q̄dam pars: cuius proportio ad ipſum b. totum ſit, ſicut proportio ſpatij c. d. pertranſiti ab ipſo a. non graui, ad ſpatium c. d. h. pertranſitum ab ipſo b. graui: hoc eſt ſubdupla, uel ſubtripla uel aliqua alia. Et ait Auerro. ꝙ poſſibile eſt inuenire hāc proportionem, ut probatum eſt in geometria, quia tam b. corpus, q̄ꝫ c. d. h. ſpatium diuiſibile eſt in infinitum.

His ſtantibus arguitur, cum totum corpus b. graue mouetur in g. tempore ab ipſo c. puncto, uſq; ad h. punctum ꝙ ſpatium c. d. h. & ſit ab ipſo b. ſecata pars quædam, cuius proportio ad ipſum b. eſt uelut proportio c. d. ad c. d. h. neceſſe eſt, ut in illo g. tempore pars illa grauis corporis moueatur per illud idem ſpatium per quod non graue corpus mouebatur. ſ. per ſpatium c. d. in ipſomet tempore g. quod quidem ſpatium c. d. eſt pars uel minus ſpatio c. d. h. Et ꝙ hoc ſequatur, probat quoniam cum duo mota, quorum proportio grauitatis unius ad grauitatem alterius, eſt uelut proportio ſpatij ad ſpatium: neceſſe eſt, ut pertranſeant ſpatium æquale in eodem tempore: & ſic a. non graue, & ipſius b. pars graui mouebuntur eodem tempore ſupra æquale ſpatium, quod eſt impoſſibile, quia tunc graue & non graue ęq̄ uelociter mouerentur. Hæc eſt ſumma rationis Auer. Deinde ſequitur illa pars, ponatur ergo. Vbi diſponit terminos & ait. ꝙ graue corpus intelligatur per lineam b. u. pars cuius proportio ad ipſum graue b. u. eſt, uelut proportio ſpatij c. d. ad ſpatium c. d. h. ſit b. z. Et ponatur tempus g. in quo a. non graue, & b. graue mouētur per ſpatia c. d. & c. d. h. g. enim ſic commune tempus hora, uel dies, uel aliquid tale. q̄ bus diſpoſitis arguit. igitur erit proportio b. z. partis ad b. u. graue totum, uelut proportio c. d. minoris ſpatij ad c. d. h. minus ſpatium: & tempus g: ſed in hoc eodem tempore: ſcili-



Expoſitio. K Dubitatio L Solutio M Quæ auer. cōmē. 26. Rō Auer. N O P Q

A cet g. mouebatur corpus non graue per ſpatium c. d. igitur per idem ſpatium & eodem tempore mouẽtur duo corpora, quorum alterum eſt graue, & alterum non graue, qđ eſt impoſſibile.

Vnde poteſt ſyllogiſmus fieri a commutata proportione, ſic. ſicut ſe habet c.d.h. ſpatium ad c.d. ſpatium, ita ſe habet b.u. totum graue ad b.z. partem, utrobiq; enim eſt eadem proportio, ut dictum eſt. igitur permutatim ſicut ſe habet c.d.h. ad b.u. ita c.d. ad b. z. Sed b. u. tranſit c.d.h. in g. tempore igitur b. z. tranſibit c.d. in g. tempore. Sed c.d. pertranſiebatur ab ipſo a. non graui in g. tempore. igitur non graue uidelicet a. & graue uidelicet b. z. mouebuntur æqualiter ſupra æquale ſpatium, & æquali tempore: & hoc erat impoſſibile. igitur id ex quo ſequitur. & ſequitur autẽ ex hoc q̃ dicitur aliquod corpus moueri ad medium, qđ non eſt graue. igitur hoc eſt impoſſibile. eadem demonſtratio fieri poteſt de leui. Hæc Auerro.

B Adhuc autem ſi erit aliquod corpus motum, quod neq; leuitatem, neq; grauitatem habet: neceſſe eſt ipſum ui moueri. ui autem motum: infinitum efficit motum.

Ipſum Hoc


Expoſitio. Hactenus probauit q̃ corpus, neq; graue, neq; leue non poteſt recto motu naturaliter moueri: at nunc probat, quòd nec motu uiolento moueri poteſt. & breuis ratio eſt, quia ſi moueretur ui, infinitum efficeret motum. i. moueretur motu infinitę uelocitatis. Vnde dicit: adhuc autem ſi erit aliqđ corpus motum, quod neq; leuitatem, neq; grauitatẽ habet, ſi ſupple nõ poteſt naturaliter motu recto moueri: neceſſe eſt ipſum ui moueri. ui autem motum: infinitum in uelocitate efficit motum. Et ſic uult probare, q̃ corpus, nec graue, nec leue non poteſt ui moueri. & tota ratio eſt, quia tunc moueretur motu ueloci in infinitum, quod relinquit tãquam impoſſibile. Sed quo modo hæc conſequentia deducatur, nõ paruus erit labor, & in hoc Ariſt. ipſe inſiſtet.

C Nam cum potentia quædam ſit, quæ mouet: & minus ac leuius ab eadem potentia plus moueatur, ſit non graue quidem, in quo eſt a. per g.e. magnitudinem: id autem quod grauitatem habet, ſit in quo eſt b. æquali in tempore per g.d. magnitudinem. Si igitur diuiſum fuerit corpus, quod grauitatem habet, ea ratione qua g.e. ad g.d. ſe habet: contingit id quod a corpore habente grauitatem aufertur, æquali in tempore ferri per g. e. magnitudinem, quoniã totam quidem ferebatur per g.d. Velocitas enim minoris ad uelocitatem maioris ita ſeſe habebit: ut corpus maius ad minus. per æquale ergo nõ graue corpus, & grauitatem habens in eodem tempore ferentur. Hoc autem eſt impoſſibile.

Et Autẽ Magnitu. uerbum additum. Magnitu. uerbum additum. Ea ratione qua ut. Se habet, uerbum eſt additum. Magnitu. uerbum ad ditum ad uelocitatẽ uerbum ad ditum ita ſeſcha. uerbum ad ditum.

Erat breuis ratio hæc, ſi corpus non graue, nec leue ui mouetur, mouebitur infinite uelociter non graue. Intendit igitur probare hanc conſequentiam, in probando hanc conſequentiam probat. primo q̃ ſi non graue, uel non leue mouetur ui ſurſum, non graue, & graue eodem in tempore uerſus ſurſum per æquale ſpatium mouebuntur, & utitur eadem deductione, qua uſus eſt uerſus deorſum. Sumit uero

D primo duas ſuppoſitiones: quarum prima eſt, q̃ in rerum natura ſit potentia uiolẽtans, quæ mouet ſurſum. Patet hęc per aduerſarios: nihil enim mouetur uiolenter a ſe. & hoc ait. nam cum potentia quædam ſit, quæ mouet. Secunda ſuppoſitio eſt, quod corpus minoris quantitatis et leuius plus: ſupple ſurſum uerſus mouetur ab eadem potentia uiolentante ſurſum. patet, quia minus reſiſtit, cum ſit minoris molis & leuius. Et hæc ſecunda ſuppõ patet ſenſibus, uidemus. n. minora corpora, & leuiora facilius ſurſum trahi. Inquit, & minus. ſ. corpus ac leuius ab eadem potentia. ſ. uiolentante moueatur plus. quæ ſuppoſitiones ſi concedantur: ponit caſum, & inquit. ſit non graue quidem, quod ſurſum ui mouebitur. in quo eſt a. per g.e. magnitudinem motum.



Id autem quod grauitatem habet, ſit in quo eſt b. quod etiã ſurſum moueatur æquali in tempore per g. d. magnitudinẽ ſubduplam ad g.e. uel ſubtriplam, uel alio modo, ut hęc eſt ſecunda pars caſus, quę patet quia ex quo b. eſt graue, plus reſiſtit ſurſum momenti per ſecundam ſuppoſitionẽ. Deinde ponit tertiam partem caſus, quæ eſt ut ab ipſo b. reſecetur quædam pars, quæ ea proportione ſe habeat ad totum b. qua g.d. ſe habebat ad g. e. hoc eſt ſubdupla, uel ſubtripla, uel eadem proportione, quæcũq; ſit illa. Hanc ponit, et inquit. ſi igitur diuiſum fuerit corpus quod grauitatem habet: uidelicet b. ea ratione qua g.e. ad g. d. ſe habet: hoc eſt tali diuiſione, ut ſit eadem proportio magnitudinis g. e. ad g.d. & ipſius b. ad c. partem. ſi itaq; hoc pacto fiat caſus: cõtingit id quod a corpore habente grauitatem aufertur, æquali in tempore ferri per g.e. magnitudinem, uidelicet uerſus ſurſum, cuius cauſam ponit. d. quoniam totum b. ferebatur per g.d. Sed pars c. ab ipſo reſecata ſe habet ad b. ut g.d. ad g.e. magnitudinem. igitur c. pars mouebitur per g.e. magnitudinem maiorem, cum ſit minus graue in tanta proportione minus, in quãta g.d. magnitudo eſt minor magnitudine g.e. Et hoc dicit, uelocitas enim maioris ad uelocitatem minoris ita ſeſe habet, ut corpus maius ad minus, quia qualis eſt proportio ipſius b. totius ad c. partem in grauitate, talis

I In uelocitate.quare ipſius b. pars mouebitur in duplo uelocius ſurſum uerſus.& in hac proportione a. non graue tranſiebat g.e. magnitudinem duplam ad g. d. igitur æque uelociter a.non graue.& c.pars grauis mouebuntur.& hoc inquit.per æquale ergo non graue corpus,& grauitatẽ habens

Si quoniã in eodem tempore ferentur.Hoc autem eſt impoſſibile. Ex his patet prima conſequentia uidelicet ꝙ ſi nõ graue & nõ leue ui ferentur:æque uelociter graue & non graue mouebũtur,ſimiliter leue & non leue. Tu uero ſyllogiça, ut ſupra a commutata proportione.

Quare ſi quouis propoſito:non graue per maius ſpatium mouebitur:per infinitum utiq; ferret. Patet igitur,omne definitum corpus neceſſario grauitatem,aut leuitatem habere.

Expoſitio. Probauit ꝙ ſi corpus nec graue,nec leue ui ſurſum fertur, æque uelociter mouebitur,ſicut graue aliquod. Et ſupponit

K (ut mihi uidetur)primo,ꝙ per quantum graue ſurſum moueri poteſt: per tantum & plus moueri poterit corpus neq; graue,neq; leue.Quod quidem per quantum graue põt ſurſum ferri:per tantum corpus nec graue nec leue moueri poteſt,nunc deductum eſt. Sed ꝙ per plus,non probauit: ſed ſumit coniecturaliter,quia graue reſiſtit uiolentanti uirtuti. corpus uero nec graue, nec leue, nullatenus reſiſtit,quia ſi reſiſteret:eſſet aut graue aut leue,igitur ſupponit ꝙ per quã tum graue ſurſum moueri poteſt,per tantum et plus,corpus neq; graue,neq; leue moueri poterit. Secundo ſupponit b. graue motum eſſe ſurſum in æquali tempore,uidelicet h. p g.d.magnitudinem ſubduplam ad g e. quam a. non graue pertranſibat. Tertio ſupponit minus graue uelocius moueri ſurſum ꝙ moueretur grauius.patuit ex ſuppoſitionibus textus præcedentis.Ex hac ſuppoſitione ſequitur minus graue ad ſubduplum,ad duplum uelocius moueri. Et ita medietas ipſius b.in h.tempore mouebitur per magnitudinem g. e.duplam ad g. d. Et medietas medietatis adhuc in eodem h.tempore mouebitur per magnitudinem duplam ad g. e. & ſic in infinitum,quia poteſt fieri diuiſio medietatis in me

L dietates in infinitum.Et cum per ſuppoſitiones per quantum poteſt moueri graue,per tantum & plus poteſt moueri corpus nec graue nec leue.igitur ſicut in infinitum paruũ graue per infinitum ſpatium mouetur in tempore h. ita corpus nec graue, nec leue per infinitum mouebitur in eodem tempore. Inquit, quare ſi quouis:ſupple graui propoſito: non graue per tãtum:ſupple & maius ſpatium mouebitur, ſequitur ꝙ per infinitum utiq; ferretur, quia poteſt in infinitum paruum graue per infinitum ſpatium moueri in tempore finito,ut deductum eſt.Propterea concludit.patet igitur,omne definitum corpus neceſſario grauitatem,aut leuitatem habere.Ex quibus patet Ariſto.proceſſiſſe in hac ratiõe a primo ad ultimum,& nõ reuoluiſſe textum ad duo impoſ-

Quæ auer. cõmẽ. 27. ſibilia,ut quidam uoluerunt. Hæc de textu. Auerroes uero textum hunc inducit:iuxta eius ſuperficiem,et uult quòd Ariſtote.uelit probare,ꝙ ſi corpus naturale,quod recte fertur mouetur,& non a grauitate uel leuitate,mouebitur uio-

M lenter.Nam ſi mouetur,& non a grauitate uel leuitate exiſtente in eo,mouebit a motore extrinſeco, & omne tale mouetur uiolenter.quare patet,ꝙ ſi corpus naturale mouetur: & non a grauitate,uel leuitate exiſtente in ipſo, mouebitur uiolenter.Demonſtrat modo ꝙ hic motus ſit impoſſibilis, quia ſequitur ipſum eſſe infinitum.& ſic ſecundum Auerro. Ariſto.arguit a primo ad ultimum uidelicet ſi corpus naturale quod recte fertur,mouetur non a grauitate,uel leuitate exiſtente in eo,mouebitur uiolenter. Vltra ſi mouebitur uiolenter. igitur motu infinito. Vltimum conſequens eſt impoſſibile.igitur & primum antecedens. Quæ expoſitio mihi non placet,quia ſecunda conſequentia ſi ualeret,ſequeretur ꝙ quoties corpus naturale graue moueretur uiolẽter,infinito motu moueretur.Et ita propterea, quia uiolenter aliquid fertur:non ſequitur ipſum infinito motu ferri. Melius igitur dicamus, ꝙ Ariſto,cum probauit non graue uel leue moueri non poſſe motu naturali,probat ipſum moueri non poſſe motu uiolento:quia ſi moueretur motu uiolento,ſic ꝙ N nullatenus motu naturali:ſequitur ipſum moueri motu infinito.& hæc eſt uera loci expoſitio. Deinde ſequitur.Manifeſtum eſt enim.ubi incipit deducere ultimam cõſequentiã, uidelicet ꝙ ſi corpus quod mouetur motu recto,fertur non a grauitate uel leuitate exiſtente in eo,ſed uiolẽter ipſum moueatur infinito motu.Et ſumit Auerro.propoſitiones.Quarum prima eſt hypothetica hæc,cum omne corpus non moueatur,niſi a motore,& uelocitas motus ſit ex augumento potentiæ mouentis ſupra potentiam moti.patet,ꝙ ſi aliqs motor mouet aliquod corpus p aliquod ſpatium in aliquo tempore, quod mouebit minus illo moto eodem tempore per maius ſpatium.Hæc eſt prima propoſitio.Secunda eſt, quæ uidetur quaſi hanc ſequi,ꝙ proportio ſpatij ad ſpatiũ eſt,uel poteſt eſſe ſimilis proportioni potentiæ rei motę uiolenter ad potentiam rei motæ.Hoc eſt ꝙ poteſt accipi una potentia rei motæ uiolenter: quæ ita ſe habet ad totũ a quo reſecatur,ut ſpatium minus pertranſitum a mobili ſecũdo ad ſpatium maius pertranſitum a mobili primo, ideſt quæ O ita ſe habet ad ſuum totum:ut ſe habet c. d. ad c. h. ut dicetur. Deinde ſequitur:& ſit corpus non graue a. ubi Auerroes diſponit terminos.Et ait,ꝙ corpus non graue ſit a. & ſpatium quod pertranſit, ſit c. h. Corpus uero graue ſit b. quod moueatur ab illo eodem motore, & illo eodem tempore per aliquod ſpatium.Et patet, ꝙ moueri debet ſpatiũ minus illo primo ſpatio ſecundum prædictam propoſitionem uidelicet primam.ſit ergo ſpatium minus quo fertur b ipſum c.d.quod ſit pars prioris ſpatij. Deinde ſumit tertiã partem caſus,uidelicet ꝙ a corpore graui: uidelicet ipſo b. accipiatur una pars,ad quam ipſum b. eam habeat proportionem,quam ſpatium maius c.h.habet ad ſpatium minus uidelicet c. d.Ex his deducit partem hanc moueri in illo eo dẽtpe ſuper ſpatium maius c.h.ſuper quo mouebatur a.nõ graue.Huius cauſam affert:quia corpus b.totum, cuius ps accipitur, mouebatur per minus ſpatium ab eodem motore in eodem tempore:ſcilicet per c.d.ſpatium.Et motus cor P poris diuiſi ab eo debet eſſe uelocior,quia eſt minus, & minus graue.Et cum proportio uelocitatis ad uelocitatem ſit, ut proportio totius ad partem:patet ꝙ æque uelociter mouebitur illa pars,ut mouebatur a.non graue,& ſic pluribus uerbis tandem deducit æque uelociter graue,& non graue moueri,& intellige uerſus ſurſum,ut diximus in textu.Addit Auerroes,ꝙ etiam per eadem deduci poterit graue uelocius ferri non graui per diuiſionem ſemper ipſius partis in partem in infinitum,ut patet intelligenti.Vbi patet tranſlationes has Auerrois eſſe diminutas, quia deficit deductio ſecundæ conſequentiæ, uidelicet, quòd ſi moueretur uiolenter,tunc motus eſſet infinitus. Hæc enim deductio, ut uides deeſt.

Cum autem natura quidem id ſit principiũ motus,quod eſt in ipſo, potentia autem id quod eſt in alio,ut aliud eſt:atq; motus,alius quidem ſit ſecundum naturam,alius autem uiolentus omnis, eum quidem qui ſecundum naturam eſt,ut eum quo lapis deorſum fertur,uelociorem faciet id quod eſt ſecundum potentiam. Eũ autem qui eſt præter naturam:omnino ſecundum ipſam faciet.

Fertur uerbum addi tum eſt.

Q

Faciet uerbum addi tum eſt.

Oſtenſurus quo nam modo motus naturalis & motus Expoſitio. uiolentus fiant, Primo colligit differentiam eorum. Et differentia eſt, quòd motus naturalis poteſt miſceri uiolento Sed uiolentus non poteſt miſceri naturali:ut exemplo patet. Nam motus lapidis ſurſum non poteſt eſſe niſi uiolentus, motus uero lapidis deorſum eſt naturalis quidem, quia a principio, quod eſt in ipſo. Poteſt uero miſceri uiolento,quatenus potentia quæ eſt extra poteſt uelociorem eum facere impellendo in lapidem. Volens igitur concludere hanc differentiam ſumit duo in antecedente. Primum, uidelicet quid ſit natura,quæ eſt principium motus naturalis, & inquit. Cum autem natura quidem id ſit principium motus,quod eſt in ipſo:ſcilicet quod mouetur.

Potentia

A Potentia autem ſupple quæ uiolenter mouet, id quod eſt in alio, ut aliud eſt. Hoc eſt primum. Secundo ſumit diuiſionẽ motus, & inquit. Atq; motus omnis, alius quidem ſit ſecundum naturam: alius autem uiolentus. Ex his duobus infert differentiam, & inquit. Eum quidem qui ſecundum naturã eſt, ut eum quo lapis deorſum fertur, faciet uelociorem id quod eſt ſecundum potentiam. & ſic poteſt naturalis miſceri uiolento, quia poteſt naturalis fieri uelocior ab eo quod eſt per uim atq; potentiam. Eum aũt qui eſt præter naturã, omnino mouens, ſupple uiolenter faciet ſecundum ipſam potentiam nullo modo miſcendo illi aliquid naturalitatis.

Declaratio uerborum. Quod uero ad uerba attinet, Ariſtoteles primo definit naturam & potentiam: quia natura eſt principium motus naturalis, & potentia eſt principium motus uiolenti: & ita quaſi per hoc uult habere differentiam motus naturalis & uiolenti à priori. Secundo accepit diuiſionem motus naturalis &

B uiolenti, ut habeat ea inter quæ uult differentiam ponere. Præterea, dixit potentiam eſſe principium motus uiolenti in alio ad differentiam naturæ, quę eſt in eo quod mouetur. Sed quia poteſt aliquãdo potentia efficere motum in ſubiecto in quo eſt per accidens, dixit ut aliud: quaſi dicat, quia poteſt agere motum in eo in quo eſt: ſed non quatenus eſt idem: ſed quatenus eſt aliud. Sed de his in ſecundo Phyſicorum. Auerroes autem in præſenti commento textum eodẽ

Quæ auer. cõmẽ. 28. modo exponit, & uult quòd Ariſtoteles declarat quo modo motus uiolentus & motus naturalis fiant. Et præcipue quo modo fit motus uiolentus. Nam de hoc eſt quæſtio quo modo fiat, uidemus enim motum uiolentum remanere ceſſante actione motoris, quod non deberet eſſe. Nam motus non eſt niſi ſit mouens. ut igitur declaret quo modo motus uiolentus fiat, Primo dedit differẽtiam inter motum naturalem & uiolentum. Hæc Auerroes quo ad textus introductionem. Vlterius notat Auerroes differentiam inter uiolentum & naturalem hoc modo, q̃ uiolentus motus eſt ſimplex, hoc eſt nullo modo compoſitus, ſed uno tantum mo-

C do. Naturalis uero eſt duplex, quia alius naturalis ſimplex nihil habens præternaturalitatis. Alius compoſitus, ſcilicet habens non nihil præternaturalitatis, ut de motu lapidis deorſum, qui fit a pellente. Ait tamen Auerroes motum hũc non eſſe proprie compoſitum, ſed quaſi compoſitum. Quia quatenus eſt ab aptitudine paſſi eſt naturalis, quatenus uero a potentia pellente eſt uelocior quàm eſſet ex aptitudine paſſi, eſt uiolentus.

Faciet uerbum ſuppletum. Poſſtiam uerbũ additum. Vim uerbum ſuppletum. Ad utrũq; uero utitur aere ipſo, ut inſtrumẽto: eſt enim hic aptus & leuis eſſe, & grauis. lationem igitur eam, quæ ſurſum eſt: faciet quatenus leuis: cum pulſus fuerit, principiũq; ſumpſerit a potentia ipſa: eam autem quæ deorſum eſt, rurſus faciet quatenus grauis: potentia enim quaſi uim quidem impreſſam tradit utriq;. quapropter & non ſequente eo quod mouit: fertur id quod præter naturam eſt motum. Si enim non tale quid corpus eſſet, uio

D lentus motus ſane non eſſet.

Expoſitio. Cum poſuit differentiam inter motum naturalem & uiolentum: nunc oſtendit quomõ aer uel aqua deſeruit utrique motui: & primo quo modo deſeruit motui uiolento. Et inquit. Ad utrũq; uero ſupple potentia mouens uiolenter utitur aere ipſo, ut inſtrumento. Circa hæc Auerroes facit primo hanc conſequentiam, uidelicet: ſi motus uiolentus eſſet a motore extrinſeco tantum ſimplex, ut motus lapidis ſurſum: mox lapis quieſceret, cum proiceretur a manu proiicientis. Et intendit q̃ ſi eſſet tantum ſimplex nihil habens naturalis, mox ceſſante manu ipſe ceſſaret, deduco, qa a nullo conſeruaretur ineſſe. Et ideo uult declarare, q̃ habet aliquid naturalis, ſaltem ex parte mediĩ, uidelicet aeris, qui pulſus quaſi naturaliter mouetur ſurſum & deorſum. Secundo exponit Auer. per utrũq;, naturalem & uiolentum, quæ expoſitio uera eſt, ſed non ad propoſitum, ſed per utrũq; intelligit ſurſum & deorſum. Cuius ſignum eſt, quia ſubdit, eſt enim hic. ſ. aer aptus & leuis eſſe, & grauis. Propterea E infert lationem. igitur eam quæ ſurſum eſt, faciet quatenus leuis, cum pulſus fuerit, ſupple a proiciente, principiumque ſumpſerit a potentia ipſa uiolenter mouente. Eam autẽ ſupple lationem, quæ deorſum eſt, rurſus faciet quatenus grauis, quia potentia uiolenter mouens, ſupple quaſi uim impreſſam tradit utriq;, uidelicet lapidi & aeri. Ecce quod per utrũq; intelligit motum ſurſum, & deorſum. Ex hoc ſoluit cauillum eorum, qui negarunt motum uiolentum. dixerunt enim quidam nullum eſſe motum, niſi naturalem, quia ſi eſſet motus uiolentus, mox ceſſaret, ceſſante ui impellente. Reſpondet Ariſtote. & inquit. Quapropter & non ſequente eo quod mouit, uidelicet manu, uel baculo, uel alio id genus, fertur id quod præternaturam eſt motum. Et cauſa eſt, quia uirtus remanet in aere ipſo impreſſa. Signum affert, quia ſi non eſſet tale quid corpus .ſ. quale eſt aer uiolentus, motus ſane non eſſet. Et ſic poteſt motus uiolentus manere ceſſante motore uiolentante, quia aer remanet in quo eſt uis illius F impreſſa. Sed quæres, utrum motor uiolentans imprimat Quæſtio utriq; uidelicet aeri, & lapidi uirtutem, qua aer mouetur & mouet lapidem, & lapidi etiam qua mouetur, an uim ſolum præbeat aeri, qua mouet lapidem. Hæc quæſtio non eſt le prima ſol. uis, & debet uideri in octauo phyſi. quidam reſpondent q̃ motor non imprimit lapidi uirtutem, qua mouetur. Primo, quia motus uiolentus eſſet a principio intrinſeco, quod eſſet contra rationem motus uiolenti. Secundo ſequeretur quòd lapis hoc ipſo, q̃ moueretur ui localiter, alteraretur, quod eſt contra ſenſum. Tenent igitur q̃ motor uiolentans lapidi imprimit ſolum motum, quod quidem ſit, dum tangit ipſm. Aer uero ſuſceptibilior eſt talis impreſſionis. Primo, quia tenuior eſt. Secundo, quia eſt & leuis & grauis, & ſic poteſt tenere uim motoris, qui ſurſum, & qui deorſum mouet. aer igitur conſeruans uim mouet lapidem mouendo aerem ſibi proximum, qui ulterius mouet alium tandiu quandiu durat impreſſio motoris. Ego uero crederem, q̃ tam lapidi q̃ aeri potentia mouens imprimit uim, qua mouentur, & qua G aer mouet lapidem. Eſt tamen hæc differentia, q̃ uis illa in lapide parum durat, quia contra naturam eius omnino eſt. In aere uero poteſt diu durare ſecundum maiorem uel minorem impreſſionem agentis, quia ipſe eſt tam leuis quàm grauis. Nec rationes cogunt. Ad primam dico, q̃ licet eſſet a principio intrinſeco per accidens, non tamen ſubſtantiali, quia illa uis non eſt forma ſubſtantialis, ſed mere accidẽs. Ad ſecundam etiam dico, quòd bene lapis alteraretur, ſed non alteratione per qualitates primas: lapis enim qui ſurſum fertur a proiciente recipit leuitatem quandam accidentalem, qua ſurſum fertur. non tamen per qualitates primas illam recipit. uerum de his in octauo libro dictum eſt.

Et ad eum etiam qui eſt ſecundum naturã uniuſ cuiuſq; promouet eodem modo. Quod quidem igi Corp' uerbum additum. tur omne corpus ſit, aut leue, aut graue: & quo H modo motus præter naturam ſe habeant, ex his perſpicuum eſt.

Expoſitio. Nunc quo modo naturali motui deſeruiat aer, oſtendit, et inquit. Et ad eum etiam motum qui eſt ſecundum naturam cuiuſq; aer, ſupple ipſe promouet eodem modo, quia ſua leuitate promouet ad motum ſurſum. Sua autem grauitate ad motum deorſum. poſtmodum epilogando concludit perſpicuum eſſe ex prædictis omne corpus eſſe aut leue aut graue. & eſſe etiam manifeſtũ quo modo motus præter naturam ſe habeant, hoc eſt quomodo competant corporibus naturalibus, grauibus, & leuibus.

Quæ auer. cõm. 28. Auerroes autem digreditur in hoc commento parte illa, & quærendum eſt hoc. Verum digreſſionem complet poſt expoſitionem textus. Quærit igitur, utrum aer ſit motui naturali ac uiolento neceſſarius, uel propter bene eſſe. Deinde ſequitur. Exiſtimatum eſt enim, ubi ponit opinionem aliquorum, ut Auempaces & aliorum, qui uoluerũt aerem ad motum tam naturalem q̃ uiolentum non eſſe ſimpliciter neceſſarium, ſed tantum propter bene eſſe, quia arbitrati

I ſunt naturale corpus poſſe naturaliter & uiolenter moueri ſine aere. & ita dixerunt aerem eſſe quaſi iuuantem hos motus: non autem quaſi neceſſarium. Nam utens aliquo inſtrumento in mouendo dupliciter utitur, aut ſcilicet propter melius, hoc eſt propter facilius, aut ꝓpter neceſſitatem. ſ. quia non poteſt mouere ſine illo. Ad propoſitum igitur iſti uoluerunt aerem eſſe inſtrumentum quo utitur uirtus motiua, nō quidem propter neceſſitatem, quia ſine eo fieri poteſt motus, ſed propter melius, quia per ipſum facilius fit motus.

Deinde ſequitur. Et iſte eſt locus perſcrutationis. Vbi refellit hanc poſitionem, & ait eſſe locum perſcrutationis, & non ſic leuiter pertranſeundum: ideo arguit contra probās medium eſſe ſimpliciter neceſſarium utricꝫ motui. Primo, quia motus fieri nō poteſt per uacuum, nec per plenum durum non diuiſibile ab ipſo mobili. igitur eſt neceſſe, ut fiat per corpus: quod habet diſpoſitionem aeris, uel aquæ: ſcilicet molle, facile cedens, ac diuiſibile. Hoc ſuppoſito arguit.

K Motus aeris eſt neceſſarius quatenus ab ipſo mobili aer ipſe diuiditur. igitur aer non eſt adiuuans eum tantum: immo diuiſio aeris erit conditio neceſſaria ineſſe motus. Deinde ſequitur. Inquantum enim, ubi quaſi ſoluit quæſtionem breuibus, & uult ꝙ aer poteſt dupliciter cōſiderari, uno modo, ut mouet ab eo quod in ipſo mouetur naturaliter uel uiolenter. Et hoc pacto concurrit ad utrūcꝫ motum propter bene eſſe: & poteſt utercꝫ motus iſto modo eſſe ſine aere. Alio pacto poteſt conſiderari aer, ut eſt motus: ideſt diuiſus poteſt quietem. i. ut diuiſibilis, & facile cedens, & ſic eſt ſimpliciter neceſſarius. Vltimo ſe excuſat remittens complementum digreſſionis poſt expoſitionem textus, parte illa. Sed cū demonſtratum fuerit. Ego uero antequam ueniam ad partē hanc: uolo colligere quæ Auerro. dicit exponendo uerba Ariſtote. quæ licet pro maiori parte non ſint ad textum, tamen ſunt utilia. Primum igitur quod colligo eſt ſolutionem dubij, uidelicet quo modo poteſt aer exiſtens unius naturæ duobus motibus contrarijs conferre. Reſpōdet, ꝙ licet iſti duo

L motus ſint cōtrarij, quia unus uergit ſurſum, alter deorſum: tamen iuuat eos, quoniam in aere exiſtit grauitas et leuitas, adiuuat enim graue, ut deorſum moueatur aer ipſe ſua grauitate, & leue ſua leuitate. Secundum quod colligo, eſt quo modo fit motus uiolentus in proiectione lapidis, & uult ꝙ lapis dum proijcitur a manu mouetur ſurſum, & mouet aerem, qui motus defert lapidem ſurſum. Vnde uult ꝙ lapis per ſuam lapideitatem, ideſt per ſuam formam ſubſtantialem mouet aerem: quatenus mouetur a manu, et aer motus a lapide retinet illum motum poſtquam ſeparabitur a proij-ciente, retinet enim illum motum propter leuitatem quam habet, & expellitur a lapide, & expellit ipſum. Nam lapis in motu hoc habet quaſi duos motores: alterū uidelicet intrinſecum uidelicet naturam. ſ. quæ eſt eius forma, & extrinſecum, uidelicet manum. Imaginatur igitur Auer. ꝙ uiolentus motus, qui dicitur proiectio fit hoc pacto, ꝙ lapis in prī

M cipio mouetur a manu, & poſtquam motus eſt ratione ſuæ materiæ, mouet aerem per eius formam, quę eſt lapideitas. aer uero, cum ſit ſua natura leuis, continuat motum ſurſum mouēdo lapidem. & ita proiectio fit ex hoc ꝙ lapis mouet aerem, & aer motus mouet lapidem. Tertio colligitur, ꝙ motus lapidis ſurſum eſt miſtus ex naturali & uiolēto. nam ratione aeris eſt naturalis, qui ſua leuitate ſurſum fertur. ratione ſuæ grauitatis eſt uiolentus. Quarto colligitur, ꝙ cū Ariſtote. dicit aerem eſſe medium inter extrema, intelligit ꝑ medium ſecundum locum, non autem ſecundum formam, non enim aer habet formam mediam inter graue & leue, ſed bene eſt in loco medio inter extrema. Vel aliter ait, ꝙ aer non eſt uere medius inter extrema: ſed ſimilis medio, ꝙ tenus eſt grauis & leuis in reſpectu: & ſic dici poteſt medius ſecundum locum proprie, & poteſt dici medius ſecundum formam per quandam ſimilitudinem. Vltimo colligitur ꝙ dupliciter poteſt litera exponi, quæ dicit, ſi non eſſet aer, non eſſet motus uiolentus. Vno modo, ꝙ ſi non eſſet aer, non eſſet motus uiolentus omnino. & hæc eſt expoſitio uera. Alio modo, ꝙ ſi non eſſet aer, non eſſet motus uiolentus ita facile, nec ita bene. Deinde ſequitur illa pars. Sed N cum demonſtratum fuerit. Vbi perficit digreſſionem. Et primo declarat quo modo aer concurrit ad motum uiolentū. Et declarat primo, ꝙ debet quieſcere & moueri, quieſcere quidem, quia declaratum eſt ꝙ locus eſt neceſſarius motui, nam locus ad quem neceſſarius eſt, ut terminus. locus per quem neceſſarius eſt, ut uia. Item declaratum eſt, ꝙ locus ad quem eſt terminus, & ultimum corporis continentis. Preterea etiam declaratum eſt, ꝙ locus qui eſt terminus continens eſt quieſcens apud motum. Ex his declaratum erit locum atcꝫ aerem ipſum debere quieſcere: & tota cauſa eſt, ꝙa eſt locus. Moueri uero aer debet, quia eſt locus per quē. igitur aer debet quieſcere & moueri in motu grauium & leuium. Fieri autem non poteſt, ꝙ quieſcat & moueatur, niſi p̄ tiatur diuiſionem a corpore quod mouetur in eo. ſic quòd pars circūſcribens corpus motum moueatur. Et pars continens illam partem quieſcat. per hæc uult habere, aerem ne O ceſſario concurrere: quatenus diuiſibile quid facile cedens, necnon ut medium. Deinde oſtendit, ꝙ concurrit ꝓpter bene eſſe ac propter melius, & ait motum uiolentum fieri facilius at melius. per hoc quòd aer eſt grauis & leuis. Et ꝓpterea concludit ambo, ꝙ uidelicet aer eſt neceſſarius, et eſt utilis. Neceſſarius quidem, ut eſt corpus continens paſſiuū ac diuiſibile. Vtile uero ut aer eſt corpus graue, aut leue faciliſtans hunc motum. & ſic patet quo modo aer concurrit ad motum uiolentum. Deinde ſequitur. Aer autem. Vbi oſtēdit, ꝙ eſt neceſſarius ad motum naturalem, & utilis. neceſſarius, ut corpus paſſiuum & diuiſibile. Vtilis uero, ut grauis & leuis. Deinde ſequitur illa pars commenti. Et uidetur etiam. Vbi Auerro. quaſi de nouo diſputat, utrum aer ſit neceſſarius motui elementorum: an propter bene eſſe. Et inquit. & uidetur etiam ipſum eſſe neceſſarium modo: proprio motui naturali, & in hoc eſt difficultas. Hæc eſt igitur quęſtio. Accipit igitur primo, quòd elementa non mouen- P tur per ſe, ut anima l mouetur a ſe, cum moueantur a generante. Modus autem eſt, quòd cum generans dat elemēto formam, dat ſibi omnia accidentia: quæ formam illam conſequuntur. Vt locum qualitates & motum: niſi aliquid impediat. Verbi gratia. cum elementum eſt ignis ſtatim in prima eius parte in qua igneitas eſt ab igne generante ſunt omnia accidentia in igne, ut ignis eſt: quorum unū eſt motus ſurſum. Nam ut in parte genita eſt aliquid leuis: ita aliquid loci ſurſum, & alia propria ei. Secundo accepit ꝙ omnia hęc, & precipue motus non ineſt elementis, niſi propter formam: cauſa autem, quia non inſunt hæc elemento, niſi mediante ipſo genito elemento. Pars autem præcipua eſt forma. igitur motus & alia propria ſunt mediante forma. Tertio concludit, ꝙ motus non eſt primo a motore extrinſeco, ſcilicet generāte, ſed immediate eſt ab elementi forma. Concludit quarto, quòd motus naturalis elemēti habet hoc proprium, generante ipſo ceſſante poteſt remanere modo non impediatur, quia remanet forma a qua eſt immediate. Vltimo concludit, ꝙ hoc pacto elementa aſſimilantur his, Q quæ mouentur per ſe, ut animalia, quia ceſſante motore extrinſeco continuant motum. Ex his uult habere quòd generans non eſt immediatum mouens, ſed forma. Deinde ſequitur illa pars. Et quia motor ubi uult declarare, quomodo motor & res mota diſtinguantur in elementis: & accepit ꝙ in his quæ mouentur a ſe perfectiue & initiatiue, ut animalia ſunt, motor & res mota diſtinguuntur eſſentialiter. Nam motor eſt anima, & res mota eſt corpus. Secundo accepit, ꝙ in elementis motor & res mota, idem eſt ſecundum ſpeciem, hoc eſt ſecundum ſpeciem ſubiecti: ſed differunt ſecūdum modum, hoc eſt ratione. Sic igitur uult, quòd in elemētis motor & res mota idem ſunt ſubiecto, & differunt ratione. Differūt quidem ratione: quia lapis mouet ſe, ut eſt actu grauis, & mouetur, ut habet materiam, qua eſt potentia deorſum mobilis. Huius rei cauſam affert ex eo, quia lapis cōponitur ex materia & forma. Sunt autem idē ſubiecto mouens & motum, quia forma mouet: & ipſa mouetur mouet quidem, ut forma. mouet ut in materia, quia lapis uel eius

forma

forma non eſt potentia ad inferius niſi ut eſt in materia. Ex his infert primo, ꝙ lapis non mouet ſe per ſe, ut animal, qđ inchoatiue & perfectiue mouetur a ſe. Secundo infert, ꝙ lapis eget motore extrinſeco, ut generante, a quo inchoatiue mouetur. Vel remouente prohibens. Tertio infert, ꝙ lapis non numeratur inter ea quæ mouentur ab extrinſeco tantum, quia tunc eius motus eſſet uiolentus. Et ſic concludit, ꝙ lapis licet moueatur ab extrinſeco aliquo modo, & ab intrinſeco aliquo etiam modo, tamen ſine medio non mouetur. Deinde ſequitur. Et hoc eſt quod: ubi remouet opinionem Platonis, Plato enim ex hoc ꝙ in lapide uidit motorem & rem motam idem eſſe, uoluit in primo motore, & oĩ bus idem eſſe motorem & rem motam: & ita concluſit primum motorem mouere ſe per ſe ac eſſentialiter. Reſpondet Auerroes ꝙ non eſt ſimile, nam in lapide licet idem ſit motor & res mota ſubiecto, differunt ratione, ut in prima demonſtratione ſeptimi libri phyſicorum demonſtratum eſt. Hoc autem in primo motore eſſe non poteſt, quia non poteſt diſtinctio rationis habere fundamentum: fundamentum enim diſtinctionis rationis inter motorem & rem motam in elemẽtis eſt quia motor eſt in materia. at primus motor nullo pacto eſt in materia. Ideo in eo non poteſt hæc diſtinctio fundamẽtaliter reperiri, niſi forte ficte. Deinde ſequitur. Et quia lapis ſicut: ubi accepit ꝙ lapis mouetur a ſe quaſi per accidens: & non per ſe. Probatur, quia motor & res mota non ſunt diſtincta actu. & ita ſequitur quòd lapis mouetur a principio quod eſt in ipſo. uidelicet forma accidentaliter, quia non habet eſſe motus niſi ab illo principio, quia non mouetur lapis niſi ut eſt potentia deorſum, quare forma mouet ut eſt grauis. ideo concludendo ait, quòd ſi lapis mouet ut eſt grauis, & mouetur ut eſt grauis, tunc motor & res mota erit idem eſſentialiter, quod eſt impoſſibile. quare patet lapidem non eſſe eſſentialiter motorem & motum, ſed ſolum mouere ſe per accidens. Deinde ſequitur. Et cum ita ſit. Accepit etiam nunc quòd lapis non mouet ſe niſi mouendo aerem, in quo eſt. Nam omne ꝙ mouet ſe per accidens: non mouet ſe niſi quia mouet aliquid per ſe ad cius motum mouetur: quare lapis non mouet ſe niſi mouendo aerem: ad cuius motum mouetur, ut de homine in naui, qui mouet nauim, & ſe ad motum illius. Deinde ſequitur. Et cum ita ſit, aer igitur. His ſuppoſitis & bene declaratis ſoluit queſtionem. uidelicet quo modo aer concurrit ad motum grauium & leuium, & uult ꝙ aer uel aqua non modo confert motui uaturali, ſed eſt neceſſarius: confert quidem quatenus eſt grauis & leuis. eſt autem neceſſarius, quatenus graue uel leue non mouet ſe per ſe, ſed per accidens mouendo aerem, ad cuius motum mouetur. per formam enim eius mouet aerem, & per materiam mouetur ab aere moto. Hęc Auerroes de digreſſione. Obiicit huic determinationi expoſitor. primo quia forma nõ eſt immediatum principium motus in grauibus uel leuibus ut agens motum, ſed ut quo mouens mouet. Velut color eſt principium uiſionis, quo aliquid uidetur. Secundo, quia octauo phyſicorum Ariſtoteles ait ꝙ grauia & leuia non mouent ſeipſa, & propterea cõcludit illa habere principium patiendi, & non agendi motum.

Secundo principaliter arguit, ꝙ non requiritur alia reſiſtentia extrinſeca, cũ illa quæ eſt inter genitum & generans, & ſic non requiritur aer, ut medium reſiſtens, quia reſiſtentia intrinſeca ſufficit. Videtur autem hæc ſententia uerbis Ariſtotelis conuenire: nam de motu uiolento loquens ait. ſi enim non quid tale corpus eſſet, uiolentus motus ſane non eſſet, de naturali autem, inquit. Et ad eum etiam qui eſt ſecundum naturam cuiuſcũ promouet eodem modo, & non dixit eſſe neceſſarium, ſed promouere. Ex his expoſitor tenet in motu uiolento eſſe neceſſarium aerem: in naturali autem motu concurrere ad bene eſſe. Sed quoniam hæ materię ſatis in libris phyſicorum ſunt diſputatæ, ne libros repetitionibus impleamus: tantum defendimus Auerroem. Ad primam Auerroes concedit aſſumptum. nam totum eſt quod mouet, & totum eſt quod mouetur, uerum ratione formę totum mouet, & ratione materiæ totum mouetur. Vel dici poteſt, ꝙ totum eſt quod mouet ratione formæ ut forma: & totum eſt quod mouetur ratione formæ: non quidem ut forma, ſed ut in materia. Ad ſecundam concedo ꝙ grauia & leuia non mouent ſe per ſe, ut animal mouet ſe inchoatiue & perfectiue: ſed mouentur a ſe per accidẽs, ut dictum eſt mouendo medium. & propterea habent principium patiendi motum ab alio. ſ. generante. Ad ſecundum principale patuit ſol. quarto phyſicorum. commen. 71. Vbi Auerroes declarauit reſiſtentiam non eſſe niſi ratione medij: & ita uult nullã eſſe reſiſtentiam intrinſecam. Ad ultimam patet ſolutio. ait enim in motu naturali medium promouere eodem modo: ut in uiolento. ſi igitur dicit eodem modo. igitur eſt neceſſarium ut in motu uiolento. Hæc itaꝙ dixi curſim: quia in libris phyſicorum copioſe diximus.

Quod autem neq; omnium, neq; nullius ſimpliciter ſit generatio ex dictis ꝑſpicuum eſt. Impoſſibile enim eſt uniuerſi corporis generationem eſſe: ſi non & uacuum quid ſeparatum eſſe poſſit, quo enim in loco id quod generatur: erit, cum fuerit genitum: in hoc prius uacuum eſſe? ſi nullum ſit corpus? neceſſe eſt.

Vniuerſi Omnis Cum Si

Expoſitio.

Hactenus de motu locali, quo modo corporibus naturalibus competit: ſatis explicauit: nunc de generatione proponit duas cõtrarias eſſe ſimul falſas uidelicet omnium eſt generatio: nullorum eſt generatio, ambæ enim falſæ ſunt hæ. Et hoc inquit. Quod autem neq; omnium, neq; nullius ſimpliciter ſit generatio ex dictis hæc contra Platonem, & contra Democritum patet. Sed quia imperfecte declaratũ eſt: declarat iterum. Et primo, ꝙ non omnium ſit generatio declarat ex hoc, quia mundus non poteſt generari: quia ſi mundus ſimpliciter generaretur, eſſet uacuum præcedens. deducit: quia, ſi nullum præceſſit corpus ante generationem mũdi: non præceſſit plenum, & præceſſit aliquod corpus de cuius corruptione fit mundus, & non in pleno. igitur præceſſit in uacuo, quare ſi mundus generaretur: oportet eſſe uacuum ſeparatum. Vnde inquit. Impoſſibile enim eſt uniuerſi corporis generationem eſſe, & per uniuerſum corpus intelligit mundum ipſum. dico impoſſibile eſſe mundum fieri, ſi non & uacuum quid ſeparatum eſſe poſſit. deducit, & inquit. Quo enim in loco id quod generatur erit: cum fuerit genitum: in hoc uacuum prius eſſe, ſi nullum ſit corpus: neceſſe eſt: & tale uacuum eſt. uidelicet ſpatium actu carens corpore, potens tamen ipſum habere. eſt igitur ratio Ariſtotelis breuis: ſi mundus generaretur: prius fuiſſet uacuum ſeparatum. dixit autem ſeparatum, quia nonnulli bene conceſſerũt uacuum imbibitum corporibus. Democritici enim dixerunt corpora componi ex uacuo & pleno, nemo tamen conceſſit uacuum ſeparatum, ideo hoc impoſſibile eſt apud omnes Philoſophos. Quod uero ad uerba attinet. Vniuerſi corporis græce eſt ἅπαντος σώματος, latine uero omnis corporis: uerum ipſum omnis non diſtributiue, ſed integraliter tenetur, quia pro ipſo toto mundo intelligitur.

Aliud quidem enim ex alio fieri corpus poſſibile eſt: uelut ex aere ignem. Sed omnino ex nulla alia præcedente magnitudine impoſſibile eſt. Maxime quidem enim ex quodam corpore potentia exiſtente actu corpus fit. Quare ſi id quod eſt potentia corpus: nullum aliud actu corpus ſit prius: uacuum erit ſeparatum.

Quare Sed ἀλλὰ

Expoſitio.

Remouet cauillum quendam: nam uidemus unumqđcꝫ corporum generari nullo uacuo exiſtente: uelut ex aere fieri ignem nullo uacuo exiſtente. igitur non eſt uerum, ꝙ ſi uniuerſum generetur: uacuũ pręſit. Reſpondet, & inquit. Aliud quidem enim ex alio fieri corpus poſſibile eſt, uelut ex aere ignem: ſed omnino ex nulla alia præcedente magnitudine impoſſibile eſt. eſt igitur ſolutio: ꝙ ſecus eſt de particularibus corporibus: & de ipſo uniuerſo. Nam de particularibus corporibus poteſt unum corpus fieri ex alio non præcedente uacuo. de uniuerſo autem fieri non poteſt, niſi uacuum

Qųę expoſitor.

Defenſio Auer.

I præſit. Huius differentiæ cauſam aſſignat: & accipit uelut quandam ſuppoſitionem, omne corpus actu fieri ex quodã corpore potentia. Vnde inquit. Maxime quidem enim ex quodam corpore potentia exiſtente actu corpus fit. Hęc eſt ſuppoſitio: quam non aliter declarat, quia in libris phyſicorum ſatis eam declarauit: illic enim declaratũ eſt, omne qđ actu fit, fieri ex ente in potentia: hac ſuppoſitione exiſtente compleatur ratio hoc pacto, corpus actu fit ex corpore exiſtente in potentia: uniuerſum quod fit, eſt actu corpus. igit fit ex corpore exiſtente in potentia: quæro igitur de illo corpore exiſtente in potentia ex quo fit, uel eſt actu corpus, ut ignis, uel aer, uel id genus: uel eſt omnino poteſtate & nullo modo actu: non eſt actu ignis uel aer & id genus, quia tunc uniuerſum non fieret penitus. igitur eſt corpus mere in potentia: tale autem eſt uacuum: eſt enim uacuum ſpatium: quod nullum corpus eſt, ſed poteſt omne recipere: & ideo Ariſtoteles breuibus, inquit. Quare ſi id quod eſt potentia
K corpus, ex quo uniuerſum fit: nullum aliud actu corpus fit prius, ut nec aer, nec ignis, nec id genus: aliquod uacuum erit ſeparatum, ex quo uidelicet ipſe mundus oritur: & ſic patet quomodo ſecus eſt de generatione corporum particularium: & de generatione uniuerſi. nam ad generationem uniuerſi ſequitur uacuum præceſſiſſe: ad generationem uero particularium corporum non ſequitur uacuum præfuiſſe. Auerroes uero textum hunc introducit aliter, uult enim quòd Ariſtoteles pertractet opiniones antiquorum de generatione, quæ ſunt duæ, ut in principio huius libri dixit. prima, ꝙ omnia ſunt generabilia. Secũda, ꝙ nullum ens eſt generabile: quæ opiniones ſunt contrariæ, uult igitur Auerroes ꝙ Ariſtoteles nunc perſcrutetur has opiniones: nam ſenſui patet non omnia eſſe generabilia. Ideo de generatione quærit, utrum generatio exiſtat in omnibus: an in aliquibus ſic, & in aliquibus non. Addit tamen Auerroes: quòd illa diuiſio per contraria non eſt dubitabilis: quia ſenſibus patet non omnia eſſe generabilia: ſed quærẽdum eſt utrum omnia ſint generabilia, aut non omnia: ſed uel quędã
L ſic, & quędam non. probat igitur Ariſtoteles ſecundum expoſitionem Auerro. non omnia eſſe generabilia: & ſupponit primo, quòd omne quod generatur eſt in loco: quia omne quod generatur eſt corpus naturale: & ita in loco. Ex hoc arguit. ſi igitur mundus totus fuit generatus, aut primũ corpus: neceſſe eſt ex ſuppoſitione habere locum priorem natura, aut tempore in quo generaretur. Vlterius, locus eſt, aut uacuum, aut ultimum corporis cõtinentis. Vacuum quidem ſecundum exiſtimationem antiquorum. Vltimum uero continentis: ſecundum ueritatem, ſi mundus generatur, non potuit ante ipſum eſſe ultimum alicuius corporis, quia ante ipſum non erat aliquod corpus, & erat in loco, in quo generabatur per ſuppoſitionem. igitur ante mundi generationem fuit uacuum ſeparatum. dicit Auerro. ꝙ Ariſto. tacuit deſtruere conſequens, quia uacuum eſſe, patuit eſſe de impoſſibilibus: & ita ſequitur eſſe impoſſibile ut primum
M corpus ſit genitum ex non corpore: & per conſequens patet fieri non poſſe ut corpus ſit genitum ſecundum totũ ſimpliciter: ita ut nullum corpus ſit omnino ante eius generationem, & tota cauſa eſt, quia daretur uacuũ ſeparatum. Deinde ſequitur illa pars commenti Et quaſi intendebat. Vbi Auerro. reſumit uim rationis Ariſt. & ait, ꝙ ſi corpus ita fiat ut nullum penitus præſit corpus: neceſſe erit aut fiat ex non corpore ſimpliciter, quod nec actu nec potentia corpus ſit, aut fiat ex aliquo corpore quidem potentia, actu autem non corpore. primum eſt impoſſibile, ut ſupponit: quare ſequitur corpus fieri ex non corpore actu: ſed potentia corpore. & ſi ita eſt ſequitur uacuum eſſe: nam uacuum eſt corpus in potentia, quod actu eſt ſeparatum a forma & accidentibus formæ: & tale eſt dimenſio abſtracta: in qua eſt corpus genitum, & hoc dicitur uacuum. Addit ꝙ uacuum eſſe ſequitur ad eos qui dicunt corpus ſimpliciter fieri, uel dicentibus primum corpus fieri: non autem ad eos qui dicunt quoddã corpus fieri ex quodam corpore, ut eſt opinio Ariſt. Deinde ſequitur illa pars. Et ideo uidemus. Vbi ponit differentiam inter loquentes ſuæ legis: & antiquos Philoſophos: licet utrorũq; opinio redeat in idem. Nam loquentes ſuæ legis dixerunt mundum eſſe genitum ex non corpore ſimpliciter uidelicet qđ nec actu nec potentia corpus eſt, & ita q̃ſi ex nihilo, & ita dicunt uacuũ p̃ceſſiſſe. antiqui uero dicunt factum eſſe mundũ ex non corpore actu, ſed potẽtia corpore, quia uoluerunt actionem agẽtis fundari in ente: quia agens non operatur in non ente: ſed in ente potentia, propterea ẽt antiqui poſuerunt aliquod quantum ſeparatum a forma & accidentibus formæ, quod uocant uacuum. Ecce quomodo differunt, ſed redeunt in idem: quia utraq; opinio concedit uacuum. Deinde ſequitur illa pars. Et hoc quod dixit. Vbi quædam uerba Ariſto. animaduertens dupliciter illa exponit. uerba enim eius ut in translationibus eius reperiuntur ſunt. Sed corpus quod eſt in potentia ſi non fuerit illic aliud corpus in actu; inueniet illic locus uacuus ſeparatus a corpore. Hæc ſunt uerba in ſuis translationibus. Vbi Auerro. ait, ꝙ poſſunt intelligi ſi corpus quod eſt in potentia: non O habuerit actu formam corpoream: tale corpus erit uacuũ, quia eſt dimenſio ſine forma & accidentibus formæ, quod erit uacuum. uel aliter, ſi fit generatio corporis ex corpore in potentia: & non fuerit poſitum illic aliud corpus actu: ſed ſolum corpus quod eſt in potentia, tunc erit dandum uacuum: ait hanc expoſitionem eſſe manifeſtiorem; quia non ſequitur eſſe uacuum ex eo quia ponitur corpus fieri ex ipſo corpore in potentia: nam omnes concedunt hoc; ſed ex eo quia ponitur corpus fieri ex corpore in potentia: & nullum eſt corpus actu præter illud corpus in potentia. Nam ſi præceſſit corpus in potentia: & nullum aliud fuit corpus actu, cum omne quod fit, eget loco: ſequitur eſſe uacuum ponendum in quo genitũ ponitur. Deinde ſequitur illa pars. Impoſſibile autem quod contingit. Vbi remouet quendam errorem: nam aliqui dixerunt corpus eſſe abſtractum a. 10. p̃dicamentis. Contra obiecit Auerro. quia hoc dato: tunc aliquid eſſet actu, & non eſſet actu. eſſet quidem actu, quia ponitur ens ſeparatum a. 10. prædicamentis, quod niſi actu eſſet, non poſſet ſeparatum poni. Quod uero non eſſet actu. p
P bat, quia ens in potentia eſſe non poteſt, niſi eſſet pars alicuius entis actu: hæc enim differentia eſt: ut dicit inter non eſſe & eſſe in potentia, quia eſſe in potentia eſt pars entis actu, non eſſe uero nullius eſt pars: cum nihil ſit. Ex his colligit intellectum primæ materiæ: prima enim materia non eſt actu ſeorſum: ſed bene eſt in ente actu, quia illius pars: non enim poteſt eſſe ſeparata ab illo: uerum de illa ſe feciſſe ſermonem prolixiorem in primo phyſicorum aſſerit. Obiicit Quæ la
autem Simplicius hic contra Ariſto. quia Ariſto. uoluit nullum corpus fieri ſimpliciter, quia tunc eſſet uacuum. Contra ait, quia uidemus ignem fieri ex non igne. igitur corpus ex non corpore: cuius oppoſitum ait Ariſto. Recte reſpon Quæ exp
det expoſitor, ꝙ Ariſto. bene concederet corpus fieri ex nõ corpore ſecundum indiuiduum: non autem ſecundum genus. ita ut dicatur corpus fieri ex non corpore ſimpliciter, ꝙ nullum omnino præſit corpus: nam re uera ſequitur uacuum eſſe, ut deductum fuit. Sed ubi ponitur corpus ſecundum indiuiduum fieri ex non corpore ſecundum indiuiduũ Q
non ſequitur uacuum eſſe: quia ſemper præeſt corpus ſecundum genus. Præterea quæ Auerroes contra loquentes ſuæ legis induxit: non ſunt contra fidem noſtram, quia nos non dicimus mundum generari: ſed ex nihilo fieri: ideo nõ oportet concedere uacuum, & propterea recte ſentit expoſitor, ꝙ ait Ariſt. locutum eſſe de gñatione: & non de creatione. Nã ſi mundus generaretur uera gñatione: oportet, pculdubio cõcedere uacuũ ante mundũ, ut deductũ eſt. nos uero dicimus mundũ ex nihilo fieri iõ ante eũ nihil niſi deus creans p̃fuit.

Reliquum aũt eſt dicere quorum corporum generatio eſt, & quam ob cauſam eſt. Cum igitur in oĩbus cognitio ſit per prima. Prima autẽ eorum quæ ſunt, ſint elementa; conſiderandum eſt, quæ ſunt talium corporum elementa, & cur ſunt. deinde poſt hæc quot, & qualia quędam ſint.

Nunc quæ

A Nunc quæ ſit corporum generatio oſtendit, & præmittit intentionem, & ordinem, & inquit. Reliquum autem eſt di
Expoſitio. cere quorum corporum generatio eſt, hoc autem dicit, quia nec omnium corporum nec nullorum generatio eſt, ſed ali-
quorum: ideo quærit quorum ſit generatio, & quā ob cau-
ſam eſt. ſup. illorum generatio, & (ut recte ait expoſitor) hæc conſideratio inchoatur in hoc libro, & in libro de generatio
ne perficitur. Deinde tangit ordinem & inquit. Cum igitur in omnibus cognitio ſit per prima, ex quibus definitiones &
demonſtrationes conſtant. Prima autem eorum quæ ſunt, ideſt rerum naturalium, ſint elementa: intellige de intrinſe-
cis principiis, quia finis & agens ſunt priora. conſiderādum eſt, quæ ſunt talium corporum elementa ſ. generabilium, &
qua ratione ſunt elementa, deinde poſt hæc quot ſint elemẽ
ta, & qualia quædam ſint? Hæc de intentione & ordine.

B Hoc autem manifeſtum erit: ſi ſuppoſuerimus q̃-
In quibus uerbum eſt additum. Se hãt, eſt uerbũ additum. nam eſt ipſius elementi natura. Sit igitur id corporũ elementum in quod cætera corpora diuiduntur: in quibus ineſt potentia, aut actu. hoc enim utro mo-
do ſe habet, dubitabile eſt adhuc: ipſum autem eſt in diuerſa ſpecie indiuiſibile: tale quid enim omnes ipſum elementum, & in omnibus dicere uolunt.

Expoſitio. Exequitur nunc de propoſita intentione, & primo adhuc particularius proponit intentionem, & inquit. Hoc autem manifeſtum erit, ſi ſuppoſuerimus quænam eſt ipſius ele-
menti natura, & ſic particularius proponit dicere quid ſit na tura ſeu definitio elementi. addit. Hoc autem manifeſtũ erit. & reliqua. ut innuat propoſitam intentionem patere ex defi nitione elementi, & ideo eam uult proponere. deinde proſe-
quitur definitionem elementi. Vbi debes ſcire tria eſſe de ratione elementi, quod græci uocant στοιχεῖον, primũ, quod ſit corpus, ad quod cætera corpora reſoluũtur: per hoc enim quod eſt corpus, differt à materia & forma, quæ licet dicanť uniuerſalia elementa in libro phyſicorum. tamen hic non ha
C bent rationem elementi: de quo loquimur. per illud uero ꝙ ad ipſum cætera corpora reſoluuntur, differt à cæteris cau-
ſis: nam non omnis cauſa dici poteſt elementum, ſed ſolum quæ compoſitionem ingreditur. Secundum uero eſt, ꝙ ele-
mentum inſit in illis: quorum eſt elementum actu uel potẽ-
tia. dixit autem actu uel potentia, quia nondum patet quo modo elementum inſit corporibus mixtis utrum actu uel po tentia: ſed in libris de generatione patebit. nam ſi generatio uel corruptio ſit per congregationem uel ſeparationem, ele-
menta a actu ſunt in mixtis. ſi uero ſit per mutationem ſubſtã tiæ, elementa ſunt poteſtate in mixtis. Tertium autem eſt, ꝙ elementum non diuidatur in alia differentia ſpecie, omne. n. corpus diuiſibile eſt. uerum quędam diuiduntur in corpora ſpecie differentia, ut animal, quod diuiditur in membra ſpe
cie differentia: quædam autem diuiduntur in partes quę nõ differunt ſpecie, ut aer, ignis & cætera. elementum itaq; non diuiditur in corpora differentia ſpecie. Hæc tria tangit, & in-
quit. Sit igitur id corporum elementum: in quod cætera cor-
pora diuiduntur. eſt igitur elementum de numero corporum
D id: in quod corpora diuiduntur, & ſic habetur primum. Dein de tangit ſecundum, & inquit. In quibus ineſt potentia uel actu, & quia nondum patet quõ elementum inſit mixtis, ad dit. hoc enim utro modo ſe habeat, dubitabile eſt adhuc, qa in libris de generatione declarabitur ſi elementum inſit mi-
xtis potentia, uel actu. deinde tangit tertium, & inquit. Ipm aũt eſt in diuerſa ſecundum ſpeciem indiuiſibile, quia licet diuidatur in corpora, omnia illa in quæ diuiditur: ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Hoc eſt tertium, ex quibus tribus cõſtat definitio ele menti. Deinde probat hanc definitionem, & probatio eſt ex communi uſu loquentium, quia hæc definitio eſt ẽt ſecun dum nomen. modo nominibus utimur, ut plures, ut dicitur ſecundo topicorum. Vnde inquit. Tale quid enim omnes ip ſum elementum, & in omnibus dicere uolunt. Sic igiť uolũt dicere quid tale elementum omnes, & in omnibus, quia in corporeis locutionibus & in demonſtrationibus: in quibus principia dicuntur elementa, quæ non reſoluuntur in alia principia. Hæc de definitione elementi. Auerroes aũt in illis E
uerbis. Hoc autem erit manifeſtum, et reliqua. ait hunc pro- Quæ auer. cõmẽ. 31.
ceſſum eſſe à definitione rei ad ſuum accidens, & cauſam aſ
ſignat, quia ratio elementi accidit corporibus ſimplicibus, quæ ſunt, ignis, aer, aqua, & terra. & propterea proceſſus eſt ab ipſa definitione elementi ad accidens corporum, quod eſt eſſe elementum. Secundo Auer. notat ꝙ Ariſtote. indiſtincte loquitur de modo quo elementum eſt in mixtis. ait enim aut potentia aut actu: propter differentes opiniones, ut diximus circa textum. Tertio notat Auer. ꝙ elementum hic aliter ac-
cipitur q̃ in libris phyſicorum, quia hic loquitur de elemen tis mixtorum. Illic uero de elementis ſimplicium & mixto-
rum, quæ ſunt materia & forma, & addit ꝙ materia & for- F
ma dicuntur elementa æquiuoce, quia quando compoſitum reſoluitur ad ipſa: non remanet niſi materia. Sed qñ mixta re ſoluunť ad cõrpa ſimplicia: ipſa remanẽt. Hæc Auer. hic.

Si igitur id quod eſt dictũ, eſt elementũ: talia quę dam corporum eſſe neceſſe eſt. Nam in carne quidẽ ac ligno cæteriſq; id genus ineſt ignis potentia atq; terra: quippe cum hæc ex illis manifeſte ſegregẽtur. In igne autem caro aut lignum non ineſt, neq; potẽ tia neq; actu. Segregartẽur enim iam ſimiliter, neq; ſi unum quid ſolum ſit tale, in illo eſt: neq; enim ſi caro, aut os, aut quoduis cæterorum, erit dicẽdum eſt continuo potentia in eſſe: ſed prꝫconſiderandum eſt quis nam ſit modus generationis.

Nunc oſtendit quæ & quot ſunt elementa, ſed primo ex Expoſitio.
definitione data de elemento concludit eſſe quædam corpo
ra, quæ ſunt elementa. inquit. Si igitur id quod eſt dictũ, eſt elementum, talia quædam corporum eſſe neceſſe eſt. & hoc oſtendit per hoc, quia ſunt quædam corpora quibus compe tunt conditiones poſitæ in definitione elementi, & hoc in-
quit. Nam in carne quidem, ac ligno, cæteriſq; id genus, in- G
eſt ignis potentia atq; terra, quia hæc mixta fiunt per quan-
dam alterationem ex illis, & ſic propter hanc conditionem, quæ competit terræ & igni, habetur eſſe quædam corpora elementa, quæ ſunt ignis & terra, & cætera id genus. probat autem ita eſſe ex ipſa ſegregatione, & inquit. Quippe cũ hęc ex illis manifeſte ſegregentur: animal enim reſoluitur in pul uerem, & in quandam humoroſitatem, atq; in quoſdam ua-
pores, & etiam cætera mixta eodem modo. Quod uerò ad uerba attinet, per ſegregationem non intelligit diſſolutionẽ quantitatiuam, ſed reſolutionem, ut intelligenti patet, qa ſe-
gregatio fit eorum quæ ſunt in actu coniuncta. reſolutio ue-
ro eorum, quæ ſunt potentia unum. Quod autem caro & os & cętera id genus non ſint elementa illorum, oſtendit: & in quit. In igne autem caro aut lignum non ineſt: neq; potẽtia neq; actu: cuius ſignum affert dicens. ſegregarentur. n. hæc ex igne ſi ſup. eſſent in illo, quod nullo modo apparet. Nam licet caro uel lignum ſit ex elementis: non eſt ex illis per reſo lutionem, ſed per mixtionem eorum alteratiuam, & quia nõ nulli (ut Thales) poſuerunt unum eſſe omnium elemẽtum uidelicet aquam: addit ſimiliter neq; ſi unum quid ſolum ſit
tale elementum omnium, ut Thales poſuit: in illo uno eſt ca H
ro aut lignum, ut dicetur in libro de generatione, ſed qa quiſ piam dicet ex elementis fieri lignum & carnem & cętera mi xta, & ita poſſet dici hæc mixta eſſe in elementis. Reſpõdet. neq; enim ſi caro, aut os, aut quoduis cæterorum erit. ſup. ex elementis, eſt dicendum propter hanc rationem continuo il-
la ineſſe potentia in igne & aliis elementis, ſed eſt prꝫconſi-
derandum, uidelicet in libro de generatiõe, quis nam ſit mo dus generationis illorum mixtorum ex elementis. Nam di-
cetur mixta fieri ex elementis non per reſolutionem, ſed per miſtionem. Patet igitur ex iis eſſe quædam corpora, quę ſunt elementa, & huius cã eſt, quia his competit definitio data de Quę auer.
elemento. Animaduertendum eſt quòd textus quos Auer- cõm. 33.
roes habebat à commen. 33. uſque ad. 33. parum aut nihil concordant: ideo in dictis Auerro. non eſt facienda uis quo ad uerba Ariſtotelis. Notat Auerro. commen. 33. in fine ſyl-
logiſmum quendam quo probat corpora ſimilaria, ut caro,

os,& eiuſmodi:non eſſe elementa, & eſt, corpora ſimilaria diſſoluuntur in alia, elementa non diſſoluuntur in alia. igitur corpora ſimilaria non ſunt elementa. Huius ſyllogiſmi prima propoſitio eſt minor. ſecunda uero eſt maior.

Afferit uerbū additū. Ait uerbū additum. Dicit uerbū additū. Putat uerbū additū.

Anaxagoras autem contrario modo ipſi Empedocli de elementis dicit. Nam hic quidem ignem & terram cæteraq; eiuſdem ſeriei corporum elemẽta eſſe: ac omnia ex his conſtare dicit. Anaxagoras auté huius contrarium aſſerit: ſimilaria enim (dico auté ut carnem & os, & cætera id genus) elementa eſſe ait. aerem autem & ignem horum, cæterorũq; ſeminũ omnium miſcellam eſſe: utrunq; enim ipſorum ex cunctis ſimilaribus inuiſibilibus congregatis eſſe dicit: quapropter & omnia ex his fieri putat: ignem. n. K & ætherem idem appellat.

Expoſitio. Nunc ponit differentiam inter opinionem Empedoclis, & Anaxagorę, & primo proponit eos diuerſa ſentire, immo contradictoria, & inquit. Anaxa. autem cõtrario modo ipſi Empedocli de elementis dicit. Deinde exponit quo modo diuerſa ſentiunt, & inquit. Nam hic quidem ignem & terram cæteraq; eiuſdem ſeriei corpora: uidelicet aquam & aerem ait eſſe elementa corporum. ſup. omnium quæ generãtur & corrumpuntur: ac omnia quę fiunt conſtare ex his. Anaxag. aũt huius cõtrarium aſſerit: quatenus ait, ſimilaria ut carnẽ, os, & cętera id genus eſſe elementa omniũ eorum quę fiunt. Immo quod plus eſt aſſerit aerem & ignem & cętera talia eẽ miſcellam quandam horum: uidelicet carnis & oſſis, & cæterorum ſeminum omnium, quę dicunt partes ſimilares, & hoc, quia utrunq; ipſorum. ſ. aerem & ignem dicit eſſe ex ſimilaribus inuiſibilibus congregatis: ecce quomodo dicunt contraria omnino, & huius cãm aſſignauit Ariſto. in lib. phyſicorum, quia poſuit quodlibet in quolibet, & quodlibet fieri ex quolibet, & ſic partes ſimilares quę ſunt ſenſu indiuiſibi L les ſunt omnium rerum principia: ẽt elementorum. Empedocles autem ait elementa eſſe principia ſimilariũ partium.

Quod uerò ad uerba attinet, debes ſcire q̃ partes eiuſmodi dicebantur ſpermata, hoc eſt ſemina apud Anaxa. ideo ait aerem & ignem eſſe ex his, uidelicet carne & oſſe, & cæteris ſeminibus, quia ex infinitis inuiſibilibus. Et quia Anaxa. de igne nihil meminit: ideo ſubdit. ignem enim & ętherem idem appellat, & ſic, quæ dicit de ętherę, intelligẽda ſunt de igne: de his opinionibus prolixe dictum eſt in lib. phyſico. ideo nunc ſit dictum de his hactenus. Quæ dicit Auerroes in hoc cõmẽto non ſunt ad propoſitum, quia nec textus eius Quæ auer. cõmẽ. 34. concordat cum grecis uerbis. Ex his colligi põt prima rõ: qua probatur elementa eſſe, quæ partim definitione elementi: partim authoritate Empedoclis eſt comprobata.

Cum autem cuiuſlibet naturalis corporis ſit motus proprius: motuum autem ſint alii quidem ſimplices: alii uero mixti, & mixtorum quidem mixti: ſimplicium autem ſimplices ſint: patet eſſe quędam M corpora ſimplicia: ſunt enim & ſimplices motus: quare & elementa eſſe, & quam ob cauſam elementa ſint: perſpicuum eſt.

Expoſitio. Ponit quaſi ſecundam rationem qua probat elemẽta eſſe, & inquit. Cum autem cuiuslibet naturalis corporis ſit mõtus proprius: motuum autem ſint duplices, alii quidem ſimplices, alii autem mixti, & mixtorum quidem motus mixti, ſimplicium autem ſimplices ſint: hæc tria primo huius ſunt declarata: patet eſſe quædam corpora ſimplicia in rerum natura. & hoc quia motus ſimplices ſunt in rerum natura. Deinde epilogat. & inquit. Quare & elementa eſſe, & quam ob cauſam elementa ſint perſpicuum eſt, ſunt enim elementa, quia motus ſimplices ſunt: in quibus uerbis patet ſecũda ratio, quæ eſt enthymema: cuius antecedens eſt una copulatiua ex tribus propoſitionibus declaratis in primo huius. conſequens uero eſt q̃ quædam corpora ſint in rerũ natura elementa mixtorum. Auer. autem qui non habebat textum cõ N cordem cum uerbis grecis: diſputat cum Themiſtio circa Quæ auer. expoſitionem ſui textus. uult enim ipſe q̃ Ariſto. uelit q̃ qui ponunt corpora ſimilaria fieri & reſolui in ſimilaria: nõ poſſunt dicere mixta fieri ex elementis. & cauſa eſt, quia mixta non reſoluuntur ad ſimilaria, quia ſi reſoluantur ad elementa: elementa differunt ſpecie. Prętera impoſſibile eſt etiã id quod dicunt, uidelicet q̃ ſimilaria fiant ex ſimilaribus: non enim facies ex faciebus, aut figura ex figuris, aut os ex oſſibus fit: cuius contrarium uolunt antiqui dicentes generationem eſſe congregationem ſimilis cum ſimili, & corruptionẽ diſſolutionem ſimilis à ſimili. Patet igitur ſecũdum hoc eos non poſſe generare corpora non conſimilia. i. mixta ex conſimilibus hoc eſt partibus unius rationis, ut dicebat Anaxag.

Themiſtius uero expoſuit hoc capitulum q̃ Ariſto. uelit, p Quę Tho. bare conſimilia, quæ ſunt elementa non eſſe infinita: nam ſi elementa ſunt infinita, differentiæ eorum erunt infinitæ. dicunt etiam q̃ differentiæ mixtorum, quæ fiunt ab elemẽtis, O ſunt infinitæ, & tamen elementa non ſequitur eſſe infinita, nam ponunt differentias in mixtis, quas non ponunt in elementis. & ita licet differentiæ mixtorum ſint infinitæ, differẽtiæ elementorum non erunt infinitæ. Prętera addit Auer. q̃ dicentes conſimilia eſſe infinita, ponũt infinitum duobus modis in quantitate & qualitate, & dicentes partes eſſe indiuiſibiles, ponunt eas quantitates tantum, & ideo contingit dicentibus conſimilia plura impoſſibilia, q̃ dicentibus partes eſſe indiuiſibiles. Animaduerſione dignum quo ad uerba, ait enim Auerro. translationes quas ipſe habet eſſe Alchindi, & diminutas: ueriores eſſe illas Iſaac: uide cõmẽ. 56. etiam. Vbi patet non eſſe ipſi tribuendam fidem in his, quę dicit circa textum, quia quæ dicit: ſundantur in falſis translationibus. Prætera, de numeris & unitate Auer. notat, q̃ ſi unitas & numeri conſiderentur reſpectu ſubiectorũ, in qui bus ſunt: tunc in eis non inuenitur diuerſitas ſpecifica, quo- P niam differentia ſubiectorum eſt per accidens. Sed ſi conſiderentur inter ſe: in numeris reperitur differentia ſpecifica, quia trinarius differt à quatrinario: non autem in unitate, qa in unitate: nulla poteſt reperiri differentia niſi ratione ſubiecti, quæ eſt accidentalis, & non eſſentialis. Hæc Auer. quæ non carent dubitatione: nam ſi unitas non differt ſpecie ab unitate: tunc numeri non uidentur differre niſi ſecundũ maius & minus: quatenus uidelicet quaternarius plures q̃ trinarius numerus continet. Prętera, differentia ſubiectorũ aliquando eſt eſſentialis, differunt enim genere dimenſiões cœli à dimenſionibus corruptibilium, quia ſubiectũ differt à ſubiecto, tu uero lege quæ diximus alibi de his.

Vtrum auté finita ſint, an infinita: & ſi finita ſint, quot numero ſint: conſequens eſt contemplari.

Hactenus quid ſit elementum, & quot elementa ſint, de- Expoſitio. clarauit: nunc conſequenter pertractare proponit de finitate ac infinitate elementorum, & proponit eius intentionem dicens, utrum autem finita ſint. ſup. elementa: an infinita, & ſi finita ſint: quot numero ſint, conſequens eſt contemplari, q̃ res etiam in libris de generatione plene dicetur. Q

Primum igitur infinita non eſſe (ut quidam arbi- Similaria Homiomera. trantur) contemplandum eſt: atq; eos primum, qui cuncta ſimilaria elementa faciunt, ut Anaxagoras.

Propoſita intentione in uniuerſali, adhuc particularius il- Expoſitio. lam proponit, & inquit. Primum igitur infinita non eſſe (ut quidam arbitrantur) contemplandum eſt, atq; eos primum contemplandum eſt, qui cuncta ſimilaria, quæ græce dicũtur homiomera: elementa faciunt, ut Anaxagoras: quare à poſitione Anaxagorę proponit dicere, qui uoluit partes ſimilares eſſe rerum mixtarum elementa.

Qui dignũ putant Dignificantium Cẽſentium

Nemo enim eorum, qui ita dignum putant, recte accipit elementum: etenim uidemus multa mixtorũ corporum: dico autem ut carnem, & os, & lignum, & lapidem,

A & lapidem:in ſimilaria diuidi. Quare ſi compoſitū non eſt elementum:non omne ſimilare erit elemen/tum,ſed id quod eſt indiuiſibile in diuerſa ſecundū ſpeciem:ut dictum eſt prius.

Expoſitio. Obijcit igitur Anaxagoræ,& primo ex definitione elemē ti,quia non recte Anaxagoras accepit elementum,cum dixit ſimilare corpus eſſe elementum:nam caro,os,lignum,& lapis,ſunt ſimilaria corpora,quę nemo dicet eſſe elementa.& ꝙ nullum horum ſit elementum:probat, quia nullum compoſitum eſt elementum,quoddam ſimilare eſt compoſ tum; ut caro,os,lignum,& lapis,quia quodlibet horum reſoluitur ad elementa,ut patet:quare non omne ſimilare eſt elementum.propterea concludit illud ſimilarium eſſe elementum, quod eſt indiuiſibile in diuerſa ſecundum ſpeciem, ut ignis & aer,&cętera id genus,quorum nullum diuiditur in partes differentes ſpē.inquit.Nemo.n.eorum, ꝙ dignum putant,re cte accipit elementū.Dignū putant:grece eſt ἀξιούντων,&pōt latine exponi cenſentiū,uel putantiū. & quod nemo horum
B recte acceperit elemētū,probat.& inquit. Etenim uidemus multa mixtorū corporū:dico aūt ut carnē,& os, & lignū,& lapidē,in ſimilaria diuidi,& tamen nullū horū eſt elementum.Deinde ſyllogiçat quod dixerat,& inquit. Quare ſi cōpoſitum.ſup.ex diuerſis ſpecie non eſt elementum,& ſup.ali quod ſimilare eſt compoſitū:concludetur,non omne ſimilare eſſe elementū,ſed concludetur id eſſe elementū, quod eſt indiuiſibile in diuerſa ſm ſpēm,ut dictum eſt prius.Hęc eſt prima rō accepta à definitione elementi: non quidē contra infinitatē principiorum, ſed contra acceptionē ipſius eſſenti.

Quod uerò ad uerba attinet,debes ſcire,ꝙ homiomera.i.ſi milaria corpora duplicia ſunt, quędā homiomera exiſtēter, quędā apparenter,ut notant græci expoſitores. apparenter quidē homiomera ſunt corpora,quę uidentur diuidi in partes eiuſdē rōnis,ut caro,& os:nā quęlibet pars carnis eſt caro,& quælibet pars oſſis eſt os. non aūt dicuntur homiomera exiſtenter,quia non diuiduntur in homiomera corpora pri
C ma diuiſione, quia caro prima diuiſione diuidit in quatuor corpora quæ ſunt elementa, quæ non ſunt eiuſdem ſpeciei. ignis uero & aqua & aer & terra ſunt homiomera exiſtēter, quia non diuidunt in corpora prima diuiſione,q̄ ſunt diuerſarum ſpērū,ſed in partes eiuſdē rōnis. Nā licet diuidant in materiā & formā:hęc nō ſunt corpora,ſed ptes eſſentiales, ut patet.Sic igit eſſentū male acceperunt.Hæc Ariſtoteles.

Sumentes Sumitibus Velit Sumpſerit Adhuc aūt neq; ſic elementum ſumentibus,facere infinita neceſſe eſt:omnia.n.eadem ēt finitis exiſtentibus reddent:ſi quiſpiam uelit:idem.n.facere, ſi duo aut tria talia ſolum ſint, ut & Empedocles nitit: cū enim ipſis & hoc modo non omnia ex ſimilaribus facere accidit (faciem enim non ex faciebus faciūt: nec aliud quicquā eorum quę ſecundum naturam figurata ſunt) patet longe melius eſſe principia facere finita,& hæc tanquā minima:ſi eadem omnia demonſtrari poſſunt,quemadmodum & qui in mathematicis cenſent:ſemper enim,aut ſpecie, aut quantitate
D finita principia ſumunt.

Facere,fuerbā additū. Poſſint futura ſunt Expoſitio. Secundo obijcit Anaxagoræ ratione tacta in phyſicis. uidelicet ꝙ dato ꝙ Anaxagoras bene ſumeret elementū: non recte facit principia infinita, & addit rōnem quia omnia ea quę ſaluari poſſunt per principia infinita: ſaluari poſſunt per finita,& æque bene:quare fruſtra principia infinita facit,inquit.Adhuc aūt nec ſic elementū ſumentibus ut Anaxagoras ſumit:neceſſe eſt facere infinita elementa tanq̄ rerū miſtarū principia,& reddit cām,quā in phyſicis poſuit, & inquit.Omnia.n.eadē ēt finitis exiſtentibus elementis redden tur,ſi quiſpiā uelit.ſup.reddere:idē n.faciet ſi uelit,ſi duo aut tria talia ſolū ſint,ut & Empedocles nititur facere. Deinde (ut mihi uidetur)alia quaſi rōne ſumpta, præponit Anaxagoræ Empedoclem,& inquit.Cum enim ipſis & hoc modo non omnia ex ſimilaribus facere accidit(faciem enim nō ex faciebus faciunt,nec facere poſſunt: nec aliud quicq̄ eorum quæ ſecundū naturam figurata ſunt) patet longe melius eſſe B
principia facere finita,& hęc tanq̄ minima ſi fieri poteſt,& ſi hæc eadem demonſtrari poſſint per finita,quæ demonſtrā tur per infinita:quēadmodum & qui in mathematicis cenſent.ſup.faciunt,qui ſemper aut ſpecie,aut quāritate,hoc eſt numero,finita principia ſumunt.Sic igitur Ariſto.prius obiecit Anaxagoræ ratione ſimpliciter.ſecundo obiecit eidem pręponendo ipſi Empedoclem. Quod uerò ad uerba attinet,debes ſcire ꝙ quæ ſunt rerum principia eſſendi, ſunt ēt principia demonſtrandi accidentia per ſe rerum,& propterea Ariſto.uoluit melius dixiſſe Empedoclem q̄ Anaxa. qa res potuit facere,& demonſtrare accidentia illarum p̄ principia finita,quod non fecit Anaxa.& ſic melius fecit & quo ad rerum generationem, & quo ad rerum demonſtrationē, ut tetigit Ariſtoteles in libro poſteriorum.

Præterea ſi corpus à corpore diuerſum dicitur ſe F
cundum proprias differentias: corporū aūt dr̄ię ſint finitę:(ipſis enim ſenſibilibus differunt:atq; hęc ſunt finita,quod quidem demonſtrari oportet:) patet & elementa neceſſario eſſe finita.

Expoſitio. Tertio arguit Ariſto.ſyllogiſmo hypothetico:cuius antecedens eſt una propoſitio compoſita copulatiua,ſic: præterea ſi corpus à corpore proprijs differentijs diuerſum dicit, & corporū differentiæ ſunt finitę,hoc eſt antecedens.uerum anteq̄ inferat conſequens:probat ſecundā propoſitionē, & inquit.Ipſis.n.ſenſibilibus differunt corpora ipſa, quæ ſunt calidum,humidum,ſiccum,& frigidum:atq; hæc ſunt finita, quod quidem demonſtrari oportet.ſup. in libro de generatione,& uſq; ad illum locum relinquatur: concludit propoſitum,& inquit.patet & elementa neceſſario eſſe finita:poteſt autem ſyllogiſmus categorice ſic componi:quorūcunq; corporum differentiæ ſunt finitæ:ipſa ſunt finita differentię elementorum ſunt finitæ.igitur elementa ſunt finita.Minor pro G
babitur in libro de generatione, quia tot ſunt combinationes poſſibiles.Hæc Ariſtoteles,& ita Ariſt.in hac rōne ſupponit duo.primum,ꝙ corpus à corpore non differt niſi propriis differentijs.ſecundum, ꝙ differentiæ corporum elemē torum ſunt finitæ:ex his ſequitur elementa eſſe finita.

Pręterea etiam nec ut quidam alii dicunt ut Leucippus & Democritus abderites:ea quę accidunt, rationi ſunt conſentanea: primas enim magnitudines multitudine quidem infinitas.Magnitudine aūt indiuiſibiles eſſe dicūt,& neq; ex una multa fieri:neq; ex multis unum,ſed harum complexione:amplexio neq; omnia generari. Et hi nāq; quodam modo numeros omnia quę ſunt: atq; ex numeris faciunt. Nā & ſi non dilucide dicunt: hoc tamen dicere uolunt. Et inſuper cum figuris corpora differant: figurę uero ſint infinitę:infinita & ipſa ſimplicia corpora eſſe dicunt.qualis autem & quę eſt uniuſcuiuſq; elemen ti figura:nihil definierunt, ſed igni ſolum ſphæram tribuerunt:aerem autem & aquam & cætera magni H
tudine paruitateq; diuiſere,quia natura ipſorum eſt Semen Panſpma
ut omnium elementorum ſemen.

Expoſitio. Conſequenter obiterq; opinionem Democriti & Leucippi narrat:deinde illi cōtradicit,inquit. Prętera etiam nec ut quidam alii dicunt.uidelicet Democritus abderites & Leucippus,ea quæ accidunt circa generationem corruptionēq; rerum ſunt rationi conſentanea. Poſtea narrat ea quæ dixerunt circa generationem,& inquit.Primas enim magnitudines multitudine quidem infinitas: magnitudine indiuiſibiles eſſe dicunt.eſt igitur eorum quæ dicunt primum uidelicet ꝙ primæ magnitudines ſunt multitudine infinitę:magnitudine uero indiuiſibiles.hæc Democritus uocat atoma.ponit ſecundū eorum,quę dicunt,& inquit.Et neq; ex una illarum magnitudinum dicunt multa fieri: neq; ex multis unū, ſed dicunt omnia generari harum magnitudinum complexione amplexioneq;.differt autem amplexio ab ipſa comple

I xione, quatenus amplecti est circum circa plecti, complecti uero est simul plecti. Dixerunt igitur res fieri utroq; modo aggregatione magnitudinum: uidelicet amplexione & complexione. Eorum etiam quæ dicunt. tertium est, quod ait, & hi nanq; quodam modo numeros omnia quæ sunt, atq; ex numeris faciunt. Sed quia hoc non aperte dicunt: ostēdit eos sic uelle dicere, & inquit. Nam & si non dilucide hoc dicunt: hoc tamen dicere uolunt: in eo enim quod dicunt physica fieri ex corporibus, uidentur dicere non omnia fieri ex numeris. In eo autem q; ponunt corpora illa atoma quasi unitates uelle uidentur omnia fieri ex numeris. Deinde ponit quartū eorum quæ dicunt, & inquit. Et insuper cum figuris corpora differant, ut nunc supponit ad mentem illorum: figuræ uero corporum sunt infinitæ: infinita & ipsa simplicia corpora eē dicunt. & sic quartum est q; atoma corpora sunt infinita, qā corporum quæ fiunt ex atomis figuræ sunt infinitæ. Deinde addit quæ prætermiserunt de elementis, & quæ de illis di

K xerunt: & inquit. Qualis autem & quæ est uniuscuiusq; elementi figura, nihil definierunt, sed igni solum sphæram tribuerunt. aerem autem & aquam & cætera: uidelicet terrā, magnitudine, paruitateq; diuisere, quia non differunt nisi secundum densum & rarum, quatenus ipsorum natura est ut omnium elementorum quæ sunt corpora atoma semen. & sic terra, aer, & aqua, non differunt, quia conueniunt in hoc q; sunt semen omnium atomorum, & ita uelle uidetur atoma esse rerum principia, & tria illa elementa esse semen atomorum: dixit autem & cætera in numero plurali, quia licet præter aerem & aquam sit sola terra (secundum eos) quæ sit pā sperma atomorum: tamen loquitur si plura essent ultra terram. Hæc igitur breuiter sunt, quæ dixerunt de rerum naturalium principiis Democritus & Leucippus. Multa alia in libris de generatione dixit. Quæ autem Auerroes ait in cō men. 36. & 37. non sunt ad propositum, quia nec eius trāslationes concordant cū græcis uerbis: ideo & nos dimisimus.

Quę auer. cō. 36. & 37.

L Error Peccatum Euenit uerbā additū. Dū liceret exon Expositio.

Primum quidem igitur & ipsis idem error euenit, non finita ipsa principia sumere: dum eadem omnia dicere liceret.

Enarratis his quæ dixerunt Leucippus & Democritus: nunc obijcit illis: primo, quia eis euenit ille idem error, qui aliis eueniebat. uidelicet non finita ipsa principia sumere, est enim error, pro quanto per principia finita æque bene omnia saluari possunt, ueluti per infinita. inquit. Primum quidē igitur & ipsis Democrito & Leucippo idem error euenit, q; accidit Anaxago. quem exponit dicens non finita ipsa principia sumere, dum eadem omnia dicere & saluare ipsis liceret per finita, ueluti per infinita, & æque bene. igitur frustra ponunt infinita, & hic est primus eorum error, qui accidit his ueluti accidebat Anaxagore.

Figurarum Corporum Elemētorū Expositio.

Præterea si figurarum differentiæ non sunt infinitæ: patet elementa infinita non fore.

Secundo arguit ut prius, corporum scilicet elementorum sunt differentiæ finitæ, & non infinitæ. igitur elementa sunt finita. antecedens patet, quia differentiæ sunt sensibiles qualitates, quæ finitę sunt. Quod uerò ad uerba attinet, figura-

M rum græce est σχημάτων, sed alibi legitur στοιχείων, hoc est elementorum: alibi σωμάτων, hoc est corporū, & quouis modo legatur: per figuras intelligit species corporum, quę si sint finitæ: elementa ipsa infinita esse non possunt, siue per corpora intelligat mixta, siue simplicia.

Sub opinionem ejus Cadunt ἐνδοξῶν

Præterea indiuisibilia corpora esse dicentes necesse est mathematicis scientiis aduersari. Complurag; eorum quæ sub opinionem omnium cadunt, & eorum, quæ sensu uidentur, destruere: de quibus antea diximus in his, quę de tpe motuue sunt dicta.

Expositio.

Tertio obijcit quia ponentes atoma corpora destruūt mathematicas, quatenus coguntur dicere continuum componi ex indiuisibilibus, quod est contra mathematicas scientias. Destruunt etiam communes opiniones naturalium, q̄ sunt q; res naturales generantur atq; corrumpuntur. Nam datis atomis generatio & corruptio rerum naturalium tollit, quas N communis omnium hominum opinio tenet. Destruunt multa quæ cadunt sub sensum, ut alterationem, & augmentationem, quo uero modo hæc destruere ipsis accidat, inquit. de q bus antea diximus in his quæ de tēpore motuue sunt dicta: hoc est in libris physicorum. illic enim exposuit quo modo dicentibus atoma accidat hæc destruere. Hoc modo Auerroes exposuit ultimam partem textus. Quę ante cōmi. 33

Simul autem & contraria ipsos dicere sibiipsis necesse est: impossibile est enim si elementa indiuisibilia sint, magnitudine paruitateq; differre aerem, & aquam, & terram: non enim possibile esset ex sese mutuo generari. Corpora nanq; maxima si segregātur: semper deficient. At hoc pacto aquam & aerem & terram uicissim ex sese fieri asserunt.

Quarto obijcit, quia sibiipsis contradicunt, ubi debes scire q; Democritus & Leucippus dixerunt aerem, & aquam, O & terram, differre magnitudine & paruitate atomorum elementorum ex quibus ipsa sunt, quatenus elementa ex quibus terra est, sunt maiora elementis ex quibus est aqua, & elementa ex quibus est aqua, sunt maiora elementis ex quibus est aer, & sic, ut dictum est: hæc tria differunt magnitudine & paruitate eorum elemētorum atomorum ex quibus sunt. Secundo, dixerunt aerem, & aquam, & terram, ex sese mutuo generari: modo hęc duo aduersari uidentur. Cum ex secundo concesso sequatur oppositum primi. Nam si aqua fit ex terra secundum eos segregatione elementorum atomorum ex quibus terra erat, aut illa elementa atoma terræ ex quibus ipsa erat pro generatione aquæ diminuentur, aut æq̄ stabunt. Si diminuentur: tunc erunt diuisibilia: non enim potest indiuisibile diminui. Sin uero æque stabunt elementa atoma ex quibus erat terra, in generatione aquæ: tunc elementa ex quibus aqua est erunt æqualia elemētis ex quibus erat terra, quoniam illis non diminutis fit aqua, & sic elementa aquæ & terræ erunt æque maxima, quare aqua & terra non P differunt magnitudine & paruitate elementorum ex quibus sunt. Ecce quomodo ex secundo concesso sequitur oppositū primi. inquit. Simul autem & contraria ipsos dicere sibiipsis necesse est, & hoc deducit. d. impossibile est enim si elementa indiuisibilia sint, ex quibus supple sunt aer, aqua, & terra, magnitudine paruitateq; differre aerem, & aquam, & terram, & ostendit q; contradicant, & inquit. Non enim possibile esset ex sese mutuo generari. Corpora nanq; maxima, hoc est aliquanta & diuisibilia si segregentur ab aliquo pro generatione alterius corporis semper deficient, & diminuētur. modo hoc est impossibile: ex quo sunt atoma, propterea subdit. at hoc pacto aquam, & aerem, & terram, uicissim ex sese fieri asserunt: quare sibi aduersantur, quatenus dicūt elementa ex quibus sunt terra, & aer, & aqua esse atoma, & q; hæc ex sese mutuo fiant, quia ut deductum est ex secundo cō cesso sequitur oppositum primi. Auerroes autem aliter tex Quę ante cōmi. 39. tum exponit. Et primo narrat, quæ ipsi uolunt, & inquit. q; ipsi uolunt q; terra non differt ab aqua, nisi quia est composita ex partibus indiuisibilibus maioribus, q̄; sint partes indiuisibiles, ex quibus componitur aqua. simili modo aer differt Q ab aqua, partes enim ex quibus constat aqua, sunt maiores partibus indiuisibilibus, ex quibus constat aer. Secundo dicunt quomodo aqua ex terra, & aer ex aqua fiat, & ait q; qñ terra fit ex aqua, partes magnæ propriæ terræ exeunt ex aq̄, & remanent paruæ proprie aquæ, & sic terra ex aqua. econtra fit, quando ex terra fit aqua, exeunt enim partes paruę ex terra, & congregantur in aquam, remanentq; partes magnę.

Obijcit igitur Aristoteles huic opinioni ut exponit Auer. & potest ratio sic reduci ad formam. Vel partes magnæ & paruæ ex quibus sunt elementa illa, sunt finitæ uel infinitæ, si infinitæ, erunt magnæ in terra infinitæ, & paruæ ēt infinitæ. Similiter in aqua erunt utræq; infinitę, & ita sequitur q; aqua & terra in nullo differunt, qm̄ in utroq; paruę & magnę partes erunt æquales numero. Sinaūt utræq; sunt finitæ, hoc esse non pōt nisi in terra p̄dominent magnę, & in aqua

p̄dominent

A ꝑdominent paruę. Quo dato ſequunt duo. primum, ꝙ partes ex qbus hęc ſunt, ſint diuiſibiles. & ꝑm, ꝙ generatio ceſſet, ita ut non ſit perpetua, & per conſequens ſi aqua ſit ex terra: nō reuertetur ſemper terra ex aqua. primum deducitur ſupponē do terram conſtare. 15. partibus. 10. uidelicet magnis & qn que paruis: aquam econtra ex. 10. uidelicet paruis; quinque uero magnis. Hoc patet, quia in terra magnæ prædominan tur: in aqua paruæ. Secundo ſupponit aquam fieri ex dimi dio terræ, quādo fit ex terra, & terram fieri ex dimidio aquę, quando fit ex aqua. Hoc ſaltem de poſſibili eſt uerum: tunc arguitur: terra fit ex aqua. igitur fit ex medietate aquæ, ut in ſecundo dicebatur: quare fit ex. 7. partibus cū dimidio: qnꝙ uidelicet magnis, duabus paruis: cum dimidio unius paruæ, & ſic ſequitur partem illam diuidi. Simili modo deduci po teſt ſi aqua fieret ex terra. & ſic patet primum ꝙ partes illæ erunt diuiſibiles. ſecūdum, deducitur etiam quia ex quo par tes utrꝙ ſunt finitæ: tandem finientur. & ita non perpetuo aqua ex terra: nec terra ex aqua generabitur. Hæc Auerroes

B quæ quidem multifariam deficiunt: non enim conſonant ra tioni, nec textui: ideo omittantur. Deinde ſequitur illa par ticula. Themiſtius autem: Vbi inducit expoſitionem The miſtĩ aliam. Nam Themiſtius ait, ſequi ex illis conceſſis: ui delicet ꝙ partes magnæ generentur ex paruis, & paruæ ex magnis, aut uia alterationis eiuſdem partis ex magnitudine in paruitatem, & ex paruitate in magnitudinem, aut uia di uiſionis & compoſitionis. uidelicet quia pars magna diuiſio ne fit parua, & paruæ congregatione fiunt magnæ, quæ ſunt abſurda. Indiuiſibilia enim nō poſſunt alterari, nec poſſunt diuidi. Hæc Themiſtius, ut narrat Auerroes quem ego non uidi, ſed ſcio, ꝙ nec hæc expoſitio eſt ad propoſitum codicis græci, & ideo non puto eſſe Themiſtĩ. Deinde ſequitur illa particula. Deinde opponit Ariſtoteli. Vbi inducit Themi ſtium reſpondere Ariſtoteli. & diſtinguit de generatione, ꝙ alia eſt improprie, quæ dicitur generatio per æquiuocatio nem. Alia proprie quæ eſt per formæ de potentia materiæ eductionem mediante alteratione. Prima, ut dicit Themi

C ſtius, fit ſubtractione, uelut cum generatur rhob, hoc eſt mu ſtum coctum. Velut cum per decoctionem à uino ſeparan tur partes ſubtiles, & craſſiores remanent, aut fit diuiſione uel compoſitione, ut cum magnæ partes diuiduntur, & fiunt paruæ: uel cum paruæ componuntur, & fiunt magnæ. Vult igitur Themiſtius ꝙ Democritus & Leucippus locuti ſunt in generatione impropria, & non in generatione propria. Obiicit autem Auerroes Themiſtio pro Ariſtotele, & ait ꝙ quomodocunꝙ ſit, ſequitur ut partes indiuiſibiles fiant diui ſibiles. Nam ſiue loquantur in generatione accidentali, quæ fit ſubtractione, uel congregatione: ſiue in generatiõe ſubſtã tiali, quæ fit formæ eductione: ſemper ſequitur dictum im poſſibile, & quo modo hoc ſequitur: dictum eſt, tamen Auer ro. dat ueram rationem Ariſtotelis: nam per eos iſtæ partes fiunt abinuicem, aut igitur uera generatione alteratiua, aut ac cidentaliter. ſi uera generatione: tunc aut paruæ in magnas, aut magnæ in paruas mutabuntur ſecundum qualitatem uel quantitatem. Nam ſi ſecundum quantitatem: hoc fiat uia di

D uiſionis uel uia compoſitionis, & ſequitur ut prius, ꝙ pars di uidetur, ut quando conſtat ex partibus imparibus. ſi uia al terationis partes indiuiſibiles alterabuntur, quod eſt impoſ ſibile. Si autem fiunt generatione accidentali: hoc non fiet niſi per ſegregationem magnarum in paruas, & ſequitur di uiſio, uel congregatione. & ſic finietur generatio. Quare om nino errauerunt. Ego uero dicerē, ꝙ ſi illi loquuntur in ge neratione accidentali, quæ dicitur generatio per æquiuoca tionem, erunt diminuti, quia nihil dixerunt de uera genera tione. quare ſi ſufficienter loquuti ſunt: oportet eos loqui de uera generatione, & ſic ſequuntur omnia quę dicit Ariſto.

Sententiã Themiſtii Opinionē Simplicium

Præterea neꝙ ſecundum horum ſententiam infi nita ſane elementa fieri uidebuntur: ſi corpora qui dem figuris differunt. Figurę uero omnes ex pyra midibus conſtant. Rectilineæ quidem ex rectilineis: ſphæra autem ex partibus octo: ſint enim aliqua fi gurarum principia neceſſe eſt. Quare ſiue ſit unum E ſiue duo: ſiue plura, & ſimplicia corpora totidem erunt multitudine.

Secundo oſtendit ſibiipſis cōtradicere. Nam ponunt cor Expoſitio. pora abinuicem per figuras differre: ex hoc ſequitur ſimpli cia corpora non eſſe infinita. & ſyllogiçemus ſic, quæcunꝙ corpora differunt figuris, ſunt finita numero. ſimplicia cor pora differunt figuris. igitur ſimplicia corpora ſunt numero finita. Maior probatur, quia figuræ ſunt numero finitę: nam omnes conſtant ex pyramidibus: rectilineæ quidem ex rectilineis, rotundæ autem ex rotundis, ut ſphæra ex octo par tibus. Modo pyramides ſunt finitæ, ꝙ uero ſimplicia corpo ra differunt figuris, patet, quia mixta reſoluuntur ad ſimpli cia, & ſimplicia corpora ad figuras (ut dicunt) igitur ſimpli cia corpora differunt figuris, inquit. Præterea neꝙ ſecundū F horum ſententiam infinita ſane elementa uidebuntur fieri: cuius contrarium ſentiunt, & ponit rationem dicens, ſi cor pora quidem figuris differunt: ſcilicet elementaria, & figurę, ſupple omnes ſint numero finitæ, quia figuræ omnes ex py ramidibus conſtant, quæ ſunt numero finitæ. Rectilineæ qui dem ex rectilineis, ſphæra autem ex partibus octo. & ꝙ pyramides ſint ex quibus conſtant figuræ, patet, quia neceſſe eſt eſſe aliqua principia figurarum, quæ non uidentur eſſe niſi pyramides. Tunc dat concluſionem, & inquit. Quare ſiue illud principium figurarum ſit unum, ſiue duo, ſiue plu ra; & ſimplicia ipſa corpora totidem eſſe multitudine neceſ ſe erit. Patet igitur quali ratione ſibiipſis etiam aduerſentur.

Quod uerò ad uerba attinet: Auerroes notat primo quòd Quę auer. figurarum aliæ ſunt eſſentiales corporibus, ut cœlo ſphæri cõmẽ. 40. ca, & hominibus humana. Aliæ accidentales, ut ſphærica ele mentis. Secundo notat, ꝙ iſti ſupponunt figuras eſſe eſſentia les corporibus elementis, ſiue illa ſint diuiſibilia, ſiue indiui ſibilia. Tunc ex his concludit figuras differre propter cor pora, & quòd numeris figurarum ſit ſecundum numerum corporum. Quod uerò figuræ ſint finitæ, ait Auerro. eſſe ac cipiendum ex ſuppoſitione facta in geometria: illic enim ut G dicit Auerroes declaratum eſt omnes figuras quinꝙ reſolui in pyramides, quæ ſunt rectilineæ aut rotundæ, ut ſphæra octo, cubus ſex, & ſimiliter in aliis quæ dicuntur in libro Eu clidis. Vlterius Auerroes reducit rationem ad propoſitio nes tres pro antecedente, & infert ex illis conſequens. Pri ma igitur propoſitio eſt, corpora figurata differunt per figu ras. Secunda, omnes figuræ corporeæ componuntur ex py ramidibus. Tertia propoſitio quæ eſt cauſa reſolutionis figu rarum in pyramidem eſt, quòd figuræ rectilineæ ſunt ex re ctilineis, & reſoluuntur in triangulum, & pyramis etiam re ſoluitur in triangulum: ita ut prima corporalium figurarum ſit prima ſuperficialium. Ponderat uero Auerroes cur di xit ſphæricam figuram componi ex partibus perfectis, & ni hil dicit, quia hæc uerba non ſunt in græcis codicibus: dicit enim ſphæram eſſe ex partibus octo: hæ ſunt tres propoſitio nes acceptæ quaſi antecedens: ex quibus concludit figuras habere principia. Nam corporeæ reſoluuntur in pyramides, & ſuperficiales in triangulum. Hæc eſt ratio, uerum addit H Auerroes, quòd Ariſtoteles accipit tanquam ſuppoſitionem ꝙ ſi elementa ſunt ſpecie finita: mixta ex illis ſunt etiam ſpe cie finita. Addit etiam ſecundo, ꝙ licet hæc ratio geometrica nulla eſſet, tamen eſt concedendum omnes quinꝙ figuras reſolui in figuras finitas, aut unam, aut duas, aut plures. Hęc Auerro. quæ certe non plane uerbis græcis applicantur.

Deinde ſequitur illa particula. Themiſtius autem. Vbi inducit Themiſtium defendere antiquos, ait enim Themi ſtius, duplices eſſe figuras, regulares, & enormes. regulares quidem finitæ ſunt ut ratio concludit, & de his non loquun tur ueteres: cum dicunt atoma differre figuris. enormes ue ro ſunt infinitæ, & his figuris atoma differre dicunt: qua ra tione ſibi non aduerſantur, quia corpora ſunt infinita, & fi guræ quibus differunt ſunt infinitæ. Deinde dicit. Dicamus igitur. Vbi replicat contra Themiſtium, quia non poſſunt illi intelligere niſi de figuris regularibus, quoniam figuræ irregulares ſunt accidentia corporum, quibus non diffe-

I runt corpora atoma niſi per accidens: quare non poſſunt loqui niſi de figuris regularibus quibus hæc corpora differunt per ſe, & eſſentialiter. Modo cum hæ ſint finitæ, & atoma erunt finita etiam: quare recte Ariſtoteles contradixit antiquis. Hæc Auerroes & ſapide.

Præterea ſi cuique quidem clementorum quidam motus proprius inſit, & ſimplicis corporis ſimplex ſit: non ſunt autem ſimplices motus infiniti: propterea quòd neq; ſimplices lationes plures quã duæ ſunt: neq; loca infinita ſunt: neq; hoc modo profectò ipſa elementa infinita erunt.

Expoſitio. Vltimo obiicit opinioni eorum, & concludit elementa finita eſſe, & ſumit pro antecedente tres propoſitiones, & inquit. Præterea ſi cuiq; quidem elementorum quidam motus proprius inſit. Hæc eſt prima & perſpicua: eo quia elementum eſt corpus naturale: cui omnino oportet ineſſe motum aliquem. Deinde ponit ſecundam, & inquit. & ſimplicis corporis ſimplex ſit, hæc eſt ſecunda & in primo libro plane declarata. Deinde ponit tertiam, & inquit. Non ſunt autem ſimplices motus infiniti: cuius duas aſſignat cauſas, & inquit. Propterea q̃ neq; ſimplices lationes plures quàm duæ ſunt, uidelicet ſurſum & deorſum. Secundo, quia neq; loca infinita ſunt: ſunt enim duo loca. uidelicet alter ſurſum, alter deorſum. Ex his tribus propoſitionibus pro antecedente ſumptis, infert conſequens, & inquit. Neq; hoc modo profectò ipſa elementa infinita erunt: poteſt autem hæc ratio ſic reſolui ad ſyllogiſmos. primus quidem erit, cuiq; elemento motus proprius ineſt. Atomum corpus eſt elementum. igitur cuiq; atomo ineſt proprius motus. Secundus, cuiuslibet ſimplicis corporis ſimplex eſt motus. atomum eſt corpus ſimplex. igitur motus eius eſt ſimplex. Tertius, motus proprij elementorum & ſimplices finiti ſunt, quoniam non plures duobus. Motus atomorum ſunt proprij atomis & ſimplices, ut duo primi ſyllogiſmi probant. igitur motus proprij atomorum & ſimplices non ſunt infiniti, ſed finiti. Ex his tribus ſyllogiſmis ſequitur. Quartus ſic, quot motus tot atoma. finiti ſunt motus. igitur atoma finita erunt. Hoc igit̃ modo ratio ſyllogiſtica Ariſtotelis reſoluitur. Auerro. autem uult q̃ Ariſtoteles nunc demonſtratione oſtenſiua & recta probet elementa eſſe finita, quia antea probauit demonſtratione ducente ad impoſſibile, ut uiſum eſt. Deinde abbreuiat eius textum, & probat primo numerum corporum ſimplicium eſſe ſecundum numerum motuum ſimplicium. nam elementum eſt corpus ſimplex, & omne corpus ſimplex habet motum ſimplicem: ideo quot ſimplices ſunt motus: tot corpora erunt ſimplicia. Secundo probat, q̃ numerus motuum ſimplicium ſit pro numero locorum, & huius cauſa eſt, quia motus ſimplices ſunt ad loca terminata: ideo ſequitur quot loca ſunt: tot eſſe motus ſimplices. Ex his arguit à primo ad ultimum, ſi loca ſunt finita, motus ſunt finiti: ſi motus ſunt finiti, corpora ſimplicia erunt finita. Sed loca ſunt finita. igitur & corpora ſimplicia erunt finita. Quod uero ad uerba attinet: debes ſcire, ut notat Auerro. q̃ ſimplices lationes nõ ſunt plures duabus: loquendo de lationibus rectis, quia loquẽdo generatim ſunt tres: uidelicet à medio, ad medium, & circa medium. Vlterius idem de locis: nam loca generatim ſunt duo, ſcilicet ſurſum & deorſum. ſpeciatim ſunt quatuor, quia alius locus eſt ſurſum ſimpliciter, alius deorſum ſimpliciter: alius ſurſum in reſpectu, alius deorſum in reſpectu: ideo quatuor ſunt elemẽta ſpeciatim, uidelicet ſimpliciter leue ut ignis, qui eſt ſurſum ſimpliciter: ſimpliciter graue ut terra, quæ eſt ſimpliciter deorſum: leue in reſpectu ut aer, qui eſt ſurſum in reſpectu: graue in reſpectu ut aqua, quæ eſt deorſum in reſpectu: generatim aũt duo ſunt graue & leue: uelut ẽt duo ſunt loca generatim ſurſum & deorſum.

K

L

Que auer. cõm. 41.

M

Cum autem finita eſſe neceſſe ſit: reſtat conſidera re utrum plura ſint, an unum. quidam enim unum ſolum eſſe ſupponunt, & horum alii quidem aquã: alii autem aerem: alii uero ignem: alii autem aquã quidem ſubtilius, aere autem denſius: quod uniuerſos cœlos, cum ſit infinitum, continere dicunt.

a N

r

Cum terminata ſit quæſtio de infinitate elementorum, in qua determinatum eſt non eſſe infinita elementa: proponit nunc aliam quæſtionem, & inquit. Cum aũt finita eſſe elementa neceſſe ſit, reſtat conſiderare utrum plura ſint uno an unum tantum elementum. Deinde proſequendo narrat ueterum opiniones, & primo eorum, qui unum eſſe dixerũt, & inquit. Quidam enim unum ſolum rerum generabilium elementum eſſe ſupponunt, & ſup. alii plura uno: & eorum qui unũ eſſe ſupponunt, narrat dr̃iam, & inquit. Et horũ alii quidẽ aquã, alii aũt aerem, alii uero ignem, alii aũt horũ extremorũ medium: uidelicet aqua quidẽ ſubtilius, aere uero denſius, & hoc medium dicunt ambire atq; continere uniuerſos cœlos cũ ſit infinitum. Quod uero ad uerba attinet, debes ſcire q̃ cũ Ariſt. ait, Quod continere dicunt uniuerſos cœlos: põt dupliciter intelligi. Vno modo, q̃ illud medium contineat cœlos: quatenus extra cœlos eſt illos ambiẽs atq; penetrans, & põt ſtare ad illorũ mentem. Alio modo, q̃ medium illud contineat̃ ab uniuerſis cœlis: quatenus intra cœlum ſtans eſt materia omniũ gñabiliũ. Alii intelligunt, & tertio hoc medium continere uniuerſos cœlos, & oẽs res intra cœlos contentas: quatenus eſt ultis materia cœlorũ, & rerũ gñabiliũ, & totũ eſt bonum. Auerroes aũt addit tertiã qõnem, uidelicet ſi elementa ſunt plura, quæſtio emergit tertia quot ſunt: ait tamen Ariſt. hanc quæſtionẽ dimiſiſſe uſq; ad librum de generatione, & propterea exiſtimatur q̃ iſte liber quaſi præcedit librum de generatione & corruptione, & nõ ſolũ exiſtimat̃ ita eſſe, ſed re uera ita eſt, ut alibi diximus.

O

Que auer. cõm. 41.

Quicunq; igitur hoc unum quidem aquam aut aerem faciunt, aut aqua quidem ſubtilius: aere uero denſius: deinde ex hoc raritate denſitateq; cætera generant: hi ipſi ignorant aliquid aliud elemento ſe facere prius. Nam generatio quidem ex elementis cõpoſitio eſt (ut dicunt) ad elementa uero, eſt diſſolutio: quare id quod eſt ſubtiliorum partium, natura prius eſſe neceſſe eſt. cum igitur omnium corporum ignem ſubtiliſſimum eſſe dicant: ignis utique natura primum erit.

Deinde Siue Si Ignorant Latent

P

Obiicit aũt his nunc Ariſt. inſimul: nam oẽs poſuerunt primũ elementũ eſſe mediũ quoddam inter extrema: eſt. n. aer quoddã quaſi mediũ ignis & aq̃: aqua ẽt quaſi mediũ aeris, & terræ, id quod eſt aere denſius & aqua rarius, quod dicit̃ uapor, eſt ẽt mediũ: quare ſimul his omnibus obiicit, qa oẽs mediũ elementorũ dixerunt eſſe primũ, & primo ſumit qũo hi ſe habent in dictis ſuis ſic dicendo, & inquit. Quicũq; igitur hoc unũ quidẽ aquã, aut aerem faciunt, aut aqua quidem ſubtilius, aere aũt denſius: deinde ex hoc uno, quod ponũt, raritate denſitateq; cætera gñant: nam raritate gñant ex illo ignẽ, & omnia ignea: denſitate aũt terram, & omnia terrea: hi ipſi ſic dicendo ignorant aliquid aliud elemento ſe facere prius. Ex hoc uult hr̃e q̃ ſibiipſi contradicunt, & hoc deducit, & ſupponit primo q̃ quando ex elementis fit mixtorum gñatio, illa gñatio eſt cõpoſitio: cũ non fiat niſi condenſatione & compoſitione, quando uero ex mixtis fit generatio elementorũ, illa generatio eſt diſſolutio: generanr̃. n. elemẽta ex mixtis reſolutione: mixta uero ex elementis compoſitione. Hoc inquit. Nã generatio quidem ſup. mixtorũ ex elemẽtis, cõpoſitio eſt (ut dicunt) ad elementa uero ſup. profectio, eſt diſſolutio: ex hac ſuppoſitione infert non medium elementũ ſed extremũ eſſe primũ, uidelicet ignem, & inquit. Quare id quod eſt ſubtiliorũ partiũ natura prius eſſe neceſſe eſt. Cum igit̃ omniũ corporũ ignem ſubtiliſſimum eſſe dicant: ignis utiq; natura primũ erit. Auerroes deducit primã conſequẽtiam ex definitione elementi, q̃ eſt, q̃ ſit ſimpliciſſimũ eorũ, quæ exiſtunt in cõpoſito: at extremũ eſt ſimplicius medio: eſt enim medium duplex (ut ait) qualitate, ut rubrum inter

Q

Que auer. cõm. 41.

album

A album & nigrum, & hoc eſt ſimplicius utroq; extremo, & quantitate, ut æquale inter ſummum & minimū, & hoc eſt ſimplicius altero extremo: uidelicet ſummo, quod continet æquale, & amplius. Arguatur igitur ſic: ſimplicius eſt prius compoſito, ſubtilius eſt ſimplicius denſo. igitur prius denſo. Vlterius ſequitur ſecunda conſequētia: uidelicet q̄ ignis ſit primum omnium, quia eſt omnium ſimpliciſſimū. Sed hæc deductio non placet, quia non ſequitur ex ſuppoſitione poſita: ſuppoſitio enim fruſtra fuiſſet. Melius igitur dico, q̄ prima & ultima conſequentia ſequuntur duobus poſitis. primum eſt q̄ elementorum generatio ex mixtis ſit reſolutio: generatio mixtorum ex elementis ſit compoſitio. ſecundum eſt, q̄ compoſitio ſit natura prior reſolutione: nam compoſitio eſt motus à non eſſe, uel ſaltem ab eſſe imperfectiori ad
B eſſe perfectius. Ex his duobus ſequit̄ id quod eſt ſimplicius & ſubtilius eſſe prius, q̄a terminus à quo eſt uia naturę prior termino ad quem. Arguatur igitur ſic, quod eſt prius in aliquo ordine eſt prius omni eo quo ille ordo eſt prior. Sed ſimplicius eſt prius natura in compoſitione, & compoſitio eſt prior reſolutione. igitur ſimplicius eſt prius mixto & medio. quare ignis qui eſt ſimpliciſſimus: erit primum corpus omnium corporum, uel dici poteſt q̄ ſufficit illa ſuppoſitio, quam Ariſtoteles poſuit: uidelicet q̄ generatio mixti ex elementis ſit compoſitio: generatio elementi ex mixto ſit reſolutio, quia ſi eſt reſolutio: eſt quia à mixto ad elemētum itur tanquam ad ſimplicius: modo ſimplicius prius eſt natura compoſito. igitur ignis qui eſt omnium ſimpliciſſimum: erit omnium primum, quod eſt contra eos, & ſic patet deductio utriuſq; conſequentiæ ex illa una ſuppoſitione. Ex his infert Auerroes contra Themiſtium, q̄ hoc impoſſibile deductum contra antiquos non eſt, quatenus uoluerunt generationem eſſe uia rarefactionis & condenſationis, ſed quatenus uoluerunt primum elementum eſſe quoddam medium
C inter extrema, & hoc quod dicit Auerroes rectum eſt: nam contra hoc obijcit Ariſtoteles, ut omnibus patet. Præterea arguit Auerroes, ſi confutatio Ariſtotelis eſſet contra hoc quod dixerunt de generatione q̄ ſit raritas uel denſitas: tunc quæritur utrum per raritatem uel denſitatem intelligerent formas ſubſtantiales, an accidentales: uidelicet qualitates. Si ſubſtantiales: tunc medium non eſſet corpus in actu, ſed ens in potentia, ut materia, quod eſt contra eos: ſinautem intelligunt eſſe qualitates: tunc generatio eſſet alteratio, ut in libro de generatione argutum eſt. & ita dici poteſt q̄ ſiue Ariſtoteles obiiciat contra hoc quod dicunt primum elementum eſſe medium: ſiue contra hoc quod generatio eſt raritas uel denſitas: utroq; modo errant antiqui, licet in libro de generatione procedat contra ſecundum magis.

Differt autem nihil: neceſſe eſt enim unum quoddam cęterorum eſſe primum, & non medium.

Expoſitio. Remouet dubium, quia poſſet dici ignem non eſſe aliis ſimpliciorem, uel ſubtiliorem, quoniam elementa ſunt æque ſimplicia. Reſpondet Ariſtoteles hoc nihil differre ad rationem: nam ex ratione ſaltem neceſſe eſt non medium eſſe pri
D mum, ſed quoddam aliud à mediis elemētis: modo illud ſit ſimplicius ac ſubtilius: quicquid ſit illud. Nam ſecundum peripateticos in rei ueritate illud eſt prima materia, ut diceſ, & dictum eſt ſuo loco.

Etiā q̄ Præterea raritate ac denſitate cætera generare, & ſubtilitate atq; groſſitie: nihil differt. Nam ſubtile quidem rarum: groſſum autem denſum eſſe uolūt. Subtilitate rurſus atq; groſſitie, & magnitudine ac paruitate idem eſt: ſubtile enim quod quidem paruarum: groſſum autem, quod magnarum partium eſt. Quod enim ad multum extenditur, id ſubtile eſt: tale autem id eſt, quod ex paruis partibus cōſtat: quare accidit ipſos magnitudine ac paruitate ſubſtātias diuidere cæterorum.

E Secundo obiicit his, & ſupponit idem eſſe generari aliqd raritate & denſitate, quod generari magnitudine & paruitate. probat ſuppoſitionem, quia generari ſubtilitate & groſſitie eſt generari magnitudine & paruitate: ſed generari raritate & denſitate eſt aliquid generari ſubtilitate & groſſitie. igitur generari aliquid raritate & groſſitie eſt generari magnitudine & paruitate: de ratione primo tangit minorem. d. Præterea raritate ac denſitate cætera generari & ſubtilitate atq; groſſitie: nihil refert. Hæc eſt minor, & eam probat. d. nam ſubtile quidem rarum: groſſum autem denſum eſſe uolunt. Deinde ſumit maiorem. & inquit. Subtilitate rurſus atq; groſſitie, & magnitudine ac paruitate: ſupple generari idem eſt. & dicit cauſam, quia ſubtile eſt quod quidem paruarum partium eſt: groſſum autem, quod magnarum, quod
F enim ad multum extenditur, id ſubtile eſt: tale autem id eſt, quod ex paruis partibus conſtat. Hæc eſt maior: deinde dat concluſionem, & inquit. Quare accidit ipſos antiquos magnitudine ac paruitate cæterorum ſubſtantias diuidere generando, & ita idem eſt raritate & denſitate generari, quod magnitudine & paruitate, quæ erat ſuppoſitio.

Accidit autem ita definientibus cūcta ad aliquid dicere: atque abſolute non erit aliud quidem ignis aliud autem aqua, aliud uero aer: ſed idem ad hoc quidem ignis: ad aliquid autem aliud, aer.

Expoſitio. Hac ſuppoſitione ſtante: arguit nunc contra eos probando quòd ſi cætera generantur raritate & denſitate: tunc nihil erit abſolutum, ſed cuncta ad aliquid deducitur, & ſyllogiſmus ſic componitur. quæcunq; generantur magnitudine & paruitate, ſunt ſolum ad aliquid: erit enim genitum omne, aut magnum, aut paruum, quæ nihil ſunt niſi ad aliquid, quæcunq; generantur raritate & denſitate: generantur magnitudine & paruitate, ut ex ſuppoſitione conſtat. igitur quę cunq; generantur raritate & denſitate erunt ſolum ad aliqd, inquit. Accidit autem ita definientibus cuncta ad aliquid dicere: ita ut abſolute non erit, aliud quidem ignis, aliud autē
G aqua, aliud uero aer, ſed idem ad hoc quidem ignis: ad quod eſt magnum: ad aliquid aliud aer: ad quod eſt paruum. patet hæc conſequentia componendo ſyllogiſmum ex ſuppoſitione tacta. Debes ſcire quòd hæc ratio differt à prima, quia prima fuit contra poſitionem in ſe, quæ uoluit primum elementum eſſe unum mediorum. Hæc ſecunda eſt contra modum ponendi: qui fuit quòd ex illo medio cætera generentur raritate & denſitate: arguit enim quòd ſic cætera omnia Quę auer. cōmē. 43.
eſſent ſolum ad aliquid, & nihil eorum abſolute tale. Hæc quo ad uerba. Auerroes autem in principio commenti uelle uidetur, quòd Ariſtoteles contradicat his, inquantum iſti concordant cum ponentibus atoma: & fallit, quoniam ſtatim Ariſtoteles hoc facit, & non in principio textus: poſtea balbutiendo reducitur ad expoſitionem noſtram, ut bene intelligentibus patet.

Quod quidem & his accidit, qui plura quidem elementa eſſe aiunt: magnitudine autem & paruitate differre dicunt. Nam cum unumquodq; quantitate ſit definitum: erit inter ipſas magnitudines ra
H tio aliqua. quare eorum quæ adinuicem hanc rationem habent, aliud aerem, aliud ignem, aliud terram, aliud aquam, eſſe neceſſe eſt: propterea quòd in maioribus rationes minorum inſunt.

Obiter nunc contradicit quibuſdam, qui dixerunt plura Expoſitio.
eſſe rerum elementa, ſed differre ſolum magnitudine ac paruitate, quæ uero ſint hæc elementa: quiq; ſint hi, qui ſic dixerunt, Ariſtoteles non explicat: nec eſt nobis curandum. Arguit igitur his Ariſtoteles: nam ſi ita eſſet, idem eſſet aer, & ignis, aqua, & terra: deducendo conſequentiam, ſupponit ea quæ quantitate differunt, habere inter ſe aliquam proportionem: qua conſtituuntur. uerbi cauſa, ſi. a. differt ab ipſo b. quantitate: ipſum. a. habet quandam ad ipſum. b. proportionem: qua ipſum. a. conſtituitur in eſſe: qua poſita ponet̄ ipm

I a. & qua remota: etiam remouebitur. inquit. Quod quidem & his accidit, qui plura quidem elementa esse aiunt: magnitudine autem & paruitate differre dicunt: quicunq; sint isti, quos non explicat, & quod hoc idem, his etiam accidat: deducit, supponens quod dictum est. & inquit. Nam cum unū quodq; quantitate sit definitū: erit inter ipsas magnitudines ratio seu proportio aliqua. sup. qua constituentur in esse. est igitur suppositio, quæ definiuntur & differunt magnitudine uel quantitate: proportione constituuntur. Ex hac suppositione arguit nullum elementum esse tale simpliciter: nam ignis erit ad aerem ad quem habet proportionem qua per magnitudinem constituitur: aer etiam erit ignis ad aquam, quia quā proportionem habet ignis ad aerem: eam habet ad aquam, & aqua erit ignis ad terram ratione eadem, & ita nullū elementum erit tale absolute. inquit. Quare eorum quæ adinuicem hanc rationem habent: aliud aerem, aliud ignem, aliud terram, aliud aquam esse necesse est, & sic quod est ignis ad
K aquam, erit aer ad ignem, & quod est ignis ad terram: erit aqua ad aerem, & huius consequentiæ causam assignat. d. propterea q̄ in maioribus rationes minorum insunt: aeri enim ineſt ratio & proportio minor ad ignem, quæ ineſt aquæ si comparetur ad aerem, & ineſt terræ si comparetur ad aquā, & ita proportio minoris ad maius, quæ ineſt aeri respectu ignis ineſt aquę & terræ, aquę quidem respectu aeris, & terræ respectu aquę, & ita nihil horum erit absolute tale. Hæc
Quæ auer. cōmē. 43. Aristoteles. Auerroes autem uelle uidetur Aristotelem cōtradicere his, qui dixerunt atoma, quia isti dixerunt atoma esse rerum elemēta: differreq; paruitate & magnitudine, sed errat, quia Aristoteles deducit de quatuor elementis, & non de atomis: probat enim q̄ si quatuor elementa differunt solum magnitudine & paruitate: tunc nullum eorum erit tale absolute, sed solum proportione, quæ ratio docet fuisse quandam positionem quæ dixit quatuor esse elementa rerum, ut sunt ignis, aer, aqua, & terra, & illa differre solum quantitate, & contra hos obiecit clare Aristoteles, ut omnibus patet:
L decipitur igitur Auerroes.

Effugiunt Euadunt Diffugiunt Absurda Irrōnabilia Accommodant Adiungunt Coaptant Dicūt, uerbū additū Expositio.

Quicunque uero ignem elementum supponunt: hoc quidem effugiunt: alia uero ipsis accidere absurda necesse est, aliqui enim ipsorum igni figuram accommodant: ut hi qui pyramidem faciunt, & horū alii quidem simplicius dicentes: pyramidem quidē dicunt figurarum acutissimam: ignem aūt corporū.

Hactenus de his qui primum elementum fecerunt medium: nunc transit ad eos, qui primum elementum fecerunt extremum. uidelicet ignem, & primo proponit quales faciētes ignem elementum se habeant circa absurda. & inquit. Quicunq; uero ignem elementum esse supponunt, quod est extremum: hoc absurdum, quod modo diximus contradicētes medium esse elementum: effugiunt, alia uero ipsis accidere absurda necesse est, & ita licet euitent dictum absurdum non euitant alia, quæ dicturus est. Deinde incipit narrare opiniones, & inquit. Aliqui enim ipsorum igni figuram accommodant, ut hi qui pyramidem faciunt, & supple tu, & hi
M sunt, qui ignem dicunt esse rerum elementum primum, sed quia isti sunt multi, qui conueniunt in ponendo ignem esse rerum primum elementum: ponit differētiam eorum penes modos ponendi seu rationes quibus mouebantur ad ipsum ponendum, & primo narrat primam rationem, quæ sic cōponitur in secunda figura, pyramidale est acutissimū. ignis est acutissimus. igitur ignis est pyramidalis. Vltra, sed pyramidale maxime habet rationem primi elementi. igit ignis habet rationem primi elementi. Aliter potest exponi, q̄ cū omnes qui ponunt ignem esse elementum rerum, conueniāt in ponendo ipsum esse pyramidalem: ponit differentiam rationum quibus mouebantur ad dicendum ignem esse pyramidalem, & sic non penes positionem, sed penes ea quę cō sequuntur positionem. Aristotoles ponit differentiam. inqt. Et horum alii quidem simplicius dicentes, pyramidem quidem dicunt figurarum acutissimam, & pyramidale esse acutissimum: ignem autem corporum esse acutissimum: quare in secunda figura ex duabus affirmatiuis uoluerunt ignem N
esse pyramidalem. Sed posset dici defendendo hosce q̄ ex Quę auer. cōmē. 44. duabus affirmatiuis syllogismus est utilis: quando maior cō uertitur. Respondet Auer. q̄ maior non conuertitur: nō enim omne acutissimum in penetrando est pyramidale: nisi quando penetratio fieret merito figuræ, & in habentibus figuras. est igitur rationis huius primus defectus q̄ fit in secunda figura ex duabus affirmatiuis: quarum nulla conuertitur. Secundus defectus, ut dicit Auerro. est, quia nondum patet, an ignis habeat figuram sibi propriam uel ne, & ita minor est falsa. hæc Auerro.

Alii uero probabilius rationem proferunt: asserē- Proferentes adducites Asserētes, uerbū additum tes, corpora quidem cuncta ex eo composita esse, qđ est omnium maxime subtilium partium. Solidas uero figuras ex pyramidibus. quate cum corporum quidem ignis sit subtilissimum. figurarum uero pyramis maxime paruarum est partium: atq; prima: primaque figura primi sit corporis: ignis profectò pyramis erit. O

Expositio. Nunc tangit rationem secundam aliorum, quæ sic componitur, prima figura competit primo corpori: pyramis est prima figura. igitur pyramis competit primo corpori. Vltra, pyramis competit primo corpori: ignis est primum corpus. igitur pyramis competit igni. ante igitur quàm syllogismū componat: narrat qualis sit hæc secunda ratio comparando eam ad primam. & inquit. Alii uero probabilius rationem proferunt, & ita hęc ratio est probabilior prima. Deinde probat. primo, q̄ corpus igneum sit primum, & hoc quia est id ex quo maxime corpora mixta componuntur, & sic uult habere minoris probationem in secundo syllogismo, & inquit. Asserentes corpora quidem cuncta ex eo composita esse, qđ est omnium maxime subtilium partium: quale est ipse ignis ecce quomodo uult habere ignem esse primum corpus: quatenus ex eo omnia alia componuntur, quæ quidem fuit mi- P
nor secundi syllogismi. Deinde tangit probationem minoris primi syllogismi. uidelicet, q̄ pyramis sit prima figurarum, & ratio est, quia ex ea omnes solidæ corporeæq; figurę componuntur, & sic patet minor in primo syllogismo, qbus probatis epilogat primam rationem, & ponit secundam. & inquit. Quare cum corporum quidem ignis sit subtilissimū: figurarum uero pyramis sit maxime paruarum partium. sup ple concludetur per primam rationem ignem esse pyramidē uel pyramidalem. Deinde tangit secundam rationem & copulatur sic, & cum etiam pyramis sit prima figurarum: hæc est minor primi syllogismi & iam probata: primaq; figura primi sit corporis: sequitur per primum syllogismum, q̄ pyramis competit primo corpori. Deinde tangit conclusionē secundi syllogismi, quia tota uis stat in minore illius. uidelicet q̄ ignis sit primum corpus, quæ iam probata est, & inquit. Ignis profecto pyramis erit uel quid pyramidale. Hæc igitur est ratio secunda, quæ duobus syllogismis conficitur.

Auer. autem uoluit q̄ Aristoteles primo accepit duo ante Quę auer. cōmē. 45. cedentia, & secundo ex illis dedit duo consequentia. Primum est, q̄ corpora omnia sunt composita ex igne. Secundum, q̄ primum corpus scilicet sphæricum est compositum ex pyramidibus: ex his simul sumptis: infert primo q̄ ignis est cæteris corporibus prior, & subtilior. Secundo, q̄ pyramis est minima & prima figurarum. His duobus illatis. Auerroes ex textu componit duos syllogismos: primus est, prima figura competit primo corpori: pyramis est prima figura. igitur pyramis competit primo corpori. Secundus, pyramis competit primo corpori: ignis est primum corpus. igitur pyramis competit igni. Deinde in commento sequitur illa particula. Themistius autem. Vbi Auer. narrat q̄ hæc ratio quā Aristote. reprehendet: non potest iuste reprehendi, quia illa utitur ipsemet Arist. quando probat motum circularem competere primo corpori: arguebat enim primus motus cō petit primo corpori: circularis est primus motus. igitur circularis competit primo corpori: sed primum corpus est cœlum. igitur competit cœlo, etiam illa utitur Aristoteles quā Q

do probat

A do probat cœlo competere ſphæricam figuram, ut patet in telligenti. Auerroes autem dicit ꝙ hæc non ſunt paria, ga cœlum neceſſario debet eſſe figuratum, quia mouetur, & eſt animal, modo omne animal quod mouetur eſt figuratum. at ignis cum non moueatur motu animali, nec ſit animal: non eſt clarum an debeat habere figuram propriam.

ψήγμα Arena unde fit aurū

Alii de figura, quidem nihil dicunt: ſubtiliſſimarum autem partium ſolum ipſum faciũt, deinde ex hoc compoſito cætera fieri dicunt, perinde ac ſi arena unde ſit aurum conflatur.

Expoſitio. Nunc narrat poſitionem aliorum: qui de figura elementi nihil loquentes, de elemento ipſo concordant. unde inquit. Alij autem de figura quidem nihil dicunt: ſed ipſum elemẽtum ut alij dixerunt, faciũt tenuiſſimum ac ſubtiliſſimarum partium. Deinde ex hoc elemento ita tenuiſſimo ac ſubtiliſ-
B ſimo, compoſito ac condenſato cætera fieri dicunt: perinde ac ſi arena unde ſit aurum, conflatur. eſt enim arena illa tenuiſſima: ſed cum ex ea aurum fit, conflatur ac condenſatur: & hoc pacto fruſtrum auri ex ea oritur. dicitur autem arena unde aurum fit: græce uno uerbo ψήγμα, latine quoque fruſtrum.

Verum utriſq; hęc difficilia accidunt. Nam ſi primum quidem corpus indiuiſibile faciunt: rurſus ad hanc ſuppoſitionem rationes, quæ prius dictæ ſunt: accedunt.

Expoſitio. Obijcit autem nunc Ariſto. utriſq;, uidelicet tam figurantibus elementum pyramide, q̃ non figurantibus: & poteſt ratio ſic ordiri: quia uel elementum quod ponunt tenuiſſimum, eſt indiuiſibile, uel diuiſibile. Sed nec ſic nec ſic, igitur elementum tale, quale ipſum ponunt: eſſe non poteſt: primo igitur oſtendit illud non poſſe eſſe indiuiſibile, & inquit. Verum hęc utriſq; difficilia accidunt. Nam ſi primum quidem corpus indiuiſibile faciunt: rurſus ad hanc ſuppoſitionem ſiue oppoſitionem rationes quæ prius dictæ ſunt
C contra Democritum & Leucippum, accedunt, quarum prima fuit, ꝙ quantum ac continuum non eſſet in infinitum diuiſibile. ſecunda ꝙ indiuiſibili poſſet indiuiſibile cõtinuari, quæ ſunt contraria principijs mathematicorum. Quod uero ad uerba attinet, uerbum {ſuppoſitionem} græce eſt hypotheſim, ſed hypotheſis interdum pro poſitione ac oppoſitione accipitur, ut in hoc loco. Auer. ait ꝙ tam ponẽtes figuram igni q̃ nõ ponentes conueniunt. primo, ꝙ ignis eſt ſubtilior cæteris elementis. & propterea eſt elementum primum. Secũdo, ꝙ ex diuerſitate compoſitionis partium ignis in denſitate fiunt cætera corpora. ignis enim apud eos creatus fuit tumoroſus naturaliter. i. remotus in partibus abinuicem: & cum illæ partes conſtringuntur & appropinquãt fiunt cætera: nam ſi parum appropinquant, fiet aer: ſi magis fiet aqua: & ſi iterum magis fiet terra. addit tamen Auer. ꝙ iſte ſermo poteſt intelligi ſolum de his, qui dant figurã igni: ſed ego non uideo quomodo poſſit hoc intelligi: nam litera noſtra eſt negatiua. legitur enim ſic, alij autem de figura qui dem nihil dicunt.

Quę auer. cõmẽ. 46.

Et Autem

Præterea ſi naturaliter contemplari uolunt: hoc
D dicere nequeunt. Nam ſi omne corpus eſt corpori comparabile ſecundum quantitatem, & magnitudines ipſæ tam ſimilarium, quoq; elementorum proportiones inter ſe habent: uelut totius aquæ ad aerem totum: & elementi ad elementum: & in cæteris id genus eodem modo, aer etiã maior eſt aqua: & omnino id quod eſt ſubtiliorum partium, eo qđ eſt craſſiorum: patet & elementum aquæ minus eſſe quàm aeris. Si igitur magnitudo minor ineſt maiori: diuiſibile profecto erit aeris elementum: & ipſius ignis idẽtidem, & eorum omnino quæ ſubtiliorum partium ſunt.

ꝓportiões ꝓportiõabilia Etiam Autem

Expoſitio. Obijcit nunc ſecundo ratione naturali: & ſupponit primo elementa eſſe comparabilia ſecundum quantitatem, & ſyllogizat hanc ſuppoſitionem ſic, omnia corpora compa- B
rabilia ſunt comparabilia ſecundum quantitatem: elementa ſunt corpora comparabilia. igitur ſunt comparabilia ſecundum quantitatem, inquit. Præterea ſi naturaliter contẽplari uolunt: hoc dicere nequeunt. deinde tangit maiorem, & inquit. Nam ſi omne corpus eſt corpori comparabile ſecundum quantitatem: hæc eſt maior uidelicet ꝙ omnia corpora comparabilia ſunt comparabilia ſecundum quantitatem: deinde tangit minorem, & inquit. Et magnitudines ipſe tam ſimilarium corporum quæcũq; ſint illa, ſiue miſta, ſiue ſimplicia: q̃ elementorum proportiones inter ſe habent. eſt igitur minor: ſed elementa & uniuerſaliter omnia ſimilaria ſunt comparabilia. ponit exemplum & habet uim concluſionis, & inquit. uelut totius aquæ ad aerem totũ & uni F
uerſaliter elementi ad elementum: & in cæteris id genus ſi militer, hoc eſt in ſimilaribus eodem modo hæc eſt concluſio: uidelicet ꝙ omnia elementa & omnia ſimilaria ſunt cõparabilia ſecundum quantitatem. Secundo ſupponit ꝙ in excedente eſt exceſſus & res quæ exceditur, ut ſi a. excedit b. in digito: in a. ipſo erit quantitas b. ipſius, & digitus: cauſa autem eſt quia in maiori eſt minus, & aliquid ultra, inquit. Aer etiam maior eſt aqua: & omnino id quod eſt ſubtiliorum partium maius eſt eo quod eſt craſſorum, ꝙ ſi ita eſt: patet aerem eſſe aqua maiorem & aquæ elementum eẽ minus elemento aeris. per hæc uult habere ꝙ ex quo aer eſt maior aqua: in eo eſt magnitudo aquæ, & aliquid ultra, ut uniuerſaliter in cęteris habere uult in maiori cõtineri minus, & aliquid ultra. His duobus ſuppoſitis arguit propoſitum, & inquit. Si igitur magnitudo minor ineſt maiori. ſ. p continentiam: diuiſibile profecto erit aeris elementum: & ipſius ignis idẽtidem, & eorum omnino, quæ ſubtiliorum partium ſunt. componatur igitur ſyllogiſmus, omne continens minus per exceſſum eſt diuiſibile. ſ. in exceſſum, & rẽ quæ exceditur. ignis continet cætera elementa. igitur ignis eſt diuiſibilis: & ita patet eos non conuenire rationibus naturalibus. Sed dices ad quid ponitur prima ſuppoſitio. illa Dubitatio
enim nihil facit ad ſyllogiſmum. Dici poteſt, ꝙ ponitur ad Solutio
obiectionem tacitam: poſſet enim dici ꝙ ignis non eſt maior nec minor: cum ſit indiuiſibile, ut ipſi uolunt. ideo poſuit G
primam ſuppoſitionem: nam per illam tollitur hic cauillus, quia per illam habetur ꝙ ignis ſit maior uel minor: quia eſt comparabilis ſecundum quantum alteri elemento. Hęc Ariſto. quæ pauci (ut mihi uidetur) intellexerunt. Auerroes au- Quæ auer. cõmẽ. 47.
tem ut diximus, aliter poſitionem antiquorum interpretatus eſt: & ideo iuxta eius interpretationem oportet dicere ꝙ ignis, quem faciunt primum rerum elementum, ſit ex partibus indiuiſibilibus, uel partibus diuiſibilibus, ideo duplicíter ſecundum Auerro. Ariſtote. obijcit: primo quidem ſi dicerent ignem eſſe ex partibus indiuiſibilibus. Secundo ſi dicerent ignem eſſe ex partibus diuiſibilibus. ulterius ſecundum Auerro. duabus rationibus obijcit Ariſto. eis, ſi dicerent ignem eſſe ex partibus indiuiſibilibus: ratione quidem doctrinali quæ fundatur in propoſitionibus mathematicis; & ratione naturali, quę eſt ex propoſitionibus naturalibus: ratio naturalis quæ ponitur in prẽſenti textu, ſecundũ Auer. eſt hæc, ſi elementa ipſa uel ignis ſint ex partibus indiuiſibilibus: tunc quælibet pars elementi quæ fieret ex parte alte- H
rius, fieret ex illa æquali in analogia: et ita ex uno pugillo terræ non fierent. 10. aquæ: nec ex uno aquæ fierent. 10. aeris, nec ex uno aeris fierent. 10. ignis: & tota ratio per ſe patet, quia omnes partes elementorum ponuntur æquales numero ſpeciei ac magnitudine ac indiuiſibiles, & ita gñatio erit ſemper æquali in analogia. conſequens autem eſt contra ſenſum, quia uidemus ex elemento ſpiſſiori fieri elemẽtum rarius in multiplicata analogia. addit Auer. hanc rationem maxime tenere ſi nõ detur uacuum intrinſecum partibus: nam ſi daretur uacuum intrinſecum: poſſet fingi unum elementum eſſe altero maius, non partium pleni numero uel magnitudine: ſed magnitudine uacuitatum, quæ introcluduntur corporibus. hæc Auer. circa primam partem textus: quæ ita conſonant uerbis græcis Ariſtote, ſicut cœlo ſonat

I terra: tu uero facile potes intelligere dissonantiam ex trāslationibus nostris fidelissimis. Deinde sequitur illa particula, Et cum posuit hoc dixit reuertamur: ubi debes scire ꝙ in trā slationibus quas Auerro. exponit sit hæc consequentia. si magnitudo minoris elementi continetur in magnitudine maioris: elementum maius ut aer & ignis, erit diuisibile: & uniuersaliter omne corpus subtile recipiet diuisionem sic ꝙ erit compositum ex partibus diuisibilibus. Auerroes dupliciter exponit hoc enthymema uno modo sic intelligendo antecedens: si elementum alteraretur in elementū: tunc partes mutarentur de magnitudine in paruitatem si elemētum maius alteraretur in paruum, uel de paruitate in magnitudinem si elementum minus alteraretur in maius. Aliter intelligit ut sit antecedens si minus elementum contineretur in maiori: tunc elementum maius haberet elementa in infinitum. & consequentiam deducit: quia haberet partes quæ ulterius haberent partes in infinitum: & ita elementa infinita
K quia elementa partes sunt. Deinde sequitur ibi { & uniuersaliter si dixerint } ubi remouet dubium contra hanc rationem, quia dici posset elementum esse unum: & nō plura, & ita partes non erunt elementum, contra obijcit Auerro. quoniam unum corpus non potest fieri ex altero nisi uel complexione, hoc est alteratione facta in complexione, uel compositione, hoc est mutatione facta in quāto de paruo in magnum, uel de mago in paruum, modo secundum eos unum corpus non fit ab uno corpore secundum complexionem. fiet igitur ſm compositionem, & ita oportet uel ut partes paruæ fiant maiores, uel ut magnæ cōgregentur in minus. & quouis modo sit, oportet elementum habere partes: quæ sunt quasi elementa quod negabant. quæ omnia ut mihi uidetur nullatenus consonant uerbis græcis Aristot. sed sunt ficta ab eo: et supra falsis translationibus fundata. Deinde sequitur illa pars. { Themistius autem } ubi inducit expositionem Themistij, & defensionem, qua antiquos defendebat. uoluit igitur Themistius ꝙ si partes elementorum fuerint positæ æquales in paruitate, hoc est omnes indiuisibi-
L les: tunc elementa erunt æqualia, & neutrum neutro maius. sinautem partes non fuerint positæ æquales, hoc est indiuisibiles, sed maiores & minores: tunc elementa non oportet esse æqualia: sed poterit alterum altero maius esse. & quia antiqui. sup. tu posuerunt partes æquales: quia omnes indiuisibiles: ideo sequitur apud eos omnia elementa esse æqualia: hanc uult esse rationem Aristote. ut Auerroes narrat de mente Themistij. Postea Themistius ibi { Et ipse opponit } Soluit hanc rationem Aristote. & ait tunc sequi elementa esse æqualia: quando partes fuerint positæ æquales magnitudine & numero: modo licet partes elementorum sint æquales magnitudine, quia omnes sunt indiuisibiles, non sunt æquales numero: quia plures ponuntur in maiori elemento quàm in minori. Deinde ibi. { Nos autem dicimus } obijcit huic solutioni dupliciter. primo quia oportet partes maiores esse numero æquales partibus minoris patet ex generatione: nam ex omnibus partibus minoris fit
M maius cum omnibus suis partibus: & ex omnibns partibus maioris fit minus cum omnibus suis partibus: hoc autem fieri non posset, nisi partes in utrisq; essent numero æquales. aliter non secundum se & quodlibet sui maius ex minori, & minus ex maiori, fieret. Secundo obijcit, quia non potest fingi partes esse æquales numero in maiori & minori: & elementum esse altero maius nisi ponendo uacuum in uno maius uacuo in altero, modo hoc uacuum est reprobatum ab Aristo. hęc Auer. ego autem non legi Themistium: ideo si ita dicit uel ne, remitto me Auer.

Figura determinãt figurant

Sinautem diuisibile: his quidem qui ignem figura determinant: accidet partem ignis ignem non esse, propterea ꝙ pyramis non ex pyramidibus constat. Ité & non omne corpus aut elementum aut ex elementis esse. Nam pars ignis nec est ignis, nec ullū aliud elementum.

Expositic. Destruit aliud membrū, & inquit. Sinautem, sup. faciunt elemētum diuisibile, his quidem qui ignem figura pyramidali determinant: accidet primo partem ignis nō esse ignē. propterea ꝙ pyramis non ex pyramidibus constat, quia igitur pars pyramidis non est pyramis, et ignis est pyramis secundum eos. igitur pars ignis non est ignis: quod est falsum, quia ignis est corpus similare: cuius partes sunt eiusdē rōnis cum toto. Item & scdo accidet non oē corpus esse, aut elementum, aut mistum esse ex elementis. probat consequētiam, & inquit. Nam pars ignis nec est ignis, quia cum sit pyramis ignis ipse, pars eius quæ non est pyramis, non erit ignis: nec ullum aliud erit elementum: cum nec aer, nec aqua, nec terra: & supple tu, nec erit mistum ex elementis, quare his qui ignē figurant accidet primo partem ignis non esse ignem, contra rationem ignis. accidet secundo aliquod esse corpus, quod nec est elementum, nec ex elementis mistum: ut pars ignis, hæc contra eos, qui ignem figurant. N

Auerroes in commento infert quoddam, & inquit. & ex hoc apparet destructio sermonis conuertentium propositionem qui dant igni figuram pyramidalem, quia est elementum corporum. hæc Auerro. uult enim ꝙ ex dictis Aristo. patet propositionem hanc non conuerti, omne pyramidale est elementum corporum, & omne elementum corporum est pyramidale, nam licet omne pyramidale sit elemētum corporum: non tamen omne elementum corporum est pyramidale. Instantia est de gleba ignis, quę quidem est elementum corporum, & non est pyramis. Quę auer. comē. 48 O

His autem qui magnitudine definiūt, accidet aliquid prius elemento esse elementum & hoc in infinitum abire: siquidē omne corpus diuisibile est, & quod paruarum magis est partium est elemētum.

Nunc obijcit his qui elementū definierunt paruitate magnitudinis: nam (ut dictum est) aliqui uoluerunt elemētum esse magnitudine paruum, & quanto paruius: tanto magis est elementum. obijcit contra, & sumit antecedens sic, si omne corpus est diuisibile, ut probatum est, & quod paruarū magis est partium, est elementum (ut ipsi dicunt) accidet aliquid prius elemento esse elementum, nam partes elemēti sunt priores elemento: quæ tamen erunt elementum, quoniam sunt paruiores. istæ igitur partes priores elemento, erunt elementum, sunt quidem quid prius elemento: quia sunt partes, quæ semper uia compositionis præcedunt totū. sunt elementum immo magis, quia paruæ ac minores toto: & addit hoc abire in infinitum: quatenus partes illæ sunt ad huc diuisibiles in partes, & illæ adhuc in alias. Auerroes præsenti commento reducit rationem hanc ad propositiones, parte illa. { Et dixit hoc. } Quarum prima est quòd omne corpus componitur ex partibus diuisibilibus in infinitum: ita & semper partes minores & in infinitum sint subtiliores ac subtiliores. Secunda est, ꝙ semper subtile est elementum corporis grossioris. hæc secunda propositio cōceditur ab aduersarijs, prima uero licet non sit ab eis concessa: tamen sequitur ab illis, quæ ipsi concedunt. Concedunt enim omnem partem paruam diuidi in minorem, & subtile corpus in subtilibus: ex his propositionibus arguitur, omne subtile est elementum spissioris, omne elementum habet subtile & subtilius in infinitum. igitur omne elementum habet elementa in infinitum. Hæc Auerroes & bene. Expositio. Quæ auer. cōm. 50. P Quæ auer. cōmē. 49. Q

Præterea & his etiam accidit dicere idem ad hoc quidem ignem esse, ad aliud autem aerem, & aquā rursus ac terram.

Secundo obijcit, & componitur sic enthymema, ut Auerro. facit. Si differentiæ elementorum quibus differunt per rarum et densum: sunt secundū magis & minus: ita ut ignis non differat ab aere nisi secundum proportionem terminatam inter eos in raritate ac densitate: sequitur ꝙ si reperiretur aliud corpus: cuius ꝓportio ad ignem esset, quanta ignis ad aerem: illud corpus ad ignem esset ignis: & ignis ad ipsum esset aer. Item ignis ad aerem esset ignis, et aer ad aquā esset ignis, & reliqua. Hæc Auerro. Melius deducerem enthymema

Alia declaratio.

A thymema ſic arguendo. ſi ignis differt ab aere proportione magnitudinis numeri: tunc idem corpus eſſet ignis, aer, aq̃, & terra: deducitur ſumendo a. ignem cuius proportio ad aerem eſſet, quæ ignis ad aerem a. enim eſſet ignis, quod uero eſſet aer probo minuendo ipſum a. in tanta proportione in quanta aer ſe habet ad aquam: & ſequetur a. eſſe aerem. ſimiliter minuendo a. in tanta proportione in quanta aqua ſe habet ad terram: & igitur ipſum a. eſſe aquam. ſimiliter minuendo ipſum tantum quod ad nullum aliud proportionẽ habeat: & ſequitur a. ipſum eſſe terram: quare idem corpus ſpecie erit ignis, aer, aqua, & terra, ut patet uariatione proportionis, & ut recte dicit Auerroes totum hoc accidit: quia differentias illorum ponunt ex capitulo quãtitatis relatiue.

Commune autem peccatum his omnibus eſt, q̃ elementum unum ſupponunt: unum naturalem ſolum, omniumq; eundem facere motũ. Omne nanq; naturale corpus principium habere motus uidemus. Si igitur omnia corpora unũ quid ſunt, unus
B ſane omnium motus erit: & hoc eo magis moueri unumquodque neceſſe eſt, quo quidem maius fit. Quemadmodum & ignis, quo quidem maior fit: eo ſua latione ſurſum celerius fertur. Accidit autẽ
Vnũqdq; uerbũ additum Quo q̃to multa deorſum celerius ferri. Quare propter hæc ipſa, & inſuper cum definitum ſit prius naturales plures eſſe motus, patet unum elementum eſse non poſſe.

Expoſitio. Vltimo obiicit communi ratione quæ omnibus ualet. ui delicet q̃ ſi unum tantum eſſet elementum unus eſſet motus naturalis tantum: deducitur, quia motus diſtinguentur propter formas diuerſas elementorum: & ita ſi omnia elementa erũt unum elementum in forma: omnium erit unus naturalis motus, quod eſt contra ſenſum, quia uidemus motum quo leuia ſurſum feruntur, & motum, quo grauia deorſum mouentur. inquit. Commune autem peccatum his omnibus eſt: qui elementum unum ſupponunt: unum natu
C ralem ſolum, omniumq; eundem facere motum. & deducit hoc ſequi ad eorum poſitionem, & inquit. Omne nãq; naturale corpus principium habere motus uidemus: & etiã ſic ſecundo phyſicorum eſt definitum. Si igitur omnia corpora. ſ. elementa unum quid elemẽtum ſunt. ſup. tu, unum erit omnium principium motus, & per conſequens unus erit motus naturalis omnium. hoc autem eſt contra ſenſum, qa reperiuntur plures motus. uidelicet quo ſurſum quædam ferũtur, & quo deorſum alia, & hoc. ſ. motu ſurſum eo magis moueri unumquodq; leuium neceſſe eſt, quo quidẽ maius fit leue, quemadmodum & ignis: quo quidem maior fit, eo ſua latione celerius ſurſum fertur. Similiter accidit quædam alia deorſum celerius ferri: ut grauia. Vel melius hęc pars exponitur, ut ſit totum hoc pars conſequentis, & tunc conſequens erit unum eſſe omnium quo uidelicet corpora elementaria differunt ſecundum magis & minus, non ſimpliciter, quia ut omnia elementa unum ſunt ſimpliciter, ſecundum eos ſolum differentia in reſpectu: ſic omnium erit
D unus motus, quo ſolum elementa differunt in reſpectu. & hoc ait, & hoc eo magis moueri unumquodq; neceſſe eſt, quo quidem maius fit: quemadmodum & ignis, quo quidẽ inter elementa maior fit, eo ſua latione ſurſum celerius fertur: & aer quo quidẽ minor eſt igne, & maior aqua, eo mouetur ſurſum minus igne, & magis aqua: & aqua quo quidem eſt minor aere & igne, & maior terra, eo fertur ſurſum minus igne & aere, & magis terra: terra uero cum ſit oĩum minima, ideo ut dicit mouetur deorſum, propterea inquit. Accidit autem multa deorſum celerius ferri, quia terra mouetur deorſum non ſimpliciter: ſed quaſi modo accidentali in reſpectu. Sic igitur ſequitur ſi elementa omnia ſunt unum: omnium unum eſſe motum, qui differt in eis ſecundum magis & minus, uelut elementa differunt proportione ſecundum magis ac minus: hæc relinquit tanquam manifeſte falſa: ideo inquit. Quare propter hæc ipſa abſurda manifeſta, & inſuper etiam quia definitum eſt prius naturales plures eſſe motus, ut primo huius, patet unum elementũ eſſe non poſſe, & hoc pacto ego intelligo locum hunc non leuem, quicquid iuniores uelint. Sed quæres, utrum ſi ſint omnia elementa unum tantum: ſequatur unum eſſe motum omnium corporum uel ſolum omnium elementorum tantũ eſſe unum motum. Recte reſpondit Auer. q̃ ſi omnia elementa unum ſunt elementum: ſequitur omnium elementorum & omnium miſtorum unum ſpecie eſſe motum. cauſa eſt, quia miſta omnia unum erunt ſpecie: quod mouebitur ui elementi, quod in eo prædominatur. Præterea Auerro. quærit, cur in eius ſermone addidit. { Et hoc eo magis moueri. } & reſpondet hoc eſſe additum ad demonſtrandum conſequens eſſe impoſſibile, quia uidemus quędam ſurſum magis ac magis ferri, quo leuiora ſunt, quædam magis deorſum, quo grauiora ſunt. Et ita ſecundum Auerro. hæc uerba poſita ſunt ad deſtructionem conſequentis. Ego uero puto illa eſſe poſita, ut partes conſequentis, ut diximus. E F

Cum autem, neq; infinita ſint, neq; unum: plura eſſe atq; finita neceſſe eſt.

Expoſitio. Epilogat, & inquit. Cum autem neq; infinita ſint, neque unum elementum, plura eſſe atq; finita neceſſe eſt. Vtrum autem quatuor, in libro de generatione complebitur.

Conſiderandum autem primo utrum ſempiternа ſint, an genita corrumpantur: quo quidem demõſtrato, & quot ipſa ſint: & qualia, perſpicuũ erit.

Quo q̃dẽ hoc enim Ipſa quidẽ

Expoſitio. His de numero elementorum generatim diſcuſſis, proponit aliam de elementis pertractationem. & inquit. Conſiderandum autem ſup. poſt hæc primo utrum ſempiterna ſint, an genita corrumpantur: & reddit cauſam huius intentionis, & inquit. Quo quidem demonſtrato, & quot ipſa ſint & qualia perſpicuum erit. quot, quia quatuor: qualia, quia aliud calidum ſiccum ut ignis: aliud calidum humidum, ut aer: aliud humidum frigidum, ut aqua: aliud frigidum ſiccum, ut terra: quæ duo in libris de generatione complebuntur.

Diſſoluſ, diſſolutũ. reſolutũ.

Sempiterna quidem igitur eẽ impoſſibile eſt, etenim ignem, & aquam, & unumquodq; ſimplicium corporum diſſolui uidemus. G

Expoſitio Soluit quæſtionem propoſitam per ea quæ ſenſibus patent. & inquit. Sempiterna quidem igitur eſſe impoſſibile eſt, etenim ignem & aquam, & unumquodq; ſimplicium corporum diſſolui uidemus, & ſic quæſtio hæc per ſenſus facile ſoluitur.

Diſſolutionem uero aut infinitam eſse, aut ſtare neceſse eſt.

Expoſitio. Soluta quæſtione per ſenſus: quærit aliam quæſtionem. uidelicet utrum diſſolutio elementorum quæ ſenſibus conſtat, ſit infinita, an infinita. & hoc proponit, & inquit. Diſſolutionem uero quæ ſenſibus patet, aut infinitam eſſe, aut ſtare neceſſe eſt, ideo quæritur quod iſtorum duorum ſit dicendum.

Si igitur infinita eſt, & diſſolutionis tempus infinitum erit, & tempus rurſus compoſitionis. unaqueq; enim partium in alio tempore diſſoluitur atq; componitur: quare fiet ut extra tempus infinitum tempus ſit aliud infinitum: quãdo quidem & compoſitionis, & etiam hoc quod prius eſt diſſolutionis tempus, infinitum eſt: quare extra infinitum fiet infinitum: quod quidem impoſsibile eſt. H

Tps uerbũ additũ.

Expoſitio. Arguit nunc deſtruendo utrũq; membrum. & primo q̃ diſſolutio nõ ſit infinita a primo ad ultimum: quia ſi diſſolutio ſit infinita: tempus menſurans illam erit infinitum. Vltra, ſi tempus diſſolutionis ſit infinitum, tempus compoſitionis erit etiam infinitum: duorum enim contrariorum tempus æquale eſt. ſed dices unum eſt tempus diſſolutionis & compoſitionis. igitur non ſunt duo tempora, quaſi reſpondendo, inquit. Vnaquęq; enim partium in alio tẽpore diſ-

I soluitur atq; componitur. quare tempus dissolutionis aliud est a tempore compositionis. Vltra arguit: tempus compositionis est infinitum, & aliud a tempore compositiõis etiam infinito. igitur fiet, ut extra tempus infinitum sit aliud tempus infinitum: quandoquidem & compositionis & etiam hoc quod prius est dissolutionis tempus infinitum est, & alterum ab altero infinitum, & propterea concludit quare extra infinitum fiet infinitum, quod quidem impossibile est, & ita patet dissolutionem ipsam nõ posse eẽ infinitam. Quod uero ad uerba attinet, dissolutionis tempus ait prius esse uia imperfectionis, compositionis autem tempus prius uia perfectionis. Auerroes autem proponendo intentionem capituli uult q; Aristoteles declaret nullum elementorum esse æternum: immo generabile ac corruptibile secundum omnes partes, & hoc siue generatio illorum fiat per diuisionẽ totius in partes indiuisibiles (ut antiqui dixerunt) siue per transmutationem in substantia, & tangit breuibus rationẽ propositę intentionis, quia uidelicet nulla relinquitur ex elementis pars, quæ non recipiat generationem & corruptionem, non quidem in quantitate, sed in substantia. Vlterius Auerro. notat propositæ intentionis duas utilitates. prima est, quia ex hac perscrutatione relinquitur uia inueniendi numerum elementorum: nam cum scitur elementa esse corruptibilia, scitur numerus qualitatum. quo scito per uiã combinationum possibilium scitur numerus eorum. Secundo cum scitur ipsa corruptibilia, scitur quæ sunt contraria, quæ media, & ita scitur numerus. Tertio notat Auerro. q; hæc quæstio de æternitate elemẽtorum est communis tam peripateticis: qui uolũt tam generationem q; corruptionem fieri in substantia, q; alijs qui dicunt generationem fieri congregatione, corruptionem uero fieri disgregatione per quãtitatem. Quarto notat deductionem consequentiæ quæ fit in textu: uidelicet si tempus dissolutionis est infinitum, tempus compositionis est infinitum. quia (ut dicit) corruptio unius est generatio alterius, & generatio unius corruptio alterius, quare si tempus dissolutionis est infinitum, tempus
L generationis erit infinitum. Sed pace Auerrois hæc deductio non ualet: quia tunc non sequeretur esse duo tempora infinita: quorum unum esset extra aliud: quia tempus dissolutionis & compõnis est unum tps, & nõ duo. & maxime cũ ipse Auer. laudet trãslationes Alphagarę, quæ uoluerunt tps cõpositionis esse aliud a tpe corruptionis. ideo ipsemet Auerro. uult per tempus corruptionis siue dissolutionis, & per tẽpus compositionis siue generationis eiusdem rei, tũc enim sunt diuersa: nam tempus quo res generatur, est diuersum à tempore quo illamet res corrumpitur. Potest Auerroes defendi quia si tempus generationis unius & tempus corruptionis contrarię rei sit unum: sequitur, si tempus corruptionis sit infinitum: tempus generationis etiam sit infinitum, quare sequitur tempus generationis non esse maius tempore corruptionis. & per consequens siue sint eiusdem rei, siue contrariæ: generatio & corruptio in tempore sunt æquales: quare sequitur si tempus dissolutionis sit infinitum: tempus compositionis eiusdem rei erit infinitum. & quoniam generatio & corruptio eiusdem rei sunt diuersæ, & in diuersis tẽporibus: est enim generatio Socratis prior corruptione eius-
M dem: quare sequitur esse duo tempora infinita: quorũ unum est extra aliud: quod est contra definitionem infiniti. Hæc Auerro. quo ad textum.

Verum parte illa. Et debes scire quod non est possibile. Digreditur aliquo modo, potest autem digressio sic cõtinuari, dicendo q; Auerro. soluit in illa dubitationem: dixit enim Aristoteles duo tempora infinita iuueniri non posse: quorũ alterum sit extra alterum, contra quia præteritum est infinitum, & futurum est infinitum, & unum est extra aliud. igitur duo infinita esse possunt quorum unum est extra aliud.

Quidam respondet q; duo infinita secundum quid reperiri possunt, non autem duo infinita simpliciter. modo præteritum est infinitum secundum quid, quia a parte ante & finitum secundum quid, quia a parte post. Similiter futurum est finitum secundum quid: quia a parte ante, infinitum etiam secundum quid, quia a parte post. quare duo infinita secun- N
dum quid reperiri nihil prohibet. Auerro. autem ait duo infinita reperiri posse ex ea parte qua sunt infinita, ut præteritum reperitur ex parte post cum futuro ex parte ante, ex parte añ qua infinita sunt, reperiri non possunt. non enim põt reperiri præteritum infinitum ex utraq; parte cum futuro infinito ex utraq; parte, & hoc ut ait sequitur ad hanc positionẽ: nam cum positum fuerit tempus generationis esse infinitũ: & fuerit positum extra ipsum tempus corruptionis: tunc extra infinitum erit positum aliquid ex parte qua est infinitũ.

Deinde sequitur illa particula. Et apparet hoc cum fuerit. Occurres contra hæc: nam potentia quæ fuit in præterito ad a. formam: quæ hodie facta est: ipsa est simpliciter infinita: quia tempore infinito stetit ad formam a. & potẽtia ad b. formam, quæ est generabilis infinito tempore futuro est ẽt ĩfinita. igitur dari põt duo infinita, quorũ unũ est extra aliud. Commen. 134 136, & 46, O
soluit Auerro. hic & primo huius, & octauo physico. q; potentia potest dupliciter considerari, aut in se & per se, aut p accidens respectu indiuiduorum formæ, per se quidem & absolute potentia ad formam a. est simpliciter infinita, & nullo modo est finita, per accidẽs uero respectu indiuiduorum est finita a parte post, & infinita a parte ante. Similiter dici potest de potentia ad formam in infinitum post generabilem, absolute enim si consideretur, non finitur ex aliqua parte, sed per accidens quatenus inter indiuidua est ordo p accidens, & quatenus unum indiuiduum per accidens præcedunt infinita, potest dici finita a parte ante, & infinita a pte post. Quare dici potest q; potentia absolute considerata est utraq; ex parte infinita, quia ut sic nihil aliud est nisi materia. & hoc modo est una potentia ad formam, quæ est generabilis tempore infinito post, & ad formam, quæ fuit in pterito infinito: non enim ut sic sunt duæ potentiæ simpliciter infinitæ, sed una tantum. est igitur solutio q; si consideretur potentia per se ut subiectum formarum, sic est una tãtum: ut materia ipsa, & est utraq; ex parte infinita. sed si consideretur potentia secundum quid, & per accidens respectu formæ ad quam limitata fuit, ut sic est infinita secũdum qd, P
& non est absurdum reperiri duas tales. & quia Plato non distinxit inter per se & per accidens, uoluit per se genitum posse corrumpi & esse æternum. Vnde concessit duo, æternum aliquando desinere, & genitum esse æternum, & motus fuit argumento accepto a potentia, quæ fuit æterna, & tamen in aduentu formæ desinit, tu uero quære solutionem primo huius clariorem.

Sinautem stabit alicubi dissolutio: an id corpus Cõm. 10.
in quo stabit ĩdiuisibile erit: an diuisibile quidem, non tamen diuidetur unquam: ut Empedocles uelle dicere uidetur, indiuisibile quidem igitur non erit, propter rationes antea dictas, at neq; diuisibile quidem erit: nunquam autem diuidetur. Minus enim corpus facilius quàm maius corrumpi potest. Si quidem igitur & maius hac corrumpitur corruptione: ut dissolutio est in minori: ipsum minus adhuc magis id pati, consentaneum est rationi: signẽ autem duobus modis corrumpi uidemus. Nam & Q
a contrario corrumpitur, cum extinguitur, & ipse a se ipso marcescens. Hoc autem patitur minor a maiori, & eo celerius: quo minus est. quare corporum elementa corruptibilia & generabilia esse necesse est.

Hactenus probauit q; elementorum corruptio siue generatio non sit infinita: nunc probat q; corruptio elementorũ non sit infinita. Vbi debes scire q; Empedocles Agrigentinus posuit duplicia elementa, quædam quæ uidentur elemẽta, & non sunt, ut quæ uidetur aqua, non tamen est aqua pura, sed aqueum. Similiter qui uidetur ignis, non tamen est ignis purus: sed igneum quoddam. & sic de cæteris, quædã sunt elementa, & non uidentur, ut ignis purus, aer purus, aqua pura, & terra pura. hæc enim sunt elementa: non tamẽ

A apparent. dicebat Empedocles elementa quæ uidentur elementa esse corruptilia: & eorum corruptionem stare ad elementa uera, quæ licet sint corruptibilia, tamen nunquam corrumpũtur. Imaginatur enim Empedocles mista resolui ad ea elementa, quæ uidentur elementa, & hæc elementa resolui ad pura elementa: quæ licet sint corruptibilia, nunq̃ tamen corrumpuntur, & sic corruptionem elementoꝝ uult ut stet ad corpora diuisibilia, quæ nunquam diuidẽtur. Probat igitur Aristote. q̃ corruptio elementorum, quæ uidentur elementa non stet ad corpora diuisibilia, quæ sunt uera elementa: sed omnia sunt corruptibilia, ita ut aliqñ corrumpantur inqt. Sinautem stabit alicubi dissolutio, quærit quale corpus erit illud: ad quod stat dissolutio. & inquit. an id corpus in quo stabit, indiuisibile erit, ut dixit Democritus, qui uoluit corruptionem elementorum resolui ad atoma, an diuisibile quidem, non tamen diuidetur unquam, ut Empedocles uelle dicere uidetur, qui uoluit mista resolui ad elementa impura, & impura elementa ad quædam alia elementa
B pura, quæ sunt diuisibilia, nunq̃ diuidenda. Obijcit contra utrũq̃, & inquit. Indiuisibile quidem igitur non erit. sup. illud ad quod stat resolutio elementorum, ut dixit Democritus, propter rationes antea dictas contra eum, quas non repeto, quia satis sunt explicatæ. Deinde specie destruit secundum membrum, quod posuit Empedocles, & inquit. At neq̃ diuisibile quidem erit, nunq̃ autem diuidetur, ut dixit Empedocles, qui uoluit corruptionem elementorum impurorum stare ad elementa pura, quæ sunt diuisibilia, & nunq̃ diuisa. Minus enim corpus facilius q̃ maius corrumpi potest, & simple tu uerum elementum est minus corpus q̃ elementum impurum, & elementum impurum corrumpitur aliquando: igitur elementum purum aliquando corrumpetur. Et hoc subdit. Siquidem igitur & maius hac corrumpitur corruptione, ut dissolutio est in minori, ipsum minus ad huc magis id pati consentaneum est rationi. Vnde hæc ratio resoluitur ad propositiones. prima est, q̃ si corrumpitur corpus maius, corrumpitur etiam minus. Hæc ꝓpositio pa
C tet in his quæ sunt eiusdem rationis, quia in maiori est maior uirtus resistendi, q̃ in minori. Secunda elementum impurum est corpus maius elemento puro, patet quia cæteris paribus elementum impurum continet purum. Tertia propositio est, q̃ elementum impurum corrumpitur de facto. Hoc probat exemplo ignis, qui (ut dicit) dupliciter corrumpitur, aut a contrario, cum extinguitur: aut ab intrinseco, cũ ipse a seipso marcescit. Ex his tribus propositionibus componit̃ syllogismus, si maius corpus est corruptibile, & corrumpitur, minus corpus erit corruptibile, & corrumpetur: sed maius est corruptibile, & corrumpitur aliquãdo. igitur minus aliquando corrumpetur. Sed elementum purum est minus, & elementum impurum est maius, & elementum impurum corrumpitur aliquando. igitur elemẽtum purum aliquando corrũpetur. Hæc ratio tota patet ex propositionibus, & ideo inquit. Hoc autem patiẽ minor a maiori, ut minor flamma a maiori: & eo celerius, quo minus est. Quod uero ad uerba attinet, debes scire, hæc uerba posse duplici-
D ter intelligi. Vno modo ut minus patiatur a maiori. ita ut minus corpus sit patiens, & maius sit agens, & hoc licet sit uerum, non tamen ad propositum. patitur minus calidum a magis calido, non tamen est ad propositum. Alio modo intelligi potest ut minus hoc modo patiatur a maiori: ideſt respectu maioris. Nam minor flamma patitur magis q̃ maior hoc est facilius, & sic intelligit in proposito. inquit. hoc autem patitur minor. sup. ignis a maiori. i. respectu minoris, & eo celerius quo minus est. Ex his dat conclusionem, & inquit. Quare corporum elementa quę sunt pura, & propterea dicuntur elementa corporum, corruptibilia & generabilia esse necesse est. Sed occurres, quia illa regula si maius corrumpitur, minus facilius corrumpi potest: non ualet nisi in his quæ sunt eiusdem rationis. modo elementum purum & impurum non sunt eiusdem rationis. Nam impurum est mixtum, modo mixtum non est eiusdem rationis cum simplici ex quo constat. Potest dici illa esse eiusdem rationis subiecti, quoniam ambo conueniunt in eadem specie materiæ, immo in eadem materia numero, & propterea ualet si impurum elementum aliquando corrumpitur, quod est magis: purum quod est minus, aliquando corrumpetur, quia ambo sunt eiusdem rationis subiecti. Pulchra dubitatio esset si ignis potest corrumpi ab intrinseco circũscripto omni contrario extrinseco. Sed quia hæc dubitatio est optime disputata in libris de generatione, usq̃ illuc dimittatur. Animaduerte q̃ Auerro. dicit fuisse opinionem Empedoclis q̃dam elementa corrumpi, ut partes elementorum quæ sensibus nostris patent. Hæ enim partes corrumpuntur, quædã alia esse in se corruptibilia: quæ tamen nunq̃ corrumpuntur, ut sunt elementa: quæ nobis uon uidentur. Et ad hæc dixit Empedocles stare corruptionem elementorum, quæ nobis uidentur corrumpi, & sic Auerroes idem quod nos sentit. Secundo animaduertte, q̃ secundum Auerroem cum Aristoteles dixit ignem dupliciter esse corruptibilem: uoluit innuere in utroq̃ modo corruptionis semper minorem ignem citioris esse corruptionis q̃ maiorem. ignis enim minor citius corrumpitur a suo contrario, q̃ maior: & ignis minor citius extinguitur ac marcescit a se q̃ maior, quare uult habere minorem facilius corrumpi. Tertio debes scire q̃ Auer. ait ignem marcescere a se, quando defectu materiæ, in qua continetur, extinguitur. Sed occurres an possit ignis corrumpi defectu materię sine contrario ipsum corrumpẽte. Respondet Auerroes q̃ non, quia corruptio quæ fit defectu materiæ, est etiam ex contrario, sed per accidens, quia contrarium nunq̃ ipsum corrumpet, donec materiam illi conuenientem reperit. Confirmat hoc, quia ut dicitur in secundo de anima: nihil generatur a se, & nihil corrumpitur a se. sup. sine contrario extrinseco, & sic tenet Auerro. ignem qui a se marcescit: non corrumpi absq̃ contrario. Vnde ꝓ satisfactione uerborum Aristotelis uidetur uelle q̃ duplex est corruptio una a contrario, & est quæ principaliter est à contrario, & hęc dicitur a contrario principaliter, non q̃ nõ sit defectu materiæ. Altera est a defectu materiæ principaliter, licet non sit absq̃ contrario. uerbi gratia. mors naturalis hominis est principaliter defectu materiæ, tamen est a contrario, quia a ficco accidentali. Mors uero præternaturalis, ut mors iuuenis est principaliter a contrario, tamen nõ est sine defectu humidi. Vel fortasse dici potest q̃ Aristoteles uelit ignem posse corrumpi aliquando a se defectu contrarij, quando uenit ad naturalem finem suæ periodi. Aristoteles enim omnibus genitis in libris meteororum prębuit periodum, qua uiuunt, uel qua stabilita sunt in esse, quæ igitur corrumpuntur per hoc q̃ peruenerunt ad finem suę periodi, uult corrumpi sine contrario, sed solum propter materiã, quæ appetit tunc aliam formam, & ideo tunc pereunt sine contrario positiuo, & per solum contrarium priuatiuũ. Alia uero pereunt præternaturaliter quando prævenit eorum corruptio finem suæ periodi, & hæc uult corrumpi propter contrarium positiuum. sed de his in libris de generatione multa. quære ex his perspicuum est, q̃ elementorum generatio non sit infinita, nec etiam finita. Sed occurres, omnis motus est finitus, uel infinitus, generatio est motus, uel cum motu. igitur uel finita: uel infinita. dici potest q̃ generationem uel corruptionem esse finitam uel infinitam potest dupliciter intelligi. Vno modo respectu temporis, & sic quę libet est finita, quoniam quælibet pars elementi, quæ generatur, generatur in tempore finito, uel corrumpitur in tempore finito. Alio modo respectu terminorum, & sic nec est finita, nec infinita. infinita quidẽ non, qa pars ignis cum fit, nõ fit ex parte alia: quę etiam fiat, & sic in infinitum, nec cum corrumpitur, corrumpitur in partem quæ corrumpitur: & sic in infinitum, finita uero minime, quia non corrumpitur ad aliquod: quod non potest corrumpi, nec generatur ex aliquo, quod non potest generari, quare hoc modo, nec finita est, nec infinita: tamen respectu temporis est finita, & sic concludit ratio.

Quum autem generabilia sint: aut ex non corpore, aut ex corpore, ipsorũ generatio erit. & si ex cor-

E Quæ uer. cõmi. 52.

F

G

Dubitatio H

Dubitatio

Solutio

pore,aut ex alio,aut ex ſe uiciſſim.

Expoſitio. Quæ auer. cõmẽ. 53.

Auerroes optime introducit hanc quæſtionem, ait enim ſenſu apparere ꝙ elementa generentur uiciſſim ex inuicem. & ita hoc non quærit,cum ſenſibus pateat,quærit autẽ utrũ elementa generentur ex ſe uiciſſim eſſentialiter ac per ſe,ita ut non poſſint fieri niſi ex inuicem fiant. nam hoc ſenſibus non conſtat. fecit autem hoc Ariſtoteles (ut dicit Auerroes) per ſimile ad id quod quæſiuit de corruptione,nam quẽadmodum quod uidetur ſenſu de corruptione eorum, non eſt ſufficiens in certificatione ꝙ elementum quod corrumpit: ſecundum omnes partes corrumpatur,ita eſt hoc quod uidetur de generatione eorum adinuicem.ſ.quia non ſufficit per hoc ſcire ſi per ſe ex ſe mutuo fiant,ideo quærit utrum ex ſeinuicem mutuo fiant elementa per ſe,quare cum probauit de elementis ꝙ illud quod generatur & corrumpitur,generatur & corrumpitur ſecundum omnes ſuas partes,quærit nunc de ſecunda intentione:uidelicet utrum ex ſe mutuo per ſe generentur. Et inquit. Quum autẽ generabilia ſint. ſup. ſecundum omnes partes,ut antea probatum eſt, ideo

K quæritur poſt hoc utrum ex non corpore, aut ex corpore ipſorum generatio ſit,& ſi generatio ſit eorũ ex corpore,quæritur an ex alio corpore. ſupple priori elementis,& alterius generis ab eis,an ex ſe uiciſſim. ſup. ſecundum Auer. p ſe et eſſentialiter fiant.Hæc eſt expoſitio Auer. & ſatis pulchra.

Ipſa uerbũ additũ In græco ſupfluit uerbũ gñans. Erunt Habebit Separatũ ἀφωρισμένον. Definitũ. Expoſitio.

Is quidem igitur ſermo, qui ex non corpore ipſa generat,uacuum facit, omne enim quod fit: in aliquo fit,& id in quo fit generatio:aut nõ corpus erit aut corpus habens. Et ſi quidẽ habebit corpus,duo corpora ſimul erũt in eodem,id uidelicet quod fit: & id quod præerat. Sinaũt non corpus fuerit,uacuũ ſeparatum eſſe neceſſe eſt.hoc autem impoſſibile eẽ, & antea demonſtratum eſt.

Nunc Ariſtoteles deſtruit duo membra,ut concludat mẽbrum uerum.probat igitur primo ꝙ elementa non generẽtur ex non corpore:& hoc proponit ibi.is igitur ſermo, qui ex non corpore ipſa generat,uacuum facit,& ſic uult illa nõ

L fieri ex non corpore, quia ſequeretur uacuum eſſe. pro deductione conſequentiæ ſumit unum ſuppoſitum in quinto phyſicorum ſatis declaratum, & inquit. omne enim quod fit,in aliquo. ſup. ut in loco fit. Hęc eſt ſuppoſitio ſatis nota qua ſtante quærit,& id in quo fit generatio, aut nõ corpus erit,aut corpus habens.probat ꝙ non habeat corpus,& inquit.Et ſiquidem habebit corpus,duo corpora ſimul erũt in eodem id uidelicet quod fit,& id quod præerat in eo.Sinautem locus in quo fit,ſit non corpus, ita ut in ipſo nullum ſit corpus ſenſibile:uacuum ſeparatum eſſe neceſſe eſt. nã eſt quantum quoddam in quo fit generatio, & non eſt corpus in eo ſenſibile.igitur uacuum. hoc autem impoſſibile eſſe

M & antea in quarto phyſico.demonſtratum eſt.Hoc mõ Themiſtius & Alexander expoſuerunt, ut Auerro. narrat,eos enim non uidimus. Circa hunc locum Auer.diligenter ꝓcedit,ut mihi uidetur,ideo nos ſui commenti omnes utiles partes adnotabimus. Quãtum igitur ad textus introductionem, inquit. in hoc capitulo uult deſtuere duas diuiſiones ſiue duo membra prædicta ſyllogiſmi diuiſiui, ad concludendum tertium,erat enim ſyllogiſmus elementa generantur ſecundum omnes partes:uel igitur ex non corpore, uel ex corpore priori eis, uel ex ſe mutuo. probat igitur ſecundum Auerro. ꝙ elementa non generentur ex non corpore, nec ex corpore priori,ut concludat illa fieri mutuo ex ſeinuicem. Hæc eſt contradictio Auerro. Deinde ſequitur illa particula commenti. Et intendit per non corpus,ubi Auerroes declarat quia Ariſtoteles per non corpus uelit:cum quærit utrum elementa quæ generant:fiant ex non corpore,uel corpore alio,uel ex ſeinuicem.Nam declaratis terminis facile intelligitur proceſſus Ariſtotelis.& probat ꝙ per non corpus Ariſtoteles non poteſt intelligere ipſum non eſſe ſine ipſum nihil quod eſt priuatio ſimpliciter entis, ſed corpus in potentia quale eſt materia,quæ eſt non corpus actu. primo quia generatio eſt motus ſaltem communiter dictus, omnis motus eget ſubiecto. igitur per non corpus non poteſt N intelligere ipſum nihil. Secundo probat idem ibi.Et etiam res.Quia res quæ fit,alia eſt a re ex qua,ut è termino è quo fit,ut patet in cæteris tranſmutationibus, ſed in alijs tranſmutationibus neceſſario requiritur ſubiectum.igitur in generatione:addit tamen quandam differentiam, quia in alijs trãſmutationibus ſubm eſt in actu.In generatione aũt,quæ eſt in ſuba,ſubm eſt in potẽtia:ut alibi diximus. Tertio probat idem ibi. Ipſe ergo,quia ſi per non corpus intelligeret non eſſe,tunc non eſſe reciperet eſſe,ut deductum fuit in libris phyſicorum ſæpe. Quarto ibirEt ideo propoſitio,probat ſic,quia antiqui immo omnes uolunt generationem nõ fieri ex non corpore capiendo non corpus pro non eſſe,conueniunt enim in hoc omnes,qui de natura loquuntur.& ſic cum in hoc nulla ſit uis,uidetur igitur ꝙ Ariſtoteles per nõ corpus intelligat non corpus actu,ut quæſtio ſit,utrum elementa generentur ex corpore actu tanquam ſubiecto, an ex corpore potentia,quod non eſt actu corpus.ſecundũ igitur Auerroem Ariſtoteles probat ſubiectum ex quo fiũt ele O menta,non eſſe actu corpus. Sed occurres, quia expoſitio uidetur contra textum: Ariſtoteles enim probat id ex quo elementa fiunt,non eſſe non corpus,ait.n.Hic igitur ſermo qui ex non corpore ipſa generat,uacuum facit:Ecce ꝙ probat illa non fieri ex non corpore, quia ſequeretur uacuum eſſe.Auerroes autem uult ꝙ Ariſtoteles probat ſubiectum ex quo fiunt elementa eſſe non corpus, & ſic expoſitio eſt contra textum,quia textus deſtruit,quod Auerroes ait conſtrui. Poteſt dici ꝙ Ariſtoteles per non corpus intelligat trinam dimenſionem ſeparatam quod eſt non corpus ſenſibile,ſed bene corpus quantum. Vnde inquit.His quidem igitur ſermo qui ex non corpore ipſa generat,ideſt qui ex trina dimenſione ſeparata ipſa generat: uacuum facit. Modo idem quærit & intelligit Auerroes,uult enim ꝙ Ariſtoteles probet ſubiectum elementorum non eſſe actu corpus ſenſibile, nec eſſe actu corpus quantum ſeparatum a corpore quali,quæ non repugnant. Vnde ſecundum Auerroem textus reſoluitur ad duo,quia primo probat ſubiectum genera P tionis elementorum non eſſe corpus actu. Secundo ꝙ non ſit corpus in potentia ideſt trina dimenſio ſeparata a corpore ſenſibili.neceſſe enim eſt(ut dicit Auerroes) ꝙ omnis generatio ſit in ſubiecto:& neceſſe eſt ut illud ſubiectum aut non participet corporeitate, nec accidente, neq; quantitate nec alio:aut neceſſe eſt ut in eo ſit corporeitas. ideo probat primo ꝙ in ſubiecto non ſit corporeitas per ſe hoc eſt dicere ꝙ ſubiectum ſit corpus actu,quia ſi ſubiectum generati ſit corpus actu,& ipſum genitum ſit actu corpus, tunc duo corpora penetrabunt ſe occupando eundem locum. uerbi gratia,ſi ſubiectũ generationis ignis ex aere fuerit aer. & cum ſubiectum ſit in re generata:eſt enim pars illius:tũc aer & ignis erunt inſimul in eodem loco. Deinde ſequitur illa particula.Et ſi locus in quot. Vbi probat ꝙ ſubiectum ex quo fit elementum non eſt corpus in potentia.i.trina dimenſio ſeparata,quia ſi ſic eſſet,tunc daretur uacuum: nam ut dicit quarto phyſicorum uacuum eſt corpus in potentia, quod actu eſt non corpus,capax tamen corporis actu,& tũc iuxta hanc poſitionem cum Ariſtote.ait.Omne enim quod Q fit,in aliquo fit, intelligit ſubiectum,quia omne quod fit ex ſubiecto,& in ſubiecto fit.Similiter per id in quo fit, intelligit ſubiectum ex quo & in quo fit generatio. Quare patet elemẽta fieri non poſſe ex ſubiecto actu per ſe,nec ſubiecto in potentia,quod eſt trina dimenſio ſeparata.erit igitur generatio elementorum ex ſubiecto:quod eſt corpus actu,nõ quidem per ſe:ſed per accidens.ex ſubiecto autem in potẽtia,quod eſt materia prima,per ſe.hæc eſt expoſitio Auerro.

Quæ auer. cõmẽ. 54.

Deinde ſequitur..Themiſtius autem. Vbi ponit Themiſt. & Alexãdri expoſitionem,qui format ſic rationem textus: oẽ genitũ aut erit in loco,in quo nõ eſt corpus:aut in loco in quo eſt corpus.ſi in loco in quo eſt corpus:tũc duo corpora erunt in eodẽ loco.Sinautem in loco,in quo non eſt corpus:tunc uacuum erit. Addunt ꝙ Ariſtoteles non induxit hunc ſermonem apud eos niſi ad declarandum quomodo

contingit

A contingit expositione generari uacuum esse. & ita uolunt hanc rationem non esse demonstratiuam, sed probabilē: ita ꝙ est inducta ut quędam dubitatio accidens circa positionē generationis, quam antiqui nesciebant soluere. quę ratio docet, ꝙ generatio sit ex corpore, non quidem actu, sed potentia hoc modo. uidelicet, ꝙ primum instans esse formæ genitæ, est primū non esse præcedentis corporis, & sic Alexander & Themi. arbitrantur circa rationem hanc. Deinde sequitur. Et hoc non est uerum. Vbi Auerroes soluit rationem Aristo. (& ut mihi uidetur) solutio sua est illa, quam dederunt Themi. & Alexand. nam (ut dicit) qui ponit generatum fieri a corpore in potentia: potest ponere generationem fieri in loco, non ponere uacuum. poterit enim ponere in loco generationis esse corpus corrumpendum, quod qui
B dem recedet per generationem noui corporis, quia primum esse noui corporis est primum non esse corporis præcedentis, quod recedit Exemplum huius est quia corpus liquidum ut aqua intrat uas, ubi erat aer, quia q̄ cito intrat aqua, tam cito recedit aer, & ita non sequitur uacuum esse. Deinde sequitur illa particula, Si autem intellectum. Vbi redit ad suā expositionem, & uult ꝙ si per corpus & non corpus intelligat materiam, tunc intentio Aristotelis est demonstrare quo modo corpus fiat a corpore, & supple quomodo a non corpore. fit enim a corpore, quia a materia, quæ actu est sub forma alterius corporis, igitur fit a corpore per accidens, fit autem a non corpore, quia fit a materia, quę est non corpus actu, sed corpus in potentia. Deinde sequitur illa particula, Quomodo autem sequitur. Vbi ostendit quomodo sequi
C tur si generatum fit a corpore in potentia, ut uacuum sit, & ait uacuum sequi quando fieret generatum a corpore in potentia. i. a materia subiecta trinæ dimensioni omnino separata a corpore actu: nam cum materia quanta esset separata actu, proculdubio esset uacuum. Vnde si materia quanta quæ est in potentia, remaneret per se separata, quāto magis ipsum uacuum actu. Addit ꝙ Themi. fatetur locum hunc esse difficilem. Deinde sequitur, Et ego quæro. Vbi probat Auerroes ꝙ cum Aristoteles dicit. In quo fit generatio. Nō intelligit locum: primo, quia si intelligeret locum, & propositiones syllogismi essent ueræ, si non poneretur uacuum, oīno generatio tolleretur, probatur. quia si intelligit locum, & propositiones sunt ueræ, oportet ponere in loco generationis nullum esse corpus, aliter non fit generatio quare si nō ponitur uacuum, generatio omnino tolletur, siue ponatur generationem fieri ex aliquo in potentia, siue ex alio in actu, idem enim consequitur semper. Secundo arguit ibi. Et hęc expositio. Quia expositio hæc esset idonea, quando per id in quo fit generatio: intelligit corpus in potentia, nam sic dicendo redit expositio nostra, quæ intellexit per id in quo, ipsam materiam. Deinde sequitur illa particula. Et hoc quod. Vbi soluit argumentum eorum, arguebant enim Aristotelem non potuisse intelligere per id in quo, ipsam materiam: quoniam si per id in quo intellexit materiam: tunc id in quo non esset pars generati, nec corrupti: sed aliud quid ab eis, & sequitur ulterius materiam nihil esse, quia materia tādiu
D est, q̄diu est pars gñati, uel corrupti. quare si per id in quo: intelligeret materiam, materia nō esset materia nec aliquid aliud, quia in quo est quid aliud a genito & corrupto, nec alicuius illorum pars. Deinde sequitur illa particula. Et hoc nihil est. Respondet Auerroes & concedit Aristotelem per id in quo fit generatio intelligere materiam: & ulterius concedit illam esse partem rei corrumpendæ prius, postea fieri partem rei genitæ, quia dum prior forma a materia tollitur, alia in ea fit: & sic possumus tenere generationem esse, & uacuum non esse, & possumus dicere quòd uacuum est si generatio est, supplē à materia quanta separata à corpore quali. Hæc Auerroes: quæ mihi uidentur acuta, licet fortasse non ad mentem Aristotelis.

At neque ex corpore quodam fieri possunt elementa. Accidet enim aliud corpus elementis ipsis prius esse.

Nunc destruit secundum membrum, & probat elementa ipsa fieri nō posse ex corpore alio ab eis, & hoc proponit. d. at neq; ex corpore quodam supple alio ab elemētis ipsa elementa fieri possunt apponit absurdum, quod ad hoc sequit d. accidet enim aliud corpus elementis ipsis prius esse. & cō sequentia probatur, licet ipse nunc non probet, quia id ex quo aliquid fit, prius est eo: quod fit. ut materia prior est cōposito, quod ex materia fit. tacuit autem probationem, quia in libris physicorum satis dicta est: illic enim dictum est subiectam materiam priorem esse his, quæ ex materia fiunt ut mater prior est filijs. E Expositio

Hoc autem siquidem grauitatem aut leuitatem habet, unum elementorum erit. Sinautem nullum habet momentum immobile atq; mathematicum erit. at si tale est, in loco non erit: in quo enim quiescit, in hunc & moueri potest. & si ui quidem, prę
F ter naturam. Sin uero non ui: secundum naturam. quare si quidem in loco atq; alicubi erit: elementorum quoddam erit. Sinautem non erit in loco, nihil ex ipso erit: id enim quod fit, & id ex quo fit, simul esse necesse est. Vnum. Quoddā. Momētū. Inclinationem. Aptitudinem. ῥοπην Quare igit Fit, uerbū additum.

Græci copulant textum hunc ad præcedentem, quod ēt Auerro. fecit: uolunt enim per hunc textum Aristotelem declarare id quod deduxit, esse absurdum. Vnde secundum eos sic ratio potest componi, si elementa fiunt ex corpore quodam alio ab eis: esset quoddam corpus prius elementis. Hoc autem est impossibile, quia tale corpus uel habebit inclinationem aliquam, uidelicet grauitatem aut leuitatē, aut nullam. si inclinationem habebit, proculdubio erit aliquod elementorum: sinautem nullam, erit corpus mathematicū: quod absurdum esse ostēdit. Hæc est græcorum expositio, quæ satis commoda est uerbis Aristote. Potest etiam esse aliud argumentū & tunc uerbum autem, legatur pro ēt, uel præterea, hoc pacto uidelicet: præterea si elementa supple fiunt ex quoddam corpore alio ab elementis: hoc habebit inclinationem aliquam uel nullam: totum hoc est supplendum, quod breuitatis causa prætermisit. Deinde sequitur: si
G quidem inclinationem hoc est grauitatem, aut leuitatem habet unum elementorum erit, patet ipsa consequentia per se. Sinautem nullum habet momentum siue inclinationē mouendi, quæ græce ropes dicitur, immobile atq; mathematicum erit. Deinde destruit hoc, & inquit. At si tale est uidelicet immobile atq; mathematicum: in loco ullo erit. deducit: quia si in aliquo loco erit: in illo quiescit, hoc autem falsum esse demonstrat. d. in quo enim qescit, in hūc & moueri potest. Dico in hunc moueri posse, eo modo: quo in illo quiescit. quia & si ui quiescit in loco aliquo: præternaturam ad illum mouebitur. sin uero in illo quiescit non ui, ad eum mouebitur secundum naturam. & sic sequitur quod positum est immobile, ac mathematicum: esse mobile, ac naturale. Præterea deducit ad aliud, si ponitur tale mathematicū corpus esse in loco: et inquit. Quare supple sequitur aliud quod est contra dicta: ꝙ siquidem in loco erit atq; alicubi, elemētorum quoddam erit, quod erat negatum. Deinde destruit
H aliud membrum: & inquit. Sinautem non erit in loco. nihil hoc est nullum elementum ex ipso fiet: cuius rationem assignat. d. id enim quod fit, & id ex quo fit: simul esse necesse est. quæ autem simul sunt, ut dicitur quinto physicorum, in uno eodemq; loco sunt. quare si nullibi est, nihil ex ipo fiet. Expositio.

Debes scire ꝙ tota ratio potest sic componi, si elementa fiunt ex corpore quodam alio ab eis, uel habet inclinationē uel nullam: si habet inclinationem, erit aliquod elementorum. at si nullam habet inclinationem, erit corpus mathematicum. hoc autē est impossibile, quia uel erit in loco, uel in nullo erit. Si in loco erit, mobile erit, quod negabatur. Prę terea etiam si erit in loco erit aliquod elementorum, omne enim quod est in loco siue sit in eo ui, siue naturaliter est elementum, uel elementum habēs. Sinautem in nullo loco fuerit tale mathematicū corpus, ex ipso nihil fiet, quia id quod

I fit,& id ex quo aliquid fit,oportet esse simul in eodem loco. Patet igitur elementa fieri non posse ex alio quodam corpore priore elementis.

Cum autem neque ex non corpore, neque ex alio corpore fieri possint, ex sese mutuo ipsa fie// ri relinquitur.

Expositio. Recolligit nūc conclusionem syllogismi,& inquit. Cum autem neq; ex non corpore, neq; ex alio corpore fieri possint elementa,ex sese mutuo ipsa fieri relinquitur. Hæc est

Quę auer. comē. 55. conclusio totius syllogismi.Debes scire secundum Auerro. q̄ elementa fieri ex corpore potest dupliciter intelligi, aut q̄ fiant per se ex corpore,aut per accidens, si per se ex corpore,aut ex corpore actu,aut ex corpore potentia.ipsa per se fieri ex corpore actu,destructum est.ipsa fieri ex corpore in potentia per se:dupliciter adhuc est,aut ex corpore,quod sit separatum ab actu corporeo,& hoc iterum destructum est,

K & pro parte destruetur.aut ex corpore in potētia,quia actu est sub corpore,& potest denudari ab illo:& sic uerum est elementa fieri per se ex corpore in potentia. iterum elementa fieri per accidens ex corpore, potest dupliciter intelligi, aut in potentia,& hoc nō,quia elementa fiunt per se ex corpore in potentia,ad sensum datum.aut actu,& sic est uerū: fiunt enim elementa ex corpore actu per accidens, quod p̄ se est in potentia:ut dictum est.secūdum igitur Auerro. Aristoteles probat elemēta fieri per accidens,ex corpore actu, quod non est aliud ab elementis,sed elementum ipsum, q̄ illa non fiunt nisi ex seinuicem.hæc Auer.& non sunt aliena ab his,quæ diximus. Vlterius quo ad uerba inquit Auerro.& debes scire q̄ intendebat per hoc quod dixit,neq; graue,neq; ponderosum,negationem simplicem,e contrario illi,quod dixit de cœlo, cum dixit de eo neq; graue neq; leue esse,illic enim intendebat q̄ cœlum habet naturam: de qua non dicitur graue, neq; leue. & ita uelle uidetur Auer. quòd quando Aristo.ait. Si autem nullum habet momen-

L tum intelligat simpliciter q̄ nullum habeat momentum,q̄ cœlum etiam habet momentum:nam licet non habeat momentum,quo sursum uel deorsum inclinetur, habet momētum,quo mouetur circulariter.quo momentum est eius natura tertia. Vnde si per nullum habere momentum non intelligeret negationem simplicem, non sequeretur illa consequentia, uidelicet q̄ sit immobile atq; mathematicū,quia cœlum nullum habet momentum elementare,& tamen est mobile & non mathematicum. igitur intelligit simpliciter q̄ nullam habeat uim naturalem mouendi.hæc Auerro.& recte. Vltimo Auer.infert contra antiquos, & ex hoc apparet ut subiectum eorum,sit idem,& unum commune,q̄d dicitur materia. apparet etiam q̄ sint ex materia & forma composita.& præcipue,ut dicit,patet hoc cum declaratum sit impossibile esse, ut generentur & corrumpantur secundum dissolutionem & compositionem in superficies, aut in partes diuisibiles.

M Rursus igitur considerandum est quis nam sit mutuæ generationis ipsorum modus: utrum ut Empedocles dicit atq; Democritus:an ut hi qui in superficies dissoluunt: an alius quispiam sit præter hos modus.

Expositio. Nunc consequenter ad aliud transit negotium:cuius, ut sui moris est,intentionem proponit,Et inquit. Cum sup.elementa generentur ex sese mutuo, rursus igitur considerandum est,quis nam sit mutuæ generationis ipsorum modus. utrum ut Empedocles dicit, atq; Democritus.an ut hi qui in superficies dissoluunt, ut Platonici.an alius quispiam sit præter hos modus,ut peripatetici dicunt.

Mutatio Fieri Generari. Hi igitur qui quidem circa Empedoclem atque Democritum sunt, ipsi seipsos latent: non generationem mutuam:sed apparentem generationem facientes.unumquodq; enim quod inexistit,segregari dicunt,quasi e uase sit ipsa generatio:non autem e materia quadam,mutatio eius,quod generatur.

Prosequitur nunc de proposita intentione, & primo narrat opinionem Empedoclis, Democriti, & Anaxago. circa modum generationis ex sese elementorum,ubi debes scire q̄ Empedocles posuit quatuor prima corpora ignem uidelicet,aerem,aquam,& terram,& secundum substantiam intransmutabilia,diuisibilia tamen secundum quātitatem,& diuisa in partes paruas per cōgregationem huiusmodi partium secundum plus & minus constituere illud,quod dicimus ignem,aerem,aquam,& terram:nam nihil syncere posuit tale:posuit enim duplicia elemēta uidelicet pura,ut quatuor prima corpora,quæ diximus,& impura:quæ ex partiū illorum congregatione resultant,& ex his impuris postea p̄ segregationem posuit generari ea,quæ dicimus mista. Democritus uero posuit prima corpora atoma, & ex ipsis p̄ cōgregationem generari primum id quod dicimus ignem, aerem, aquam, & terram. & ex istis per segregationem fieri mista.Anaxago.etiam prima corpora posuit partes similares,infinitas existentes in unoquoq;.postea per segregationem mista fieri. Conueniunt igitur hæ opiniones, in eo q̄d dicunt rerum generationem fieri per segregationem eorum quæ inexistunt.Obijcit igitur Aristoteles contra hoc in quo conueniunt. primo quia tunc generatio non esset uera, sed apparens tantum.Inquit secundo,igitur quidem circa Empedocl. atq; Democri. sunt, ipsi seipsos latent, & ponit in quæ seipsos latent.d.non generationem mutuam ipsorum supple ueram: sed apparentem tantum facientes. declarat hoc eos dixisse, & inquit. Vnumquodque enim quod inexistit, supple in elementis, segregari dicunt, & hoc esse illorum generationem. quasi generatio mistorum sit ex uase exitus, quia fit per segregationem ab illis elementis:segregantur enim ab illis parua corpora quæ postea congregantur ad generationem mistorum, & ita dicunt generationem quasi sit exitus a uase,& nō ex quadam materia mutatio uera & substantialis eius quod fit. ecce ad hanc opinionem sequi generationem non esse ueram, sed apparentem tantum mutationem, quod est primum absurdum contra hos. Debes scire q̄ generatio secundum hos est segregatio,& congregatio.est quidem segregatio paruorum corporum ab his, quæ uocant elementa. est autem congregatio illorum paruorum corporum, quæ iam erant segregata ad unum,quod generatur. quare generatio quouis modo sit erit apparens mutatio & non uera ex materia transmutatio.

Auerro. autem ait quæstionem præsentem quę quærit de modo generationis elementorum abinuicem declarari,non posse syllogismo hypothetico,cuius causa est quia hypotheticus diuisiuus syllogismus fundatur supra partibus contradictorijs:modo eiusmodi opiniones non sunt contradictoriæ:ideo fieri non potest per destructionem illarum syllogismus hypotheticus diuisiuus a destructione falsarum positionum ad positionem ueram.ulterius Auerro.dicit q̄ Aristo.in hoc libro contradicit opinionibus falsis:et in libro de generatione inducit modum uerum,quo elemēta inuicem generantur.hinc concludit librum hunc esse præambulum ad librum de generatione.tertio dicit Aristotelem non tantum contradicere Democrito & Empedocli, sed omnibus dicentibus generationem esse congregationem,& segregationem,& omnibus qui dicunt generationem esse ex subiecto ente in actu. omnes enim sic dicentes coguntur dicere generationem esse aut latitationem,aut alterationē in qualitate nō in substantia. Sequitur illa particula {sed iam} ubi mouet dubitationem,quia in libro de anima dictum est Empedoclem posuisse elementa intransmutabilia,hic uero dicit de mente illius illa inuicem generari. Respōdet quòd forte Aristoteles tribuit hanc opinionem Empedocli quasi per accidens,quatenus ponit illa in misto actu modo latitationis,uel melius dici potest Empedoclem posuisse elementa duplicia,quædam uera, & hæc sunt intrāsmutabilia,alia īpura & hæc trāsmutabilia:de his supra satis dictū est. Deinde sequiē illa particula {Et hoc quod dicunt} ubi notat Auerroes duas literas: una dicit ita antiquos dixisse rerum generationem esse, sicut generatur ignis excussione lapidis cum ferro.

N Expoſitio

Quę auer. comē. 56.

O

P

Q

A cum ferro: licet sit differentia, quia antiqui uoluerunt generationem esse de capitulo translationis generatio ignis ex lapide est de capitulo alterationis & transmutationis. Alia litera dicit eos ita generationem dixisse: sicut est exitus alicuius corporis à uase, & hoc pacto in nostris græcis codicibus legitur. & est exemplum uerius, quoniam hic exitus est translatio tantum, & sic generationem esse translationem dixerunt antiqui: quare melius est.

Deinde si sic: nō minus ea q̄ accidūt: absurda sunt. Dicit uerbis additis. Eadē. n. magnitudo si densat̄: grauior fieri nō uidet̄. At qui aquā aeri inesse, & inde segregari dicunt: eos hoc dicere necesse est. Cū. n. aq̄ ex aere fit: grauior est.

Expositio. Secundo arguit sic. Si unum elementum generatur ex alio sola segregatione: tunc motu locali omnibus alijs paribus aliquid fieret grauius quàm prius erat. Immo sequeretur solo motu locali: graue fieri, quod falsum est. nam graue aut
B substantia est, aut consequens per se substantiam, & sic fieri nequit, nisi substantiali mutatione. consequentia uero deducitur, quia dum ex aere aqua fit: ipsa generatur per solam segregationem earum partium, quæ in aerę erat apud ipsos. modo patet talem aquam genitam grauiorem esse quā prius erat dum in aere continebatur, quæ ratio docet ipsam fieri non posse per solam partium segregationem ab aere. & ita in aere non prius erat. Inquit. Deinde si sic supple est quòd unum elementum generetur sola segregatione earum partium, quæ in priori elemento erant: non minus ea, quæ accidunt absurda sunt: supple, quàm pauloante diximus, sequitur enim supple aliquid fieri grauius quā prius erat solo motu locali: supple si sola segregatione unum elementum ex separatione partium fieret ex alio. eadem enim magnitudo si densatur: grauior fieri non uidetur, supple solo motu locali, & qui aquam aeri inesse. & inde cum generatur: segregari dicunt: eos hoc dicere necesse est, ut deduximus. cum enim aqua ex aere fit: grauior est, quare cum hoc absurdum sit ipsam fieri segregatione partium absurdum erit, & per consequens aqua non prę erat aeri. Animaduerte ꝙ Auerroes
C pulchre hoc declarat, & dicit: contingit enim eis ꝙ cum corpus leue à quo exit graue: cum fuerit in aliqua quantitate: deinde inspissatur, & diminuitur sua quantitas, ut in eo appareat grauitas maior, quando inspissatur, & appropinquat sua quantitas quantitati corporis grauis, quod exit ab eo. & sic sola loci mutatione, qua fit inspissatio sequitur aliquid fieri grauius. Ponit exemplum, & inquit. uerbi gratia. quia uidemus ꝙ aer ex quo generatur aqua: habet quantitatē supple sibi conuenientem, & cum ex eo fit aqua: inspissatur primo, & diminuitur sua quantitas, & sic fit aqua. ecce quomodo sola inspissatione aqua fit grauior, quā erat antea: cum in aere ipso continebatur. Ostendit autem Auerroes hoc absurdum esse, & inquit. Si igitur aqua esset in actu clausa in aere, non accideret aeri quando inspissatur, & appropinquat aq̄, ut esset grauior q̄ ante, quia supple tunc sola inspissatione accideret noua grauitas. Modo hoc falsum est, uidemus enim aerem: cum inspissatur addi sibi grauitatem aqueam, quam
D prius non habuit. Quare oportet dicere aquæ generationē fieri non sola partium separatione. Deinde sequitur illa particula { Et inclinauit } ubi remouet dubium: dubitaret forte aliquis, quia si aer fit grauior inspissatione: tunc ipse esset grauis in loco proprio: respondet primo, cum dixisset aerem esse grauem ante & post exitum aquæ ab eo: ne quis credat leuitatem aeris esse uiolenter commixtam grauitati aquæ. Et ꝓpterea uoluit innuere utrunq; esse graue, & non aquam tantum: ne quis dicat aquā uiolenter mixtam esse aeri. uel aliter ait Auer. hoc dixisse, quia opinio sua est aerem ꝓprio in loco graue esse. & sic conceditur id quod in dubio inducebatur. Vel aliter hoc quod dixit defuit ad confirmandum supple absurdum illud sequi opinionem antiquorum, qui dixerunt omnia elementa esse unum substantia: non ꝙ ita ipse uelit. hæc Auer. & non imperite. Deinde subdit { Si aliqs quæreret } repetit dubitationem, quā breuibus soluit ꝙ de mente Aristo. aer in proprio loco habet aliquā grauitatem, ut in quarto dicemus. Animaduerte tamen multa Auer. hic dicere, quę ad uerba textus nihil faciunt, ut intelligēti patet. E

Occupare Obtinere Maiorem Ampliorē Transitu Migratiõe Permutatione. Absurdum Irrationale ἀλογον

Præterea corporum mixtorum alterum separatum non necesse est locum semper occupare maiorem. At cum oritur aer ex aqua: maiorem aer occupat locum. Quod enim subtiliorum est partium: id maiore in loco fit. Patet autem hoc, & in ipso transitu. euaporante enim humido, spirituq; turgente: ea uasa quæ moles continent: ob angustiam rumpuntur. Quare siquidem omnino uacuum non est: neque extenduntur corpora, ut hi qui hæc dicunt, inquiunt: ipsum impossibile esse patet. Sinautem uacuum est & extensio, absurdum est id quod separatur: ex necessitate semper maiorem occupare locū. F

Expositio. Tertio syllogiçat sic, corporum mixtorum alterum separatum non necesse est locum semper occupare maiorē. hæc maior probatur extra textum, quia eorum quæ mixta sunt: eadem est forma: eadem etiam & uirtus. quorum uero est forma & uirtus eadem: locus quoq; idem erit. Et sic patet hæc maior. Deinde ponit minorem, & inquit. ut cum oritur aer ex aqua: maiorem aer ipse occupat locum probat aerem maiorem occupare locum cum ipse ex aqua oritur: primo quia quod est subtiliorum partium: id maiore in loco fit. Modo aerem subtiliorum partium esse nemo est qui dubitat: quare aer dum oritur ex aqua maiorem occupare locum clarum erit. Secundo probat idem dicens, patet autem hoc & in ipso transitu, ut quando aliqua corpora transeūt de una dispositione ad aliam, quando transeunt de grosso ad aereum: euaporante enim humido, ut musto, uel alio succo: spirituq; turgente: ea uasa continent moles, hoc est mustum & succos, quæ moles dicuntur nomine generis: rumpuntur. dolium. n. sæpe rumpitur intumescente musto: similiter & amphora intumescente succo. & hoc est quia moles illæ transeunt de aqueo terreo ad aereum, quæ ratio docet aerem dū ex aqua fit: maiorem occupare locum. & sic patet minor: deficit conclusio, quæ est. igitur aer non fuit sola congregatione aquæ commixtus. Syllo tex.

Est igitur syllogismus: corpus alteri commixtum per solam congregationem, & actu existens: cum separatur nō obtinet maiorem locum. aer cum separat̄ ab aqua: G
obtinet maiorem locum. igitur aer non est aquæ commixtus per solam congregationem actu existēs. Sed occurres quā- Dubi tex.
do rumpuntur uasa, quæ moles continent, & quando non Solutio
rumpuntur. Respondet Aristo. ꝙ si non detur uacuum: neq; corpora contenta in uase extenduntur spiritu turgente: nunquam possunt uasa rumpi, quia per ebullitionem nunquam intumescent hæc corpora. dupliciter enim mustum potest intelligi fieri maius per ebullitionem, aut propter uacuum, quia dum ebullit uacuum inter partes ebullientes oritur, aut propter extensionem, quia dum ebullit: partes grossæ aquæ extenduntur. quare si nec uacuum, nec partium extensio fit: nec uasorum fractio erit intumescentibus corporibus contentis in illis. Inquit. Quare siquidem omnino uacuum non est: neq; extenduntur corpora contenta in uasis, ut hi qui hęc dicunt: inquiunt uolunt enim corpora non extēdi. ipsum impossibile esse patet: hoc est patet fieri non posse fractionem H
uasorum per intumescentiam corporum. patet ergo quando est dicendum uasa non rumpi. deinde dat quando est necesse dicere uasa rumpi, & inquit. Sinautem uacuum est, & etiā extensio corporum contentorum intumescente spiritu: supple tu: uasorum fractio erit. & si fractio supple erit: absurdum est id quod separatur ex necessitate semper sola segregatiõe maiorem occupare locum. Nam id quod separatur, maius erit, aut propter uacuum, quod inter partes est, aut quia partes extenduntur, quæ minores prærerant. & non propter solā segregationem, ut ipsi dixerunt. Sic igitur si nec uacuū, nec extensio partium est: etiam nec uasorum fractio fiet intumescēte spiritu. Sinautē aut uacuum, aut partium extensio fit: uasorum fractio erit, & corporum ēt intumescentia. uerum non erit ob solam segregationem, ut dixerunt ipsi, sed uel uacuī Optia du.
interpositione, uel partium extensione. Et si dices ad quid Solutio.

I hæc Aristote. dici potest hæc esse dicta ut demonstraret anti quos uix posse saluare ꝓblema de fractione uasorum secundum eorum fundamenta: nisi aut ponant uacuum quod est contra ueritatem, aut ponant partium extensionem, qđ est contra eos qui uolunt sola segregatione corpora fieri maiora, nulla extensione de nouo facta. Fuit aũt mihi non parũ difficilis locus iste, ut considerantibus patet. Auer. autem re solut textum ad sylꝰm in secunda figura, & inquit. Illum in duabus propositionibus fundari. prima est, corporum clausorum inuicem cum exierit unum ab altero: non occupabit
Quæ auer. cõmẽ. 59. maiorem locum loco corporis in quo erat clausum. Addit Auer. Aristo. per corpora inuicem clausa intelligere ipsa mixta: non quidem uere mixta, sed congregatiue coadunata. Secunda est, ꝙ cum aer exierit ab aqua, occupat maiorem locũ loco aquæ: in quo aer ipse erat clausus. Ex his in secunda figura, ut dicit: concluditur, ꝙ cum aer fuerit gñatus ex aqua: non erat clausus in ea. Secundam propositionẽ probat Arist.
K ut dicit Auer. per quoddam cõmune omnibus corporibus subtilibus, uidelicet per hoc quia corpus subtilius occupat maiorem locum: modo aer est subtilior aqua. igitur occupabit maiorem locum: cum ab aqua exierit. Secundo probat Aristo. idem, exemplo sumpto ab alteratione & translatione, & hoc ut Auer. ait ut propositionem minorẽ uniuersaliorem faciat in omnibus corporibus, quæ mutantur de spissitudine in raritatem. exemplum igitur Aristo. est de corporibus turbidis uidelicet musto, & succo: cum clarificantur, & transeunt ad aeream dispositionem magis. Nam hæc crescũt adeo, ꝙ frangunt uasa, & mustum dolium, & succus ampullam. quæ ratio docet aerem: cum fit ex aqua: non esse constrictum in ea, quoniam non inest aquæ uis tanta, ut possit aerem sic constrictum detinere: cum nec dolio hęc uis insit: eo quia aer est pollentior inter elementa, ut patet in fulminibus, & typhonibus, & cęteris uentis furiosis, qui eliduntdurissima ac firmissima corpora. Deinde in translationibus: quas Auer. interpretatur: sequuntur hæc uerba { Et cum ita fit } & nihil est uacuum, & reliqua, ubi Auer. uult ꝙ Arist. uelit ostendere ꝙ siue ponatur uacuum, siue non ponatur: impossibile est ut corpus occupet maiorem locum: cum exit à
L minore corpore, cũ occupabat cum erat in illo. secunda pars probatur, quia si uacuum non est non erit expansio corporis, quia putant causam expansionis esse uacuum. Si non est expansio corporum: nullum corpus põt fieri maius cũ erat. quare aer cum exit ab aqua: non põt maiorem locum occupare, cũ antea cum erat in aqua. prima uero sic deducitur: primo, quia si uacuum esset bene posset esse causa quare corpus maius fit minus, quia compressione uacuitates tolluntur. secundo, quia non potest propter uacuum corpus spissum fieri rarius, uel rarum spissius: nisi alteratione mediante. Modo ex solo motu locali quo corpus exit ex alio corpore redditmaius. igitur positione uacui non sequitur corpus posse fieri maius cum exit ex alio, q̃ quando erat in illo. Addit tamen Auer. in translationibus suis uerba Aristo. esse diminuta, quia non inuenitur uerificata nisi secunda pars. sed in translationibus
M Albefaras reperiuntur ambæ partes. Addit secundo hoc modo Themistium exposuisse. & certe hęc expositio optime consonat uerbis græcis, quę latina nos fecimus. inquit enim Aristo. quare siquidem omnino uacuum non est: neꝙ extẽduntur corpora, ut hi qui hæc dicunt, inquiunt. uolunt enim ipsa corpora extendi positione uacui, ipsum supple quod dixerũt patet esse impossibile, uidelicet, ꝙ corpus occupet maiorem locum, cũ occupabat cum erat in alio corpore. nam ut diximus: cum uacuum non est: non est expansio, quia expansionis causam uolunt esse uacuum. cum non est expãsio: non põt ullum corpus effici maius cum exit ab alio, cũ erat cum in illo erat. Et sic patet prima pars. deinde uerificat secundã, & inquit. Si autem uacuum est, & extensio ipsa, quæ fit ꝓpter uacuum, absurdum est ipsum quod separatur: cum exit ab alio, semper maiorem ex necessitate occupare locũ. Hoc Aristo. posuit, sed Auer. dupliciter probauit. primo, qa non est uerũ nisi quando corpora transirent ad minus. secundo, quia positione uacui corpus fieri non põt maius uel minus, nisi alteratione. at isti dicunt sola translatione aliquod cor- N
pus fieri maius, ut aer cũ exit ex aqua maior fit, & non alteratione, sed sola translatione: uel separatione partiũ ab eo, in quo aer erat. hæc expositio mihi placet ualde & est alia à nostra, & fortasse facilior, & uerior. Deinde sequitur { Et cum Themistius } ubi narrat ꝙ Themistius dixit Alex. hunc locũ aliter intellexisse: cuius tamen expositionẽ Themistii non explicauit, postea reddit causam quare Aristo. dixit hæc, ubi debes scire ꝙ duæ sunt difficultates antiquę, utrũ de magno ad paruum corpus mutari possit absq; uacuo. Et utrũ de paruo ad magnũ mutari possit corpus absq; uacuo. Hę sunt duę quæstiones. Dictum fuit in physicis de magno ad paruum non posse mutationẽ fieri absq; uacuo. Quoniam non posito uacuo: daretur penetratio corporis. Ideo in mutatiõe de magno ad paruum necessarium est uacuum. At in mutatione de paruo ad magnum non est uacui necessitas, quia in tali mutatione negato uacuo, non sequitur penetratio corporis. inquit. Auer. & non dixit hoc. s. quod in textu legitur de uacuo O
nisi ꝙ cum sermoni dicentis corpus transmutari nõ posse de magno ad paruum negato uacuo: accidit quæstio quã dissoluit in physicis de penetratione, uoluit narrare põnem illam de penetratione non accidere sermoni dicentis corpus mutari de paruo ad magnum: & reddit causam cur sermoni dicenti corpus mutari de magno in paruum accidit quęstio de penetratione, & sermoni dicenti corpus mutari de paruo in magnum dicta quæstio de penetratione non accidat. causa (ut dicit) est, quia mutatio de magno in paruum est absq; alteratione, supple acquisitiua nouæ formæ: ideo saluari nõ potest nisi concessa penetratione. At mutatio de paruo ad magnum est cum alteratione acquisitiua nouæ formæ: ideo fieri potest absq; penetratione. Quare ad hæc animaduertens Aristo. declarauit ꝙ siue ponatur uacuum, siue non ponatur, fieri minime põt, ut corpus subtilius generetur cum exit ab P
alio corpore, cũ erat antea, quando cũ illo coadunabatur, & hoc totũ satis fuit explicatũ. Deinde sequitur illa particula { Nos aũt intelligimus } ubi Auer. quasi de mente Alexan. ostendit ꝙ ẽt qñ mutatio fit de paruo ad magnum necessariũ est uacuum, quia non põt fieri nisi foramina amplienẽ. Foramina aũt ampliari nõ possunt nisi introitu uacui in illa: quare nisi esset uacuũ: non esset ampliatio, & ubi non esset ampliatio: non posset aliquod corpus fieri maius cũ exit ab alio corpore: in quo latebat. Similiter nec posset fieri minus: nã negato uacuo esset penetratio partium. Sic igitur negato uacuo corpus quod exit ab alio corpore: nec maius nec minus
Insuper Sed fieri posset cũ erat dum cum alio latebat. Cuius oppositum dixit Themi. qui uoluit sine uacuo corpus fieri non posse minus cum exit ab alio, in quo latebat: bene tamen fieri potest maius. Sed hæc tu considera.

Insuper etiam generationem mutuam deficere necesse est: siquidem in ipsa finita magnitudine infinita finita non insint. Cum enim ex terra aqua fit: aliquid terræ aufertur. Si generatio quidem ipsa ex
Quare igitur Q segregatione fuerit, & iterum cum ex eo quod relinquitur simili modo. Quare siquidem semper hoc erit: accidet in ipso finito infinita inesse. At cum hoc impossibile sit: non semper ex sese mutuo generabuntur. Non esse quidem igitur ex segregatione mutuam generationem dictum est.

Expositi. Vltimo arguit Aristot. hypothetice sic, si generatio est ex sola segregatione corporis, quod cum alio erat congregatum: tunc generatio mutua elementorum tandem deficeret. deducit consequẽtia, qa pono ex terra certę magnitudinis fieri aquã certę magnitudinis, uidelicet pedalem: cum hæc generatio sit mera segregatio aquæ à terra aliquid à terra minutum erit, ob quod terra ex qua aqua fit redderetur minor. ulterius pono aliam aquam iterum & terra relicta fieri, & certum est terram rursus minorem relinqui: quare oportet tandem aut ut generatio aquæ ex terra deficiat, aut ut in terra ex qua aquæ illæ oriuntur sint infinitæ aquæ certæ quantitatis inuicem incõmunicabiles ac infinita esse in mole finita fieri ne quit,

A ri nequit: igitur generatio elementi ex elemento tandem deficiet, inquit. Insuper etiam supple si generatio elementi est mera segregatio unius elementi ab alio in quo erat congregatum: generationem mutuam deficere tandem necesse est. Siquidē in ipsa finita magnitudine infinita finita non insint, & quod dixerat declarat, dicens. cum enim ex terra aqua fit, aliquid terræ aufertur, quia terra redditur minor q̄ erat, si generatio quidem ipsa fuerit ex segregatione, & fuerit similiter etiam generatio secunda quæ iterum fit ex eadem terra relicta, segregatio, & sic in infinitum. ponit demum conclusionem, & inquit. Quare siquidem semper hoc erit uidelicet q̄ in generatione semper aliquod quantum segregetur à terra: accidet in ipso finito infinita esse at cum hoc impossibile sit: non semper ex sese mutuo elementa ipsa generabūtur, & sic generatio mutua deficiet, quod erit propositum. demum epilogat. d. non esse quidem: igitur ex segregatione mutuam generationem dictum est. Quod uerò ad uerba attinet debes scire q̄ infinita esse in magnitudine finita potest dupliciter intelligi continuæ proportionalia. & sic nihil prohibet, quia in omni magnitudine infinitæ partes esse possunt continuę eiusdem proportionis, aut æqualia & nulli certæ quantitati nec inuicem communicabilia, & sic est impossibile, & tale sequitur eos, qui dicunt generationem unius elementi esse segregationem: hæc quo ad uerba. Auerro. autem ait & istius sermonis forma est quasi syllogismi hypothetici continui: cuius compositio est talis, si generatio mutua elementorum est secundum exitum: necesse est ut generatio secetur. hęc continuatio probatur secundum Auer. in textu, quia si non secet: in corpe finito erunt infinitę magnitudines finitę. hęc Auer.

Declatio uerborum.

B

Quę auer. cōmē. 59.

Pila Sphæra Cubus Circulus

Restat autem ut in seipsa transmutata fiant. uerū hoc dupliciter, aut enim transfiguratione, ut ex eadem cera pila fit, cubusue. aut dissolutione in superficies, ut quidam aiunt.

Expositio.

Nunc uult reprobare alias opiniones, & primo ponit illud in quo conueniunt quasi ex dictis illud deducendo, & inqt.

C

Restat autem supple ut ipsa elementa fiant in seipsa transmutata. & non segregatione tantū. Postea distinguit ut opiniones declaret diuersas, & inquit. Verū hoc dupliciter supple est. hoc est: elementa transmutari inuicem dupliciter est, aut enim transfiguratione, ut ex eadem cera fit pila modo, & modo cubus, uel aliquod tale, sic ex eadem massa elementari omnia elementa fiant & unum ex alio sola facta mutatione facta in figura. aut dissolutione in superficies, id est sola mutatione facta in superficies, ut quidam aiunt, uidelicet Platonici. tacuit tertium modum uerum, uidelicet per transmutationem in substantia quia in libris de generatione complebitur. quare quærit nunc de his alijs duobus modis, quos utrosque refellit. hæc Aristoteles de positionibus breuiter quas reprobabit.

Si quidem igitur transfiguratione generantur: accidit ex necessitate ipsa corpora dicere indiuisibilia

D

esse. non enim si diuisibilia sint, pars ignis erit ignis: neque ipsius terræ terra. propterea quòd pars pyramidis omnino pyramis non erit: neque ipsius cubi cubum.

Expositio.

Incipit nunc reprobare opiniones, & primo eam, quę uoluit elementa fieri inuicem transfiguratione, & (ut mihi uidetur) hæc ratio fundatur in pluribus propositiōibus: prima q̄ elementa limitant sibi figuras, quarum transmutatione mutantur in substantia. uerbi causa. ignis limitat sibi pyramidē, & terra cubum, & alia alias quarum transmutatione ipsa in substantia mutantur. Secunda propositio, figura est indiuisibilis: non enim quælibet pars pyramidis est pyramis: neq; quælibet pars cubi est cubus: ex hac sequitur tertia q̄ corpora quæ has sibi limitant figuras: etiam indiuisibilia erūt, quoniā sunt propter has figuras, & ideo si hæ indiuisibiles erūt, & corpora his figuris constituta etiam indiuisibilia erūt. his stantibus arguit Aristoteles si elementa mutuo ex seinuicem generarentur transfiguratione earum figurarum, quas sibi p se limitant: elementa ipsa erunt indiuisibilia, quia per propositiones si figuræ sunt indiuisibiles, & corpora erunt indiuisibilia, quæ illas sibi limitant. inquit. Siquidem igitur elementa ex sese mutuo generantur transfiguratione: accidit ipsa corpora dicere indiuisibilia esse. probat consequentiam, & inqt. Non enim si sint diuisibilia: erunt diuisibilia in partes eiusdē rationis. & ita oportet dicere illa esse indiuisibilia in partes eiusdem rationis: non enim pars ignis erit ignis: neq; pars ipsius terrę erit terra ipsa, ueluti neq; pars pyramidis erit pyramis quam sibi limitat ignis: neq; pars cubi est cubum, quā figuram sibi limitat terra. quare elementum omne indiuisibile erit: quod est absurdum intentum. Vnde potest syllogismus à primo ad ultimum sic ordinari: si generatio elementorum mutua est transfiguratione: elementa limitabunt sibi figuras quasdam, quarum transmutatione ipsa generantur & corrumpuntur. si elementa limitabunt sibi figuras, elemēta limitabunt sibi formas indiuisibiles in partes eiusdem rationis. si elementa limitabunt sibi formas indiuisibiles in partes eiusdem rationis: elementa erunt indiuisibilia in partes eiusdem rationis. & ita sequitur impossibile: quare elementa transfiguratione non mutuo generabuntur: non desunt qui dicunt philosophum obiecisse non directe contra positionē, sed contra fundamentum positionis, quod est q̄ elementa determinant sibi proprias figuras tāquam essentiales formas: obiecit enim contra hoc, quia quodlibet elementum esset indiuisibile in partes eiusdem rationis, & nullum eorum esset similare, ueluti & ipsa figura, quā sibi limitant, est indiuisibilis. In cōmento præsenti Auer. docet omnes opiniones antiquorum de generatione elementorum, reduci ad tres, uidelicet latitationē, ut Anaxagoras posuit. transfigurationē, ut Democritici. & dissolutionem eorum ad superficies, ut Platonici. Vlterius dicit in calce commenti, q̄ non est ita de cubica figura ueluti est de pyramidali, quia terra potest diuidi in cubica & in partes, quarum quælibet est cubica. non sit de pyramide, quod quomodo fit: relinquatur.

E

Syll.

F

Quæ auer. cōmē. 60.

G

Verbū nō, in q̄busdā textib⁹ de est, in nr̄is habetur

Sinautem dissolutione superficierum: primum quidem absurdum est non omnia ex sese mutuo generare, quod quidem ipsos dicere necesse est, & non dicunt. Neque enim consentaneum est rationi unū dumtaxat transmutationis expers factum esse. Neq; per sensum uidetur, sed omnia in sese mutuo transmutari similiter.

Expositio.

Obijcit autem contra Platonem, qui generationem elemētorum uoluit fieri per resolutionem ad superficies. & primo quia accidit eos dicere non omnia elementa ex sese mutuo fieri, inquit. Sinautem dissolutione superficierum supple dicitur elementa generari: primum quidem absurdum sup. q̄d' accidit: est non omnia ex sese mutuo generari, quod quidem ipsos dicere necesse est, & non dicunt. coguntur autem sic dicere stantibus suis fundamentis, & tamen uerbo nō dicunt.

Quod uerò ad uerba attinet: uerbum { non } in antiquis translationibus non legitur, & in quibusdam græcis codicibus minime: tamen in nostris reperitur, & (ut mihi uidetur) optime ponit: deinde explicat absurdum Platonis quale est,

H

& ait ipsum esse sensibus & rationibus dissonum. inqt. Neq; enim rationi consentaneum est unum supple elementorum dūtaxat esse factū expers transmutationis: neq; per sensum uidet, sed id quod sensu uidet est, omnia in sese similiter mutuo transmutari. igit rationi & sensui dissonum est unum solum elementorum uidelicet terrā esse intransmutabile: cætera uero transmutabilia esse. Auer. autem primo breuibus narrat positionem Platonis, quā in Timæo posuit, secūdo deducit consequentiā seu absurdū. Plato igitur posuit figurā, qua ignis est ignis pyramidem habentem tres basis. figuram aeris habentem octo bases. figuram aquę habentem bases. 20. terram uero habentem cubicam figuram. hæc breuiter de Platonis opinione. Absurdum uero deducit, quod erat quia data positione Platonis: non omnia elementa mutuo ex sese transmutarentur: immo (ut dicit Auerro.) non omne elementum fieri diceretur ex omni elemento. deducit Auerro. quia

Quæ auer. cōmē. 61.

I impoſſibile eſt ut elementum quud eſt ex pluribus trianguſ lis fiat ex elemento, quod eſt ex paucioribus triangulis. uerbi gratia. impoſſibile eſt ut elementum quod eſt ex uiginti baſi bus fiat ex elemento, quod eſt ex tribus baſibus. & ita ſequitur ut elementum quod eſt pauciorum triangulorum non tranſmutetur in aliud plurium triangulorum. neque aliud in ipſum. hæc Auerro. Mihi autem non placet hæc deductio, quia Ariſtoteles ait Platonem oporteret dicere unum ſolum elementum eſſe tranſmutationis expers, & illud eſt terra ut poſtea dicet. propterea debes ſcire primo quòd Plato in Timæo uoluit, principium eorum quæ generantur, ut ſubiectũ quidem eſſe materiam, ut rationem uero eſſe formam, ſeu ideam uel ſpeciem: horum autem propagines primæ ſunt quatuor elementa, & quantum ad hoc non ualde differt ab Ariſtotele: Nam Plato omnium elementorum unam primã poſuit materiam ut & Ariſtoteles ipſe, & ſic per reſolutionem ad iſtam omnia ex ſeſe mutuo fieri ſentit. Differt uero ab Ariſtot. quo ad materias propinquas elemẽtorum, quas appellat ſuperficies: nam aliam poſuit ignis: aliam aeris: aliã aquæ: aliam terræ. uerũ figuræ ſuperficiales ex quibus ignis, aer, & aqua conſtant: omnes ſunt eiuſdem rationis, quatenus uoluit omnes eſſe ſchalonicas, ſeu hyſopleuricas. pyramis enim ex qua conſtat ignis ex quatuor hyſopleuris componitur. octocedron quod eſt materia propinqua ſeu elementum ſeu figura propria aeris, conſtat ex octo hyſopleuris. Icocedron, quod eſt propria aquæ materia, uel figura, uel propriũ aquæ elementum: ex uiginti conſtat hyſopleuris. at ſolam terram ait conſtare ex figura alterius ſpeciei, uidelicet hyſochele: nam hæc figura habens angulos octo: cubum conſtituit, quod eſt elementum ſeu propria materia terræ. quia igitur ignis, aer, & aqua conſtant ex materijs propriis, quæ ſunt eiuſdem rationis, ſola autem terra conſtat ex figura hyſochele, quæ eſt alterius rationis: ideo tria prima cogitur dicere in uicem tranſmutari: ſolam autem terram intranſmutabilem, quia conſtans ex materia alterius rationis non poteſt tranſmutari in inconſtans ex materia alterius rationis: unde ſyllogiſmus eſt, omne quod componitur ex materia alterius rationis: non poteſt tranſmutari in cõpoſitum ex materia eiuſdem rationis. ſed terra conſtat ex cubica materia, quæ conſtat ex hyſochele figura, & cætera tria conſtant ex ſchalenonibus ſeu hyſopleuris, quæ ſunt figuræ eiuſdem rationis. igitur ſola terra eſt intranſmutabilis in alia elementa. Hæc Plato iuxta fundamenta ſua cogitur dicere: licet uerbo non dicat. Ex his apparet Platonem has figuras non poſuiſſe ex parte formæ, ſed ex parte materiæ, quia has uoluit eſſe ſecundas materias elementorum, ex quibus propinquæ conſtant elementa: nam materia prima omnibus elementis communis eſt remota omnium elementorum. Quomodo uero poſitio Platonis defendi poſſit: prius pro parte dictum eſt, & fortaſſe dicetur.

Qualis eſt Auer. deductio

Vera deductio

K

L

Quę Plato de figuris.

Inſuper Autem

M Accidit inſuper eos de his, quæ apponunt dicentes non conſentanea his dicere, quæ apponunt. huius autem cauſa eſt, non bene prima principia ſumere: ſed omnia ad opiniones definitas quaſdam reducere uelle. ſenſibilium enim principia fortaſſe ſenſibilia: perpetuorum perpetua: corruptibilium corruptibilia, & omnino ſub eodem genere ſub quo ſubiecta ſunt eſſe oportet.

Expoſitio. Secundo obijcit per aliud abſurdum, quia ſecundum hãc Platonis poſitionem accidit de his quæ apponunt non dicere conſentanea his quæ apponunt, quod Ariſto. reputat erroneum, per hanc cauſam. uidelicet quia principia debent correſpondere principiatis, & propoſitiones concluſionibus, quia oportet corruptibilium principia eſſe corruptibilia & perpetuorum perpetua. & quòd hoc accidat Platonicis patet. quia effectus ſunt res naturales, ſuperficies quas uolunt eſſe principia ſunt res geometricæ. inquit. Accidit inſuper eos de his quæ apponunt dicentes non conſentanea his dicere quæ apponunt ꝙ putat erroneum. & quòd hoc accidat, probat. d. huius autem cauſa eſt non bene prima principia ſumere, ſed omnia ſupple ad principia uelle reducere, quę ſunt ſecundum quaſdam opiniones definitas ut Pythagoricas, uel Democriticas, uel alias; quia igitur uolunt effectus reducere ad principia ſecundum opiniones aliorum: ideo loquũtur de apparentibus per non apparentia: oſtendit autem hoc eſſe abſurdum. d. ſenſibilium enim principia fortaſſe ſenſibilia: perpetuorum perpetua: corruptibilium corruptibilia, & omnino ſub eodem genere ſub quo ſubiecta hoc eſt principiata, quæ cauſis ſubijciuntur oportet eſſe. Sic igitur ſecundũ abſurdum eſt ꝙ de principiatis ſubiectis loquuntur per cauſas extraneas alterius generis, quia principiata ſubiecta ſunt naturalia & generis phyſici. cauſæ autem ſunt mathematicę. hoc autem reprobatum eſt in libris poſteriorum: ideo nunc ſupponatur. N

Hi præterea propter horum amorem idem facere uidentur his qui poſitiones in diſputationibus ſeruant. omne enim ſuſtinent quod accidit, ut uera habentes principia: ac ſi quædam non expediens eſſet ex euenientibus iudicare præſertim quæ ex fine. eſt autem finis factiuæ quidem ſcientiæ opus: naturalis aũt, id quod ſemper proprie per ſenſus apparet. O

Preterea Autem Diſputatiõibus Sermonib⁹ Rõmbus Expediẽs eẽ & oportet. Expoſitio,

Tertio obijcit per aliud abſurdum, quia iſti logice, ſiue diſputatiue procedunt ꝙ ſcientiis demonſtratiuis eſt diſſonũ. & ꝙ procedant diſputatiue declarat, & inquit. Hi præterea propter horum amorem: hoc eſt propter affectum, quem in mathematicis habent: idem facere uidentur ipſi qui poſitiones in diſputationibus ſeruant. & declarat quomodo faciãt dialectici, quando diſputando poſitiones ſeruant, & inquit. Omne enim ſuſtinet, quod accidit & ſequitur ad poſitiones illas, ut faciunt illi qui uera habent principia. diſputantes. n. cum tenent aliquas poſitiones, concedunt quicquid ſequitur illas, & negant omne repugnans poſitis. cõcedunt dico, omne ſequens ex poſitis etiam ſi falſum fuerit & impoſſibile, faciunt autem hoc ac ſi quædam ſupple poſita non eſſet expediens iudicare ex euenientibus ac ſequentibus illa poſita, & præſertim ex fine, quæ eſt concluſio. iuxta quam propoſitiones ſumptæ moderantur quod eſt erroneum, quia in demõ ſtratiuis ſcientiis propoſitiones moderantur propter ea quę ſequuntur. logice enim ex falſis ſequitur quandoq; uerum. demonſtratiue autem ſi cõcluſio eſt falſa: propoſitiões ſunt falſæ, aut utraq;, aut altera, ut in poſterioribus eſt dictum. quare quia Plato diſputatiue in ſcientiis demõſtratiuis quales ſunt phyſicæ, proceſſit: ideo errauit. Quod uerò ad uerba attinet: dixit { Ac ſi quædam } & non omnia, quoniam ſolum demonſtratiua principia per ea quæ ſequuntur iudicantur: non autem dialecticæ poſitiones. & quia dixit præſertim propter finem eſſe iudicandas poſitiones declarat duplicem finem eſſe, & inquit. Eſt autem finis, factiuæ, ſcilicet ſcientiæ opus: naturalis autem ſcientiæ ueritas ſenſibus cõformis. & hoc ait, naturalis autem id quod ſemper proprie per ſenſus apparet. igitur ueritas ſenſata uel ſenſibus cõformis eſt finis phyſicarum ſcientiarum. Ex his uult habere errorem Platonis, quia Plato de ſenſilibus rebus per non ſenſilia principia proceſſit, quia ex non ſenſilibus principiis nõ poteſt ſequi concluſio ſenſilis. & ſic non phyſice ſed magis dialectice proceſſit. Quod uero ad uerba attinet, per naturalem ſcientiam hic intellexit omnem ſcientiam humanitus acquiſitam. hæc enim eſt de ſenſilibus, & per ſenſilia principia. Scientia uero ſupernaturaliter inuenta, põt eſſe de inſenſilibus per inſenſilia principiata, ut catholici ſcribunt. uel fortaſſe per naturalẽ ſcientiam: ſolam phyſicam uoluit, quę proculdubio eſt de ſenſilibus rebus per ſenſilia principia. P Q Dubitatio

Dubitaret forte quiſpiam, quia rerũ naturaliũ prima principia ſunt prima forma & prima materia, & utrq; ſunt æternæ. igitur non oportet corruptibiliũ principia eſſe corruptibilia. Reſpondet Auer. Ariſto. dictum eſſe intelligendũ de ꝓpinquis principijs: non aũt de remotis. modo prima materia, & prima forma ſunt remota principia mixtorum naturalium: propinqua autem ſunt quatuor ipſa elementa. & propterea Auerro. colligit Ariſtote. duo uoluiſſe: primum ꝙ cũ

res

A res geometricæ ſint æternæ:illarum principia erunt æterna. Secundum,quod cum res phyſicæ ſint corruptibiles: illarū principia erunt etiam corruptibilia nō quidem remota, ſed propinqua. Sed occurres quomodo propinqua principia ſunt corruptibilia an de per ſe:an per accidens. Reſpondet Auerro. quòd propinqua ipſa principia rerum naturalium ſunt corruptibilia,quia ſunt partes compoſiti corruptibilis, ut materia proxima rei,& eius forma. ſunt enim corruptibiles,quia ſunt partes compoſiti corruptibilis ut ignis uel mixti cuiuſdam. unde Auerro. ait hæc Ariſtote. dixiſſe ad demonſtrandum primam materiam eſſe ingenerabilem & incorruptibilem. formam uero rei eſſe corruptibilem: quatenus eſt pars compoſiti corruptibilis. Sed pace Auerro. dixerim:hæc determinatio non uidetur conſona:nam ſi mixtū compoſitum eſt res corruptibilis: oportet ſecundum Auer. elementum ex quo mixtum eſt tanquam ex principio propinquo,eſſe corruptibile.ultra elementum eſt corruptibile.

Obiectio dicentiū.

B igiť eius principia,proxima ſunt corruptibilia.ſunt igiť principia proxima prima materia & eius forma elementaria.igiť prima materia & prima forma elementaria erunt corruptibiles, quod Auerro.negat de prima materia, & concedit de prima forma,quæ eſt elementaria.præterea prima materia & prima forma ſunt corruptibiles per accidens quatenus ſunt partes compoſiti corruptibilis, & Ariſtote. per proxima principia corrumpi intelligit ut dicit Auerro. illa corrumpi, quia ſunt in compoſito corruptibili.igitur dictum Ariſtote.eſt uniuerſaliter uerum de propinquis,& de remotis principiis, quoniam utraque ſunt corruptibilia, quia ſunt partes rei corruptibilis ſaltem per accidens. inſuper etiam eodem modo in geometria eſſet:nam remota & proxima rerum geometricarum principia ſunt per accidens corruptibilia, quia omnes res mathematicæ ſunt ſecundum eſſe in rebus phyſicis.quare ad corruptionem rerum phyſicarum ſaltem per accidens

Sol. ppria

eſſent corruptibiles. Videtur igitur mihi eſſe dicendum dictum Ariſtote.eſſe uniuerſaliter uerum:tam de proximis,q̄

C de remotis principiis, & cum dicitur uel intelligit per ſe uel per accidens.dico quòd intelligit per accidens: nam rerum corruptibilium per ſe: principia ſunt corruptibilia ſaltem p accidens, & hoc ſufficit.& cum dicitur à pari res mathematicæ poſſunt eſſe principia rerum phyſicarum, quia ſaltem per accidens illæ mathematicæ res ſunt corruptibiles. dico quòd licet res mathematicę per accidens ſunt corruptibiles, tamen ut ſunt ſic per accidens corruptibiles:non ſunt mathematicæ,nec mathematicæ conſiderationis, & ſic non poſſunt eſſe rerum phyſicarum principio, quoniam ſunt alterius generis:niſi quatenus deſcendunt ad phyſicum genus. nam quantitates de quibus eſt geometria:quatenus ſunt corruptibiles diſponunt ad phyſicam generationem,& conſiderantur à phyſico,& non à mathematico. Viterius in calce commenti Auerro.notat differentiam inter modum procedendi mathematicæ ſcientiæ,& phyſicæ.nam in phyſica proceditur à notioribus nobis quæ ſunt cōpoſiti effectus ad ſuas

D cauſas ſimplices:in mathematica autem proceditur à nobis notioribus quæ ſunt ſimplices cauſæ ad compoſitas res quę ſunt effectus, & propterea Auerroes ait Ariſtote. dixiſſe {quædam} quia ſolum in phyſicis locum habet. Ego uero dico q̄ hæc Auerro. ponderatio non eſt ad propoſitum: neq; poſſum textui noſtro illam accommodare. Tu uero ſi potes,apta,quia placebit.hoc unum ſcio Platonem non recte inceſſiſſe,quia proceſſit ex principiis ignotioribus ad cōcluſiones notiores, quia per inſenſibilia iudicauit res phyſicas ſenſibiles:hæc Auerro.& recte.

Præterea Etiam autem.

Præterea etiam accidit ipſis terra elementum maxime eſſe:ſolamq; incorruptibilem ſiquidem id qđ indiſſolubile eſt & incorruptibile & elementum eſt. terra enim ſola in aliud corpus indiſſolubilis eſt.

Expoſitio.

Secundo principaliter Platoni obiicit,quia ſi generatio elementorum fit per reſolutionem ad ſuperficiem: tunc accidit ſolam terram eſſe elementum,& ſolam terram eſſe incorruptibilem.probatur conſequentia,& ſyllogiſmus componitur ſic ex dictis Platonis:quicq̄d eſt indiſſolubile in aliud E corpus ſcilicet incorruptibile & elementum ſolum. hæc eſt perſpicua,quia hæ duæ ſunt maximæ conditiones ueri elementi ſecundum Platonem incorruptibilitas & indiſſolubilitas in aliud corpus. & hanc ponit Ariſtote.d. ſiquidem id quod indiſſolubile eſt.ſupple in aliud corpus eſt,& incorruptibile & elementum ſolum. Sed terra eſt ſola indiſſolubilis in aliud corpus,ut ſequitur ex dictis Platonis.igitur ſola terra eſt elementum & incorruptibilis.inquit. Terra enim ſola in aliud corpus indiſſolubilis eſt. deficit cōcluſio,uidelicet quòd ſola ſit elementum & incorruptibilis,quod eſt contra Platonem:minorem non probat Ariſtote. ſed ſuperius fuit probata quia figura cubica quæ exacedron dicitur terrę ipſi propria ex ſeſe quadratis conſtat uelut taxillus.quodlibet autem quadratum ex quatuor iſochelibus componitur.eſt autem iſocheles triangulus rectilineus duo habens latera ęqualia & tertium inęquale,& unum angulum rectum duntaxat: figuræ autem cæterorum elementorum omnes ex ſchalenonibus conſtant (ut autem ſchalenon triangulus rectilineus F tria habens latera inæqualia:angulum etiam rectum unum) nam icocedron quam aquæ tribuebant:ex. 20. ſchalenonibus componitur.octocedron quam aeri dabant ex octo ſchalenonibus.tetracedron ſeu pyramis quam igni aſſignarunt ex quatuor ſchalenonibus. igitur cæteræ figuræ omnes ex ſchalenonibus conſtant: quare aqua, aer, & ignis, ex ſolis ſchalenonibus fiunt. ſola autem terra ex iſochelibus.ſed qa iſocheles non eſt reſolubilis in ſchalenonem: nec ſchalenon in iſocheles: cum ſint ſpecie diuerſi:oportet enim omne qđ reſoluitur, reſolui in ea, quæ eiuſdem rationis ſunt: iure aqua,aer,& ignis,ſunt inter ſeinuicem tranſmutabiles:& ſola terra intranſmutabilis.& ſic patet minor. quare ſequitur concluſio q̄ ſola terra uendicet ſibi nomen elementi quia ut dicit Auerro.conditio præcipua elementi eſt;ut non reſolua tur in aliud corpus prius. modo hoc eſt contrarium ſuæ opinioni,quia Plato opinatur hæc quatuor eſſe elementa cæterorum mixtorum:nullumq; eorum habere nomen ac rationem elementi dignius alio.hæc Auerro.& optime.

Qnę auer. cōm. 61.

G

Inſuper etiam in his quæ diſſoluuntur: triangulorum prætermiſſio non eſt rationi conſona. Accidit autem & hoc in tranſmutatione, quæ inuicem mutua eſt: propterea quod ex inæqualibus triangulis multitudine conſtant.

Inſuper Etiam At uero

Quidam uolunt Ariſtotelem nunc probare quòd neque illa tria elementa:uidelicet ignis, aer, & aqua,poſſunt mutuo inuicem tranſmutari, quia cum declarauit terram nō poſſe in aliquod eorum tranſmutari:nunc declarat, quòd neque illa tria poſſunt mutuo tranſmutari inuicem. Auerroes autem continuat ſermonem præſentem cum præcedenti,&ait Ariſtotelem ponere aliud abſurdum,quod in ordine eſt tertium,& ſecundum ipſum ſic componitur data poſitione Platonis:tunc in tranſmutatione elementorum mutua ſupereſſent aliqui trianguli non neceſſarii.conſequentia declaratur, quia elementum limitans ſibi uiginti triangulos, uel figuram conſtantem ex uiginti triangulis: cum tranſmutaretur in elementum habens tres. 17.ſuperflui remanebūt, qui neque eſſent aliquod elementum neq; mixtum ex aliquo elemento.& ſi ex elemento habente uiginti triangulos fieret elementum habens octo.12. trianguli ſuperflui eſſent. & ſi ex elemento habente uiginti triangulos fieret elementum cubicum habens. 12.remanebunt octo,immo elementum habēs uiginti triangulos non poſſet ex eorum aliquo fieri. & uniuerſaliter nullum eorum poſſet ex alio fieri, quoniam omnia conſtant ex triangulis numero inæqualibus, & hoc inquit. Inſuper etiam in his elementis,quæ diſſoluuntur,& mutuò inuicem mutantur:triangulorum prætermiſſio non eſt rationi conſona.& q̄ ſequatur prętermiſſio triangulorum:inquit. Accidit autem & hoc in tranſmutatione elementorum quæ inuicem mutua eſt:propterea q̄ elementa conſtant ex triangulis multitudine inæqualibus,& ita ſemper aut trianguli ſuperflui eſſent, aut deficientes.hæc Auer.& optime.

Expoſitio.

Quę auer. cōm. 63.

H

I Præterea hi, qui hæc dicunt generationem faciãt ex non corpore neceſſe eſt: nam cum ex ſuperficiebus fuerit genitum, non ex corpore erit genitum.

Expoſitio. Quarto arguit, ꝙ data poſitione Platonis tunc generatio corporis eſſet ex non corpore, quod relinquit tanquam impoſſibile. inquit. Præterea hi, qui hæc dicunt: uidelicet quòd elementa fiant ex ſuperficiebus & reſoluantur in ſuperficies: generationem faciant ex non corpore neceſſe eſt. deducit cõ ſequentiam dicens: nam cum ex ſuperficiebus elementum ipſum fuerit genitum: non ex corpore erit genitum, quoniã ſupple ſuperficies non eſt corpus. Auerro. autem primo reſumit ea, quæ dicta ſunt de generatione corporis ex corpore, & ait quòd corpus non fit ex corpore in actu: niſi accidẽtaliter, quoniam eſſentialiter corpus fit ex corpore in potentia. modo illud quod eſt eſſentialiter & per ſe: impoſſibile K eſt ut non ſit: immo eſt æternum & neceſſarium. quare per ſe & neceſſario corpus fit ex corpore in potentia: deinde oſtẽdit abſurdum Platonis. nam cum Plato diſſoluat corruptũ primo in ſuperficies: deinde ex illis ſuperficiebus componat corpus: continget corpus per ſe primo fieri ex ſuperficiebus, & non ex corpore illo, quod diſſoluebatur in ſuperficies. Quo conceſſo ſequuntur omnia impoſſibilia quæ contingunt dicentibus generationem corporis fieri ex non corpore, ut ꝙ uacuum ſit, & ꝙ corpus fiat ex aliquo, quod nec eſt actu corpus: nec potentia corpus. quæ omnia ſunt declarata ſuperius eſſe impoſſibilia. Sed dices ꝙ ſuperficies ſunt corpora in potentia, quia cum ſubiecto ligantur, & à ſubiecto diſſoluuntur. igitur ſaltem compoſitum ex ſubiecto & ſuperficie erit corpus in potentia. Obijcit huic Auer. primo, qa hoc conceſſo neceſſe erit ſubiectum eſſe prius ſuperficiebus. & ſic non primo corpus fieret ex ſuperficiebus, ſed ex ſubiecto, quod eſt illis prius. Secundo ſequeretur ꝙ ſuperficies eſſent ſubiectæ elementorum. uidelicet quaſi formæ: probat, L quia illis corruptis uel generatis elementa fiunt & corrumpuntur. igitur eſſent quaſi formæ: quare nõ põt ex materia & ſuperficie fieri corpus in potentia. hæc Auer. & optime.

Ad hæc non omne corpus diuiſibile eſſe dicere, ſed certiſſimis ſcientiis aduerſari neceſſe eſt. nam & mathematicæ ipſum intelligibile diuiſibile accipiũt. At hi neque omne ſenſibile concedunt: propterea ꝙ ſuppoſitionem ſuam ſaluare uolunt. quòd nanꝙ figuram cuiꝙ tribuunt elemento, & hac ſubſtantias ipſorum diſtinguunt hi: indiuiſibilia faciant ipſa neceſſe eſt. pyramide enim aut pila aliquo modo diuiſa non erit quod relinquitur pila aut pyramis: quare aut pars ignis non ignis eſt, ſed erit aliquid elemento prius. propterea quòd omne corpus elementum eſt, aut ex elementis conſtat. Aut non omne corpus diuiſibile eſt.

Tribuunt Faciunt Cõſtat uerbũ ſup. tũ.

Expoſitio. M Vltimo obiicit per rationem ſæpe ſæpius factam. uidelicet ſi elementa limitant ſibi figuras: quarum tranſmutatione generentur & corrumpantur erit aliquod corpus indiuiſibile. Et hoc proponit, & inquit. Ad hæc ſupple ſi elementa limitant per ſe ſibi figuras proprias: non omne corpus eſſe diuiſibile eos dicere neceſſe eſt: ſed immo, eos neceſſe eſt aduerſari certiſſimis ſcientiis: quales ſunt mathematicæ. & ꝙ ſic dicere aduerſetur mathematicis ſcientiis: probat. d. nam & mathematicæ ſcientiæ ipſum intelligibile corpus abſtractum à corpore ſenſibili diuiſibile accipiunt. At hi Platonici neꝙ omne corpus ſenſibile ſupple diuiſibile eſſe concedunt: propterea quòd ſuppoſitionem ſuam ſaluare uolunt, quæ eſt quòd omne elementum limitat ſibi per ſe propriam figuram. eſt igitur conſequentia, ſi omne elementum limitat ſibi figuram: tunc non omne corpus erit diuiſibile, & hoc ait, qui nanꝙ figuram cuiꝙ tribuunt elemento, & hac ſubſtantias ipſorum diſtinguunt, & determinant: hi indiuiſibilia faciant ipſa neceſſe eſt. & ita ſequitur non omne corpus diuiſibile eſſe: probat conſequentiam. d. pyramide enim quã N ſibi ignis limitat, aut pila quam ſibi cœlum determinat: diuiſa aliquo modo non erit pars quæ relinquitur pila aut pyramis ut omnibus patet: quare aut pars ignis non ignis eſt, ſed erit aliquid quod non eſt corpus elemento prius, propterea quòd omne corpus aut elementum eſt, aut ex elementis conſtat, aut erit non omne corpus diuiſibile, quod eſt intentum.

Debes ſcire quòd hæc deductio fundatur in hoc quòd nihil eſt ignis uel cœlum: quin ſit pyramis uel ſphæra, quia igitur pars pyramidis non eſt pyramis, pars ignis nõ erit ignis: erit igitur quid prius igne uel mixto ex igne. ſed cum hoc ſit impoſſibile: quare ignis non erit diuiſibilis. & ſic habetur intentum. Auerroes autem reducit rationem ad duo fundamenta. primum eſt, quòd elementum habet figuram propriam. Secundum, quòd pars elementi habentis figuram, nõ debet habere illam figuram: ex his ſequitur elementum non O diuidi in elementum, quod eſt impoſſibile. Notat Auerro. Quæ auer. cõm. 65. corpus figuratum dupliciter reperiri: quoddam homogeneꝙ figuræ, quia totum & quælibet eius pars eadem ſpecie figuræ afficiuntur, ut cubicum: totum enim corpus terræ eſt cubicum, & quælibet eius pars: quoddam uero eterogeneum ut pyramidale: non enim quælibet pars pyramidis eſt pyramis. patet igitur quòd elementum figuram habens eterogeneam: nõ eſt diuiſibile in partes eiuſdem rationis. hęc Auerroes. ultimo Auerroes reducit errorem eorum ad aliquod trium impoſſibilium aut ut concedant ignem non eſſe diuiſibilem contra ſenſum. aut ſi concedunt: oportet eos dicere aliquod corpus eſſe, & neque elementum: neque ex elemento. & tertio oportet concedere elementum habere elementum, quod eſt contra diffinitionem elementi, quæ omnia (ut dicit) patent.


Omnino autem eniti ſimplicia corpora figurare irrationabile eſt. primo quidem quia accidet non repleri totum: nam in planis quidem tres figuræ locũ replere uidentur, triangulus, & quadrangulus, & ſexangulus. in ſolidis autem duæ ſolæ pyramis, & P cubus. At plures harum accipere neceſſe eſt, quia plura elementa faciunt. Taxilli Teſſera Cubus

Expoſitio. Nunc de elementorum figuris dicere uidetur, & proponit primo quod in preſenti capitulo uult probare, & inquit. Omnino autem eniti ſimplicia corpora figurare irratiõabile eſt. uult igitur probare quòd elementa non ſunt per ſe figurata, & primo reprobat poſitionem Platonicorum, ubi pro textus expoſitione animaduerſione dignum, quòd ut geometræ dicunt figura duplex eſt plana quidem, ut quæ linea, uel lineis clauditur, & hæc ab angulorum numero multiplex eſt. nam ſi tres habeat angulos: trigona dicitur. ſi quatuor: tetragona. ſi ſex, hexagona, & de cæteris id genus. figura alia eſt, quæ ſolida, ſiue corporea dicitur, ut quæ ſuperficie una, uel pluribus circundatur. hæc rurſus multiplex eſt ut libro. 16. geometriæ declaratur: octocedra quidem eſt, quæ octo extremis ſuperficiebus ac baſibus continetur. icocedra uero, quæ uiginti ſuperficiebus ac baſibus. e. habetur: cubica autẽ, quæ longitudini latitudinem & profunditatem æquam habet: cuiuſmodi ſunt teſſeræ uel taxilli ſphæra unica ſuperficie: pyramis pluribus: diximus de his ſuperius. Platonici igitur duodecedri figuram aſcripſerunt cœlo, igni uero pyramidis formam, quòd ſurſum ſub pyramidali euolet forma figuram aeri octocedri. nam ſicut aer ignem motus paruitate ſequitur: ſic octocedri forma pyramidis formam ad motũ habilitate comitatur. 20. baſium figuram aquæ dicitarunt, nam cum ipſa baſium pluralitate plus cæteris circuletur in ſphęram fluẽtis rei motui magis ꝙ; ſcandentis conuenire uiſa eſt. cubicã aũt figuram terrę dederunt, quia nulla eſt figura difficilius mobilis teſſera, ac cubica: & nullũ elementum conſtantius reperiẽ terra: hęc Platonici. probat ergo Ariſoteles Platonicos inconuenienter figuras elementis attribuiſſe, ut igni. ſphæricam, aut pyramidalẽ: aeri octocedrã: aquæ ecocedram, & terræ cubicã. primo, qa in planis figuris triãgulares,

A gulares, quadrangulares, & ſexangulares ſimul iunctæ totum replent ſpatium. In ſolidis autem atq; corporeis ſolum duæ pyramis & cubus. at plura duobus ſunt elementa. Igitur aliquibus conueniunt figuræ non replentes totum ſpatium. & ita ſequitur uacuum, aut ſaltem plures oportet eſſe figuras ſolidas totum replentes ſpatium quàm duas, & eas elementis attribuere ad excludendum uacuum. inquit. Primo quidem quia accidet ſic, ſupple dicentibus non repleri totum, & ita uacuum eſſe. Nam in planis quidem tres figuræ ſimul iunctæ locum replere uidentur triangulus & quadrãgulus & ſexangulus. in ſolidis autem atq; corporeis, duæ ſolæ pyramis uidelicet & cubus: at plures harum accipere neceſſe eſt, quia plura elementa ipſi faciunt, uel oportet aliqua non ſic figurata ponere. Auerroes uero in præſenti loco digreditur & incipit digreſſio { Quoniam cum duæ lineæ rectæ ſecent ſe. } Vbi declarat omnia hæc & acutè, quæ Ariſtote. de figuris dixit. Et primo q̃ figurarum ſuperficialium ſiue rectilinearum tres replent locum ſuperficialem. Secunda ibi { Figurarum quinq; corporalium } declarat q̃ corporalium duæ ſolæ replent locum cubica & pyramidalis. Ad euidentiam igitur primæ partis iuniores optimæ reſumunt, quæ Auerroes ait confuſe, ideo ſequar eos: ſumunt igitur de mente Auerrois quòd replere totum locum ſuperficialẽ non eſt niſi occupare aliquod totum ſpatium ſuperficiale circunſtans aliquod punctum in ſuperficie intell. dixit Auerro. circunſtans aliquod punctum, quia non oportet de circunferentialibus punctis: non enim oportet de. A. uel de. B. uel de. C. uel de. D. ſed ſatis eſt de E. puncto medio: tale enim medium punctum circunſcribitur à ſpatio toto ſuperficiali, & nullum aliud de circũferentialibus.

Digreſſio Auerrois.


B



2. ſuppõ. C Secundo reſumit̃ de mente Auer. q̃ quod libet punctum intellectum in ſuperficie circũſtet aliquod ſpatiũ, q̃ æquiualet quatuor figuris rectis ſiue quatuor quadratis: hoc non alio probat Auerroes niſi quia duæ lineæ rectæ uidelicet. F. G. & M N. orthogonaliter ſe in puncto. E. interſecando punctum. E. circunſtant nihil uacui relinquendo. Ex qua ſuppoſitione ſequitur quòd quarumcunq; figurarum anguli ſunt quatuor recti, uel quatuor rectis æquialentes: illarum punctum medium circunſcribitur ſine uacui interpoſitione. & ita omnes tales figuræ poterunt commiſceri inter ſe nihil uacui relinquendo. Reſumitur tertio principaliter quòd quilibet angulus trianguli æq. lateri ualet duas tertias unius anguli recti: angulus uero obtuſus figuræ exagonæ ualet unum rectum & tertiam unius recti. Angulus autem pẽtagoni ualet unum rectum, & quintam unius recti. hæc omnia ſupponenda ſunt ex geometricis declarationibus: ideo in his

3 ſuppõ. Excerptũ

D non eſt nimis immorandum.




Ex his facile deducitur dilucidatio: nam ex his ſequitur primo q̃ quatuor quadrata ſecundum quatuor angulos copulata ad punctum medium in ſuperficie intellectum replent totum ſpatium ſuperficiale nihil uacui intrinſecus relinquendo extrinſecus uero cũ figuram non faciant ſphæricam, ſecus eſt. Fortaſſe enim uacui nõ nihil derelinquunt. hoc ſequit̃ ex ſuppoſitionibus quas modo accepimus. dixi uero quatuor quadrata, quia plura uel pauciora ſi intelligantur: uacui fortaſſe quicquam relinquent: quoniam in puncto medio nõ ſe tangerent. Secundo ſequitur q̃ ſex trianguli æquilateri ſecundum ſex eorum angulos copulati ad pũctum medium in ſuperficie intrinſecus intellectum totum ſuperficiale ſpatium replent nihil uacui extrinſecus relinquendo. hoc patet, quia hi ſex trianguli æquilateri ualent quatuor rectos ut dictum eſt. Diximus ſex triangulos, quoniam ſi plures uel pauciores aſſumerentur: fortaſſe uacui non nihil intrinſecus relinquerent: cum in puncto medio non ſe tãgerent ut figurãri cõſtãt. tertio ſequitur q̃ tres figuræ exagonę ſecundum tres earum angulos obtuſos in puncto medio in ſuperficie intellecto ſe cõtangentes totum replent ſpatiũ nihil uacui intrinſecus relinquendo: patet quia illi tres anguli obtuſi ualent quatuor rectos plures uel pauciores ſi ſumant: in puncto uno medio non ſe tangerent, ut figuranti patet. quarto ſequitur q̃ figurę pentagonę in quouis numero ſumptę nõ poſſunt ita ad mediũ punctum copulari in ſuperficie intellectum quin uacui non nihil relinquant. & ratio eſt, quia aut ualent minus quatuor rectis ut ſi ſumerentur tres, aut plures ſi ſumerentur quatuor. nam ubi tres ſumerẽtur tres eorum anguli ſecundũ quos in puncto medio. e. copulãtur: non ualent niſi tres rectos, & tres quintas unius recti, & ita uacui quicquã in medio relinquent. ſinautem quatuor ſumerentur quatuor earum anguli ſecundum quos in puncto e. medio copularentur ualent plus quator rectis: reſultabunt. n. quatuor recti & quatuor quintæ unius recti, & ita ſi ſumerentur in quouis alio numero. Idem intelligi poterit de eptagonis cęteriſq; figuris plurium angulorum: quare cõſtat trigona, tetragona, & exagona, aliquoties ſumpta & ſecundum angulos unita circa pũctum in ſuperficie intellectum totũ ſpatium ſuperficiale intrinſecus replere nihil uacui relinquendo: nam quatuor tetragona ad. e. punctum copulata nihil uacui relinquunt. minora uel plura ad. e. contangi non poteſt. ſex trigona ad. e. puncta copulata iterum nihil uacui relinquunt. plura uero uel pauciora ad unum punctum contangi poſſunt. tria exagona ad. e. punctum etiam unita nihil uacui relinquunt: plura uero uel pauciora ad idem punctum minime copulari poterunt. inquit Auerro. primo quòd duæ lineæ rectæ ſi in uno puncto ſic ſe ſecauerint: quatuor rectos conſtituent. ex hoc dat ſecundam ſuppoſitionem, & ait quòd figuræ quæ implent ſuperficiẽ debẽt habere aut quatuor angulos rectos, aut illis equa-




B

Exagonæ figuræ.




F

Vacuum



G





H

I les.primam autem ſuppoſitionem non expreſſit, ſed dedit intelligere. Ex his dat excerpta:primum, ꝙ ſi quatuor quadrata componantur ſic ꝙ in puncto.e. concurrent ſecũdum eorum quatuor angulos:hæc implebunt ſuperficiem neceſſario,quia quadrati eſt angulus rectus ut diximus. Secundum excerptum ponit ibi { Et ſimiliter } ꝙ uidelicet ſex trigona ad punctum.a.medium copulata nihil uacui relinquit, quia ualent omnes eorum anguli quatuor rectos, & tangit unam partem tertiæ ſuppoſitionis, quæ erat ꝙ angulus cuiuslibet trianguli eſt duæ tertiæ unius recti,& ita illud quod congregatum eſt ex ſex exagonis erit æquale quatuor rectis.

Tertium excerptum tangit ibi { Et ſimiliter exagoni } ꝙ uidelicet tres figuræ exagonæ ad punctum.e. medium copulatæ implent totam ſuperficiem. & tangit aliam partem tertiæ ſuppoſitionis,quę erat ꝙ quilibet angulus exagoni ualet rectum & tertiam recti:quare ſupputando omnes ualebunt quatuor rectos ad punctũ.e.copulatos. Vltimo tangit quar
K tum excerptum:uidelicet ꝙ nullæ figuræ aliæ ad punctum unum poſſunt copulari quin aliquid uacui relinquant, quia nec pentagonæ nec eptagonæ:nec aliæ plurium angulorum quęuis,quia ſemper anguli copulati,uel aggregatum ex illis ualebit aut pauciores, aut plures quatuor rectis . uerbi.g.ꝙ ſi tres pentagoni congregentur in eodem puncto:proueniẽt illic tres anguli recti, & tres quintæ unius recti, & ita non æquiualebunt quatuor rectis.& ſi quatuor congregabuntur: fient illic quatuor recti & quatuor quintæ unius recti, & ſic de alijs dici poteſt:patet igitur prima pars digreſſionis Auerrois. Deinde ſequitur illa pars commenti { Figurarum uero quinq; corporalium } ubi declarat quot & quę figurę corporalium in certo numero commixtæ replent locum nihil uacui relinquendo,& probat ꝙ duæ tantum,uidelicet cubica, & pyramidalis:in certo numero ad unum punctum copulatæ replent locum:nam octo cubi ad unum punctum copula
L ti replent locum,&.12 pyramides ſecundum cuſpides copulati etiam locum replent. ad huius autem euidentiam ſuppo namus de mente Auer.ꝙ replere locum corporalem eſt occupare totum ſpatium quod eſt circa punctum intellectum corporalem hoc eſt ſecundum latum longum & profundũ.

Secundo ſupponamus pyramidalem figuram ad cæteras corporales figuras ita ſe habere, ut ſe habet triangulus equilaterus ad cæteras figuras ſuperficiales . Quia ratione euenit ut ſicut tres anguli trianguli æquilateri ualent duos rectos quadrati:ita tres pyramides ualent duos angulos corporales rectos figuræ cubicæ. Tertio ſupponamus ꝙ ſicut ſpatium ſuperficiale circa aliquod punctum intellectum ualet quatuor angulos rectos ſuperficiales:ita ſpatium corporale circa aliquod punctum corporale ualet octo angulos rectos cubicos:hæc non alia ratione nunc patent, ſed ex geometricis ſupponantur. Ex his ſequitur dilucidatio:nam ſequitur primo eas figuras corporales replere locum,quæ in certo nu
M mero præciſe ualent octo angulos rectos cubicos . Quare octo cubi ad unum punctum medium in ſpatio intellectum ex omni latere applicari replent totum ſpatium corporaliter. Quia ſecundum octo angulos rectos cubicos ad illud punctum medium applicantur, & ita totum illud ſpatium replebunt.Huius rei exemplum in plano dari non poteſt, ſed ſi octo taxilli hoc pacto ad unum punctum applicentur: conſtat illos uacui nihil relinquere. Sequitur ſecundo.12.pyramides ſecundum earum cuſpides ad unum punctum mediũ in ſpatio intellectum copulatas totum ſpatium corporaliter replere nihil uacui relinquendo . nam cum tres pyramides duos rectos angulos cubicos ualeant.12. pyramides ualebunt octo angulos rectos cubicos , & ita replebunt totum ſpatium corporaliter circa aliquod punctum deſcriptum, & ita nihil uacui relinquent. huius rei exemplum in plano deſcribi non poteſt,ſed in ſolidis facile conſtat. Sequitur tertio cæteras corporales figuras quocunq; numero ſumptas & ſecundum angulos circa punctum unitas in medio ſpatij notatum:non totum ſpatium replere,& ita icocedricæ & octocedricæ & duodecedricæ figuræ & cæteræ aliæ quouis numero ſumptæ & quomodolibet copulatæ ad unum punctũ in ſpatij medio conſtitutum, nunquam uacuum replebunt, N & huius cauſa eſt,quia in quouis numero ſecundum angulos ad punctum applicatæ non ualent preciſe octo rectos angulos cubicos,ſed uel plures,uel pauciores.& ita aut relinquent uacui quicquam in aliqua parte medij,aut ſuperfluẽt, & in medio contineri non poterunt. Quare patet cubicas figuras & pyramidales dũtaxat in certo numero replere locũ & nullas alias id facere. hæc Auerroes inquit. Figurarum uero quinq; corporalium æquilaterarum duæ duntaxat replent locum.& affert cauſam breuibus,quia cum tres lineæ in uno puncto ſe ſecabunt corporaliter:uidelicet ſecundum longum,latum,& profundum,ſuper angulos rectos:fient illic octo anguli corporales cubi recti ut dictum eſt,quorum quilibet ualet tres rectos qualis eſt angulus cubi: ex hac ratione concludit eas figuras corporales replere locum quę cũ ad unum communem punctum in ſpatio corporali copulantur octo angulos rectis cubicis,illum circunſtãt:quare octo cubicum ad unum communem punctum in ſpatio intellectum copulantur:locum replebunt,quia ſecundum octo an- O gulos rectos cubicos uniuntur illi puncto. Tertio ſequitur. 12.pyramides ſimiliter cum ad unum punctum uniuntur, etiam locum replere. Quoniam anguli ſex pyramidum equi ualent angulis quatuor rectis cubicis,& ita.12. anguli pyramidales æquiualent octo angulis rectis cubicis : nam ut in Geometria declaratum eſt, angulus pyramidis ſolidus ac corporalis eſt ex duobus rectis. Cubus uero angulus ex tribus , & ita tres anguli pyramidales æquales erunt duobus angulis cuborum . Quare.12. pyramidales anguli æquales erunt 8.cubicis,quia proportio anguli pyramidis. ad.4.cubos eſt ut proportio anguli trianguli ad quatuor rectos.Nã angulus trianguli ſunt duæ tertiæ recti. quarto infert cæteras figuras:uidelicet icocedron,duodecedron, & octocedrõ quouis numero ad unum punctum in ſpatio intellectum copulatas nullatenus locum replere . Nam aggregatum ex eis nũquã ualere poteſt octo angulis cubicis rectis, ſed uel plus ribus,uel paucioribus. Nam angulus icocedricus eſt ex tribus rectis,& tertia unius,& ita fieri non poteſt ut producan P tur.12.recti,qui ſunt quatuor cubici.Similiter etiam de octocedron,& duodecedron,ut calculanti patet. Ex his Auer. redit ad propoſitum,& inquit.Cum ita ſit,continget his quĩ elementa figurant figuris proprijs & eſſentialibus , ut tantũ duæ figuræ ſint corporales replentes locum:cum præter pyramidalem & cubicam,quæ implent locum : non ſint aliæ, quoniam elementa ſunt quatuor , & ita oportet eſſe quatuor tales ad minus locum replentes. Addit ꝙ in libro Euclidis. 15.declaratum eſt.Primo ꝙ nulla figura corporea eſt præter has quinq;.Secundo ꝙ duæ ſolæ iſtarum implent locum,& nullæ aliæ,ẽt ſi plures eſſent q̃ quinq;,& ſic patet uis rationis contra Platonicos.Non enim poſſunt elementa conſtare figuris proprijs:cum ſint quatuor,& figuræ plenæ duæ tantum,ut oſtenſum eſt. Tu uero intellige figuras plenas corporeas eſſe duas tantum quę locum replent,uidelicet centraliter:nã circũferentialiter nullæ figurę corporeæ replẽt locũ: quouis ẽt numero copulatę ad unũ punctum hęc ſufficiant. Q

Deinde corpora quidem ſimplicia omnia figurata uidentur à loco ipſo continente , maxime autem aqua,& aer.Permanere igitur elementi figuram quidem impoſſibile eſt. Non enim totum utiq; ipſum continens omni ex parte tangeret.

Totum de mẽtij ſcdm ſe & quod libet ius

Secundo arguit enthymematice ſic , corpora ſimplicia figurantur à loco continente,maxime aqua & aer. igitur nullum elementum habere poteſt figuram eſſentialiter atq; permanenter.inquit.Deinde corpora quidem ſimplicia omnia figurata uidentur à loco ipſo continente:in quo unũquodq; eorum eſt,ut in loco:maxime aũt aqua & aer , quæ humida ſunt & fluida,quę non niſi termino alieno terminant.ex hoc infert conſequens,& inquit.igitur permanere elementi figuram quidem impoſſibile eſt , & ita nullum elementũ habet figurã ꝓpriã permanenter ac eſſentialr.hæc cõſequẽtia patet de ſe,ꝙa ſi elementa ab ipſo cõtinente hñt figurã: illã nõ pñt

Expoſitio.

habere

habere eſſentialiter ac permanenter, quoniam ab alio illam habent: tamen Ariſtoteles probat aſſumptum, uidelicet ꝙ elementa habeant figuram ab ipſo continente, quia ſi non haberent ab ipſo continente: tunc totum elemẽtum dum circũſcribitur ab ipſo loco continente non tangeret illud ſecundum ſe & quodlibet ſui. uerbi gratia, quoniam lapis habet figuram fixam, ſi reponatur in uaſe. illud omni ex parte non tangeret, niſi reduceretur ad liquidũ. & ſic patet antecedens uidelicet ꝙ elementa ſaltem aer & aqua figurantur figura contientis. inquit. Non enim totum ſcilicet elementum omni ex parte ac circũquaq; tangeret ipſum cõtinens, cuius oppoſitum patet ad ſenſum de aere & aqua: ſic patet illa duo figurata eſſe figura continentis, quod erat antecedens.

Adhuc autem ſi tranſproportionetur ‡ non amplius erit aqua: ſiquidem figura ipſa differebant.

Expoſitio. Tertio arguit: ſi aqua tranſproportionetur ita ut de ecocedra transfiguraretur in pyramidem aut cubum, ſequitur ꝙ
B aqua non amplius erit aqua: ſed aut ignis aut terra. probat conſequentiam quia elementa differunt figura ipſa eſſentialiter ſecundum Platonicos, & ita ſi unum eorum accipiat alterius figuram, etiam in illud uertetur, ac tranſmutabitur.

Quæ auer. cõm. 67. Auerroes autem hanc tertiam rationem miſcet cum ſecunda faciẽs unam ex his ambabus, & dicit Ariſto. argumenta ri hypothetice a deſtructione conſequentis ad deſtructionẽ antecedentis. hoc pacto, ſi elementa habent figuras proprias & figurantur figuris alienis: tunc cum figurantur alijs figuris ſcilicet continentis, non remanerent elementa: ſed corrumperentur interponit autem Auerroes unum alium ſyllogiſmum hypotheticum hoc pacto, ſi elementa figurantur figura continentis. non habent figuras proprias. ſed elementa figurantur figuris continentis: igitur non figurantur figuris proprijs. ꝙ figurentur figuris continentis patet, quia aliter daretur uacuum ut omnibus patet. & ita uult duos hypotheticos ſyllogiſmos: primus eſt, ꝙ ſi elementa haberent figuras proprias, cum in figuris mutarentur, mutarentur in ſubſtantia. Secundus eſt probans ꝙ non habent figuras proprias, quia figurantur figura continentis, & proba
C tur hoc ratiõe & ſenſu: ſenſu quidem patet de aere et aqua. ratione uero, quia ſi non figurarentur figura cõtinentis, daretur uacuum. Addit Auerroes quod non indiguit uti ſigno ſenſato quale eſt exemplum in deſtructione conſequẽtis: quoniam cõſequens eſſet falſum. uidelicet ꝙ uacuũ non ſit, conſtat intellectu ac ratione, & non ſenſu. at poſitio antecedentis: uidelicet elemẽta figurari figura continentis patet ſenſu & ratione. Ariſto. tamen coniungit illi intellectũ. i. rationem: quia aduerſarij poſſunt negare propoſitiones ſenſibiles. & ita uult ex his fieri unam rationem. hæc Auerro. quæ mihi uidentur potius confuſiones, q̃ expoſitiones uerborum Ariſtotelis.

Autem Sed Oi capax

Videtur autem natura ipſa hoc nobis ſignificare,
D quod & ſecundum rationem eſt, nam ut & in cæteris ſubiectum oportet eſſe ſpeciei expers ac informe‡ (Maxime enim utiq; ſic omni capax ipſum poterit accommodari ut in Timæo ſcriptum eſt) ita & elementa intelligere oportet eſſe tanquam materiam compoſitis ipſis, ut & adinuicem tranſmutari poſſint ſeparatis his differentiis, quæ ſunt ſecundum paſſiones.

παν δε χτς Vt Quapp Separatis dñiis Sine figuris Expoſitio.

Quarto arguit ſic, elementa ſunt materia omnium miſtorum cuiuſuis figurę exiſtentium. ergo non limitant ſibi figuram eſſentialiter. ac per ſe tenet conſequentia, quia ubi elementa ipſa eſſentialiter limitarent certam figuram: non poſſent ad omnem figuram miſti aptari: oportet enim omne recipiens eſſe denudatum a ſpecie recepti ſi debet coaptari oi ſpeciei recepti. inquit. Videtur autem quod & ſecũdum ratiõnẽ eſt: natura ipſa hoc nobis ſignificare, & ꝙ { naturã } intelligit naturam quę eſt materia, quod declarat, & inquit. Nam ut & in cæteris. ſ. rebus generabilibus ac corruptibili bus ſubiectum quod eſt materia: oportet eſſe ſpeciei expers ac informe nulla determinata ſpecie, uel forma affectunt ad
E hoc ut oẽm formã recipiat, ita & elementa intelligere oportet eſſe tanquam materiam ipſis miſtis compoſitis. dico ita intelligere oportet. ſ. abſq; figura ac penitus ſuapte natura infigurata ad hoc ut poſſint recipere omnem figuram miſti.

Quod uero ad uerba attinet: debes ſcire non eodem modo materiam eſſe ſubiectum formarum & elementa miſtorum nam ſecundum aliquos elementa ſunt materia miſtorum. ſecundum alterationem: at materia eſt ſubiectum formarum recipiens: elementa enim ſecundum hos ſunt materia, quatenus ex ipſis corruptis fit miſtum, remanentibus tamen uirtualiter immiſtis. ſecundum uero Auerroem in preſenti commento elementa ſunt materia miſtorum diſpoſitiua quatenus diſponunt primam materiam ut recipiat formas miſtorum. interpoſuit autem ad huius rei declarationẽ authoritatem Platonis in Timæo: & inquit. Maxime enim
F ſic informe ac exiſtens ſine ſpecie ulla ipſa materia, quæ à Platone dicitur Pandeches hoc eſt omnicapax poterit omnibus formis accõmodari, quia oẽ recipiẽs eſſe debet denudatum a natura recepti: reddit cauſam utilem ob quam elementa non debent eſſe ſuapte natura figurata, & inquit. Dico ſupple illa elementa eſſe infigurata, ut & adinuicem trãſmutari poſſint ſeparatis differentijs, quæ ſunt ſecundũ paſſiones his per differentias, quę ſunt ſecundum paſſiones nõ nulli intelligũt figuras. Mihi non placet hæc expoſitio: nõ enim uideo quomodo figuræ dici poſſint paſſiones, uel differentiæ ſecundum paſſiones. alij intelligunt formas ſubſtãtiales elementorum, quaſi dicat elementa ipſa eſſe infigurata ut poſſint tranſmutari inter ſe ſeparatis his differẽtijs, quę ſunt ſecundum paſſiones, hoc eſt corruptis formis ſubſtantialibus. nec hæc expoſitio placet: non enim formę ſubſtantiales elementorum dicuntur differentiæ ſecundum paſſiones. Melius ergo ſecundum Auerroem per differentias ſe
G cundum paſſiones intelligit qualitates quatuor, quæ ſunt paſſibiles qualitates propter quas elementa alterantur, & poſtea in ſubſtantia tranſmutantur. q. d. elementa ipſa infigurata eſſe ſuapte natura ut poſſint tranſmutari inter ſe ſubſtãtialiter ſeparatis ac corruptis uel in toto uel in parte his differentijs: quæ ſunt ſecundum paſſiones. dixi uel in toto, uel in parte, propter Auerroem, qui in præſenti commento tenet elementa non perdere qualitates ſecundum totum: dum ueniunt ad miſturam. Quod uero ad uerba attinet: uerbum { ut } græce eſt διὸπερ latine quapropter. uerum aliquando Ariſtoteles ſumpſit pro ipſo ut. eo modo quo hic accepit. Auerroes digreditur aduerſus Auicennam de elementis, an maneant actu uel uirtute in miſto: ſed quia nos in libello de miſtione quem noſtro diſcipulo epiſcopo larinati inſcripſimus, commentum iſtud partiliter totum expoſuimus, ac opinionem Auerrois pulchre declarauimus: ideo bona fronte nunc ulteriorem declarationem prætermiſimus.

Præterea quo nam modo fieri poteſt caro & os H
aut quoduis compoſitorum corporum. Neq; enim ex ipſis elementis contingit, quia non fit ex compoſitione continuum ‡ neq; ex ſuperficiebus compoſitionem ſubeuntibus. ipſa enim elementa compoſitione generantur, & non ea: quæ ex elementis ſunt. quare ſi quis diligenter loqui uoluerit, & non ex tranſitu rationes elementi ſuſcipere: hos tollere ex entibus generationem intuebitur.

Poteſt. Contingit Cõpoſitorum. Cõtinuoꝝ Cõpõnẽ. Subeũtib⁹ Cõpoſitis Tranſituꝝ ſumptiõe. Egreſſiõe.

Vltimo arguit ſyllogiſmo hypothetico diuiſiuo hoc pacto. ſi elementa limitant ſibi figuras per ſe: miſta nullo modo fieri poſſent: deducit conſequentiam: quia ſi miſta fient. uel ex elementis uel ex ſuperficiebus ſimul compoſitis, non ex elementis, quia ſi ex elementis oporteret illa elementa figuras proprias amittere: & ſic in miſto elementa corrumperentur, & non remanerent non ex ſuperficiebus, quoniam ſecundum opinionem eorum, bene elementa fiunt compoſitione ſuperficierum, non autem miſta. quare ſi debẽt miſta fieri ex elementis, oportet dicere elementa non limitare

Expoſitio.

I sibi certas figuras, inquit. Præterea quo nam modo fieri po teſt caro, & os: aut quoduis compoſitorum uel miſtorū cor porum. quaſi dicat, q̃ nullo modo aliquod miſtum poſſet fieri. Quod uero ad uerba attinet uerbum { miſtorum } græce eſt συνεχῶν latine continuorum: uerum cōtinuum hic pro miſto accepit. Quod uero nullatenus miſta fieri poſſent ſi elementa limitarent ſibi figuras: probat, & inquit. Neque enim aliquod eorum miſtorum fieri contingit ex ipſis elementis, quia continuum hoc eſt miſtum non fit ex compoſitione elementorum, quia in eo retinerent proprias figuras: & ſic non eſſet alteratio: unio ipſa miſtio, & ſi figuras amittèrent: elementa corrumperentur, & ita non eſſet miſtio.

Animaduerte hanc rationem nullam eſſe, niſi ſupponatur ſecundum Ariſt. elementa aliquo modo in actu remanere in miſtis. propterea opinio Auer. uidetur optime ad mentem Ariſt. dum tenet elementa remanere formaliter in miſto. patet igitur ex elementis fieri non poſſe miſtum aliquod

K ſi elementa haberent figuras proprias. Deinde deſtruit ſecūdum membrum, & inquit. Neq; miſtum aliquod fieri poſſet ex ſuperficiebus ſimul compoſitis immediate, cuius cauſam affert, & inquit: Ipſa enim elementa compoſitione ſuperficierum generantur ſecundum Platonicos, et non ea, quæ ex elementis ſunt, quæ dicuntur miſta. ex his quaſi concludit hos deſtruere generationem miſtorum ſi uelint elementa ſibi proprias figuras limitare, & inquit. Quare ſi quis diligenter loqui uoluerit & non ex tranſitu rationes elementi uelit ſuſcipere: hos tollere generationem ex entibus intuebitur qa nunc tollūt generationem miſtorum, & prius declarauimus eos tollere generationē elementorum, quatenus elementa uolunt fieri ex compoſitione ſuperficierum. & recte intuendo iſti tollunt omnem generationem. Quod uero ad uerba attinet: uerbum non ex tranſitu græce eſt ἐκ παρόδου parodos uero eſt latine tum uia, tum tranſitus: ea uero ex trāſitu conſiderantur, quę raptim animaduertuntur, ea diligēter cōſiderantur, quæ longa mora proſpiciuntur. hęc Ariſto.

De figuris elementorū

Quæritur de figuris elementorum, nam ſecundo huius

L Ariſtote. probauit propriam terræ figuram eſſe ſphæricam per hoc q̃ omnes terræ particulæ petunt centrum, quod Auerroes hoc exponit commentis. 26. & commen. 8. In contrarium eſt Ariſto. hic per totum. & ſecundo huius Auerro. commento. 22. Platonici tribuerunt elementis figuras ꝓprias. terræ quidem figuram exacedron, quæ q̃ cubica dicitur, qualis eſt figura taxilli: icocedron aquę, quæ ex. 20. ſcalarijs conſtat: octocedron aeri, quę octo ſcalarijs conficit: igni tetracedron ex quatuor ſcalarijs conſtitutam. Ariſto. uero quinq; rationibus probauit nullum elementum propriam habere figuram potiſſimum, quia cum quęlibet ſtare poteſt omne elementum nec corruptum: nec remiſſum. Ego uero decreto Auerrois ſecundo huius commento. c. 8. ſic inter hos conſulerem: nam proprium aliud eſt eſſentiale, ut riſibile, & figuram cœli ipſi cœlo, & humana ipſi homini. hęc enim ſunt propria eſſentialiter ac inſeparabiliter. Aliud eſt proprium accidentale, & hoc modo omne quod naturaliter comperitalicui ſiue ſeparabiliter ſiue inſeparabiliter dicitur

M ꝓprium, qua rōne albedo dicitur proprium, quoddā mulieribus: uiri ſuero fuſcedo, qm̄ mulieribus albedo magis naturalis eſt, uiris aūt fuſcedo. Tunc dicerem, Antiquos uoluiſſet elementa habere figuras proprias. ſecundo modo. uidelicet naturaliter & ſeparabiliter. non autem proprias eſſentialiter & inſeparabiliter, & hoc Ariſto. probauit: quare opiniones iſtæ hoc pacto poſſunt in idem reduci. non enim puto Platonicos fuiſſe ita ignaros ut dixiſſent elementa ſibi limitare figuras eſſentialiter: cum clariſſime cernamus elemēta eſſe, & tamen uarijs figuris affici ac diſponi. ſed puto eos uoluiſſe elementis eſſe tribuendas figuras proprias hoc eſt naturales: quia ſeparabiliter. hæc de figuris elementorum.

Quę Platonici.

Quę Ariſ.

Conſiliū.

At uero & ad affectiones, & potentias, & motus inconcinne ſunt figuræ corporibus: ad quas maxime reſpicientes ſic diſtribuerunt, ut quoniam ignis facile mobilis eſt: & calefactiuus & uſtiuus: alii quidem ipſam ſphæram: alii autem pyramidem effecerunt. hæc enim facillime quidem mobilia ſunt: propterea q̃ minima tangunt, atq; minime ſtabilia ſunt maxime autem calefactiua maximeq; uſtiua ſunt, ꝓpterea q̃ hoc quidem totum angulus eſt: illud uero acutiſſimi eſt anguli. angulis autem (ut aiunt) urunt & calefaciunt.

N Minime ſtabilia. Neq; firmiter iacent.

Platonis diſcipuli reſpicientes motum: igni pyramidem tribuerunt, eo quod dum mouetur pyramide affici cernitur. Reſpicientes uero affectiones, aeri octocedricam tribuerūt figuram, & aquæ figuram. 20 baſium, quoniam aer paruitate motus ſequitur ignem, uelut octocedron pyramidē. aqua etiam ſimili ratione, quia aqua ſequitur aerem: uelut figura 20. baſium ſequitur octocedron. reſpicientes uero uirtutem ac potentiā: terræ tribuerunt cubicam figuram, q̃ terra eſt maxime ſtabilis: & nulla figurarum uidetur maxime conferens ad ſtandum ſicut cubica. Ariſtoteles ergo oſtendit, q̃ elementis eiuſmodi figurę non ſunt propriæ etiam reſpiciē O do motus uel affectiones, uel potentias. & hoc proponit, & inquit. At uero incōcinne ſunt figurę corporibus hoc eſt elementis, & quoad affectiōes, & quo ad motus, & quo ad potentias oībus enim iſtis modis figuræ ſunt eſſentis incōcinne. deinde narrat opinionem Platonicorū, & inquit. Ad quas ſ. figuras reſpicientes ſic illas elementis diſtribuerunt, ut quoniam ignis facile mobilis eſt, & calefactiuus & uſtiuus, alij quidem ipſam ſphæram: alij autem pyramidem effecerunt. cuius conuenientiæ ac diſtributionis cauſam affert, & inquit. Hæc ſ. pyramidalia ac ſphærica facillime quidē mobilia ſunt. quod probat duplici ratione, primo quia pyramis ſua acuitate tangit minima: immo punctum. ſphæra uero ſua rotunditate tangit non modo minimum: immo ipſum planum in puncto. Secundo, quia pyramis & ſphæra ſunt maxime mobilia, & minime ſtabilia. his etiam rationibus hæc ſunt maxime calefactiua ac uſtiua: propterea q̃ hoc q̃dem ſcilicet ſphęra totum angulus eſt: illud uero. ſ. pyramis acutiſſimi eſt anguli: & ſic maxime medij penetratiui: ita ut P medium quaſi nihil ſibi reſiſtit. modo ut dicit, uſtiua & calefactiua angulis urunt & calefaciunt. patet igitur recte igni datam eſſe pyramidem: uel ſphæram: quia hæc ſunt maxime actiua, & maxie mobilia. Quod uero ad uerba attinet, uerba illa { Atq; minime ſtabilia ſunt } græce ſunt ἥκιστα βεβηκέναι. Quæ nonnulli tranſtulerunt: ideſt nequaq̃ firmiter iacent: quæ in idem redeunt. Animaduerſione dignum aliquos uoluiſſe ignem eſſe pyramidem: primo pyramis & ſphæra ſunt maxime mobiles, & tactiua minimorum. ignis maxime mobilis eſt & minimorum tactiuus. ergo ignis eſt pyramis. Secundo angulus uim habet calefaciendi & urendi, ignis calefacit & urit. igitur ignis eſt angulus. nam pyramis eſt anguli acuti, & ſphæra eſt tota angulus. Sed dubitaret forte iunior: quonammodo ſphæra eſt tota angulus. Reſpondent quidam q̃ ſphæra eſt tota angulus, quia tota eſt circūflexa, quæ circūflexio uidetur quaſi angulus. Sed hęc expoſitio non placet: nam tunc ſola recta

Q linea eſſet inangularis: cuius oppoſitum dicunt mathematici: qui uolunt rectum & ſphæricum eſſe inangularia. uideē ergo mihi ſphæram eſſe totā angulam potentia propinqua, quia in ea poſſunt infinita puncta ſignari, qui poteſt eſſe angulus incidentię duorum angulorum acutiſſimorum. ut uerbi cauſa ſit punctus a. in ſphæra a. e. f. g. ſuper a. puncto trahatur linea b. a. c. ex huiuſmodi lineæ protractione facti ſunt duo anguli incidentiæ: uidelicet c. a. e. & b. a. g. ſimili modo ſupra puncto e. poteſt trahi alia linea, & ſupra pūcto f. & ſupra puncto g. & ſic cum nullum ſit in ſphæra punctum quin illud poſſit eſſe conus duorum angulorum acutiſſimorum incidentiæ. ergo ſphæra eſt tota angulus potentia propinqua. Auerroes autem declarat quæ ſunt ſigna uera, e quibus fiunt demonſtrationes

Quæ anno cōm. 69.

A ſtrationes ſigni, & uult ꝙ ſunt poſteriora hoc eſt effectus, quibus poſitis ſequuntur præcedentia hoc eſt cauſæ, & quę ſequuntur poſitis præcedentibus ſine cauſis: quales ſunt operationes motus & accidentia elementorꝝ. Secundo ait Auer. ꝙ ignem quidam ponunt pyramidalem: alij ſphæricum, ex tribus poſterioribus, quæ uidentur in igne, quæ ſunt uelocitas motus calefactio, & uſtio. unde poteſt ſyllogiſmus antiquorum ſecundum Auerr. ſic componi, corpus ſphæricum uel pyramidale eſt uelocis motus, uſtiuum, & calefactiuum ignis eſt uelocis motus, uſtiuus, & calefactiuus. ergo ignis eſt ſphæricus, uel pyramidalis. Quod uero ſphæra & pyramis ſint uelocis motus, declarat Auer. & nō conſone textui: licet, quæ dicit ſint uera: ait enim ſphæram eſſe uelocis motus: quia cum tangit planum, non tangit ipſum in aliqua parte magna in qua poſſit firmari, ac fixe permanere, ſed in puncto, uel in eo planū ipſum ſphæra tangit, quod eſt punctō ſimile. pyramis etiam tangit in puncto, cum tangit pla-

B num in altero ſuorū angulorum. & quaſi dicat ꝙ hæc non quieſcunt, ꝙa non implent de loco: in quo quieſcere poſſunt niſi parum. Declarat etiam Auer. ſphæram conuenire igni propter uſtionem, quia ſphæricū eſt uelocis motus, & uſtio fit a motus uelocitate ſimiliter pyramis eſt uelocis motus: quia cum ſit acutiſſimi anguli, eſt maxime penetratiua: & hac ratione eſt maxime uſtiua. & ita paet quòd de figuris ſphærica uel pyramis conuenit maxime igni. Animaduerſione dignum ꝙ Ariſt. non declarauit poſitionem antiquorum niſi de igne: de terra uero, cœlo, aere, et aqua nihil dixit, quia ſuperius ſatis dictum eſt.

Primū quidem igitur de motu utriq; peccarunt. nam & ſi figurarum hæ facillime mobiles ſunt: non tamen motu ignis facile mobiles ſunt. qui quidem enim ipſius ignis eſt, ſurſum & ſecundum rectum eſt. hæ uero facile mobiles ſunt eo motu, qui uocatur circularis.

C Expoſitio. Obijcit autem his Ariſtoteles primo, ꝙ ſphæra uel pyramis igni non competit propter motum localem, quia licet ſphæra uel pyramis eſſet figura maxime motui apta, non tamen uī apta ei motui ꝙ eſt ignis, qui eſt ſurſum & ℔m rectum: ſed maxime apta eſt circulari motui. & ita licet ignis eſſet bene mobilis motu naturaliter ſibi proprio: non tamē ſequitur ipſum eſſe ſphęricum uel pyramidalem. inquit. Primum quidem igitur de motu utrique peccauerunt: hoc eſt utrꝝ opiniones ſunt falſæ tam quæ igni dat ſphæram, q̄ quę igni dat pyramidalem: nam & ſi figurarum hæ duæ, uidelicet pyramis & ſphæra facillime mobiles ſunt, non tamen motu ignis facile mobiles ſunt: qui quidem enim motus ipſius ignis eſt, ſurſum & ſecundum rectum eſt. hæ uero facile mobiles ſunt eo motu, qui uocatur circularis, & ita non competunt igni, ſed maxime cœlo uidentur competere. Mouet hic Auer. quæſtionem, quia ipſe Ariſtoteles in textu uelle uiſus eſt ſphæricum & pyramidale nō poſſe moueri motu recto, & tamen experientia dictat contrarium: uidemus enim ſphęricum corpus ut pilam motu titubationis

Quę auer. cōmē. 70.

D recto moueri, pyramidale uero facile penetrare in rectum: immo pyramis non uidetur poſſe moueri ſecundum circulum. cum circulariter motum, non ſit niſi circulare. Reſpōdet Auerro. ꝙ ſecus eſt loqui de motu recto in ſe, & de eius uelocitate: nam loquendo de recto motu in ſe: tam pyramidale q̄ ſphæricum, poteſt moueri motu recto. at loquendo de motus recti uelocitate, ſic per accidens poſſunt ſphæra, & pyramis moueri recto motu uelociter. nā ſphęra naturaliter nō mouetur, niſi ſphærice, quatenus uero ſubit rationē corporis recti. ut ſic poteſt uelociter per accidens moueri, pyramis uero per ſe mouetur motu circulari, quo ad partem in qua eſt A. nō autem quo ad partem in qua eſt B. eſt enim in pyramide circularitas ſolum ſuper unum angulorum ut in angulo A. recto: non autem in angulo B. acuto, & ita ratione ipſius A. uelociter mouetur. Addit tamen pyramidem in motu recto conuenire cum alijs figuris maxime rōne anguli B, ut figuræ octogoni. Sed ego non intelligo hanc reſponſionem: non enim uideo qua nam ratione pyramidale poteſt circulariter moueri, & uelociter ratione anguli recti A. cum Ariſtoteles dixit ſupra pyramidale moueri uelociter, quia eſt maxime penetratiuum: mō pyramidale nō penetrat niſi ratione anguli acuti B. & non ratione anguli recti A. Ideo mihi uidetur ꝙ licet Ariſtoteles loquatur de utraq; figura, tamē de ſphærica rem uerificat: nam ſphęra circulariter uelociter mouetur, at de pyramide narrat: ſed nō probat, quia forte illud erat uerum ſecundum antiquos. & ſic Ariſto. de utriſq; figuris proponit: ſed de ſphærica tantum probat eam facile moueri motu circulari. tu uero ſi melius habes melius dicas. Poſtmodum Auerroes componit ſyllogiſmum Ariſtotelis ſic, motus corporum habentium pyramidem & ſphæram non eſt uelox ſecundum rectum. motus ignis eſt uelox in rectū. ergo in ſecunda figura, motus ignis non eſt corporum habētium ſphæram, uel pyramidem. At ſyllogiſmus antiquorū erat in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis hoc modo, oē habens alteram duarum figurarum eſt uelocis motus. ignis eſt uelocis motus. ergo ignis habet alteram duarum figurarum: dicit Auerro. ꝙ hic ſyllogiſmus nullus eſt niſi maior quæ eſt, omne habens alteram duarum figurarum eſt uelocis motus: modo hęc maior non poteſt conuerti in terminis. quoniam multa ſunt uelocis motus: quæ non habent alteram duarum figurarum: modo in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis coniugatio eſt aſſyllogiſtica ac inutilis niſi altera propoſitionum conuertatur: nam facta cōuerſione mox ſyllogiſmus redit in primam figuram, ut dixit Auerro. ſecūdo huius. commento. 23. & in hoc libro commen. 44. & dicemus quarto libro huius commen. quarto, &. 33. tamen primo priorum ſatis abunde declaraui.



E F G

Deinde ſi terra cubus eſt, quia firmiter iacet atq; manet: manet autem non ubiuis: ſed ſuo in loco, ex alieno autem fertur non prohibita. Et ignis etiam & cætera ſimili modo: patet & ignē, & unūquodq; elementorum in alieno quidem loco, ſphæram eſſe, uel pyramidem. in proprio uero cubum.

Teſſera Cubus

Expoſitio. Secundo obijcit ſic, ſi terra eſt cubica, quia firmiter iacet ac ſtabiliter manet, uel reſpectu proprij loci, uel alieni non reſpectu alieni, quia in illo nō firmiter manet. ſed ab eo mouetur niſi prohibeatur. ſi reſpectu proprij loci: cum ignis & cætera elementa in proprijs locis firmiter maneant, ab alienis locis uelociter feruntur: tunc ignis & cætera elementa: in alieno quidem loco eſſent ſphæra uel pyramis, quia ab illo uelociter feruntur: in proprio autem loco eſſent cubi, ꝙa in proprio firmiter ſtarent, quod eſt abſurdum: nō enim elementum debet in figura eſſentiali mutari propter mutationem de motu in quietem: uel econtra, Inquit. Deinde ſi terra cubus eſt, quia firmiter iacet, atq; manet: manet autē firmiter non ubiuis: ſed in ſuo loco: ex alieno autem fertur nō prohibita. & ſic patet terram firmiter ſtare reſpectu loci ꝓprij: tunc addit quaſi minorem, & inquit. Et ignis etiam & cætera ſupple elementa ſimiliter in proprio loco manent firmiter, feruntur uero ab alieno. ex his dat abſurdum: & inquit, patet & ignem & unumquodq; elementorum in alieno quidem loco: ſphæram eſſe, uel pyramidem, quia ab illo uelociter feruntur. In proprio uero loco, eſſe cubum, quia in illo ſtabiliter iacent. Quod eſſe abſurdum, nemo eſt, qui dubitat. Auerroes autem propter malas quas habebat translationes, aliter exponit. deducit enim primo ꝙ ſi terra eſt cubica, quia frigida: tunc figura cubica eſſet cā quietis terræ in medio, & quia terra mouetur ad medium, cum fuerit extra medium, & non niſi quia cubica. igitur ſi-

H

Quæ auer. cōmē. 71.

I gura cubica eſſet cauſa duorum oppoſitorum: uidelicet quietis & motus terræ. ex hoc etiam infertur aliud abſurdius q̄ terra quieſcat in omni loco: quia in omni loco eſt cubica, cū hæc figura ſit ei eſſentialis. Sequitur, etiam ignem moueri in omni loco, quia in omni loco eſt pyramis, quæ eſt cā uelocis motus eius, cuius eſt figura. Rurſus tertio ſequitur, q̄ ubi quieſcet ignis, illic erit figura terræ: uidelicet cubicus: & quo terra mouetur, erit figuræ ignis. uidelicet pyramidalis, quare ſequetur nullum eorum habere figuram ꝓpriam ac eſſentialem, quod Ariſto. tenet. hæc Auer. quæ licet utilia ſint: non tamen ſunt in textu Ariſto.

Præterea ſi calefacit & urit ignis propter angulos: omnia elementa erunt calefactiua: aliud tamen alio forſitan magis. omnia enim angulos habent: ut & quod eſt octoedron, & dodecaedron. Democrito autem & ſphæra urit: quia angulus quidam eſt, quare differūt per magis atq; minus. hoc autem falſum eſſe perſpicuum eſt.

Tertio obiicit ſic, ſi ignis calefacit, & urit propter angulos, quos habet: omnia elementa calefacerent & urerent, licet aliud alio fortius: quatenus aliud atq; aliud angularius eſt, deducitur conſequentia, quia omnia elementa ſunt angularia, nam aer octoedron eſt angularis. cœlum autem dodecaedron angulare eſt, uiginti baſium figuræ eſt aquæ. terra cubica: & ignis pyramidalis, quare omnia elementa ſunt angularia. Democrito autem ſupple uidetur q̄ & ſphæra urit, quia ipſa eſt tota angulus quidam ut ſuperius dictū eſt, quare omnia elementa ſunt angularia, & differunt per magis & minus, quia ſphæra eſt minus cæteris angularis. Modo hoc falſum eſt, quoniā aqua frigefacit, terra exiccat, aer humectat, & ignis calefacit, ut ſenſibus patet. Auerro. autem aliquantulum digrediendo ponit hanc regulam a cauſis eiuſdem naturæ effectus, qui ab illis proficiſcuntur, ſunt eiuſdem naturæ. & ſi cauſæ ſunt eiuſdem naturæ, & non differunt niſi ſecundum magis & minus: effectus ſunt eiuſdē ſpeciei, & non differunt niſi ſecundum magis & minus. ex hac regula arguit, ſi anguli acuti multum calefaciāt. ergo anguli minus acuti minus calefacient. ultra ex his infertur omnia elemēta eſſe calefactiua: licet aliud quidem magis, aliud uero minus. Nam a cauſis diuerſis in quantitate, hoc eſt differentibus ſecundum magis & minus: effectus qui ab illis proficiſcuntur: licet ſint eiuſdem ſpeciei: tamen differunt ſecundū magis & minus per regulam datam, hoc conſequēs Ariſtoteles dixit eſſe abſurdum, quia ipſum falſum eſſe, perſpicuum eſt: hoc eſt: quia eſt contra ſenſum. Auerro. autē oſtendit hoc conſequens eſſe contra rationem. nam conceſſo q̄ omnia elementa calefacerent: & ſolum in calefaciendo differunt per magis & minus: tunc a cauſis differentibus quantitate ſola hoc eſt ſecundum magis & minus, proficiſcerentur effectus differentes ſpecie, eſſentia, ac forma, quod eſt contra regulam: deducit Auer. quia ab angulis ipſis differentibus penes acutum, & minus acutum proficiſcerentur omnia elementa: quæ calefactiua eſſe deductum eſt, ſolum in calefaciendo differentia ſecundum magis & minus. Modo elementa differūt ſpecie, eſſentia, ac forma. & ſic ab illis angulis in ſpecie eiſdem proficiſcerētur quatuor elemēta differentia ſpecie, quod eſt contra regulam. Modo hoc eſſe impoſſibile probat Auerroes: primo, quia nihil agit diuerſa ſpecie propter diuerſitatem in quantitate: hoc eſt ſecundum magis & minus, niſi per accidens: quia quantitas hoc eſt res uariabilis ſecundum magis & minus non eſt terminata, quia poteſt diminui uel creſcere in infinitum ut cōtum. at cauſa agentes & patientes materiales ſunt terminatæ ad maximum & minimum. nam ſecundum Auerroem nullum agens poteſt agere quātumlibet maius, uel minus, nec aliquod patiens poteſt pati ab agente quātolibet maiori, uel minori. agens enim & patiens ſunt determinatæ ad maximum & minimum propter formas ſuas. Secūdo idē eſſe impoſſibile probat, quia qua ratione ab ipſo acumine angulorum ſecundum magis ac minus differenti proficiſcū tur quatuor elementa: eadē ratione proficiſcerentur infinita corpora ſpecie differentia. nam ſi ſola differētia angulorum ſecundum magis & minus ſufficit ad generationē quatuor elementorum cum acumen illud ſit in infinitum uariabile ſecundum magis & minus. igitur ab eo poſſunt infinita corpora ſpecie differentia proficiſci. patet igitur dictum abſurdum non ſolum eſſe contra ſenſum ſed contra rationē. Sed dubitares contra regulam: nam differentia in cauſa ſecundū magis ac minus uidetur facere ad differentiam effectuum in ſpecie: nam eædem qualitates elementorum temperatæ ſunt cauſæ formæ in materia, & illæ auctæ uel imminutæ ſunt cauſæ formæ cadaueris materia. Poteſt dici q̄ differentia ſecundum magis ac minus ex parte cauſarum diſponentium bene facit ad differentiam ſpecificam effectuum: non autem ex parte cauſarum principalium. cauſæ enim uariabiles ſecundum magis & minus diſponunt ad diuerſas formas ſpecie non autem ſunt principales cauſę illarum, & hoc forte uoluit dicere Auerroes dum ait, per accidens aliquando cauſas differentes ſecundum magis ac minus facere differentiam effectuum ſpecificam. quatenus diſponunt ad formas, quæ inducuntur principalibus ab agentibus. hæc Auerroes.

Simul aūt accidet & mathematica corpora urere & calefacere. Nam & illa angulos habent, & in ipſis indiuiſibilia, & ſphæræ, & pyramides inſunt. præſertim ſi & indiuiſibiles magnitudines ſunt, ut dicunt. nam ſi illa quidem urunt, hæc uero non: dicenda eſt differentia: non tamen ſic ſimpliciter dicēdum eſt ut dicunt.

Quarto obiicit ſi ignis calefacit propter angulos: tūc corpora mathematica urerent, & calefacerent: deducit conſequntiam, quia corpora mathematica angulos habēt: ſunt enim corpora ipſa mathematica angularia, prēterea in ipſis etiam corporibus mathematicis reperiuntur indiuiſibilia puncta: quæ poſſunt eſſe coni angulorum, reperiuntur & ſphærę, et pyramides inqt. Simul aūt accidet & mathematica corpora urere, & calefacere: cuius cauſam affert, & inquit. Nam & illa corpora mathematica angulos habent, & in ipſis indiuiſibilia puncta: quæ coni angulorm eſſe poſſunt: & ſphærę et pyramides inſunt, quare corpora ipſa mathematica uſtiua ac calefactiua ſunt, quia nonnulli negarunt puncta: dicentes, nullum indiuiſibile eſſe in rerum natura, ideo inquit. Prēſertim ſi & indiuiſibiles magnitudines ſunt, quæ dicuntur puncta ſiue atoma, ut dicit Democritus: nam ſi hæc atoma ſunt ſiue puncta: poſſunt dari in mathematicis coni ac anguli acuti, & ita comburent. Dicet adhuc fortaſſe quiſpiam non omnia indiuiſibilia nec omnia ſphærica, uel pyramides agere, ſed phyſica tantum: at mathematica non agunt: huic obiicit Ariſtoteles, & inquit. Nam ſi illa quidem naturalia urunt: hæc uero ſphærica ſiue pyramides non, ab eis dicenda eſt differentia, & cauſa differentiæ ut cur hæc urunt, & illa non. & ſi aſſignant cauſam differentiæ: non tamen ſic ſimpliciter nulla facta diſtinctione dicendum eſt agere ignem propter angulos, ut ipſi dicunt: ſed oportet dicere ignem agere ꝓpter angulos: quos habet phyſicos, quare ſaltem errant, quatenus ſimpliciter dicunt, quod per diſtinctionem eſt dicendum. Auerroes autem uult Ariſto. his refellere tacitam quæſtionem, quia poſſet dici ignem cō burere propter angulos acutiſſimos, qui non ſunt diuiſibiles, cætera elementa non comburunt, quia eorum anguli non ſunt ita acuti: cum ſint diuiſibiles, & ſic anguli figuræ igneæ, & anguli figurarum aliorum elementorum differunt ſpecie, quia anguli ignei ſunt indiuiſibiles, cæteri uero diuiſibiles, & ita differunt ſpecie & quātitate ſiue numero: huic obiicit Ariſto. ut Auer. exponit, quia ſaltem figuræ mathematicę eſſent actiuæ. nam in eis poſſunt dari anguli indiuiſibiles ſimpliciter. Sed mouet Auerroes aduerſus Ariſto. dubitationē: quia quiſpiam dicet, angulos mathematicos nō agere, quia ſunt ſeparati a materia: anguli uero ignei agūt, quia ſunt in materia. Contra obiicit Auerroes & reſpon-

det,

K Expoſitio. Octoedrō 8. baſium. Dodecaedrō 12. baſium. 20. baſium. Icocedron. L M N Dubitatio contra regulam. Soluto O Præſertim Alioſe Vrunt uerbum Additū eſt P Expoſito. Q Quæ aut. cōmē. 71.

Dubitatio Auer.

A det: quia tunc anguli ignei per accidens agerent: quia non quatenus acuti, ſed quatenus in materia. ergo per accidens. Modo hoc Ariſtoteles concederet. Ariſto. enim uult quanta non facere per ſe ad actionem: ſed per accidẽs quatenus ſunt diſpoſitiones agentis naturalis uel patientis naturalis: & ſic hæc eſt opinio noſtra. præterea uel res mathematicæ ſunt ſecundum eſſe ſeparatę a materia uel ſolum ſecundum intellectum, & in materia ſecundum rem, ſi ſimpliciter ſeparatæ. ergo ſunt per ſe actiuæ, quia cum non habeant eſſe in materia, non poſſunt dici actiuæ: niſi per ſe. ſinautem ſecundum rem ſunt in materia. ergo per ſe actiuæ non ſunt: ſed per accidens ratione agentis naturalis, cui coniunguntur. & ſic habetur opinio Ariſ. Ariſtoteles enim in libris. 13. & 14. meta. uoluit mathematica per ſe non eſſe actiua, ſed ſolum per accidens, quia non ſunt per ſe ſeparatæ.

Præterea ſi quod uritur: ignit. ignis autem ſphæra eſt: aut pyramis: neceſſe eſt id quod uritur: fieri

B ſphæram, aut pyramidem.

Expoſitio. Quinto arguit: ignis eſt ſphæra, aut pyramis, quod uritur ſit ignis. ergo quod uritur: ſit ſphæra aut pyramis: hæc concluſio eſt contra ſenſum. igitur aliqua propoſitio ſyllogiſmi eſt falſa, non minor: omnes enim concedunt ignem fieri id quod uritur. ergo maior eſt falſa, quæ dicit ignem eſſe ſphæram, aut pyramidem. huius ſyllogiſmi primo ponit minorem. ſecundo maiorem ibi } tertio. { Ignis autem. concluſionem ibi { Neceſſe eſt. } & ſic patet ratio. Auerroes autẽ

Quę auer. cõm. 73. uult ꝙ Ariſto. refellat argumentum antiquorum, quo uia cõbuſtionis probarunt ignem eſſe ſphęram, uel pyramidem. erat enim in ſecunda figura ex duabus affirmatiuis hoc pacto, ſphæra uel pyramis eſt comburens. ignis eſt cõburens. ergo ignis eſt ſphæra uel pyramis. ait Auerroes: ꝙ ſi propoſitiones hę non conuertuntur, non concludit ſyllogiſmus ex illis, quia ex duabus affirmatiuis in ſecunda figura per ſe nihil concludunt: per accidens uero quatenus altera propoſitionum eſt conuertibilis, ut ſyllogiſmus redeat ad primam figuram hæc Auerroes, quæ ita uerbis Ariſto. conueniunt uelut agnus lupo. nec hoc probare opus eſt, cum ſola uerborum translatione pateat.

C Incidere quidem igitur atq; diuidere ſic ſit accidens ſecundum rationem figuræ pyramidem uero pyramides facere, aut ſphæram ſphęras, omnino irrationabile eſt: ſimileq; eſt atq; ſi quis cẽſeat gladium in gladios, & ferram in ſerras diuidere.

Expoſitio. Sexto obiicit, quia data poſitione antiquorum: uidelicet ꝙ ignis eſſet per ſe ſphæra, uel pyramis: tunc pyramis diuideretur in pyramides, & ſphæra in ſphæras, quia expoſitorie ſequitur hoc. uidelicet: igne demonſtrato diuiditur in ignes: hoc eodem oſtenſo, eſt per ſe ſphæra uel pyramis: ergo ſphæra uel pyramis per ſe diuideretur in ſphæras: uel pyramides, quod eſt abſurdum. inquit. Incidere quidem igitur atq; diuidere figuram in figuras ſecundum rationem ſic ſit accidens figuræ ipſi: quaſi dicat non eſſe omnino extra rationem figuram diuidi in figuras, quia poteſt figura pluriũ

D angulorum diuidi in figuras pauciorum angulorum: hoc tamen per accidens figuræ ipſi competit. pyramidem uero pyramides facere ſua diuiſione, aut ſphæram facere ſphæras omnino & per ſe & per accidens irrationabile eſt. Simileq; eſt atque ſi quis cenſeat gladium in gladios. & ferram in ſerras diuidere. & ſic licet figura unius ſpeciei poſſit diuidi in figuras alterius ſpeciei, nõ tamen diuidi põt in figuras eiuſdem ſpeciei cum ipſa. hoc accepto uult eẽ ſub intelligendum ꝙ data poſitione antiquorum ſphæra in ſphęras, & pyramis in pyramides diuideretur, ut deductũ fuit.

Quę auer. cõ. 73. hæc ſentit ut mihi uidetur Ariſto. Auerro. uero uult ꝙ antiqui probabant illam propoſitionem ſphæra uel pyramis eſt comburẽs hoc pacto, angulare comburit, ſphæra uel pyramis eſt angularis. ergo ſphæra uel pyramis comburit. per angulare ipſe intelligit diuiſionem ultimatam, qđ eſt acutiſſimum. uult itaq; Auer. ꝙ Ari. refellat hunc ſyllogiſmum, quia ſi angulare comburit: tunc ſphæra in ſphæras, & pyramis in pyramides diuideretur, quoniã omnis pars pyramidis eſt angularis & omnis pars ſphæræ ſimiliter: quæ expoſitio non conſonat uerbis Ariſ. ut omnibus conſtat. B

Reddere Affignare Apodunx In unum, fines redigẽ συνοϱίζειν cõfinire cõtinuare Similaris Hõphyia. Præterea ridiculum eſt igni figuram reddere ſolum ad diuidendum. uidetur enim magis congregare atq; in unum fines redigere, quàm ſegregare. ſegregat quidem enim non ſimilaria: congregat uero ſimilaria. & congregatio per ſe eſt. (nam in unum fines redigere atq; unire ipſius ignis eſt.) diſgregatio uero, per accidens: congregans enim ſimilare, id qđ alienum eſt ſeparat. quare aut ad utrũq; aut potius ad congregandum reddere oportebat.

Expoſitio. Septimo obiicit Ariſtote. contra antiquos, quatenus illi figurarum coaptarunt ſphæricam, uel pyramidalem propter id quod igni per accidens competit, & non propter id quod igni per ſe competit. Competunt enim duo ſcilicet diuidere & congregare. diuidit enim diſſimilaria: congregat uero ſimilaria. at per ſe igni competit congregare ſimilaria: per accidens ſibi competit diuidere inter diſſimilaria. modo ueteres figuram ſphęricam uel pyramidalem igni coaptarunt propter diuiſionem & non propter congregationem. modo diuiſio ineſt igni per accidens: congregatio uero per ſe: igitur figuram ignis attribuerunt ratione eius, quod ſibi per accidens competit, & non ratione congregationis, quæ competit igni per ſe. quare omnino inſufficienter locuti ſunt. inquit. Præterea ridiculum eſt igni figuram reddere & aſſignare ſolum ad diuidendum. & hoc duplici de cã eſt ridiculum: tum quia ei competit etiam cõgregare, & ita non debuerunt ſolum reſpicere diuiſionem, tum ſecundo qa diuiſio competit igni per accidens. inquit. Videtur. n. ignis magis congregare, atq; in unum fines redigere, q̃ ſegregare: in unum fines redigere græce eſt συνοϱίζειν quod de uerbo ad uerbũ ſonat confinire, ὁϱίζειν enim finire eſt συν uero græce latine cõ ſonat. & aſſignat cauſam, & inquit. Segregat qdem enim non ſimilaria: hoc eſt diſſimilaria, quæ differunt genere. congregat uero ſimilaria, quæ græce dicuntur ὁμόφυλα latine eiuſdem tribus, uel eiuſdem generis, melius ſimilaria diximus. Addit. & congregatio per ſe eſt ipſius ignis: diſgregatio uero per accidẽs eſt ipſius ignis. cuius rationem aſſignat, & inquit. Nam in unum fines redigere atq; unire ipſius ignis eſt. congregans enim ſimilare id quod alienum eſt ſeparat: eximit, atq; excipit. Ex his infert eorum inſufficientiam, et inquit. quare, aut ad utrũq;, aut potius ad cõgregandum igni figuram reddere oportebat eos, & non ad diuidendum. & ſic patet dupliciter hos fuiſſe inſufficientes: primo, quia reſpexerunt ad id quod eſt per accidens. Secundo, quia potius ad ipſum congregare debuerunt reſpicere, uel ad utrũq;. Auerro. uero duplici exemplo probat magis igni competere congregationem, q̃ ſegregationem. primo, quia ubi eſſent commiſta aurum, argentum, æs, & lapis: & ponerentur in igne, ut liquefierent: experientia docet illa ſeparari, & ſeorſum fieri quodlibet a quolibet. Hoc autem non eſt, niſi quia ignis congregat aurum, & ſic diuidit ab argento, & a cæteris. ſecundo, quia calor naturalis agendo in cibum: ſeparat diſſimilaria per accidens: per ſe uero congregat ſimilare. congregando enim homogeneũ, ſeparat a diſſimilari. & ita uult ꝙ igni magis peculiare ſit congregare q̃ ſeparare, quia congregat prima intentione, hoc eſt per ſe: ſeparat uero intentione ſecunda, & per accidens. Sed dubitat Auer. contra ſe, quia non poteſt ignis diſgregare niſi congreget, nec congregare niſi diſgreget, ergo non magis proprium eſt igni congregare q̃ ſegregare. Reſpondet Auer. eſſe magis proprium cõgregare q̃ ſegregare ipſi igni: nam fieri poteſt ſegregatio nihil congregando, at congregatio fieri non poteſt abſq; ſegregatione. quare ſi ignis cõgregat, ſegregat: non tamen ſi ſegregat, neceſſario congregat. quia uero hæc ratio eſt uoluntaria, ideo Auer. aſſignat aliam rationem, & uult ꝙ congregatio eſt quædam generatio, at ſegregatio eſt corruptio. modo igni melius eſt attribuere generationem q̃ corruptionem, quia ipſe inter elementa uidetur

Reſpondet Auer. Separat Excipit Eximit

Quæ auer. cõm. 74. H

I formalius & magis generatiuus. uerum hę rationes ſunt uoluntariæ: non enim uideo cur igni potius congregare cꝫ ſegregare conueniat, ſi utrūcꝫ conuenit. præterea generatio uidetur quædam extractio formæ a materia: ergo generatio magis competit ſegregationi: propterea Auerro. Ariſt. uerba exponens facit hanc diuiſionem. aut congregare & ſegregare utrūcꝫ igni cōpetit per ſe, aut alterum per ſe, & alterum per accidens: ſi utrunqꝫ per ſe igni conuenit: ergo non magis figura aſſignanda eſt congregatiua, cꝫ ſegregatiua, uel non magis ſegregatiua cꝫ congregatiua. & ſic igni non aſſignanda erit figura ſphærica, uel pyramidalis ſegregatiua magis cꝫ congregatiua a. uel b. At ſi alterum illorū per ſe competit: alterum per accidens: uel illud eſt congregare uel ſegregare. ſi congregare: eſt contra eos, qui igni figuram diuiſiuam magis tribuerunt: ſinautē per ſe igni cōpetit ſegregare: cum congregare & ſegregare ſint cōtrariæ operationes: figura ſphærica, uel pyramidalis ſegregatiua,
K & figura a. uel b. congregatiua erunt contrariæ: ueluti operationes illæ. at hoc eſt omnino impoſſibile: non enim in figuris reperitur contrarietas: nec contraria in eodem ſubiecto. quare omnino hæc, quæ iſti dicunt: ſunt impoſſibilia. hæc ſunt quæ Auerro ſuppleuit, & ſunt bona.

Adhuc cum calidum, & frigidum, contraria ſint potentia. impoſſibile eſt ipſi frigido figuram aliquā reddere: propterea quia contrarium quidem eſſe oportet, qui redditur. At contrarium nihil figuræ eſt. quapropter & omnes hoc prætermiſerunt: & tamen conueniebat, aut omnia definire figuris: aut nullum.

Expoſitio. Octauo obijcit ſic: ſi calidum limitat ſibi figuram, uidelicet pyramidem, uel ſphæricam: eadem ratione frigidum figuram ſibi limitabit. ſunt enim contrariorum contrarię affectiones proprie, ac per ſe. Sed frigidum non poteſt figurā ſibi limitare: nam nullam ſibi limitabit, niſi contrariam ei figuræ, quam ſibi calidum limitat. at hoc fieri nequit. quia figuræ nihil eſt contrarium, inquit. ad huc cum calidum, &
L frigidum contraria ſint potentia, quia uirtute actiua. ſupple oportet ſi calido figura competit, ut frigido figura contraria conueniat. deſtruit iſtud conſequens: & impoſſibile eſt ipſi frigido figuram aliquam reddere. propterea quia contrariā eſſe oportet figura, quæ redditur frigido ipſi. At contrarium nihil figuræ eſt. addit antiquorum inſufficientiam, & cauſam illius: & inquit. quapropter & omnes hoc prætermiſerunt. nullus enim aſſignauit frigido figuram aliquam, quia non poteſt aſſignari: & tamen ſecundum eorum fundamēta conueniebat, aut omnia elemēta figuris diffinire, aut nul
Quę auer. cō. 75. lum elementorum, ut rationibus nunc deductū eſt. Auerroes autem addit, quòd iſti coguntur, uel omnibus elementis aſſignare figuram: uel nullis, uel ſaltem aſſignare cauſam quare aliquibus aſſignanda eſt figura, aliquibus non. Quam quidem cum aſſignare non poſſint: omnino uiſi ſunt errare.

M Nonnulli autem de potentia ipſius dicere conati: ipſi contraria ſibiipſis dicunt. frigidum enim dicunt eſſe, quod magnarum partium eſt: propterea
Premit Cōp ignat quia premit, & per meatus non tranſit. patet igitur & calidum eſſe quod tranſit. tale autem erit quod eſt ſubtilium partium. quare euenit calidum, ac frigidum paruitate ac magnitudine differre: non autem figuris.

Expoſitio. Nunc autem reducit Platonicos ad contradictionem, nā diſputantes de potentia frigidi, ac calidi, dixerunt calidū calefacere paruitate, ac tenuitate partium, quibus conſtat frigidum infrigidare magnitudine partium: quibus cōficitur. cum enim frigidum ſit partium magnarū, premit id cui applicatur, & per meatus non pertranſit. Calidum uero cum ſit paruarum partium, calefacit, et per meatus penetrat. obijcit aut em Ariſto. his, cꝫ ſibi ſunt contrarij: quia tunc non figuris differrent calidum, & frigidum, ſed partium differentia, cuius oppoſitum dixerunt, inquit. nonnulli autem de po N
tentia ipſius calidi, ac frigidi dicere conati, ipſi contraria ſibijpſis dicunt. frigidum enim dicunt eſſe, quod magnarum partium eſt: propterea quia premit id, cui applicatur, & per meatus non tranſit. patet igitur & calidum eſſe, quod trāſit. tale autem erit quod eſt ſubtilium partium. ex his concludit hos ſibijpſis contrarios eſſe, & inquit. quare euenit calidum ac frigidum paruitate, ac magnitudine partium differre, non autem figuris. & ſic ſibijpſis aduerſantur. nam dicunt elementa figuris differre, & poſtea dicunt calidum, ac frigidū differre partium magnitudine, ac paruitate: quæ inuicē aduerſantur. Auerroes uult hic, cꝫ Ariſto. reducat Platonem Quæ auer. cōmi. 76.
ad contradictiones duas: quarum prima eſt, cꝫ calidum, & frigidum differunt paruitate, & magnitudine partium: ex quibus conſtant, non autem figuris, cuius contrarium ſuperius dixit. uoluit enim Plato, calidum, & frigidum figuris differre, quia calidum uoluit eſſe, aut ſphæram, aut pyramidem, frigidum autem non. O

Prętera ſi pyramides ſint inęquales: magnę utiqꝫ non ignis erunt: neq; figura urendi cā erit: ſed eius quod eſt contrarium, quod quidem igitur nō figuris differant elementa, ex dictis patet.

Expoſitio Hæc eſt ſecunda contradictio, ut recte Auer. inquit, & arguit ſic dicens: ſi pyramides ſint inæquales, quia aliæ magnæ, aliæ paruæ: magnæ non utiqꝫ ignis erunt: ſed paruæ. nā magnæ pyramides erunt aqua, paruæ uero erūt ignis: dixit enim calidum, & frigidum differre magnitudine & paruitate partiū, & ita magnæ erunt aqua, & paruæ erūt ignis.

Secundo ſequitur, cꝫ nec figura Pyramidalis ſupple quę- Quę auer. comē. 77.
libet ſit cauſa urendi, ac calefaciendi: nam magna pyramis non eſt cauſa caloris: ſed eſt cauſa eius quod eſt calori cōtrarium uidelicet frigiditatis, ut recte Auer. interpretatur. demū epilogando, inquit. quod quidem igitur non figuris differāt elementa ex dictis patet. P

Cum autem propriſſimæ differentiæ corporum ſint, quæ ſecundum affectiones & opera & potentias ſunt: (uniuſcuiuſque enim eorum quæ natura ſunt: eſſe dicimus & opera, & affectiones, & potentias:) primum utiqꝫ erit de his dicendum: ut contē plantes hæc, uniuſcuiuſqꝫ ad unumquodqꝫ differētias ſumamus.

Expoſitio Hoc eſt quaſi procœmium ad librum quartum huius, ac ad librum de generatione. unde inquit. Cum autem corporum. ſ. naturalium differentiæ propriſſimæ ac principales ſint, quæ uidelicet ſunt ſecundum affectiones opera & potentias, cuius cauſam aſſignat, & lege ſuſpenſiue ſic (uniuſcuiuſqꝫ enim corporum eorum quæ ſunt natura, eſſe dicimus & opera, & affectiones, & potentias) ex his concludit intentionem & ordinem dicens, primum utiqꝫ erit de his dicendum quinqꝫ operibus affectionibus & potentijs: adhuc ut hæc contēplantes ſumamus, uel ſumere ualeamus uniuſcuiuſqꝫ coporis naturalis ad unūquodqꝫ differentias. nam Q
omnis differētia corporum naturalium erit, aut penes opera, aut penes affectiones, aut penes potentias. patet igitur intentionem dicendorum eſſe de operibus, affectionibus, ac potentijs elementorum, & huius cauſam finalem eſſe ut inter illa differētia omnis colligi poſſint. Quod uero ad uerba attinet, Ariſtoteles (ut Auer. inquit.) intelligit per opera motus ac actiōes paſſioneſue. per potentias, ſiue uirtutes intelligit formas ſubſtantiales elementorum. per affectiones intelligit proprias illorum qualitates, ut calidum, frigidum, humidum, & ſiccum. propterea ait Auerro. cum quodlibet elementorum habeat figuram. i. formam propriam, & qualitatem propriam, & operationem propriam, dicendum eſt de his tribus ſeorſum perfecta ſpeculatione, quia cum hoc fecerimus: patebit eorum differentia, ac conuenientia. tacuit Quæ auer. cō. ultima
uero (ut ait Auer.) conuenientiam, quia intelligitur ex differentia, nam quæcūcꝫ differunt, conueniunt. Sed cuius ſit hoc procœmium, quod hic proponit: Auerro. uult eſſe libri

ſecundi

A secundi de generatione, quia illic exequitur quæ hic promittit. causa autem quare hoc proœmium est secundi libri de generatione & non primi assignatur ab Auer. quia primus liber destruit opiniones falsas de affectionibus, uirtutibus, ac operibus elementorum, & propterea liber de generatione primus est quasi præcedens: hoc est, ut antecedens. & liber secundus quasi consequens in enthymemate. Sed tūc est dubium, cur opiniones falsas de elementis hic narrauit, cum & illas narret in libro primo de generatione. Respondet Auerro. quia opiniones falsæ hic narratæ sunt dictæ de elementis, quatenus elementa sunt partes mundi & non q̄tenus sunt generabilia & corruptibilia: at opiniones aliq falsæ de elementis narratę in libro primo de generatione sunt dictæ, ut elementa sunt partes & generabilia & corruptibilia, & sic falsæ opiniones de elementis aliter hic, aliter illic dictæ sunt. patet igitur secundum Auerro. hoc proœmium esse libri secundi de generatiõe. Ego uero puto proœmiū
B hoc esse non modo libri de generatione, sed ad quartum de cœlo, & ad libros Meteororꝫ deseruire, quia in oĩbus his de elementis agit, uerꝫ hoc nõ refert. hæc pauca de libro tertio.

¶ Finis libri tertij.

ARISTOTELIS DE COELO & mundo Liber Quartus, interprete & expositore Augustino Nipho philosopho Suessano.



C EGRAVI AVTEM & leui quid est utrūq;: quæ nam ipsorum natura: considerandum est & propter quam causam has potentias habent.

Expositio. COMPLEVIT opiniones antiquorū de graui & leui in tertio, & in fine proposuit proœmium quasi uniuersale ad multos libros: nunc de graui & leui exequitur secundum opinionem propriam, & proponit primo, proœmium particulare huius ultimi libri, & inquit. De graui autem & leui, quid est utrunq;, & quæ nam est ipsorum natura, & propter quā causam graue & leue has potentias habent considerandum est. De graui & leui proponit, quia graue & leue comprehēdunt omnia quator elementa: sed quia de quatuor elementis agit Liber de generatione quatenus sunt alterabilia, & non quatenus sunt mobilia, hac ratione proponit de ipsis:
D quatenus sunt grauia & leuia. quia ut sic mobilia sunt: dixit quid est ipsorum utrūq;, quia considerabit de eis definitiones, & non modo quid sit utrūq;, sed quę nam sit eorum natura. Addit autem hoc ut daret intelligere idem esse considerare quid sit aliquid, & quid sit eius natura. Addit uelle ēt considerare quam ob causam graue & leue has potētias habent: quæ sunt grauitas & leuitas. ergo duo proponit dicere, quid uidelicet sit graue ac leue: & quam ob causam ele-
Quæ auer. ꝓ. primo. menta aliqua habent grauitatem, & aliqua leuitatē. Auerroes autem ait, Aristo. unum præsupponere, & alterum declarare. præsupponit enim elementorum formas esse grauitatem & leuitatem, quia est manifestum per se. declarabit autem quid sit grauitas, quę est forma substantialis grauiū: & quid leuitas quæ est forma substantialis leuium. Addet etiam & secundum, uidelicet propter quam causa grauia & leuia habent has potentias: hoc est, ut Auerro. inquit, propter quam causam proprietas grauis est mouere ad medium, & proprietas leuis est mouere a medio. & ita secundum Auerro. unum præsupponit Aristote. & quasi duo declarabit. Quod uero ad uerba attinet: Auerro. per causas intelligit formalem & finalem: non autem causam agētem. B
Nam leuitas non inest igni aliquam ob causam agentē, nec grauitas terrę, quoniam leuitas inest igni perpetuo & necessario modo, licet perpetua habent causam finalem & formalem, non tamen agentē. risibilitas etiam non habet agentem causam, qua insit homini: sed bene formalem, quia fluit ab hominis definitione habet etiam finalem, quia risibilitas homini inest ut rideat, non enim homo rideret, nisi esset risibilis. est enim operatio finis potentiæ. & ita grauitas nullā ob causam agentem inest terræ, uel aquæ: sed bene habens formalem causam, qua inest terræ, ut definitionem eius, & finalem, quæ est operatio terræ, quæ est motus deorsum.
Sed dubitatur contra hæc quæ Auer. ait primo, quia dicit ꝑpetua non habere agentem causam, cuius contrarium dicit secundo libro huius commentis. 102. & 104. ubi aperte ait, æterna habere efficientem causam. F Dubõnes.
Præterea Auer. in assignando rationem, quare grauitas non habet causam agentem, qua inest grauibus, ait quia ętterna nō habent causam. & sic supponit grauitatem & leuitatem esse ętterna, quod est falsum, sunt enim generabilia & corruptibilia, uelut elemēta. Ad hæc eadem est effectrix causa hominis & eorum, q̄ per se homini insunt, dans enim formam dat consequentia illam octauo physicorum commento quarto. quare si terra habet effectricem cām, grauitas habebit illam met causam: & sic dubium est non paruum. Secundo dubitaē, quia grauitas est accidens elemētis, ergo non potest esse illis forma substantialis, non enim potest accidens unius esse substātia alterius. Ad primum dicendum agens ipsum, apud Auer. multifariam sumi, aliquando pro agente mediantibus qualitatibus alterabilibus. & hoc pacto loquitur de agente tertio physicæ auscultationis commento tertio in fine, dum ait in plus esse mouens q̄ agens. Aliquando pro mouente, qđ mouet ut finis. & sic loquitur. 12. metaphy. commen. 36. Cū inquit. deum mouere ut appetibile. Aliquādo pro effectiuo principio, quod non distinguitur à conseruatiuo ut. 9. metaphysi. commen. 1. dum ait, q̄ efficiens in plus est, q̄ mouēs & 12. metaphy. commen. 6. aliquando pro forma conseruāte, & ita hic accipitur. ex his patet quomodo æterna non habent agens, & quomodo habent. non enim habent agēs mediante alteratione: cęteris autem modis bene habent agens. G
Ad secundum dicendum, q̄ leuitas & grauitas sunt generabiles simpliciter: sed æternæ secundum inhærentiam, qa necessario & perpetuo insunt subiectis, & non pñt non inesse. Ad tertium dicendum, q̄ bene Auer. uult hæc habere agente cām mediate, quia illammet, quæ est causa subiecti. Attamen hic uult illa non habere cām agētem immediate, qua insint subiectis. Ad quartum dicendum, graue & leue sumi æquiuoce, quia si substantialiter sumantur: sunt formæ substantiales. si accidentaliter, sunt propriæ elementorum affectiones, quibus elementa sunt mobilia.

Est enim contemplatio: quæ est de ipsis sermonibus, qui sunt de motu propria. nam graue & leue eo dicimus quo natualiter aliquo modo moueri potest, actibus autem ipsorum nomina imposita nō sunt nisi putet quispiam inclinationem esse eiusmodi. quia uero negocium de motu physicum est: hęc autem habent in seipsis, quasi motus fomenta quædam: omnes quidem utuntur ipsorum potentiis: non tamen definierunt nisi pauci.

Energiæ Operatiões Actus ῥοπὴ Inclinatio Momentū Impetus Fomenta ὑπουργία Sisitantia Excitamēta H

Assignat cām, quare de graui & leui agendum est, in hoc libro naturalis philosophiæ, & inquit. Est enim contemplatio: quæ est de ipsis. s. graui & leui, sermonibus hoc est libris qui sunt de motu propria, ac accommodata. assignat uero causam, nam graue & leue eo dicimus quo naturaliter moueri potest. ergo de graui & leui est sermo proprius philosophiæ naturali. obiter uero remouet dubitationem, quia uerbo uniuersali quædam elementa dicuntur grauia, quædam leuia. sed in specie terra quo modo dicitur grauis, & aqua quo modo similiter: & ignis quo modo leuis, & aer simili- Expositio.

I ter, respondet actibus autem ipsorum, hoc est formis ipsorū in specie nomina impositā non sunt, nisi putet quispiā inclinationem esse eiusmodi uidelicet terræ inclinationem deorsum simpliciter, leue inclinatiōem sursum simpl'r, cæterorꝫ uero inclinationes tales in respectu, & sic per Energias. i. actus, Aristo. actus primos intelligit hoc est formas. uel aliter & melius per Energias intelligit operationes grauitatis & leuitatis qui sunt motus sursum & deorsum. his enim nomina propria non uidentur imposita, nisi dicantur inclinationes, græce dicuntur ropes. i. momenta. Motus uero mistorum ac cœlorum non dicuntur ropes hoc est inclinationes, quia non sunt mere naturales, sed simpliciter ropes dicuntur motus elementorum, quia sunt penitus inclinatiōes, & tunc per Energias intelligit actus secundos. quare formæ ipsorum dicuntur grauitas & leuitas: Energiæ autem ropes. i. inclinationes, & sic de graui & leui, & de eorum
K operationibus agit physicus. de graui quidem & leui, quia sunt principia motus naturalis. de ipsorum grauis & leuis operationibus quia sunt motus naturales, quæ dicuntur inclinatiōes. Auerroes uero introducit textum præsentē hoc
Quæ auer. cōmen. 1. modo, ꝙ uelit hæc nomina graue & leue declarare ꝙ significent habitum & formam, quia hæc nomina pro maiori parte in compluribus idiomatibus dicuntur de actione hoc est actu primo, qui est habitus, & non de motu qui proficiscitur ab illa actione, siue actu primo: assignat autem cām, quia hæc duo habitus, & actio hoc est actus secundus, q ꝙficiscitur ab habitu. cum sint diuersæ res nomine etiam differunt, quia uero in idiomate grecorum hoc non contingit, iō coactus fuit declarare quid significent graue & leue. hęc est Auer. introductio. Quæ introductio friuola est. non enim mihi constat hæc duo non habere diuersa nomina apud græcos. immo Arist. in præsenti loco uult actionem quę est motus dici ropen hoc est declinationē. at grauitatem & leuitatem dici potentiam, & sic apud ipsum hæc differūt re et nomine. Et ideo mihi uidetur, ꝙ cum Aristo. accepisset de graui & leui esse physicam contemplationem, assignat causam, quia grauitas est principium motus. motus autem cu-
L ius est grauitas ipsa est principium, dicitur ropes, siue declinatio hoc est motus naturalis pure, quæ introductio est etiā Simplicij. Quod uero ad uerba attinet, Auer. in suis translationibus habet graue esse illud, quod habet potentiam, qua mouetur motu naturali, iuxta quæ uerba Auer. uult Arist. intelligere per id quod habet potentiam, formam ipsam, qua graue & leue mouetur, nō autem compositum ex materia & forma, quia compositum est, quod mouetur: non id quo mouetur. præterea forma dicitur habere potentiam, & est ipsa potentia. dicitur habere potentiam, quatenus concretiue accipitur ut graue. quo uero abstractiue intelligit ut grauitas, est ipsa potentia. Addit etiam grauitatem esse potentiam actiuam, nō autem passiuam, quia grauia & leuia mouentur à suis formis actiue, & non passiue apud Auer. probat autem hoc Auer. ex differentia, quę est inter potentiam actiuam, & passiuam, ut tertio de anima dicitur commen.
M 4. est enim potentia actiua, quę non extrahitur de potentia ad actū, at passiua extrahitur ab agente. Quia uero graue sug naturæ relictum, & remotis omnibus impedimētis mouet se: & à nullo extrahitur ad motum: iure potentia erit actiua & non passiua. hæc Auer. quæ uera sunt, & non ad propositum. nam iuxta græca uerba sic habetur: { Graue enim & leue secundum posse moueri aliquo modo dicimus: } et sic non oportet exponere ipsum graue esse, quod habet potentiam: sed esse id quo potest moueri. Vtrum uero sit id quo potest moueri actiue, uel passiue, ex uerbis Aristote. non habemus: licet Auerro. suppleuit. Vlterius animaduerte quòd illa uerba { Actibus autem ipsorum nomina imposita non sunt: nisi putet quispiam inclinationem esse eiusmodi. } Auerro exponit per actus, ipsos actus primos, qui dicuntur habitus. & tunc uult dicere Arist. ut Auer. exponit ipsis habitibus, qui sunt grauitas & leuitas, non esse nomina imposita scilicet propria, & distincta a nominibus operationum. Quia nomina hæc sunt æquiuoce communia habitibus, & operationibus quæ proficiscuntur ab illis; quod ait N
esse in idiomate suo: non autem in idiomate arabico. Alij exposuerunt habitus habere nomina, operationes uero non habere: quam expositionem refellit Auer. primo, quia Arist. incepit demonstrare graue & leue significare potentia mouendi. Omne autem quod demonstratur est dubium. & sic nomen hoc est quasi ambiguum. de graui & leui, quod nō esset nisi diceret de operatione. secundo hoc non cadit apud aliquod idioma. nullum enim idioma habet nomen habitui impositum, & nō actioni, quæ proficiscitur ab illo. est enim quadruplex idioma: aliud habet nomen proprium habitui, & non proprium diuersum actioni, quę oritur ab illo, quod est melius, quia res diuersę diuersimode intelliguntur. & ita diuersimode significantur, & per consequens habent nomina diuersa. aliud habet actioni & habitui nomen ęquiuocū aliquando habitum, aliqñ actionem demonstrās. Aliud habet habitui nomen impositum: non aūt actioni, quod rarenter est. cum semper actio sit notior habitu, modo à notiori O
sunt nomina ipsa rebus imponenda. Aliud uero nomen habet actioni impositum, non autem habitui, ut apud arabas. Quare ex differentia idiomatum patet Arist. non intellexisse habitus habere nomen, & actiones non habere. cū hoc sit raro: & contra rationem. ergo intelligit actus non habere nomē proprium. sed commune sibi & habitibus. hęc Auer. in prima expositiōe. Aliter uero exponit ꝙ habitibus nomina nō sunt impositā penitus, sed solum operationibus, quę proficiscuntur ab illis. nisi dicantur inclinationes. & sic prima expositio, & secunda differunt: quia prima dicebat non esse habitibus nomina propria imposita: sed ęquiuoca. secū da dicit: nullo modo esse actibus. i. habitibus, qui sunt actus primi, nomina imposita: sed solum operationibus quę ab illis emergunt, nisi fingamus nomina & dicamus illas ropes i. declinationes: in quibus expōnibus patet per actus semper Arist. intellexisse primos, qui habitus dicuntur. Simpli Quę Simpli.
cius uero optime distinguit de agentibus, quia duplicia sunt alia quidem quæ eodem nomine censentur, quo operationes eorum ut calidum, frigidū, & id genus. Nam calefactio P
nomine calidi dicitur, frigescere nomine frigidi, non tamen eadem terminatione: alia uero sunt agentia, quę non eodem nomine censentur quo eorum operationes nuncupantur: ut graue & leue. Nam operatio grauis est motus deorsum: operatio leuis sursum motus. Modo graue nō censetur eodem nomine, quo eius motus. Nec leue etiam. Et tunc iuxta hāc expositionem per actus possumus intelligere actus primos & actus secūdos. Si primos intellexerimus, tunc est sensus, actibus autem ipsorum hoc est habitibus, qui dicuntur graue & leue nomina imposita non sunt, quæ cēsentur eadem cum nominibus operationum, nisi putat quispiam inclinationem esse eiusmodi nomen quasi commune habitibus & operationibus. Si autem intelligit actus secundos ut puto: tunc inquit. actibus autem ipsorum i. operationibus ipsorū grauis & leuis nomina imposita non sunt, quibus censeantur agentia ipsa, nisi illa nomina sint declinatiōes. his enim nominibus possunt censeri habitus ipsi agentes, & operationes. Ex quibus patet error translationum Auerr. qui in Q
suo textu ubi scribitur declinationes: habet actionem. hoc enim non conuenit uerbis græcis: nam græce est ropes, latine declinationes, momenta, uel impetus. Deinde quasi epilogat rationem, qua probauit, de graui & leui esse negociū physicum. Et componitur sic, de motu negociū est physicū. De graui & leui negocium est negocium de motu. ergo est physicū. Inquit. quia uero negociū de motu physicum est, hæc est maior. Hæc autem habent in se quasi motus fomēta quædam. per hæc uult habere minorem uidelicet ꝙ de graui & leui negocium est de motu. uerbum fomenta græce est ςopyra: latine scisitantia siue excitamenta, quia grauitas & leuitas sunt fomenta motuum. grauitas quidem motus deorsum: leuitas sursum. ex his concludit cōclusionem: & simul cum conclusione addit defectum antiquorū, & inquit. omnes supple ergo utuntur quidem ipsorum potēiis, & per omnes intellit physicos antiquos. q. d. ergo recte

physici

A physici de eis egerunt in libris naturalis philosophiæ. Non tamen has potentias definierunt, nisi pauci. & sic antiqui recte dixerunt quo ad hoc, quòd de his in physicis libris locuti sunt, quo uero illas potentias non definierunt: non recte locuti sunt. Addit Auerro. omnes antiquos de definitionibus istorum aliqua tentasse, sed Aristo. uult paucos perfectis definitionibus de illis dixisse, quia perfecta definitio est, quę est apta remouere omnem quæstionem accidentē in re, ut quarto physi. meminit Auer. commento. 31. & primo de anima commento. 11. & secundo de anima commento. 26.

Distribuere Dividere Videre

Videntes igitur primo quæ ab aliis dicta sunt, dubitantes etiam quæcunq; distribuere ad hanc considerationem est necessarium, sic & id dicamus, quod nobis de ipsis uidetur.

Expositio.

Concluſit de graui & leui esse negocium physicum, & ita ad ipsum spectare, qui scribit naturalem philosophiam. At

B nunc quem ordinem uult tenere exponit, & ait se uelle pertractare quæ ab aliis dicta sunt, & dicere dubitationes huic proposito necessarias: demum postea ait, se uelle dicere opinionem, quæ sibi uidetur de his. inquit. uidentes igitur primo, quæ ab aliis dicta sunt: dubitantes etiam quæcunq; distribuere ad hanc considerationem est necessarium, sic tandem & id dicamus, quod nobis de ipsis uidetur. hic est ordo in dicendis. Addit Auerro. q; Aristo. dicendo eius opinionē: dabit tales definitiones istorum, ut omnes quæstiones accidentes remoueantur.

Graue itaq; & leue aliud quidē simpliciter: aliud autem ad alterum dicitur. eorum enim quæ grauitatem habēt, aliud quidem leuius: aliud autem grauius dicimus esse, ut ligno æs.

Expositio.

Posita intētione, & statuto ordine, nunc exequitur: & primo proponit distinctionem quandam de graui & leui, & uult duplex esse graue & leue, quoniam aliud est tale simpliciter: aliud tale ad alterum, quod dicitur tale in respectu. graue simpliciter est terra, quod omnibus subest. Leue uero simpliciter ē ignis, quod omnibus eminet. grauia & leuia in re

C spectu sunt aqua, & aer, quæ ad ignem sunt grauia, ad terrā autem leuia. inquit. graue itaq;, & leue aliud quidem simpliciter, aliud autem in respectu, siue ad alterum dicitur. probat autem hanc distinctionem Aristo. quasi ab exemplo, quo utebantur antiqui, & inquit. eorum enim quę grauitatem habēr, aliud quidem leuius: aliud autem grauius dicimus esse, ut ligno æs dicimus esse grauius, & lignum ære leuius: hęc est distinctio. Auerroes autem hic uult graue in respectu esse illud: in quo nō est pura grauitas neq; pura leuitas, sed utrūq;, quia idem est alio grauius: atq; alio leuius. Sed dubitares contra hæc, quoniam magis & minus non differunt specie; ergo graue in respectu non differt specie à graui simpliciter. pro hac parte faciunt uerba Auerro. inferius commento sexto ubi uult simpliciter graue, & graue in respectu non differre nisi secundum magis & minus, & ita non differunt specie.

Quę auer. comē. 3. Dubitatio

Potest dici, quòd leue, & leue in respectu possunt intelligi, aut in mixto, aut in simplici elemento. Si intelliguntur in mixto, sic non differunt specie, sed solum secundum magis, & minus, uult lignum est leuius ære, quia utrunq; est leue leuitate eiusdem speciei. sinautem intelligatur in simplici elemē

D to, sic differunt specie. Nam leuitas aquę, & leuitas aeris differunt spē: & grauitas terræ, & grauitas aquæ ēt spē differūt.

De his quidem igitur quæ simpliciter dicuntur: nihil a prioribus dictum est, sed de his quę ad aliud. non enim dixerunt quid est graue, & quid est leue: sed quid grauius, & quid leuius sit in his quæ grauitatem habent.

Expositio.

Obiter addit antiquorum insufficientiam: nam antiqui non de duplici graui sermonem fecerunt, sed de graui & leui in respectu, & solum in mixtis corporibus, quæ habent grauitatem & leuitatem: non autem de simpliciter graui & leui. Inquit. de his quidem igitur grauibus & leuibus quę dicuntur simpliciter: nihil à prioribus dictum est. Sed dixerunt de his grauibus & leuibus quæ dicuntur ad aliud, quæ sunt E talia in respectu: huius reddit causam, & inquit: non enim quid est graue, & quid est leue simpliciter dixerunt, sed quid grauius & quid leuius, quæ sunt talia in respectu, & non supple in omnibus, sed in his quæ grauitatem habent: ut sunt mixta ipsa. & sic duplex fuit antiquorum insufficientia: primo quia non de omnibus grauibus & leuibus dixerunt, qa solum de his in respectu. Secundo, quia de his dicentes, non in omnibus dixerunt, sed in mixtis & non in simplicibus. & ita non dixerunt de graui & leui in respectu elementis, sed in corporibus mixtis.

Magis autem perspicuum erit id quod dicimus hoc pacto. Nam quædam a medio semper apta sunt ferri. Quædam autem semper ad medium. Horum autem id quidem quod a medio fertur: sursum dico ferri. id uero quod ad medium deorsum.

F

Posuit distinctionem de graui & leui, & probauit illam Expositio. aliquo modo ex his, quæ ab antiquis dicebantur: nunc autem illam probat ratione efficaciori & ueritati consona. Dictum est enim graue ac leue esse duplex simpliciter, & in respectu: & quod detur graue simpliciter, & leue simpliciter probatur, quoniam alia mouentur simpliciter à medio, alia simpliciter ad medium. Quæ simpliciter à medio feruntur: hæc sunt simpliciter leuia. Quæ uero ad medium simpliciter mouentur: hæc sunt simpliciter grauia. inquit. magis autem perspicuum erit id quod dicimus, hoc pacto. hoc est supradicta distinctio quod est leue simpliciter, & graue simpliciter magis patebit: & exponit quomodo magis patebit, & inqt. nam quædam à medio semper apta sunt ferri, quædam autē semper ad medium: horum autem id quidem, quod à medio fertur, sursum dico ferri, & est leue. Id uero quod ad medium fertur: id dico deorsum moueri, & esse graue, & sic patet distinctio. Auerroes autem componit syllogismum in tertia figura hoc pacto. hoc corpus mouetur sursum. Hoc corpus Quæ auer. cōmē. 4. mouetur ad circunferentiam cœli. ergo circunferentia cœli est sursum. Et intelligit per hoc corpus: leue ipsum, quod fertur sursum. Addit Auerro. hunc syllogismum esse ex duabus affirmatiuis in tertia figura: uerum hoc non nocet, quia in secunda si esset hic syllogismus, bene noceret: in tertia enim fieri ex duabus affirmatiuis syllogismus constat. In secunda uero ex duabus affirmatiuis nullus constat syllogismus. Vlterius Auerro. ait, q; ut probatur circūferentiam cœli esse sursum per hoc q; leuia undiq; ad eam feruntur: ita potest probari per conuersionem sermonis ad locum deorsum sic syllogiçando in tertia figura: Graue undiq; mouetur deorsum, graue undiq; fertur ad medium totius, ergo medium totius est deorsum. & sic patet nec simpliciter leue: nec simpliciter graue esse secundum comparationem tantum. Sed dubitares utrum si grauia ferantur ad medium mundi ex parte nostri hemisphærij ubi nos sumus, & non ex parte hemisphærij, in quo sunt antipodes: sint simpliciter grauia. Respondet Auerro. q; sic imaginando oporteret dicere cœlum esse sicut tectum quod nostra tegit capita tantum, & non esse undiq; sphæricum ex parte nostra & ex parte antipodum, ut uulgus opinatur. Propterea ait Auer. q; si sic dicatur grauia quę mouerentur ex parte nostra ad medium, & leuia quæ mouerenē à medio: nō essent simpliciter talia, quoniam non undiq; ex parte utriusq; hemisphærij ad medium hæc mouerentur: & illa ē medio ipso. Quare apud Auer. sequitur cœlum est ut tectum solum, uidelicet sphæricum ex parte nostra: ergo nihil est graue simpliciter, & nihil leue simpliciter. consequentia patet, quia hæc non ex omni parte essent talia.

G

H

Absurdum est. n. in cœlo non existimare aliquid esse sursum: aliquid esse deorsum: quemadmodum quidam cēsent. non. n. esse aliud sursum: aliud deorsum dicunt: siquidem omni ex parte simile est, & undiq; quisq; gradiens ipse sibi antipes erit: nos autem ipsum uniuersi extremum sursum dicimus, quod est & secundū positionē sursum, & natura primum.

I Sed circa dicta remouet dubium: nam antiqui in ipso mũ
Expositio. do nihil sursum: nihilq; deorsum dixerunt esse duabus rationibus moti. Prima, quia cœlum ipsum: quo uniuersum tegitur: est omni ex parte simile. Secunda, quia undiq; quisque gradiens & circa terrã se mouens, fiet sibiipsi antipes. ut si ab ortu feratur ad occasum: ipse in occasu erit antipes sibi dũ erat in ortu, & econtra etiam omnibus ita esse patet. obijcit autem huic positioni Aristote. quia in ipso mundo id dicimus esse sursum, quod est & positione sursum, & ipso in uniuerso primum, quale est cœli lunæ concauum. ergo medium erit simpliciter deorsum. inquit. absurdum est enim in cœlo hoc est in ipso mundo non existimare aliquid esse sursum, & aliquid esse deorsum, quemadmodum quidam censent. Deinde huius positionis tangit breuiter duas rationes, & inqt. non enim esse aliud sursum: aliud deorsum dicunt in ipso mundo, siquidem omni ex parte cœlum ipsum simile est & uniforme: hæc est prima ratio. Et undiq; quisq; gradiẽs ipse
K sibi antipes erit. Nam cum quis ab austro in septentrionem graditur: hic ut in septentrione est sibi antipes: ut erat in austro. obijcit autem huic, & inquit. nos autem ipsum uniuersi extremum, dicimus etiam sursum quod est & secundum positionem sursum, & natura primum: quale est lunę concauũ. Quare deorsum erit cœli medium: nam hoc erit positione & natura postremum. Quod uerò ad uerba attinet, debes scire in uniuerso posse assignari sursum & deorsum simpliciter duobus modis: uno modo respectu cœli & eius cœlestis motus. Alio modo respectu motus elementorum, ut diximus secundo huius. Si considerentur sursum & deorsum respectu motus cœli, sic sursum & deorsum sunt secundum uirtutes animæ cœli, quæ uim habet ipsius partis superioris in australi, & ipsius partis inferioris in parte septentrionali. dextri uero in orientali, sinistri in occidentali: anterioris in culmine cœli, & posterioris in imo noctis. at si respectu motus elementorum hæc considerentur, sic sursum est in lunæ concauo, ubi leuia locantur. deorsum autem cœli medium sub nostris pedibus, & iterum hæc secundum uirtutes sunt. Nam
L concauum lunæ est uis terminans motum leuium. Medium uero totius est uis locans grauia. Verum concauum est primum positione: quatenus ad nostra capita primum est, & secundum naturam: quatenus ab illo ad nos deducitur omnis uis locatiua mixtorum & elementorum: medium uero est ultimum positione, quia quo ad nos infra nos. Et natura, quia per ipsum nihil ad nos fertur. & sic patet solutio quæstionis antiquorum.

Quoniam autem est aliquid cœli extremum & medium: perspicuum est, & quòd erit sursum & deorsum.

Expositio. Quasi epilogando concludit esse in uniuerso sursum & deorsum, quia in uniuerso sunt extremum uniuersi. uidelicet, lunæ concauum, & medium totius, scilicet centrum mundi. Et inquit. quoniam autem est aliquid cœli extremum, ut lunæ concauum & medium, scilicet centrum mundi: perspi-
M cuum est q; erat sursum & deorsum in ipso mundo.

Si existimauerunt. Existimantes προσυπολαβόντες

Quemadmodum & multi dicunt: non tamen sufficienter (huius autem causa est, quoniam non omni ex parte cœlum esse simile censent, sed unum tantũ esse hemisphærium, quod est supra nos) quoniam si existimauerunt & circulo esse tale, & medium ad uniuersum similiter se habere: illud quidem sursum: medium autem deorsum esse dicent.

Expositio. Continuetur sic textus, quoniam autẽ est aliquid cœli extremum & medium: perspicuum est q; erit sursum & deorsum: quemadmodum & multi dicunt, qui supple nobiscum conueniunt inquantum uoluerunt in uniuerso esse hæc duo. Addit tamen eorum errorem, nam dixerunt cœlum non esse omni ex parte sphæricum, sed esse semisphæricum, quia solũ ea ex parte, quæ supra nos est, ad antipodas autem nihil cœli esse dicentes. tamen uolunt id sursum esse quod supra nos est, id deorsum, quod ad pedes nostros collocatur. Inquit. nõ N
tamen sufficienter: cuius opinionem narrans assignat eorum causam, & inquit. huius autem causa est, quoniam non omni ex parte cœlum esse simile censent, sed unum tantum esse hemisphærium, quod est supra nos. & sic putant cœlum esse tectum semisphæricum. deinde assignat causam: quare nõ sufficienter dixerunt, quoniam si existimauerunt & cœlum supple circulo esse tale rotundum omni ex parte, & medium ad uniuersum similiter se habere, quia undiq; centrum totius: illud quidem sursum. uidelicet, quod est supra nos: medium autem deorsum esse dicent. uerbum si existimauerunt græce est prosypolauontes: hoc est putantes. uerum legi debet hypothetice, quia ipsi absolute sic non dixerunt, propterea ait: si existimauerunt, quia si putauerunt cœlum esse simile ubiq;, & medium esse centrum totius: dubio procul coguntur dicere sursum esse id quod est supra nos: deorsum uero esse medium totius. nec curauit hoc probare simpliciter, quia in se-
cundo libro satis abunde dixit. debes scire ut ex commento O
colligitur, uulgares rectius fuisse locutos, quàm ueteres: tum quia concesserunt sursum simpliciter cœlum: Et etiam deorsum simpliciter. uidelicet terram ipsam, quæ antiqui minime uoluerunt. Tum etiam quia sequuntur eorum fundamenta. nam nihil uidentes sub terra: dixerunt ea ex parte esse nihil nisi abyssum. & ita cœlum esse tectum asserunt. causa autem est, quia non perceperunt cœlum esse continens omnia: antiqui uero dixerunt cœlum esse uniuersum continens, & tamen solum esse hemisphæricum arbitrãtur, & nihil esse sub terra. & ita errant, quoniam si cœlum est omnium continẽs, erit ex parte nostra, & ex parte alia sphæricum. qua ratione ut ex parte nostra id sursum est, qd' supra nos est, & id deorsum, quod centrum est terræ: ita ex parte antipodum id erit sursum, quod est ad eorum capita collocatum. id autem deorsum quod est ad eorum pedes.

Κάτω Deorsum ἄνω Sursum

Igitur leue quidẽ simpliciter dicimus, quod sursum fertur, & ad extremum. graue uero, quod simpliciter deorsum & ad medium. Ad aliud autem leue ac leuius, quod duobus grauitatem & magnitudinem æqualem habentibus: deorsum fertur alterum natura uelocius. P

Expositio. His declaratis concludit quid sit graue leueq; simpliciter, & quid graue leueq; in respectu, & inquit. igitur leue quidẽ simpliciter dicimus quod sursum fertur, & ad extremũ, quod est cœli concauum. Addit autem. { Et ad extremum: } ad differentiam leuis in respectu, quod mouetur quidẽ sursum: non autem ad extremum. Deinde quid sit graue simpliciter addit, & inquit. graue uero supple simpliciter, quod simpliciter deorsum fertur, & ad medium. addit. { Et ad medium } propter graue simpliciter, quod deorsum mouetur, & ad medium simpliciter: graue uero in respectu mouetur deorsum, non autem ad medium simpliciter. Deinde quid leue quidue graue in respectu sit, exponit & inquit: ad aliud autem leue, ad leuius supple est, quod duobus grauitatem & magnitudinem æqualem habentibus deorsum fertur alterum natura uelocius. Dixit primo duobus grauitatem habentibus, quia Q
comparatio fieri debet inter similia. nisi enim ambo grauitatem habeant: non potest alterum altero leuius uel grauius dici. Dixit secundo, æqualem magnitudinem habentibus: Quia ubi non sunt paria in magnitudine, non dicetur alterũ altero leuius uel grauius nisi per accidens: non autem per se. uerbum uero { deorsum } ut mihi uidetur: corruptum est & græce legi debet ἄνω hoc ẽ sursum, & tunc sensus est, id leuius esse alterũ altero. quod cum æquale sit illi in magnitudine & utrunq; leue uelocius sursum fertur. grauius autem quod æqualis quantitatis cum altero graui plus habet grauitatis, & uelocius deorsum fertur. Auerroes uero commento sexto dicit duo: primum, q; grauia & leuia definiunt̃ per motus qui sunt sursum & deorsum. Quia operationes proprię in his rebus accipiuntur loco suarum differentiarum, & ideo sunt descriptiones & non definitiones: secundum q; Arist. describit leuia & grauia in respectu nõ in simplicibus corporibus, sed in mixtis:

Quæ sunt comũ. 6

A in mixtis:nam graue ſimpliciter,eſt illud, quod habet grauitem ſine leuitate.& leue ſimpliciter,eſt illud, quod habet leuitatem ſine grauitate. At leue in reſpectu.i.quod leuitatem habet ſuæ grauitati admixtam. Graue uero in reſpectu qđ habet grauitatem ſuæ leuitati admixtam, quæ patent in mixtis.de his.n. grauibus & leuibus mixtis uult Ariſtote. (ut Auer.ait) cp ſi ſint eiuſdem ſpeciei & magnitudine æqualia: alterum altero grauius erit,quod deorſum uelocius fertur.illud leuius quod ſurſum uelocius mouetur. de leuibus uero & grauibus in reſpectu in elementis:cuiuſmodi ſunt aer,& aqua,poſterius Ariſto.dicit. Hæc colliguntur ab Auerroe.

Expoſitio. Mihi autem uidetur q· Ariſto.loquatur de grauibus & leuibus in reſpectu in ipſis ſimplicibus:nã de graui & leui ſimpliciter loquitur etiã in ſimplicibus, & tunc lege uerba eius ſic,ad aliud aũt leue ac leuius ſupple dico,quod alterum duorum,quæ grauitatem habent, & æqualem magnitudinem

B ſurſum celerius mouetur,ut aer & aqua. utrunq; enim graue eſt & leue,uerum aer leuior eſt aqua, quia ſurſum uelocius moueť:aqua grauior aere,quia deorſum celerius fertur.& ſic uerba poſſunt legi tam de mixtis cq; de ſimplicibus.

Eorum igitur qui prius ad eam uenerunt conſiderationem,quæ eſt de his, plurimi pene de grauibus hoc pacto leuibuſq; ſolis dixere:quorum alterũ utriſq; grauitatem habentibus leuius eſt. ſic autem pertranſeuntes,& de ſimpliciter leui & graui determinatum eſſe putant. Sermo tamen ipſis non accommodatur.

Expoſitio. Ex dictis recolligit defectum Platonis, qui in tractãdo de leuibus,ſolum de grauibus & leuibus in reſpectu egit.putans ſermonem qui eſt de graui & leui in reſpectu, conueni-

C re grauibus & leuibus ſimpliciter:cum certe illis non accõmodetur. Inquit.eorum igitur qui prius ad eam uenerunt,cõſiderationem,quę eſt de his grauibus & leuibus plurimi pene(ut Platonici)de grauibus hoc pacto ĩ reſpectu leuibuſq; ſolis dixere,quorum alterum utriſq; grauitatem habentibus leuius eſt:hoc eſt quæ dicuntur grauia & leuia in reſpectu qualia ſunt mixta corpora quorum alterum altero leuius uel grauius eſt.ſic autem pertranſeuntes de grauibus & leuibus in reſpectu,& de ſimpliciter leui & graui determinatũ eſſe putant,quia ſermonem de grauibus & leuibus in reſpectu putant accommodari poſſe ipſis grauibus & leuibus ſimpliciter.Addit Ariſto.errorem eorum breuiter. & inquit.ſermo tamen ſupple qui accommodatur grauibus & leuibus in reſpectu:ipſis grauibus & leuibus ſimpliciter non accõmodatur. & ſic tractare de grauibus & leuibus in reſpectu non ſufficit ad tractandum de omnibus ſimpliciter grauibus leuibuſque.

Si ulterius progrediemur proce dentibus προελθοῦσι Hoc autem perſpicuum magis erit ſi ulterius progrediemur.Dicunt enim grauius & leuius aliqui qdem ut in Timęo eſt ſcriptum,grauius quidẽ quod ex pluribus eiſdem conſtat. leuius autem quod ex

D paucioribus quemadmodum plumbo plumbum,& æs ære maius grauius eſt.ſimiliter autem & cætero rum ſimilarium unũquodq;. In exceſſu enim ęqualium partium unumquodq; grauius eſt.Eodem autem modo & ligno plumbum dicunt.ex eiſdẽ.n.omnia corpora & una materia eſſe,ſed non uideri.

Expoſitio. Volens declarare ſermonem de grauibus & leuibus in reſpectu grauibus & leuibus ſimpliciter non conuenire, aggreditur de nouo narrare opiniones antiquorum: nã ex his patebit multifarius error,& hoc proponit:hoc autem.(inqt.) perſpicuum magis erit ſi ulterius progrediemur.ſ.narrando opiniones aliorum.Nam patebit ſermonem de leui & graui in reſpectu non conuenire grauibus & leuibus ſimpliciter: & patebunt opiniones aliorum: & patebit ueritas omnino ad uerbum. { Si ulterius progrediemur } græce eſt { Proelthuſi } ideſt procedentibus ulterius. uerum clarius ut eſſet reſoluimus ad uerbum. Deinde incipit narrare poſitiones &

primo eam quæ in Timæo ſcribitur. dicitur enim ill'ic gra- E
uia & leuia omnia ex ſuperficiebus ac triangulis conſtare,p
terea id grauius eſſe,quod ex pluribus ſuperficiebus pluribuſq; triangulis conſtat.ut ſi unum plumbum quod ſit.a.ex x.conſtet triangulis,alterum uero quod ſit.b. ex quinque.a. grauius eſt quã ſit.b. & ita comparando unumquodq; corpus ad alterum eiuſdem ſpeciei.Leuius uero poſuit eſſe, qđ ex paucioribus eiuſdem naturæ ſuperficiebus aut triangulis conſtat ut ſi.a.ignis ex duodecim conſtet.&.b.ignis ex octo ſuperficiebus:ignis.b.eſt leuior igne.a. Inquit. dicunt enim grauius & leuius aliqui quidem ut in Timæo eſt ſcriptum grauius quidem quod ex pluribus eiſdem ſcilicet ſuperficiebus & triangulis conſtat.leuius autem,quod ex paucioribus eiſdem ſuperficiebus & triangulis: cuius exempla affert, & inquit.quemadmodum plumbo plumbum,& æs ęre maius grauius eſt,ſimiliter autem & cæterorum ſimilarium unum quodq;:& affert rationem Plato.dicẽs,in exceſſu enim ęqua F
lium partium unumquodq; grauius eſt.hæc de his quę ſunt eiuſdem ſpeciei.deinde quid grauius quidue leuius ſit in his, quæ differunt ſpecie apponit,& inquit.eodem autem modo & ligno plumbum dicunt eſſe grauius & uniuerſaliter in cæteris quæ differunt ſpecie.& affert cauſam,& inquit.ex eiſdẽ enim ſuperficiebus & triangulis una materia quæ dicitur omnicapax:omnia corpora eſſe dicunt,ſed nõ uideri eſſe. & ſic corpora ſimilia in ſpecie & corpora diſſimilia omnia cõſtãt ex eiſdem ſuperficiebus & triangulis & eadem materia, ſed hæc eſt differentia,quia corpora ſimilaria conſtant,& uidẽtur ex eiſdem conſtare. Diſſimilaria uero conſtant, ſed nõ uidentur conſtare.hæc ex Timæo colliguntur.

Sic aũt definitis non dictum eſt de ſimpliciter leui ac graui.Nunc enim hic quidem ignis ſemper leuis eſt:ſurſumq; fertur.Illa uero terra terraceaq; cũcta deorſum atq; ad medium ipſum. Quare non ob triangulorum paucitatem,ex quibus unumquodq; ſirge conſtare dicunt:ignis aptus eſt ſurſum ferri. Maior enim tunc utiq; minus moueretur, & grauior eſſet cum pluribus ex triangulis eſſet. Nunc autem contrarium uidetur.quo enim utique maior eſt: eo leuior eſt,& ſurſum uelocius fertur.De ſuperiori etiá deorſum paruus ignis uelocius fertur. magnus autem tardius.

Obĩcit autem Ariſt.huic Platonicæ opinioni ex eo,quòd Expoſitio.
tunc in rerum natura,nec leue ſimpliciter: nec graue ſimpliciter daretur.ſed omne graue eſſet in reſpectu,& omne leue ſimiliter.conſequentia patet, quia ſi graue eſſet multitudine triangulorum & leue paucitate:tunc leue eſſet graue,quia ex triangulis conſtaret:licet minus graue eo, quod ex pluribus triangulis conſtaret,& graue eſſet leue, quia comparatione alterius quod ex pluribus eſſet triangulis. & ſic nihil graue, nihil leue ſimpliciter eſſet in rerum natura, ſed ſolum comparatione. At hoc eſt falſum,quia uidemus ignem leuem eſſe ſemper,& ſimpliciter,quia reſpectu cuiuſq; leuis. Et terram etiam grauem ſemper,quia ad omnia grauitat.inquit.ſic au H
tem definitis ut Pla.inquit:non dictum eſſet de ſimpliciter leui & graui,& ita in rerum natura nihil eſſet ſimpliciter grue:nihilq; ſimpliciter leue, ſed comparatione duntaxat.hoc autem eſſe impoſſibile oſtendit, dicens: nunc enim hic quidem ignis de numero corporum exiſtens: ſemper leuis eſt, ſurſumq; ferť. Illa uero de numero corporũ terra terraceaq; cuncta deorſum:atq; ad medium ipſum feruntur. Primũ igitur abſurdum eſſet cp ſi opinio Pla.eſſet uera,tunc nihil eſſet ſimpliciter graue:nihilq; leue ſimpliciter.Secundo infert,cp ſi ignis eſſet leuis ſimpľr,& terra eſſet grauis ſimpľr tũc,non ob triangulorum paucitatem: ex quibus unumquodq; conſtare dicunt:ignis aptus eſt ſurſum ferri:ſupple terra multitudine deorſum.deducit, quia ſi triangulorum paucitate ignis moueretur ſurſum,& terra multitudine triangulorum deorſum:tunc ignis maior moueretur minus quàm moueretur ignis minor:cum pluribus ex triangulis eſſet. corpus enim

I maius pluribus conſtat partibus. Nunc autem contrarium uidetur: nam quo ignis maior eſt, eo leuior eſt, & ſurſum uelocius fertur. addit etiam quòd paruus ignis de ſuperiori loco deorſum uelocius fertur: magnus autem tardius. & ita ignis moueretur naturaliter è loco ſupero ad medium: contra ea quæ diximus. Sic tota ratio eſt quòd data Platonis opinione: tunc in rerum natura nihil eſſet ignis ſimpliciter atq; leue: nihilq; graue ſimpliciter ac terra. Quòd ſi eſſet aliquod graue ſimpliciter, & aliquod leue ſimpliciter: tunc ignis non eſſet aptus ferri ſurſum paucitate triangulorũ, & terra deorſum multitudine eorũ, ſed ſua forma hoc ſurſum: illud deorſum moueretur: hæc eſt breuiter ratio Ariſtotelis hic.

Inſuper etiam: cum id quidem quod pauciora habet ſimilaria leuius ſit id uero quod plura, grauius eſſe dicant. aerem autem, & ignem, & aquam ex eiſdem eſſe triangulis: differre tamen paucitate & multitudine, ut ſit ipſorum aliud quidem leuius: aliud uero grauius. Aliqua aeris multitudo erit, quæ grauior erit aqua, at totum cõtrarium accidit. Etenim ſemper maior aer magis ſurſum fertur, & omnino quæuis pars aeris ſurſum ex aqua mouetur. hi quidem igitur ita de graui & leui definierunt.

K Hõgenea Similaria

Quapp; ſio Vt

Expoſitio. Secundo obijcit Platoni ex eo, q; tunc aliqua aeris multitudo erit ipſa aqua grauior: conſequentia patet ſuppoſitis his, quæ ipſi concedunt. tenent enim primo id eſſe leuius, qđ conſtat paucioribus ſimilaribus triangulis. Id uero grauius, quod pluribus eiuſdem generis triangulis. Secundo tenent aerem, aquam, & ignem, omnia conſtare ex eiſdem ac ſimiliaribus triangulis: ſolumq; differre multitudine & paucitate illorum: ita ut ſit ipſorum aliud leuius, quod illorum paucitate conſtat. aliud grauius, quod ſit illorum multitudine. his conceſſis patet conſequentia. nam cum conſtent ex triangulis eiuſdem generis, differantq; ſolum multitudine & paucitate illorum, aer maior conſtaret ex pluribus triãgulis parua aliqua aqua: eſſet aer ille grauior aliqua aqua, at hoc eſt

L contra ſenſum. nam ſemper maior aer uelocius ſurſum fertur, & omnino quæuis parua aeris pars ſurſum ex loco ipſius aquæ mouetur. inquit. inſuper etiam cum id quidem quod pauciora habet ſimilaria hoc eſt triangula eiuſdem generis leuius eſſe dicant: id uero quod habet plura eiuſdem generis triangula grauius eſſe uelint: hoc eſt primum eorum conceſſum: aerem autem & ignem & aquam ex eiſdem eſſe triangulis: differreq; tamen multitudine & paucitate illorũ tantum, ut ſit ipſorum aliud quidem leuius: aliud uero grauius: hoc eſt eorum conceſſum. Secundum ex his infert abſurdum, & inquit. aliqua erit aeris multitudo, quæ grauior erit aqua. uidelicet aer magnus reſpectu paruæ aquæ. at ut inquit. totum contrarium accidit. etenim ſemper maior aer, ſurſum magis fertur, & omnino quæuis pars aeris ſurſum ex aqua locoq; eius tollitur atq; mouetur. hæc Ariſto. contra

M Platonem. demum epilogat, hi quidem igitur ita de graui & leui definierunt.

Quãuis καιρότε- Modo magis nouo καίτερο ῳως.

Quibuſdam autem non ſufficiens uiſum eſt hoc pacto diuidere, ſed quãuis ſint uetuſtiores ea ætate, quę eſt nunc, de his, quæ nunc ſunt dicta: modo magis nouo intellexerunt. nonnulla enim corpora mole quidem minora uidentur, ſed grauiora eſſe. patet igitur non eſſe ſatis dicere ex æqualibus ipſis primis ea q̃ ſunt æq̃ grauia conſtare: eſſent. n. æqualia mole.

Expoſitio. Aggreditur nunc poſitionem Democriti & Leucippi, & primo ſumit poſitionem horum eſſe rationi minus conſonã: nam licet ætate priores ac uetuſtiores ſint: tamen certius diſſeruerunt. Quia apud hos non oportet dicere compoſita ex æqualibus numero & mole eſſe æque grauia ſicut oportet apud Plato. qui uult æquegrauia eſſe ex æqualibus numero & mole. grauiora uero ex pluribus æqualibus. minus grauia ex paucioribus æqualibus ſuperficiebus uel triangulis non enim ualet hæc conſequentia. hæc corpora ſunt æqualia mole. ergo ſunt æquegrauia, quia ſtat plumbum eſſe æquale ligno, & tamen grauius eſſe. inquit. Quibuſdam autem ut Democri. & Leucip. non ſufficiens uiſum eſt hoc pacto diuidere ac dare differentiam inter grauia & leuia. ſed quãuis ſint uetuſtiores ea ætate quæ eſt nunc in qua uigent Platonici: tamen de his, quæ nunc ſunt dicta in materia de graui & leui: modo magis nouo intellexerunt, & ita certius, quia ut primo cœli & ſecundo metaphyſi. habetur. iuniores perſpicaciores ſunt, ac certius de rebus dicunt, quàm dixerint inuentores. & ita Democri. & Leucip. modo magis nouo, quia certius: de his diſſeruerunt. Aſſignat autem cauſam cur certius diſſeruerunt. Et inquit. nonnulla enim corpora mole quidem minora uidentur, ſed grauiora eſſe ut paruum plumbum magno ligno. ex hoc infert Plato. inſufficientiam, & inquit patet igitur non eſſe ſatis dicere ex æqualibus ipſis primis. uidelicet triangulis uel ſuperficiebus ea quæ ſunt æque grauia conſtare. nam omnia æquegrauia eſſent æqualia mole: modo oppoſitum uidemus de plumbo & ligno. quare non eſt bene dictum æque grauia eſſe ex æqualibus: grauiora ex pluribus: minus grauia ex paucioribus. & ita certius Democriti atq; Leucippici dixerunt, qa hi non coguntur ſic dicere ut infra uidebitur. Animaduertendum ut Auer. inquit. maius corpus poſſe apud antiquos eſſe leuius propter uacuum imbibitum, quod concedunt. Minus autem eſſe poteſt grauius quia minus in ſe habet uacui: uerum hæc poſitio eſt reproba ta quarto phyſicorum.

N

O

Quæ aer, cõtai. n.

Prima autem & indiuiſibilia quidem ſuperficies dicentibus: ex quibus conſtant ea corporum, quæ grauitatem habent: abſurdum eſt dicere. his aũt qui ſolida: magis cõtigit dicere grauius eẽ maius ipſorũ.

Expoſitio. Corpora duplicia ſunt prima & ſimplicia, quæ elementa mixtorum ſunt, & ſecunda ac compoſita ſiue mixta, quæ ex primis conſtant. Ariſtoteles ergo oſtendit Democriticos melius uel minus diſſone dixiſſe, quo ad prima corpora: his qui dixerunt triangula & ſuperficies. Secundo oſtendit etiã minus male dixiſſe quo ad mixta corpora. Quo quidem ad ſimplicia ac prima minus male dixerunt Platonicis: nam Democritici poſuerunt ſolida, quæ grauia eſſe poſſunt & leuia. & ita alterum altero leuius & grauius eſſe poteſt. Platonici poſuerunt ſuperficies & triangula, quæ nec grauia, nec leuia eſſe poſſunt: cum non ſint corpora. quare poſſunt dicere inter ſimplicia eſſe alterum altero grauius, ut maius grauius eſſe minore. Platonici autem minime hoc facere poſſunt. inquit. prima autem & indiuiſibilia quidem ſuperficies dicentibus ut ſunt Platonici, qui uolunt prima & ſimplicia eſſe ſuperficies. ex quibus conſtant ea corpora, quæ grauitatem habent. ſ. mixta: abſurdum eſt dicere maius eſſe grauius minore, & ſic Platonici non poſſunt dicere inter ſimplicia alterũ altero eſſe grauius aut leuius, quoniam illa non ponunt corpora. His autem, qui ſolida dicũt ſupple prima & ſimplicia, magis contingit dicere maius ipſorum eſſe grauius minore, & ita inter ipſa poſſunt dicere alterum altero grauius. patet igitur minus diſſone dixiſſe Democriticos: cum ipſi poſſint dicere inter prima alterum altero eſſe grauius: Platonici uero non poſſunt: cum uelint prima eſſe incorporea, quæ grauitate participare non poſſunt.

P

Q

Compoſitorum uero, quoniam unumquodq; nõ hoc modo ſeſe habere uidetur, ſed multa grauiora mole minore eſſe uidemus quemadmodum æs la/ nataliam cauſam quidam putant, & aiunt. uacuum enim comprehenſum leuitare corpora dicunt, & interdum facere eſt maiora leuiora cum plus habeant uacui. Propter hoc enim & mole eſſe maiora compoſita perſæpe ex qualibus ſolidis: uel minoribus. omnino autem & penitus cauſam eſſe leuioris plus ineſſe uacui. dicunt igitur hoc modo.

Quidam Aliqui Cõphẽſim Interceptũ Interclu- ſum.

Expoſitio. Quòd minus male dixerint quo ad ſimplicia: declarauit, quòd uero etiam quo ad mixta minus male dicant: nũc oſtẽdit. nam iſti Democritici aſſerunt uacuum intra corpora mixta

A xta comprehenſum, & ita poſſunt dicere aliquando maiora eſſe leuiora minoribus. & aliquando econtra, minora leuiora maioribus. & aliquando æquale eſſe altero æquali grauius uel leuius, ꝙa maius corpus mixtim poteſt habere plus minuſue uacui, inquit. compoſitorum uero ac mixtorum corporum, quoniam non unumquodꝙ hoc modo ſeſe habere uidetur, ut Platonici dixerunt, qui negarunt uacuum comprehenſum, ſed multa grauiora mole minora eſſe uidemus, ut æs lana, & plumbum ligno, aliam cauſam aliqui putant, & aiunt, quam quidem explicat dicens. uacuum enim intra mixta comprehenſum leuitare corpora dicunt, & interdum rale uacuum eſt facere maiora leuiora, quia maiora ſunt ex multo uacuo, & pauco pleno. cum plus habeant uacui intra ſe. propter hoc enim dicunt & maiora mole eſſe compoſita perſæpe ex æqualibus ſolidis uel minoribus quàm ſupple
B ſint mixta minora eo quia maiora habent plus uacui, & minus de ſolidis ſiue pleno, minora uero minus de uacuo, & de plenis, ſiue ſolidis plus: & quaſi epilogando, inquit. omnino autem & penitus cauſam eſſe leuioris. hoc eſt quòd alterum altero ſit leuius dicunt plus illi uacui ineſſe. dicunt igitur hi Democritici de his hoc modo patet igitur hos minus male de ſimplicibus dixiſſe, & etiam minus male de mixtis.

Que auer. comẽ. 12. Auerroes autem in commento dicit primo philoſophos hoſce conuenire in duobus: primo, quia ambo enituntur aſſignare cauſam grauitatis in reſpectu, & eorum nullus aſſignauit cauſam grauitatis, uel leuitatis ſimpliciter. ſecundo, quia omnia abſurda quæ ad Plato. ſequuntur: etiam ad Democritum ſequi uidentur: cum nemo eorum de graui, uel leui ſimpliciter tractauerit. Secundo, Auerro. in commento aſſignat eorum differentiam & uelle uidetur quòd Democritus aſſignare poteſt cauſam in ſimplicibus elementis cur altero alterum eſt grauius uel leuius: non autem in his corporibus, quæ ex elementis conſtant, quod in elementis id poſſit facere, oſtendit Auerro. quia Democri. ponit prima rerum principia eſſe atoma corpora, quę licet phyſice ſint indiuiſibilia: tamen mathematice ſunt diuiſibilia: qua ratione alterum eo
C rum poteſt eſſe grauius altero, quia maius poteſt eſſe grauius minore, & non ratione uacui: cum intra nullum eorum ſit uacuum: eo quòd unumquodꝙ eſt phyſice indiuiduum, ſed ratione magnitudinis, alterum altero eſt grauius uel leuius. At in mixtis quæ ex elementis componuntur primo, cum ſint phyſice & mathematice diuidua: non poteſt ſaluare alterum altero eſſe grauius uel leuius ratione magnitudinis. & ſic in ſimplicibus poſſunt, in mixtis non. Plato uero nec in mixtis, nec in ſimplicibus. in ſimplicibus non, quia prima principia dicit ſuperficies, quæ cum indiuiſibiles ſint, non poſſunt eſſe quales ſcilicet nec graues, nec leues: in mixtis minime, quoniam mixta ex ſimplicibus ſunt, quæ nec grauia ſunt, nec leuia: hæc Auerro. Quæ (ut mihi uidetur) non ſunt uerbis Ariſtote. conſona: nam ut oſtendimus Democri. poteſt tam in ſimplicibus quàm in mixtis ſaluare alterũ altero grauius uel leuius eſſe: in ſimplicibus quidem ratione magnitudinis & paruitatis atomorum: in mixtis autem ratione uacui com-

Dubitatio prehenſi. Auerro. tertio dubitat contra rationem Ariſtote.
D Ariſtote. enim arguit contra Plato. ꝙ ſi grauius eſt, quod ex pluribus conſtat: tunc ignis magnus eſſet aliqua terra parua grauior, quia ex pluribus ſuperficiebus conſtat. Contra dubitatur, quia quod conſtat ex pluribus non ſemper eſt maius uel grauius, niſi cætera ſint paria: modo diceret aduerſarius ea ex quibus terra parua conſtat, eſſe numero pauciora, ſed mole maiora. ea ex quibus ignis conſtat eſſe magnitudine minora, ſed numero plura. & ſic non ualet ignis magnus cõ-

Solutio. ſtat ex pluribus. ergo eſt grauior, ſed oportet addere eam cõſtare ex pluribus & maioribus. Soluit Auer. & oſtendit dupliciter hanc ſolutionem Plato. non ualere: primo, quia ſecũdum Plato. omnes ſuperficies ex quibus ſunt corpora grauia & leuia ſunt eiuſdem rationis, & ſic non differunt grauia & leuia, niſi ſecundum magis & minus. & ita non differunt ſpecie. quod ſi grauia & leuia non differunt ſpecie, uertetur quæſtio prior, ꝙ tunc maius eſſet grauius, & ꝙ non eſſet dabile graue ſimpliciter, nec leue ſimpliciter. Quare ſic fugiẽ

truditur in aliud abſurdius. Secundo obĩcit, quia licet terra E
ſit ex paucis, & magnis, & ignis ex pluribus & paruis: parua poſſunt adeo numero excreſcere ut æquipolleant magnis: faciunt enim multa modica unum ſatis, ut prouerbialiter dicitur. & ſic adhuc ſtat ignem magnum eſſe grauiorem terra paruiſſima. Quod uerò ad uerba attinet, debes ſcire, ꝙ dixit { Vacuum enim comprehenſum leuitare corpora dicunt } ad demonſtrandum, ut Auerro. inquit. uacuum ipſum leuitans moueri ad motum corporis leuitati: non enim mouere poſſet, niſi in mouendo moueretur, quia ut dicitur octauo & ſeptimo phyſico. corpus quod mouet aliud corpus locali ter: nõ mouet, niſi moueatur. Vlterius debes ſcire, ut Auer. Que auer. comẽ. 13.
notat eodem commento, ꝙ cauſa, quare unum corpus ſit altero leuius non eſt, quia habeat plures partes pleni, ſed quia habet plus de uacuo. & ita apud antiquos leuius & minus leue attenditur penes plus uel minus uacui comprehenſi. Secus apud Plato. propterea hi poſſunt reddere cauſam, quare alterum altero eſt leuius in mixtis: illi uero nõ. Hęc Auer. F

Neceſſe eſt autem his qui hoc pacto definiunt ſi ſit leuius: addere non ſolum uacui plus, ſed & ſolidi minus habere. *Si* enim tali ratione excedat: leuius non erit. ob id enim & ignem leuiſſimum eſſe aſſerunt, quia uacui plurimum habet. accidet igitur magnum aurum plus habẽs uacui modico igne: leuius eſſe, niſi & ſolidum ipſum habuerit multiplex. quare hoc eſt dicendum.

Expoſitio. Reprehendit nunc Ariſtote. opinionem Democri. Et primo oſtendit cauſam quam aſſignauit leuitatis & grauitatis eſſe diminutam: dixerunt enim cauſam, quare aliquod eſt leuius eſſe, quia plus uacui habet, & quare aliquod eſt grauius eſſe, quia plus habet pleni uel ſolidi. Obĩcit autem Ariſtote. quia hac cauſa aſſignata: tunc aurum magnum eſſet leuius igne paruo, quoniam aurum magnum ut millecuplum erit leuius modico igne, ut pedali, quia eiuſmodi aurum habet plus uacui igne illo paruo. Præterea, etiam ſequetur ignem magnum, ut millecuplum eſſe grauiorem paruo auro. uidelicet pedali, quia talis ignis habet plus pleni illo auro. ergo ſi ratio debet eſſe ſufficiens: oportet addere leuius eſſe, quod G
habet plus uacui & minus pleni: grauius autem plus pleni & minus uacui. Modo magnum aurum, licet habeat plus uacui modico igne, non habet minus pleni. & magnus ignis. licet habeat plus pleni modico auro: non tamen habet plus pleni. patet igitur eorum cauſam non eſſe completam. Inquit. neceſſe eſt autem his qui hoc pacto definiunt ac cauſam aſſignant, ſi ſit aliquod leuius altero, uel ſupple grauius: addere non ſolum uacui plus, ſed & ſolidi minus habere. Si enim tali ratione excedat, id corpus leuius non erit, quia ſtat ipſum habere plus uacui & non eſſe leuius: niſi habeat minus pleni: ob id enim & ignem leuiſſimum eſſe aſſerunt, quia uacui plurimum habent non attendentes ad pleni rationem: propterea dat Ariſtote. quaſi abſurdum, & inquit. Accidet igitur magnum aurum. uidelicet millecuplum plus habens uacui aliquo modico igne. uidelicet pedali, leuius eẽ illo paruo igne: addit propter hoc & correctionem. d. niſi & ſolidum ipſum habuerit multiplex, quare hoc eſt dicendum atꝙ addendum Que auer. cõmẽ. 14.
eorum cauſæ. Auerro. autem ait apud antiquos trifariam intelligi aliquod corpus eſſe altero leuius penes uacuum & ple- H
num. Aut quia abſolute plus habet uacui nulla ratione habita ad partes pleni, aut quia plus habet uacui, & pleni minus, aut quia proportio uacui ad plenum eſt maior quàm ſit in ipſo graui. ut ſi proportio in. a. leui uacui ad plenum eẽt quadrupla ad eam, quæ eſt in. b. corpore graui uacui ad plenũ, ut ſi eſſet dupla. & ita ſecundum Auerro. Ariſtote. oſtendit antiquos aſſignaſſe primum modum, quem inſufficientem eſſe probat, per exemplum de magno auro ad paruum ignẽ ut in tex. oſtendimus. Vltimo Auer. notat contra hanc poſitionem, ꝙ ſi penes plus uacui attenderetur leuius: tunc aliquod eſſet leuius & grauius, quia ratione habita ad maius eſſet graue, quia minus uacui haberet: ratione habita ad minus eſſet leue, ꝙa plus uacui hꝫet. & ita idẽ eſſet graue & leue.

I Hi igitur, qui quidē non dicunt uacuū esse: nihil de leui grauiq; determinant, ut Anaxagoras, & Empedoc. Qui uero determinarunt quidem: non autē uacuum esse dixerunt, non differuerūt: cur alia corporum leuia: alia grauia, sint: & alia quidē sursum, alia autem deorsum semper ferantur. Præterea non recordati sunt dicere, quædam quę sunt mole maiora, esse leuiora corporibus minoribus: neq; patet ex his quæ dicta sunt: quo nam pacto fiet, ut ipsi cōsentanea dicant his, quę apparent.

Præterea Verbum additum. Dicere Verbum additum.

Expositio. Nunc quasi epilogando opiniones ueterum breuibus resumit &, inquit. Hi quidem igitur qui non dicunt uacuum esse. supple bipartiti sunt, quia alii nihil de graui & leui determinant, ut Anaxagoras, & Empedoc. alii uero determinarūt. Sed qui determinarunt quidem: non autē uacuum esse dixerunt, non differuerunt, cur alia corporum leuia: alia grauia sint, & cur alia quidem sursum, alia aūt deorsum semper ferantur. præterea non recordati sunt dicere, quædam q̄ sunt mole maiora, esse leuiora corporibus minoribus. Præterea ēt neq; patet ex his quæ dicta sunt: quo nam pacto fiet, ut ipsi consentanea dicant his, quæ apparent. Est. n. ratio physica semper his quæ apparet conformis, ut Aristo. & Auer. cæteriq; peripatetici præcipiunt. Quare eorum diminutiones ex his patent. Auer. aūt opiniones dissecuit in tres, quia alij nō dicebant uacuum esse, & ēt nihil dicebant de causa grauis & leuis. Alii non dicebant ēt uacuum esse, & locuti fuerunt de causa grauis & leuis, uerum non assignarunt causam cur hoc leue sit simpliciter: illud autem graue. Quidam aūt dixerunt uacuum esse, & ēt assignabant causam grauis & leuis: non q̄dem simpliciter, sed in respectu contra primas duas opiniones, ut Auer. ait Aristo. obiicit, q̄ illæ non possunt reddere cām eorum quæ apponunt. Apponunt aūt alia semper sursum, alia semper deorsum ferantur, & etiam q̄ quædam maiora sunt minoribus corporibus leuiora. At tertia positio, ne potest horum causam reddere: tamen causam grauis & leuis simpliciter assignare non potest.

K

Quę auer. comē. 15.

L

Necesse est autem etiam eos, qui plus uacui habere: de ignis leuitate causam assignant: in easdē quasi difficultates incidere. Minus quidem enim cæteris corporibus solidi, & uacui plus habebit: & tamē erit ignis aliqua multitudo, in qua solidum & plenū: ea solida quæ continentur in aliqua parua multitudine terræ exuperabunt.

Incidere ἐμπίπτειν retineri.

Expositio. Obijcit igitur nunc Democrito & Leucippo, quia eius data positione aliquod corpus graue habebit plus uacui & minus pleni aliquo alio corpore leui. & ita sequitur graue esse leue: deducitur. nam sit. a. magna gleba ignis, ut mille pedum &. b. sit parua portio terrę, ut unius pedis: quo in casu sequit a. ignem esse grauiorem terra. deducitur, quia. a. habet plus uacui & minus pleni: plus quidem uacui, quia est corpus maius: minus pleni nō dico ipso. b. sed ratione habita ad uacuū, inquit. Necesse est autem etiam eos qui plus uacui assignant pro causa leuitatis ignis in eadem quasi difficultates incidere: in quas compulsi sunt Platonici. Deducit, & inquit. Minus quidem. n. cæteris corporibus solidi & uacui plus habebit aliqua multitudo ignis in qua, tam solidum quā plenum ea solida quæ in parua terra sunt, exuperabit. Et ita solidum ignis magni erit maius solido paruæ terræ. & eadem ratiōe uacuum ignis magni erit plus uacuo paruæ terræ. & ita sequitur ignem magnum esse grauiorem parua terra, quia plus solidi habet penes quod attenditur grauitas. Sequitur etiam leuiorem esse, quia plus uacui habet. & ita idem ignis erit leuior & grauior respectu eiusdem.

Expositio.

M

Sinautem & uacuum dixerint: quo nam modo definient simpliciter graue. Aut enim eo quod solidi plus habeat. Aut eo quod minus uacui.

Apud iuniores, hęc est secunda ratio contra Democri. sed apud me, hæc non differt à prima ratione: nisi quia uigorosius componitur. proponit ergo primo diuisionem, & lege sic: aut graue dicitur, quia plus solidi habet, aut definitur graue, quia minus uacui habeat: hanc diuisionem proponit. inquit. Sinautem & uacuum dixerint & concesserint esse corporibus comprehensum, ut re uera Democri. & Leucippus tenent, quærit quo nam modo definient simpliciter graue. Aut enim eo quod solidi plus habeat, aut eo quod habeat minus uacui. concedentes igitur uacuum imbibitum corporibus dupliciter possunt definire. graue simpliciter, aut dicēdo graue esse, quod plus habet solidi, aut dicendo graue simpliciter esse, quod minus uacui habet. hanc ergo diuisionem proponit.

N

Siquidem igitur hoc dicent: erit aliqua terrę multitudo ita parua, ut in ea sit solidi minus quàm magna in multitudine ignis. Similiter autem si uacuo definierint: erit aliquod, quod fertur semper deorsum: leuius eo quod est simpliciter leue, & quod semper sursum fertur. Hoc autem est impossibile. id enim quod est simpliciter leue: semper est leuius his quæ grauitatem habent, & quæ deorsum feruntur. Id uero quod leuius est non semper leue est. Propterea quòd & in his quæ grauitatem habēt: aliud alio leuius dicitur esse, ut aqua, terra.

O

Expositio. Ex data diuisione nunc syllogiçat sic. nam si graue definierint ex eo q̄ plus habet solidi: tūc magnus ignis erit grauior parua terra. habet enim plus solidi. Si autem definierint: ex eo q̄ habet minus uacui: tunc parua terra erit leuior magno igne. habet enim minus uacui, quæ omnia sunt absurda, ut inquit. Dicit, si quidem igitur hæc dicēt, id est si graue est, quod habet plus solidi: erit aliqua terræ multitudo ita parua, ut in ea sit minus solidi, quā sit in magna aliqua ignis multitudine. & ita sequetur magnum ignem esse leuiorem terra aliqua. Deinde destruit secundum membrum, & inqt. Similiter autem si uacuo definierint dicentes graue esse q̄ minus uacui habet: idem ut prius eueniet: ideo ait. erit aliquod, quod fertur semper deorsum: leuius eo quod est simpliciter leue, & quod semper sursum fertur, quia sequet̄ parua terram esse leuiorem magno igne: cum minus uacui habeat, quæ parua est simpliciter grauis semper deorsum mobilis. ostendit hoc esse impossibile, & inquit. Hoc autem est impossibile. id enim quod est simpliciter leue: semper est leuius his quæ grauitatem habent, & his quæ deorsum feruntur semper. Id uero quod leuius est scilicet in respectu: non semper leue est ad omnia, propterea quòd in his quæ grauitatem habent, ut mixta, uel simplicia quæ sunt grauia in respectu: aliud alio leuius dicitur esse, ut aqua leuior est quàm sit terra. Patet igitur quodlibet membrum dictæ diuisionis esse impossibile. & ita graue, nec paucitate uacui: nec multitudine solidi definiri potest.

P

At uero nec eo quòd uacuum rationē habet ad plenum: sufficiens est soluere dubitationem, quæ nunc dicta est. Accidit enim hunc modum dicentibus: similiter idem impossibile. In maiore enim igne atq; minore eandem solidum ad uacuum rationem habebit. At maior ignis sursum celerius fertur minore, & rursus maius aurum plumbumq; similiter deorsum. Similiter autem & cæterorum unumquodq;, quæ grauitatem habent. At hoc accidere non oportebat: si hoc pacto graue, leueque est definitum.

Q

Multitudo Magnitudo.

Expositio. Vt Auer. dixerat trifariam intelligi potest definitio leuis data ab antiquis, uno modo, ut leue sit in quo plus uacui est. Alia in quo plus uacui & minus pleni. Tertia in quo maior est proportio uacui ad plenum. Vt ignis est leuior terra, quia uacui ad plenum in igne est proportio centupla. In terra uero est proportio dupla. Declarauit hactenus leue non esse, in quo plus uacui est, & declarauit leue non esse, in quo plus uacui & minus pleni. At nunc declarat leue non esse, in

quo

A quo maior eſt proportio uacui ad plenum, quoniã in magno igne & paruo uacui ad plenum eadem eſt proportio, qa utro biq; cẽtupla: ſunt. n. paruus & magnus ignis eiuſdẽ ſpeciei. & ita proportio æqualis & eiuſdem ſpeciei. Quo dato: tunc æque uelociter paruus & magnus ſurſum mouerentur, quod eſt contra ſenſum. Videmus. n ignem magnum celerius ſurſum ferri, Inquit. At uero, nec eo q uacuum rationem habet ad plenum talem & maiorem ſufficiens eſt ſoluere dubitationem, quæ nunc dicta eſt. Et oſtendit cauſam dicens: accidit. n. hunc modum dicentibus, ſimiliter idẽ impoſſibile. Et exponit illud. d. In maiore. n igne atq; minore eandem ſolidum ad uacuum rõnem habebit, ſunt enim ambo eiuſdẽ ſpeciei. Deſtruit hoc dicens: at maior ignis ſurſum celerius minore fertur, & rurſum maius aurum plumbũq; ſi'r deorſum celerius feruntur minoribus, ſimiliter aũt & cæterorũ unum

B quodq;, quæ grauitatem habẽt. ſemper. n. maius celerius fertur minore. At inquit. hoc abſurdum, uidelicet, q æque mouentur paruus ignis & magnus ſurſum accidere non oportebat, ſi hoc pacto recte definitum eſt graue leueq;. nam bona diffinitio ſoluit abſurdum, & non illud inducit. quare nõ recte definitum eſt leue, quod ſit illud in quo maior eſt proportio uacui ad plenum, trahit. n hæc definitio abſurdũ. Auer. aũt abbreuiat rõnem ſic. dicentes uacuũ eſſe cãm leuitatis coguntur dicere, aut leue eſſe illud: in quo eſt paucum de pleno: graue eſt illud in quo eſt multum de pleno. Aut illud leue, in quo eſt multum de uacuo: & graue, in quo paucum de uacuo: aut leue eſt, in quo uacui ad plenum eſt maior proportio: & graue in quo pleni ad uacuum eſt maior proportio. Si dicunt leue eſſe, in quo eſt paucum de pleno: tunc terra parua eſſet leuior magno igne: nam in ea eſt paucum de pleno, qd' eſt abſurdum Si dixerint leue eſſe, in quo eſt multum de uacuo: tunc magna terra eſſet leuior igne paruo. nam in ea eſt

C multum de uacuo, & multo plus q̃ in paruo igne. Si dixerint leue eſſe, in quo uacui ad plenum eſt maior proportio: tunc uelocitas magni ignis, & uelocitas parui ignis eſſent æquales quod eſt contra ſenſum: cum ignis magnus uelocius feratur ſurſum igne paruo. conſequentia uero patet, quia ſunt eiuſdẽ ſpeciei, & ita proportio eſt eadem. ecce qũo Auer. has tres rationes reduxit ad unam hypotheticam diuiſiuam: cuius ſunt tria membra, quæ per ordinem ſunt confutata. Animaduerſione dignum, primo ſecundum Auer. q aqua & terra ſunt eiuſdem generis grauis ſimpliciter, ſed differunt ſecundum magis & minus. & ſimiliter ignis & aer qui ſunt ex genere leuis ſimpliciter. Leue aũt ſimpliciter, & graue ſimpliciter nõ ſunt eiuſdem generis. Ex hoc infert Auer. eſſe impoſſibile, ut pars alicuius eorũ. ſ. ignis ſit grauior in comparatione ad aliquã partem alterius. ſ. terræ. uerbi gratia, quia impoſſibile inuenire eſt partem terræ leuiorẽ parte ignis, & grauiorem aliqua parte ipſius. ſ. terræ. Et impoſſibile eſt inuenire partem ignis leuiorẽ parte ignis, & minoris leuitatis q̃ alterius partis ſit leuitas. & ſi'r impoſſibile eſt inuenire aliquã quãtitatẽ terræ grauiorem alia parte ſuiipſius, & leuiorẽ alia parte ſui ipſius. Addit q ſi'r in medijs eſt aliquod grauius & leuius reſpectu extremorum, ut aqua eſt leuior terra: licet utraq; ſit

D grauis & grauior aere, & aer non eſt de genere grauis. Rurſus dicendũ eſt, q aer eſt grauior igne & leuior aqua, & non eſt ex genere grauis. Ex his infert ſecundo graue & leue in reſpectu dici dupliciter, aut in eodẽ elemento, ſed ſecũdum differentiam magnitudinis, ut maior terra eſt grauior minore. uerbi cauſa bipedalis eſt grauior pedali, & leuior tripedali. Aut in diuerſo elemento, & ſic aqua eſt grauior aere, & leuior terra. Sed occurres contra hæc. dixit. n. ignẽ & aerẽ eſſe eiuſdẽ generis leuis ſimpliciter, & terrã & aquã eſſe eiuſdẽ generis grauis ſimpliciter. Addidit aũt hæc non differre: niſi ſm magis & minus. Huius occaſione nonnulli tenent grauitatẽ terræ & aquæ eſſe eiuſdem ſpeciei, & nõ differre, niſi ſecũdũ magis & minus. ſimiliter leuitatẽ aeris & ignis. Sed reuera iſti errant, quia motus iſtorum differunt ſpecie, ut patet ex differentia terminorum ad quos. ergo naturæ differũt ſpecie, & ita ignis & aer differunt ſpecie leuitatis, & terra & aqua differunt ſpecie grauitatis. Tunc ad dubitationem reſponderem ſaluo meliori iudicio, q cum Auer. ait, ignem & aerem eſſe generis leuis ſimpliciter: non intelligit, ita ut aer ſit ſimpliciter leuis & ad omnia, ſed ſe tenere cum genere leuium. & cum addit ea differre ſecundũ magis & minus, intelligit ſecundũ perfectius & imperfectius in genere, nõ aũt in ſpecie, uelut muſca & homo in gñe animalis. Quod uerò ad uerba atinet debes ſcire, q illa uerba, nec eo q uacuum rõnem habet ad plena. Auer. dupliciter exponit, uno mõ q Ariſt. hæc uerba referat ad grauia & leuia in reſpectu: alio modo q referat ipſa ad grauia & leuia ſimpliciter. quas expoſitiones reputo extra rem: cum nihil faciant ad uerba Ariſt. & minus ad ſenſum, ut ex noſtra expoſitione patuit.

E 2. ſolutio

Abſurdum autem eſt, & ſi ob uacuum quidẽ ſurſum feratur: uacuum autem non.

Secundo principaliter obiicit Democrito & Leucippo, quia iſti dixerunt graue ferri deorſum ob plenum: leue uero ſurſum ob uacuum, contra obj̃cit, quia abſurdum eſt dicere leue ferri ſurſum ob uacuum, & uacuum ipſum nõ ferri, nec ſurſum, nec deorſum. Inquit. Abſurdum aũt eſt, et ſi ob uacuũ quidem ſurſum fertur, ſupple leue: uacuum autem non fertur, ſupple ſurſum: immo nec deorſum.

Expoſitio F

Quæ auer. cõmẽ. 16.

Præterea, ſi uacuum quidem ſurſum aptum eſt ferri: plenum uero deorſum: atq; ob hoc cæteris ſunt cauſa lationis utriuſq; : nihil de compoſitis conſiderare oportebat, quam ob cauſam hæc quidem corporum grauia: illa uero leuia ſunt. ſed de his ipſis dicere, cur alterum quidem leue: alterum uero grauitatem habet.

Præterea At uero

Tertio principaliter obj̃cit ſic, ſi uacuum quidem ſurſum aptum eſt ferri, plenum uero deorſum, ita ut propter hoc cæteris corporibus ſunt cauſa lationis utriuſq;, uacuum quidẽ lationis quæ fit ſurſum, plenum uero lationis, quæ fit deorſum, hac ratione ualet, quia uacuum aptum eſt ſurſum ferri: plenum uero deorſum: tunc eos nihil de compoſitis ex uacuo & pleno conſiderare oportebat, quã ob cauſam, hæc quidem grauia de numero corporum ſint, illa uero leuia, ſed de his ipſis uacuo & pleno oportet dicere: cur alterum quidem leue eſt. uidelicet uacuum, alterum uero graue eſt, uel grauitatem habeat. Eſt ergo uis rõnis, ſi corpora compoſita ex uacuo & pleno ſunt alia leuia, quia habeant plus de uacuo, qd' aptum eſt ferri ſurſum. Illa grauia, quia habent plus de pleno, quod eſt aptum ferri deorſum fruſtra eſt quæſtio de compoſitis, cur eorum alterum eſt leue, & alterum graue. ſed quæſtio debet eſſe de uacuo: cur ipſum eſt leue, & de pleno, cur ipſum eſt graue. qua quæſtione definita: mox patebit quæſtionis ſolutio de compoſitis. at nec Democr̃. nec Leucippus quæſtionem de ipſo uacuo & pleno determinarunt: ideo inſufficienter locuti ſunt de grauibus & leuibus ipſis. Hæc eſt uis tertiæ rationis.

G

Vis rõnis

Et inſuper quæ nam eſt cauſa: ut plenum uacuumq; non diſtent.

Inſuper Etiam

Quarto obj̃cit eiſdem, quia ſi uacuum ſuapte natura aptũ eſt ſurſum ferri, plenum aũt deorſum: tunc in cõpoſitionem uenire non poſſent, quia cum ſint motuũ contrariorũ : mox diſtarent, uacuum quidem ſurſum ſe mouendo, plenum aũt deorſum. Sed circa hæc ſunt duæ dubitationes. prima eſt cõtra ſecundam rationem, erat enim prima ratio, q ſi aliquod corpus mouetur ſurſum propter uacuum: oporteret etiã uacuum ſurſum moueri ſuapte natura, cum contrarium uideatur, eo q nec ſurſum, nec deorſum aptum eſt ferri. Contra hanc rationem, quia ſecundum ueritatem graue mouet deorſum ob grauitatem, & leue ſurſum ob leuitatem: & tamen nec grauitas, nec leuitas eſt apta per ſe moueri aliquo modo.

Expoſitio. H

Dubõues Prima

Reſpondet Auer. in commen. q non eſt ſimile de uacuo, & de leuitate, nam uacuum eſt corpus trina dimenſione affectum, leuitas uero & grauitas non eſt corpus, ſed forma ſubſtantialis. modo eſt regula ſeptimo & octauo phyſico. nihil

Quæ auer. cõmẽ. 17.

Dubitatio

1. ſolutio

moueri posse ab aliquo corpore motu locali, quin illud corpus e quo mouetur, moueatur. Potest tamen aliquod moueri à sua forma, quæ tamen non mouetur per se. Secunda dubitatio est contra quartam rationem: arguit enim si uacuum esset aptum ferri sursum, plenum uero deorsum: tunc hęc nō possent uenire in compositionem, quia mox separentur, contra, quia à pari graue & leue non possent uenire ad mixturā, quia mox dissiungerentur. Respondēt iuniores & sapide nō esse simile propter duas causas. prima est, quia elementa nō sunt actu in mixto, sed uel uirtute, uel remissa & quasi potestate. Secunda causa est, quia à forma mixti determinantur, atq; in unione seruantur. Hæ autem duæ causæ locum nō habent in uacuo & pleno. Primo, quia uacuum & plenū non possunt, nisi actu esse in compositis. Secundo, quia nō pñt à forma mixta determinari, & ita inter hęc nulla est similitudo.

Scda dub.

Solutio

K

Præterea Autem Locus Regio Locum Regionem Expositio.

Præterea rationi dissonum est, & uacuo locum facere; quasi ipsum locus quidam non sit.

Quinta obijcit, quia tunc uacuum esset in loco uelut corpus cōpositum: cuius est pars. Hoc autem falsum est, quia uacuum est secundum eos locus, & ita si esset locus: tunc loci esset locus, & ita procederetur in infinitum. Inquit. Præterea rationi dissonum est, & uacuo locum facere quasi ipsum uacuum locus quidam non sit. Modo hoc est falsum, quia secūdum eos uacuum locus est.

Præterea, si uacuum mouetur, esse quendā ipsius locum e quo, & ad quem mutatur necesse est.

Expositio.

Sexto obiicit eis, quia dixerunt moueri uacuum secundum locum. At arguit, si uacuum mouetur secundum locū, oportebit esse aliquem locum e quo mutatur, & aliquem, ad quē mutatur, quia omnis motus est de termino à quo in terminū ad quem. modo hoc est impossibile: est enim uacuum, ut dicunt, infinitum totum occupans.

Præterea Ad hæc

Præterea, quæ nam est motus causa: non enim uacuum ipsum iam: non enim solum ipsum, sed etiam solidum mouetur.

Expositio.

Septimo obiicit, ꝙ tunc non erit aliqua causa una, & simplex omnibus motibus communis: nam talis causa non est uacuum ipsum solum: qua cuncta mouentur, quia ēt solidū mouetur: nec solidum tantum, quia ēt uacuum mouetur: quare nihil pōt esse causa sola motus, quæ sit omnibus cōmunis motibus. Auer. cōmento præsenti facit has consequentias, si uacuum est principium motus. ergo debet habere qualitatem motiuam naturalem, si uacuum habet naturam propriā siue qualitatem naturaliter motiuam: tunc uacuum nō esset uacuum. hæ consequētiæ ualent, prēsuppositā definitione uacui. Vacuum. n. est dimensio corporea ab omni qualitate motiua ac alteratiua absoluta. quo dato ualet prima consequentia, quia si uacuum est principium motus, uidelicet sursum: ex quo sua natura non limitatur magis sursum ꝙ deorsum, oportet ipsum aliquā naturam includere, qua limitet ad motum sursum. Et sic patet prima, qua concessa, sequitur secunda, quia si uacuum includit aliquā naturā siue qualitatē motiuam, uidelicet grauitatem uel leuitatem: tunc uacuū non erit uacuum, ut patet ex eius definitione. Circa hæc dubitabis, quia dictum est, uacuum esse principium motus sursum & plenum deorsum, & ideo quærebat Aristo. causam, cur uacuū sursum & plenum deorsum mouet, & cum nō possit assignari causa iure uisi sunt errare. propterea dubitatur, quia à pari hæc ratio pōt aptari contra Aristo. quærerē. n. quare grauitas mouet deorsum, & leuitas sursum. Q. si dicas, quia leuitas est leuitas, & grauitas est grauitas, à pari dicerem: iō uacuum mouet sursum, quia est uacuum, & plenum deorsum, quia est plenum. Pōt dici non esse simile, quia uacuum est dimensio ac quantitas absoluta, nullam sibi limitans actionē. quantitas. n. non est de principijs actiuis. at grauitas & leuitas sunt qualitates, quæ possunt esse de principiis actiuis saltem motiuis, & sic nulla potest assignari causa, cur grauitas deorsum & leuitas sursum mouet: nisi quia sunt qualitates sic motiuæ. uacuum autem & plenum cum non sint qualitates motiuæ, habent quæstionem, cur uacuum sursum, & plenum deorsum mouet. Et sic patet solutio.

L

Quæ auer. cōmē. 18.

M

N

Similiter autē euenit, & si quispiam aliter definit magnitudine, paruitateq; faciens grauiora, leuioraq; altera alteris, & alio quouis modo assignans. modo eadem omnibus materia assignetur, aut plures quidem: subcontrariæ tamen solum.

Expositio.

Fuerunt quidā qui causam grauitatis & leuitatis assignarunt magnitudinem ac paruitatem materiæ, siue illa sit una, siue sint plures: dixerunt. n. graue esse, cuius materia est magna, siue sit una, ut aer, uel aqua, uel ignis, uel horum mediū: siue plures, ut quatuor elementa. leue aūt, cuius materia est parua, ēt siue una, siue plures. inquit. Similiter aūt euenit ab surda dicere, & si quispiam aliter definit graue & leue, faciēs grauiora leuioraq; altera alteris magnitudine paruitateq; materiæ: modo eadem omnibus grauibus ac leuibus materia assignetur, aut plures quidem, sub contrariæ tamen solum: nam si non sint contrariæ, non possent agendo ac patiendo reduci ed unum medium, quod sua magnitudine facit graue. Et sua paruitate facit leue. sumit aūt hic subcontraria nō, ut in dialecticis pro his propositionibus, quæ sub ipsis contrarijs continentur, sed pro his contrariis, quæ sub inuicem agunt & patiuntur. Quare emergit alia positio, quæ uult grue esse: cuius materia ē magna, & leue: cuius materia est parua. & hoc siue materia sit una, ut aer, uel ignis, uel aqua, uel horum medium, siue materia sint plura, ut quatuor elementa, modo sint contraria quæ agendo ac patiendo reducātur ad unum, quod sua magnitudine graue, sua paruitate leue facit. inquit. Eriam huic positioni accidere absurda dicere, ut postea enumerabit. Quod uerò ad uerba attinet, debes scire ꝙ dixit ⸗ Aut plures quidem: subcontrariæ tamen solū ⸗ propter eos qui posuerunt uacuum & plenum materiā omnium grauium & leuium. Isti. n. non faciunt graue & leue magnitudine & paruitate materiæ, quoniam uacuum & plenum non sunt una materia formaliter, nec reductiue: cū non possint agendo patiendoue reduci ad unum: non. n. sunt sub contrariæ, licet fortasse contrariæ. faciunt aūt graue multitudine pleni leue uero multitudine uacui: at qui ponūt plures materias subcontrarias, hoc est sub inuicem agentes ac patientes: faciunt graue & leue magnitudine & paruitate materiæ, quia cum illæ materiæ sint contrariæ possunt agendo patiendoue reduci ad unam materiam, uel medium unum, quod sua magnitudine facit graue, & sua paruitate facit leue. Hinc patet tres esse positiones, aut eorum qui unam fecerūt omnium materiam, aut eorum, qui fecerunt plures, subcontrarias tamen, aut eorum, qui fecerunt plures & contrarias. qui fecerunt unam materiā, hi graue dicunt esse: cuius materia est magna: leue uero, cuius materia est parua. qui fecerūt plures subcōtrarias. Isti ēt magnitudine materiæ graue: paruitate aūt leue effecerunt, uerum non nisi postq; illæ reductę sunt ad unum medium. at qui omnino contrarias materias dixerunt: aliter graue & leue definierunt. Dixerunt. n. graue esse, cuius plenum est maius: leue uero, cuius uacū est plus.

O

P

Aliquid Hōc ri Accidit Verbū ad dictum.

Nam si una quidem sit: non erit aliquid simpliciter graue & leue, ut his accidit, qui ex triangulis constituunt.

Q

Obijcit aūt his opinionibus per ordinem. & primo positioni, quæ dicit materiam unam facere graue, & leue magnitudine & paruitate sua. nā si ita est, nihil erit simpliciter graue, sed solum respectu illius: cuius materia est magna: nihil erit simpliciter leue, nisi respectu illius, cuius materia est parua, & sic nihil graue, nihil ꝙ leue erit simpliciter, ut his ēt accidit Platonicis, qui ex triangulis elementa ipsa grauia, leuiaq; constituunt, ut fuit abunde superius deductum.

Sinaūt contrariæ sint, ut hi qui uacuum plenūq; dicunt: non erunt aliquā ob causam simpliciter grauium & leuium intermedia grauiora, leuioraq; inuicem atq; his, quæ simpliciter sunt.

Expositio

Secundo obijcit his, qui fecerūt materias contrarias, ut uacuū & plenū, ꝙa (ut dictū est) isti nō pñt assignare cām: ꝙre

intermedia

A intermedia elementa, quæ ſunt aer & aqua ſunt grauiora, le uioraq; inuicem, ut aer leuior aqua, & aqua grauior aere, nec poſſunt aſſignare cauſam, quare hæc intermedia ſint leuiora & grauiora his, quæ ſimpliciter grauia & leuia. non enim poſſunt aſſignare cauſam, cur aer & aqua ſunt grauiora igne, & leuiora terra, ut dictum eſt ſuperius. Deductū eſt enim ſuperius ad hanc opinionem ſequi magnam terrā eſſe leuiorem parua aqua, quia in ea eſt plus de uacuo: & magnum aerem eſſe leuiorem igne eadem ratione.

Affimilat Commenti Videtur i aere Aliquod Suppletū uerbum. Scām uerbum ſuppletum. Poteſt. Cōtingit. Expoſitio.

Magnitudine autem paruitateq; definire: figmēto quidē aſſimilatur magis quàm aliquod prioꝝ. ſed quia differentiam ſecundū unūquodq; quatuor elementorum facere poteſt: ſecurius ad anteriores dubitationes ſe habet.

B Refellit opinionem eorum, qui ſub contrarias effecerunt materias, iſti enim dixerunt materias eſſe quatuor elementa, quę reducta actione paſſioneq; una erant oīum grauium leuiumq; materia, quæ poſtea magnitudine graue paruitate leue faciebat. obiicit autē huic, quia ſic definire graue atq; leue aſſimilatur magis figmento, cꝫ aſſimiletur aliquo priorum, quæ ab antiquis dicebantur. Addit tamen quia ſaluat differentias elementorum quatuor ignis uidelicet & aquę, & aeris & terræ: ſic opinari ſecurius ſe habet ad anteriores dubitationes. Inquit. Magnitudine autem paruitateq; definire, ut definiunt, qui materias ſubcontrarias ponunt, figmēto quidem aſſimilatur magis cꝫ aſſimiletur aliquod eorum, quæ dicta ſunt à prioribus. aſſimilatur quidem figmento, quia reuera non poſſunt quatuor elementa adeo reduci, ut ſubeāt rationem unius materię, quæ poſtea poſſit magnitudine & paruitate facere graue & leue. & ſic uidetur colorata poſitio nullum habens fundamentum. Addit in quo hęc poſitio eſt præferenda, & inquit. Sed quia ſic definire pōt facere differentiam ſm unūquodq; quatuor elementoꝝ (nam tenet quatuor elemēta eſſe formaliter diuerſa, unum tm̄ reductiue) iō ſupple: ſic definire ſecurius ſe habet ad anteriores dubitationes, quæ ſunt motæ in principio de graui & leui.

C Accidit Verbū ad ditum. Derelinq Dicere Poſterius ſam.

Ei uero qui unam facit naturam eorum, quæ magnitudine differunt, idem accidere quod his accidit qui unam faciunt mām neceſſe eſt, & neq; leue quicq̄ ſimplr eſſe, neq; ferri ſurſum, ſed aut derelinqui, aut extrudi, & multa parua paucis magnis grauiora eſſe. Quod ſi hoc erit, accidet magnum aeré, magnūq; ignem aqua terraq; parua grauiorem eſſe, qđ quidem eſt impoſſibile. ea igitur quæ ab aliis dicta ſunt, hæc ſunt, & hoc modo.

Expoſitio.

Redit nunc ad opinionem Plat. qui unam facit naturam omnium eorum, quæ magnitudine differūt, quæ natura eſt triangulorum & ſuperficierum. Hac enim conſtare omnia magna & parua. ſ. grauia & leuia autumat. Obiicit enī primo huic opinioni generatim per hoc: quia accidunt illi oīa abſurda, q̄ accidunt his tribus poſitionibus, quas nunc expoſuimus, & inquit. Ei uero qui unam facit naturam eorū grauium & leuium, quæ magnitudine differūt, idem abſurdum accidere, quod his accidit, qui unam faciunt materiam uel formaliter, reductiue neceſſe eſt. & quia generatim dixit eadem abſurda Platoni accidere, quæ accidunt aliis, iō

D ſpeciatim illa exponit per ordinem primum, ꝙ nihil ſit ſimpliciter leue, et nihil ſimpliciter graue, hęc fuit deductum, qa ſimpliciter leue & ſimpliciter graue differunt ſpecie, at in eadem natura triangulorū non pōt aſſignari differentia ſpecifica: ut patet: inquit. & neq; leue quicq̄ ſimpliciter eſſe. & ſupple, neq; graue, ſecundum abſurdū eſt, nihil ferri ſimpliciter ſurſum, uel ſimpliciter deorſum, ſed aut derelinqui, aut extrudi. Tenet hæc conſequentia, quia nihil eſt ſimpliciter graue, et nihil eſt ſimpliciter leue. ideo nihil pōt ſimpliciter ſurſum ferri, & nihil ſimplr deorſum, quo dato omnia mouebuntur, aut derelicta, aut extruſa: quomodo uiolenter mota mouentur. proiecta enim mouentur deficiendo, quia procul a motore deficiunt in motu & mouentur extruſa, qa expulſa. quo fit: ut uerbum {aut} teneatur expoſitiue inqt. E neq; ferri ſurſum ſimpliciter, neq; deorſum, ſed aut derelinqui, aut pro. i. extrudi, atq; expelli. Auerr. tm̄ per derelicta Quę auer. cōmē. 10. intelligit ea quæ mouentur conſtrictione facta ab inferiore, ut apparet in bombardis. & per extruſa intelligit pulſa à ſuperiori, ut proiecta tonitrua, & eiuſmodi. tertium abſurdum eſt, ꝙ poſitione Plat. data: tūc multa parua eſſent grauiora paucis magnis. nam ex pluribus paruis reddi pōt una magnitudo adeo excellens, ut exuperabit pauca magna, ue lut centum argentei exuperant ſex ducatos. & ita illa plura parua erunt grauiora paucis magnis. quare graue non erit ob magnitudinem naturæ: nec leue ob paruitatem, quo dato, tunc magnus aer, & magnus ignis erit grauior parua aq̄ & parua terra, inquit. Et multa parua paucis magnis ſequi tur grauiora eſſe. Q. ſi hoc erit ut dicit, accidet magnum aerem magnūq; ignem, aqua terraq; parua grauiorē eſſe, cum multa pauca habeant, quæ excellunt pauca magna, quod q dem (ut ait) eſt impoſſibile. demum epilogat, & inquit: Ea F igitur quæ ab aliis dicta ſunt: hęc ſunt, & hoc modo dicta ac confutata. Auer. autem reducit poſitiones ad normam, qa de elementis non eadem ratione ueteres dixerunt: nam alij dixerunt quodlibet eorū eſſe ſimplex & non compoſitum, addentes illa eſſe elementa cæterorum: ut Empe. & eius ſectatores. Alij dixerunt unum tm̄ eoꝝ eſſe tale, cęteraq; ex illo conſtare. Verū quid illud ſit, non eodem modo ſentiunt. nam alij. Alterum mediorꝝ faciūt aerem uidelicet uel aquā. Alij alterum extremorum ignem, uel terram. Alij quintum corpus denſius igne, craſſius uero aqua, ſunt & alij: qui elementa quatuor non ſimplicia: ſed compoſita faciunt, uerum Platonici ex ſuperficiebus & triangulis, Democritici ex atomis. Alij ex pleno & uacuo: ut Democritici & Leucippici. Ex his emerſerunt opiniones de graui & leui. nam qui poſuerunt unam omnium grauium & leuium materiam, graue & leue definiunt magnitudine & paruitate illius. q uero plures materias ſubcontrarias: cum illæ reducantur ad unam actione paſſioneq;, magnitudine et paruitate etiam graue leueq; definiunt, qui plures contrarias, ut uacuum & plenū: proportione uacui ad plenum illa definiunt. at qui principia unius naturæ elementorum dixerūt ſuperficies uidelicet & G triangulos etiam magno & paruo definiunt ipſum graue et leue. Secundo animaduertit Auer. antiquos per magnum & paruum intellexiſſe rarum & denſum. Propterea hęc poſitio: licet uideatur figmento ſimilis, quoniam rarum nō eſt cā leuitatis nec denſum cā grauitatis: tamen quia ſenſu uidemus rariora eſſe leuiora, & denſiora eſſe grauiora, hac rōne exiſtimatur ab antiquis denſum eſſe cauſam grauitatis: & rarū eſſe cauſam leuitatis. maxime cum cernamus ignē eſſe rariſſimum & leuiſſimum, & terram denſiſſmā & grauiſſimam. Tertio Auer. in fi. commen. obiicit huic poſitioni, quia ea data tunc graue & leue apud eos erunt non ſimpliciter, ſed relatiuā, quia ſolum talia in reſpectu. Quarto animaduerte, ꝙ poſitio antiquorum poteſt reduci ad bonū ſenſum: nam rarum & denſum poſſunt accipi, aut uirtualiter. & ſic rarum eſt forma ſubſtantialis leuiū: & denſum eſt forma ſubſtantialis grauium, & graue & leue ſunt accidentiam, quæ conſequuntur rarum & denſum, quę ſunt ſubſtan H tiæ elementorum. Alio modo poſſunt accipi formaliter, & ſic ſunt qualitates ſequentes calidum & frigidum. Tunc dicerem, ꝙ ſi antiqui per rarum intelligunt formam leuiū ſubſtantialem: recte dicunt ipſum eſſe cauſam leuitatis, quę eſt accidens, conſequens formam ſubſtantialem elementorum leuium. ſimiliter ſi per denſum intelligunt formam ſubſtantialem grauium, etiam recte dicunt ipſum eſſe cauſam grauitatis, cum grauitas ſequatur formam elementorum grauiū. at ſi per denſum & rarum intelligant qualitates ſequētes calidum & frigidum: recte eos Ariſt. reprehendit. Auerro. tm̄ Defenſio antiquoꝝ. dicit eos non recte dixiſſe quouis modo locuti ſunt, quoniā rarum & denſum non poſſunt ſumi pro ſubſtātia, cum ſint ſimpliciter qualitates, licet recte graue & leue poni poſſint ſub accidente. Ego uero dico hoc argumentum Auer. nullum eſſe, nam licet rarum & denſum pro qualitate ſumpta

I Impugnatio Auer.

non poſſint accipi pro ſubſtantia, tamen rarum & denſum æquiuoce dicuntur de ſubſtantia, & de qualitate, & ita poſſunt habere duo ſignificata, quæ antiqui conceſſerunt ob penuriam nominum formarum ſubſtantialium.

Nos autem definientes dicimus id primum: de quo maxime quidam dubitant: cur alia corporum ſurſum, alia deorſum ſemp: alia ſurſum deorſumq; ſecundum naturã feruntur. deinde de graui leuiq; atq; affectibus his: qui circa ipſa accidunt quam ob cauſam ſingula fiant.

Expoſitio.

Hactenus de graui & leui ſecundum opinionem aliorũ, at nunc de his ſecundum poſitionem propriam dicere, proponit. uerum anteq̃ de his exequatur ſecundum propriã intentionem, præmittit quæ agere uult. quorum primum eſt, cur corporum phyſicorum hæc quidem ſecundum naturã ſemper ſurſum: illa uero ſemp deorſum. Alia aũt & ſurſum

K & deorſum in reſpectu ferantur. Secundum autem quod ꝓponit, eſt de graui & leui quo ad eorum definitiones, et quo ad accidentia, quæ illis accidunt, quam ob cauſam ſingula fiãt. Primum proponit dicere, quia de eo quidam maxime dubitant. inquit. nos autem definientes dicimus id primũ, de quo maxime quidam dubitant, cur alia corporum. ſ. naturaliũ ſurſum, alia deorſum ſemper, alia ſurſum deorſumq; ſecundum naturam feruntur, hoc eſt primum, & cã illius. Deinde addit ſecundum. & inquit. Deinde de graui leuiq;, ſupple quo ad eorum definitiões, atq; affectibus his, qui circa ipſa grauia leuiaq; accidunt q̃; ob cauſam ſingula fiant, ſe cũdo loco dicemus. hoc eſt ſecundum in ordine, hinc patet ordo. nam primo de motibus ac operationibus grauium & leuium. ſecundo de ipſis grauibus & leuibus definitiue. tertio de accidentibus eorum agendum eſt. cã autem ordinis eſt. nam ab operationibus arguitur eſſentia ac definitio. à

L Quę auer cõmẽ. 21.

definitionibus emergunt accidentia propria. Vnde Auerro. dicit, quod ordo procedendi eſt ad operatiõibus ad cauſas eorum: & definitio rei eſt cauſa rei ſecundo Poſteꝝ. ideo habebitur definitio grauis & leuis. & quoniam accidentia propria conſequuntur ſubiectum ratione principiorum definitiuorum: inde accidẽtia habebuntur. ergo ordo eſt a motibus ad eſſentiã, & ab eſſentia ad accidentia. hęc ex Auerꝝ.

De eo quidem igitur quod eſt unumquodq; ferri ſuum in locum: ſimiliter exiſtimandum eſt, quẽadmodum & de cæteris generationibus atq; mutationibus. Nam cum tres ſint motus. Alius quidem ſecundum magnitudinem: alius autem ſecundum ſpeciem: alius uero ſecundum locum: in horũ unoquoq; mutationem uidemus fieri e contrariis in cõtraria atque in media, & non in quoduis e quouis mutationem eſſe. Similiter autem neq; motiuum cuiuſuis quoduis. Sed ut alterabile atq; augumentabile alterum eſt, ſic & alteratiuum & augumentatiuum. igitur eodem modo dicendum eſt: & ſecũ

Cuiuſuis. ſ. mobilis. Igitur Itaq; Dicẽdum Exiſtimandum Si, uerbũ ꝑtermiſſũ.

M dum locum motiuum & mobile, non quoduis eſſe cuiuſuis. Igitur in ſuperiorem locum atq; inferiorem: motiuum quidem eſt, id quod grauitatis atq; leuitatis eſt effectiuum, mobile autem id quod potentia graue eſt, atq; leue. ferri unumquodq; in ipſius ſpeciem eſt ferri.

Expoſitio.

Propoſitis his, quæ pertractaturus erat, nunc exequitur: & declarat primo quid ſit unumquodq; mobile ferri ſuum in ꝓprium locum, & uult unumquodq; mobile ferri in ſuũ locum, nihil aliud eſſe q̃ in eius ſpeciem ferri. Ad cuius autẽ probationem accipit: ita eſſe in motu locali uelut in cæteris motibus eſt. nam (ut ait) tres motus ſunt, alius dicẽ auctio in magnitudine, ſiue quanto. Alius alteratio in ſpecie, ſiue qualitate. Alius deniq; dicitur motus in loco: modo in cæteris motibus uidemus unamquãq; mutationem fieri e contrarijs in contraria atq; in media: & non in quemuis terminum e quouis termino mutationem eſſe uidemus. ſimiliter N neq; uidemus in cæteris mutationibus quoduis motiuum eſſe cuiuſuis mobilis. Sed ut alterabile atq; augmentabile alterum eſt: ſic & alteratiuum & augmentatiuum alterum, & eſt alterius atq; alterius. Concluditur igitur ſimilitudo uidelicet ſecundum locum motiuum non eſſe cuiuſuis mobilis, neque quoduis mobile eſſe cuiuſuis motiui. Ex hac ſimilitudine concluditur quid ſit unumquodq; ferri in ſuum. ſed quia hoc ſciri non poteſt, niſi prius ſciamus quid ſit motiuum in locum ſurſum atque deorſum intelligamus, ideo prius dicamus id eſſe ſurſum motiuum, quod eſt grauitatis effectiuum. id uero deorſum, quod eſt leuitatis generatiuũ. & per idẽ. i. mobile ſurſum q̃ eſt potentia leue. id uero deorſum q̃ eſt potentia graue. ergo unũquodq; ferri ſuum in locum erit ferri in ſuam propriã ſpeciem ſiue formã. Id enim quod ſurſum fertur, ad leuitatem mouetur, quæ eſt ſua forma, uel ſua ſpecies uel ſua qualitas. id etiam quod fert deorſum, in ſuam grauitatem fertur, quæ eſt eius forma, uel eius ſpecies, uel eius qualitas. & ſic patet quid ſit unumquodq; O ferri in ſuũ locum. inquit. De eo quidem igitur quod eſt unũ quodq; ferri ſuum in locum, ſimiliter exiſtimandũ eſt, quẽadmodum & de cęteris generationibus atq; mutationibus: hoc eſt id quod proponit, et modus declarationis, quo illud declarare intendit. Nam proponit declarare quid ſit unumquodq; ferri ſuum in locum, modus uero quo hoc declarabitur erit per ſimile in cęteris motibus. Omnes enim motus ſunt eiuſdem generis remoti ſaltem. In cæteris autem motibus declarat quid ſit moueri. & quia tria requiruntur ad ipſum moueri. ſ. agens quod dicitur motiuũ terminus ad quẽ qui dicitur in auctione quantitas, in alteratione qualitas, in motu locali locus & mobile ipſum: ideo hæc tria declarat in cæteris motibus, proponit tãtum primo tres eſſe motus, & inquit. nam cum tres ſint motus, alius quidem ſecũdum magnitudinem, qui dicitur auctio uel diminutio, alius ſecundum ſpeciem, ſiue formam, ſiue qualitatem, qui dicitur alteratio, alius deniq; ſecundum locum, qui & latio appellatur. hac diuiſione propoſita declarat per ordinem illa tria. ſ. agens terminus & mobile, & inquit. in horum unoquoque mutationem uidemus fieri e contrarijs in contraria atque in P media, & non e quouis contrario in quoduis cõtrarium, uel medium uidemus mutationem eſſe. & ſic patet quod ſit terminus in cęteris motibus. eſt enim cõtrarium, uel medium. & non quoduis: ſed determinatum. Deinde uolens declarare in cæteris motibus agens. & ipſum mobile, inquit. Sed ut alterabile atq; augmentabile alterum eſt, ſic & augmentatiuum, & alteratiuum alterum eſt. ſ. alterius augmentabilis atq; alterabilis. Ex his patet, qd ſit mobile in cæteris motibus, & quid ſit motiuum. Eſt enim mobile id quod eſt in potentia ad terminum motus, ut alterabile ad qualitatem, & augmentabile ad quantitatem. Motiuum uero eſt inductiuum termini motus, ut augmẽtatiuum, quod eſt inductiuum quantitatis, & alteratiuum quod eſt inductiuum qualitatis. & ſic in cęteris motibus patet quid ſint illa tria: & etiã quid ſit moueri ſecundum cæteras mutationes. Ex his concludit eodem modo eſſe exiſtimandum in motu locali, & inquit. Igitur eodem modo dicendum eſt, aut exiſtimandum & ſecundum locum motiuum & mobile non quoduis eſſe cuiuſuis. quibus in uerbis indicat illa tria eſſe in motu locali, Q uidelicet mobile: motiuum, & terminũ motus. eſt enim mobile id quod in potentia eſt ad terminũ motus localis. Motiuum autem, quod eſt inductiuum talis termini. terminus autem eſſentialis eſt forma, ut in graui grauitas, & in leui leuitas. Accidentalis uero eſt locus, qui ſequitur mediante forma. Ex his concludit quid ſit ferri unumquodq; in ſuum locum. ſed quia concludi non poteſt hoc, niſi ſciamus quid ſit motiuum, & mobile in motu locali. ideo inquit. Igitur in ſuperiorem locum atq; inferiorem: motiuum quidem eſt, id quod grauitatis atq; leuitatis eſt effectiuũ. quare primum eſt factiuum, & hoc nihil aliud eſt q̃ grauitatis uel leuitatis effectiuum. Deinde exponit quid ſit mobile in hoc motu, & inquit. Mobile autem id, quodq; potẽtia eſt grauc atq;

A ue atq; leue. Et tu intelligas de mobili quod mouetur de potentia essentiali. Deinde exponit quid sit unumquodq; ferri in suum locum Et inquit. ferri unumquodq;, supple in suū locum erit in ipsius speciem, siue formam ferri. & sic forma mobilis est terminus motus localis. Et tu intelligas, ut dicemus de termino qui est de potētia essentiali, quia terminus de potentia accidentali est locus. Hæc in commen. magis declarabuntur. Insuper etiam patet mouens grauia & leuia esse id quod grauitatis ac leuitatis est factiuum, tale autē est generans: ideo mouens grauia uel leuia generans esse uidetur, quod quidam intelligunt de potentia essentiali: nam mouens de potentia accidentali est forma grauis uel leuis: sed (ut diximus) hæc magis intelligentur in cōmen. Auer.

Qq auer. comē. 22. uero hunc locum aliter intelligit, uult enim Arist. assignasse causam, quare quædam corporum sursum: quædam deorsum mouētur: & per causam finalem causam exponit. &

B sic secundum Auer. Arist. soluit hanc quęstionem uidelicet quam ob causam .s. finalē grauia deorsum & leuia sursum mouentur. distinguit autem Auer. de fine, q̄ duplex sit finis alter quidem gñationis ut forma, alter rei generatæ, ut operatio quæ ab illa proficiscitur. Adhuc finis rei generatæ, alter est operatio, quæ dicitur quo: alter gratia cuius, ut opus, ut primo Ethi. accipitur. hinc soluitur problema uidelicet q̄ ob causam graue deorsum, & leue sursum fertur: dico quam ob causam. s. finalē. Et ratio est: quia loca illa fines sunt cuius gratia, quia sunt, ut conseruentur. nam ultimum corporis, quod est locus uniuscuiusq; eorum est conueniens & similе ei, quod ad ipsum fertur, ut superficies cœli est similis superficiei ignis: & superficies ignis concaua est similis superficiei aeris conuexæ, & superficies aeris concaua est similis superficiei aquæ, & superficies aquæ concaua est similis superficiei terræ conuexæ & per simile Auer. ītelligit in uirtute, quia superficies corporis continentis uirtualiter assimilat superficiei corporis contenti, uel simile intelligit in altera qualitate: nam concaua superficies ignis in caliditate est similis superficiei aeris conuexæ, est. n. aer calidus: Vlterius Auer.

C soluit quæstionem quandam, quæ posset fieri contra Arist. ait enim Arist. tres esse motus. s. in quanto auctionē, in quali alterationem, & in loco lationem: contra quis obijceret, quia idem est numero, & specie, & genere: quod his tribus motibus mouetur. s. animal. Animal enim mouetur localiter, alteratur, & crescit. igitur isti motus non differunt genere, unde dicit, & simul uidemus q̄ omne transmutabile nō transmutatur quacūq; transmutatione, sed omnis transmutatio habet transmutabile & transmutans proprium. v. g. quia quemadmodum alteratio differt ab augmento, sic alterabile ab augmentabili, & alterās ab augmentante, & ita solutio est concedendo id quod moueē illis tribus motibus subiecto esse idem, ratione uero subijciendi alterum atq; alterum. Tertio Auer. in commen. componit rationem Arist. qua probat elementa moueri e cōtrario in contrariū, quod est eorum perfectio ac finis: uerum hæc compositio pōt fieri per inductionem, & per iudicium uniuersale, hoc est per

D syllogismum. si per syllogismum, tunc componitur sic, omnis motus est de contrario terminato in contrarium terminatum, quod est perfectio & finis eius quod mouetur. latio siue motus localis est motus. ergo motus localis est de contrario terminato in contrarium terminatum, quod est finis & perfectio eius, quod mouetur. Potest etiam hæc eadē conclusio probari inductiue, uel per simile in alijs motibus: nā uidemus alterationem esse de contrario terminato in cōtrarium terminatum, quod est perfectio, & finis eius quod alteratur. Videmus etiam auctionem esse eodem modo, & uidemus generationem similiter fieri. ergo omnis motus fit de contrario in contrarium terminatum, quod est perfectio ac finis eius quod mouetur, & ita motus localis sit. Sed dicere, quomodo ratio eius erit syllogismus, & quomō pōt esse inductio. Auer. innuit solutionem, erit enim syllogismus, si illa propositio quæ concluditur uidelicet q̄ motus localis est de contrario terminato in cōtrarium terminatum quod est finis eius quod mouetur, sit simpliciter ignota, & quæstio siue quæsitum, nam quæsita non probantur, nisi E syllogismo & demonstratiuo. sunt enim quæsita æqualia numero his quæ scimus. scimus autem non nisi per demonstrationem. at si illa propositio quæ ꝓbatur, sit nota aliquo modo, & ignota alio modo, ut sunt suppositiones, quæ præceptoribus sunt notæ, discipulis ignotę: tūc syllogismus erit ociosus: & sic probatio erit, aut inductio, aut exemplū sumptum ab alijs motibus, aut locus ab simili, aut aliquid tale.

Sed occurres, quia manifesta non probantur. ergo si prędicta propositio est manifesta, nulla eget probatione. Respondet Auer. duplicem esse latentiam, alteram: quæ tolli non potest, nisi ui syllogistica, qua latentia latent propositiones quæ in principio sunt uerę quęstiones, altera latentia est quæ tolli potest modica innuitione: ut exemplo, uel inductione, uel loco a cōtrario, uel aliquo id genus. & hac latentia Auer. uult latere eam propositionem, qua dicit Arist. ea nta non moueri, nisi ad loca, ut in fines. Hinc Auerro. ait, antiquos non quæsiuisse de alteratione qualitatum sensibilium, ut sunt colores uisibiles, quoniam tales alterationes esse de contrario in contrarium, quod est finis alterabilis nemo est qui dubitat. Quæsiuerunt aūt in motu elementorum, quia in illis non ita aperte patet. Hæc Auerr. circa expositionem primæ partis: quæ expositio reuera græcis uerbis non conuenit, non enim quęrit de causa finali Arist. in suis uerbis, ut in nostris translationibus euidenter patet. F

Quarto Auerro. defendit Arist. à quadam reprehensione Themi. Nam Arist. problema antiquum, quod erat quā ob causam mouentur elementa: soluit per unam causam. s. finalem. Modo (ut Themi. inquit) hoc problema est occultū. ergo non uidetur solui per unam causam tātum. secundo qui alicuius quæstionis reddit causam finalem tantum, nullam causam uidetur reddere, supple ignotā: uelut qui reddit causam, cur homo uadit ad sanitatem. & rīdet, quia est aptus sanari, & sanitas est eius perfectio siue finis, & est ens sanabile: sic enim assignans, nullā causam. s. difficilem assignat, nisi explicet, quæ natura sit illa, qua ē aptus sanari, & addat cæteras causas agentes. & sic Themi. dupliciter uidet Arist. reprehendere. Primo, quia non assignauit causam difficilē, sed solum finalem: quæ omnibus constat. Omnibus enim G patet elementa moueri ad loca, quia illic conseruantur. Secundo, quia prætermittit cæteras causas agentes, & non explicat quæ natura sit illa, qua sunt apta moueri. Respondet Auer. q̄ secus est in mistis, & secus in simplicibus. In mistis enim sanitas habet causas, ut effectrices, & formalē, & materialem, & finalem. at in simplicibus motus non habet, nisi unam causam quæ est natura mobilis. & si Auer. intelligit motum non habere, nisi unam causam finalem, & nullam aliam non recte dicit. sed puto eum intelligere q̄ motus in simplicibus non habet, nisi unam causam secundum subiectum, quia in simplicibus forma, & finis, & agens, & materia sunt idem subiecto, & differunt ratione: nam forma mobilis in simplicibus est forma, & est materia, & est agens, et est finis aliquo modo. sanitas uero in mistis non habet unā causam secundum rem, sed diuersas secundum rem, quia effectrix causa sanitatis est cibus & potus, materia est animal, forma est anima, & materia sunt humores: quæ. s. re differunt. Quinto Auerr enititur inuestigare motorem in elementis. Et ideo primo ponit differentiam inter elemen- H ta & alia mista, & uult q̄ mobile in elementis est materia alterationis, ut in motu sursum mobile est leue, ut lignum: quod est materia alterationis ignis quæ in ignem conuerti tur. Lignum enim est in potentia ad formam ignis, & in potentia ad illius motus. In animalibus autem mobile est corpus in actu: immo mistum quod habet formam propriam præter animam, quæ mouet. hanc differentiā probat Auer. per communem modum dicēdi, nam communiter dicitur animalia perfecta moueri de potentia essentiali, de loco ad locum. In elementis autem dicitur materia esse in potentia essentiali ad motum sursum: ex qua elementum ipsum generatur: quatenus est in potentia ad formam, quam consequitur motus sursum. Sexto Auer. ex hoc concludit illud esse

I in potentia eſſentiali,quod eſt in potentia ad formam. uerbi cauſa.quia lignum eſt in potentia ad formam ignis:ideo lignum eſt in potentia eſſentiali ad motum ſurſum.Hoc excerptum probat Auer.quia ita motus ſequitur formam elementi, ut illam ſequuntur cætera accidentia propria. ergo ut accidentia propria dantur mediante forma,ſic dans motum dat formam,qua mediante datur motus,& per conſequens,ut ignis generatur ſucceſſiue ex oleo:ita (ut inqt Alpharabius)mouetur ſucceſſiue.Nam cum fuerit eius generatio completa:ignis erit in eius loco, quare mobile qđ eſt in potentia eſſentiali diſtincta ab actu, eſt materia, ut ſtat ſub forma contraria:uel eſt ipſum contrarium, quod dicitur materia alterationis. Sed cõtra hoc emergit dubitatio, nam uidemus elemẽtũ eſſe in actu perfectum,& nõ moueri,et per cõſequens,tunc erit in potentia eſſentiali ad motũ.

Reſpondet Auer.ea quæ diximus,uera eſſe remoto impe-
K dimento,cum enim aliqd prohibet,tunc graue uel leue erit in potentia accidentali ad motum quia uero hæc potentia accidit ob impediens :ideo motus eius eſt per accidens de potentia accidentali.Sic igitur patet elementum perfectum mouere ſe per accidens remoto impedimento pro quanto de potentia accidẽtali mouetur. Aliter etiam dici poteſt elementum mouere ſe per accidens,ut Auer.inquit. quia mouet ſe mouendo medium in quo eſt,uelut nauta mouet ſe p accidens pro quãto mouet nauim,ad cuius motum ipſe mouetur.huius rei cauſam aſſignat Auer.quia in elementis mouens & mobile ſunt re idem:& differunt ratione:nam forma mouet,& ipſa mouetur.mouet quidem ut forma,& mouetur ut in materia,non ſic in animalibus, ubi mouens, & motum differunt re.Quia mouens eſt anima, motum uero eſt corpus in actu per formam miſtionis.huius differentiæ cauſa eſt(ut ait Auer.)quia elementum componitur ex prima materia,& prima forma.propterea eget medio extrinſeco,quod reſiſtat ne graue ſubito moueatur. At ánimal cõponitur ex anima & corpore actu, qua ratione animal diuiditur in motorem in actu,& motum in actu, & non ſic elementum ullum. Sed obijcies contra hæc,quia agens & patiens ſunt relatiua,quæ inuicem referuntur realiter ergo in motu elementi non eſt idem agens motum,& patiens motum. Reſpondet, agens & patiens eſſe dupliciter relatiua. Vno modo per ſe,& ſic diſtinguuntur poſitione et realiter. Alio modo per accidens,& ſic non diſtinguuntur per ſe realiter:& hoc pacto mouens & motum,ſiue agens & patiens ſe habent in elementis,quoniam elementum non mouet ſe per ſe:ſed per accidens,ut dictum eſt. Hinc Auer.reprehẽdit Auempa.qui uoluit elementa moueri in uacuo,& uelocius:putauit enim elementa moueri uelut animalia,& illa habere reſiſtentiam intrinſecam.Contra obijcit Auer. quoniam in uacuo nulla eſt reſiſtentia,nec extrinſeca, cum illic nullum ſit medium, nec intrinſeca, quia in elemento nihil eſt præter formam & materiam:modo materia nulli reſiſtit
M cum ſit in potentia ad omnia, nec forma reſiſtit ſibi. Nihil enim ſibijpſi reſiſtit,quare cum in uacuo nulla ſit reſiſtẽtia, ſequitur in illo elementum ſubito moueri:ſecus in animalibus,ubi eſt intrinſeca reſiſtentia. & ita Auer. uelle uidetur miſta in uacuo moueri poſſe,quia habent intrinſecam reſiſtentiam:elementa uero non,quia carent in uacuo omni re
Cõmẽ.71. ſiſtentia,de quo ſatis quarto phyſi. Sed contra hæc obijcit Auer.qa uidentur contra propõnem primam ſeptimo phyco.quiuult motorem eſſe alium a re mota.dicitur enim omne quod mouetur ab alio moueri. Reſpondet Auerro.'Ariſtote.per illam propoſitionem, nihil aliud uoluiſſe,niſi motorem & rem motam diſtingui ratione,& non ſubiecto. Vt contradiceret Plat. qui uoluit idem re & ratione eſſe mouens & motum,ut Deum eſſe ſeipſum mouens, & animum eſſe ſeipſum mouens.ubi nulla poteſt aſſignari diſtictio rationis fundamentalis, uelut in elementis forma eſt mouẽs:
Prima du. ut forma,& mouetur,ut in materia. Sed circa hæc quærun tur quędam.primum eſt,cum graue & leue tribus modis ad motum ſe habeat, uel in potentia materiæ, quo pacto leue eſt in potentia ad motum deorſum, uel in potentia formæ, ut graue in actu, cum detinetur, uel in potentia coniuncta N
actui,ut cum actu mouetur,quęritur in quo differunt hę potentiæ,& quo pacto ſibi reſpondent. Dicendum q̃ potentia,qua elementum moueri poteſt,eſt tribus modis. Prima eſt eſſentialis,& hæc ſecundum rem eſt ipſa materia elemẽti contrarij:quæ ideo dicitur eſſentialis,quia eſt ad eſſentiã.ſ. formę,& quia habet rationem per ſe potentiæ,& nullo modo actus.hac potentia graue poſſibile eſt ſurſum moueri,qm̃ habet materiam qua poſſibile eſt conuerti in ignem,et ad accidentia,quæ conſequuntur formam ignis. Secunda eſt potentia accidentalis,qua uidelicet graue detẽtum ſurſum,põt deorſum ferri,& hæc eſt forma grauis ſecundum rẽ.Hęc autem eſt duplex,quia quatenus eſt forma,ut forma eſt, dicit potentia actiua.quatenus eſt forma,ut forma eſt in materia dicitur paſſiua.hæc dicitur accidẽtalis ratione ſubiecti,qm̃ accidit formæ,cui ineſt,cum forma,ut forma non ſit in potentia paſſiua:ſed quatenus ſurſum detinetur, quod eſt ipſi graui uiolentum,& accidẽtale. Tertia eſt potentia actui motionis coniuncta,qua potentia ſumitur poſſibile ſequens ad eſſe,& neceſſarium eſſe.nam ſi graue mouetur,poſſibile eſt graue moueri.Ex his dico ipſum graue de potentia eſſentiali moueri a generante,de potentia uero accidentali moueri à forma,ſiue illa ſit coniuncta actui, ſiue præcedens actũ. O

Scilla dub.

Secunda dubitatio eſt,cum in omni motu actu,requiratur actu mobile,cum motus ſit actus motiui & mobilis,quæritur in motu naturali elementorum, quid eſt mobile actu.

Dicendum actu mobile non eſſe materiam ex qua conſtat elementum,quoniam de ratione actu mobilis eſt eſſe reſiſtens, at materia elementi non reſiſtit mouenti elemẽtum. eſt enim in potentia ad omnes formas,& ad omnia,ubi nec mobile actu eſſe poteſt forma ipſa elementi, quoniam non poteſt ſibijpſi reſiſtere.nihil enim ſibijpſi reſiſtit. Erit ergo mobile actu pars reſiſtens:& ita materia,uel forma elementi,ut contigua medio reſiſtenti. quare ex materia uel forma elementi,& medio reſiſtenti fit quoddam totum,quod dicitur actu mobile,cui nihil deficit quod ſit de ratione mobilis.Nec eſt abſurdum ex diuerſis ſpecie fieri unum mobile: P
licet non unum compoſitum ſpecie.Quo fit,ut actu motor ſit forma,& ipſa,uel materia elementi una cum medio aere,uel aqua ſit actu mobile. Tertia dubitatio eſt,ga Auer. Tertia du. Cõmẽ.71.
quarto phyſicæ auſcul.uelle uidetur in motu elementi motorem eſſe formam,motum eſſe materiam: hic añt uelle uidetur neutrum eſſe mobile,quia non materiam,quia non reſiſtit,nec formam,quia ſibi non reſiſtit.Præterea uelle uidetur hic formam eſſe motorem & rem motam:motorem quidem quatenus forma eſt:rem motam uero,quatenus in materia. Dicendum ſecundum Auer. totum elementum eſſe mouens,ut quod,& totum eſſe motum,ut quod.Verum in tali motu eſt ratio agendi motum,& eſt forma,ut forma,& eſt ratio recipiendi motum.& hæc eſt duplex:uel remota,ut materia:uel propinqua,ut forma,non quatenus forma: ſed ut effecta potentialis à materia per quam ſuſtentatur.Auer. ergo quarto phyſi.tetigit rationes mouendi remotas:hic autem propinquas.& ita concedo formam mouere: & materiam moueri,ut quibus,quia ſunt rationes mouendi. Quarta dubitatio eſt,quoniam non uidetur ſolutio Auer.ad propoſitionem Ariſ.in ſeptimo phyſico.conueniens:quoniam Plato poſſet dicere deum ipſum eſſe motorem,& rem motam, quia in eo poteſt conſiderari diſtinctio rationis, quia ſub ratione agenti mouet,ſub ratione ſubiecti mouetur. & ita illic eſſe poſſet ratio differentiæ. Dicendum q̃ diſtinctio rationis apud peripateticos duplex eſt:altera animæ tãtum,cui nihil reſpondet in re:uelut: inter hominem ut ſubiectum,& hominem ut prædicatum,altera eſt diſtinctio rationis rei ratiocinatæ,& eſt quãdo anima conſiderat diſtinctionem exortam ex parte rei,ſicut inter formam ut forma et formam ut in materia.forma enim ut forma eſt actus,cui agere competit.forma uero ut in materia eſt potentialis rõne materiæ, quæ eſt ſummum potentiale, & ita illi formæ competit pati.Auer.ergo intelligit de diſtinctione rationis ex parte rei,quæ non poteſt poni in Deo, cum in eo non ſit Quarta du. Q

fundamentum

A fundamentum diſtinctionis. Vltima dubitatio eſt, qua
Quintadu. Auer. non uidetur de motu grauium ſibi idem ubiq; nã aliquando uelle uidetur elementa moueri a generante, aliquãdo à remouente prohibens, aliqñ à medio moto, aliquãdo à forma: ut patet in diuerſis commen. quamobrem quidam & non ignari philoſophiæ dixerunt non eſſe dictis Auer. intendum in materia de grauium & leuium motu, quia uarius eſt. Dicendum errorẽ euenire ex malo intellectu uerborum Auer. quia ubi Auer ait. elementa moueri a remouẽte prohibens intelligit de potentia accidentali, quæ præcedit actum motionis: cum ait, ea moueri à generante, intelligit de potentia eſſentiali: cum dicit illa moueri à forma intelligit de potentia accidentali, quæ eſt ſimul cum actu, & de ratione mouendi: quoniam forma eſt ratio mouendi, ut forma in continuatione motus. cum ait elementa moueri à ſe: intelligit ut ab eo quod mouet ut quod, & quod mouetur ut
B quod. cum inquit. illa moueri à medio moto: intelligit medium motum eſſe neceſſarium ad talem motum, tanq; partem mobilis actu. & ſi plura cupis de motu elementorum, quære libros phyſicorum. hæc ſatis.

Atq; hac ratione magis utiq; quiſpiam exiſtimauerit id quod antiqui dicebant ſimile ferri ad ſimile. hoc enim non omnino accidit. non enim ſiquis terram eo in loco poſuerit, ubi nunc eſt luna, unaquęq; partium ad ipſam ferretur: ſed ubi & nũc eſt. omnino quidem igitur ſimilibus, & non differentibus ab eodem motu: neceſſe eſt hoc accidere. quare quo pars una, quędam apta eſt ferri, eo & totum.

Expoſitio. Nunc Ariſto. quaſi ex dictis exponit, quomodo intelligẽ illud antiquitus dictum, q; ſimile fertur in ſimile. Põt enim hoc dupliciter intelligi, q; ſimile fertur ad ſimile formaliter, & quod fertur in ſimile uirtualiter. ſimile dicitur ferri in ſi-
C mile formaliter, ut una gleba terræ moueatur ad totam terram. pars enim terræ & tota terra ſunt ſimiles formaliter, & ſecundum formam. ſimile uero fertur in ſimile uirtualiter, quo conſeruabile moueret ad ſuum cõſeruans, cui eſt ſimile in uirtute, & hoc pacto elementum mouetur ſuum in locum, quia in illo uirtualiter conſeruatur. Vult igitur Ariſt. elementa moueri ad ſimilia, non quidem formaliter, ut antiqui dixerunt, q uoluerunt ideo glebam ferri deorſum, quia ibi eſt tota terra, cui ſimilis eſt de gleba formalier: ſed ideo moueri deorſum, qa illic eſt ſuũ ſimile uirtualiter. ſ. locus q eſt conſeruatiuus elementi. huius ratio eſt, quia ſi terra trãſponeretur, in locum lunę, gleba non ferretur in locum lunę, ſed deorſum, quoniam deorſum fertur non quia illic ſit ſimile in forma, ſed quia illic eſt ſimile in uirtute. Inquit. atque hac ratione magis & rectius utiq; quiſpiam exiſtimauerit id quod antiqui dicebant ferri ſimile in ſimile, ut glebã terræ, ad totam terram: dico hac ratiõe. ſ. qua diximus, diximus enim elementa ferri ad loca ut ad ſua ſimilia in uirtute, & non in forma. & quod exiſtimatio antiquorum non ſit ratione conſona: probat dicens, hoc enim quod antiqui dixerunt quod ſimile ſemper mouetur ad ſimile in forma non omnino & ſemper accidit. non enim ſi quis terram eo in loco po-
D ſuerit, ubi nunc eſt luna: unaquęq; partium ad ipſam ferret: ſed ferretur eum in locum ſupple: ubi & nunc eſt ipſa terra ſ. deorſum, quia illic eſt uirtualis ſimilitudo, & qualitatiua etiam. Ex his concludit quomodo antiquorum uerbum habere poſſet locum, & inquit. Omnino quidem igitur ſimilibus & non differentibus ab eodem motu, atq; motore: neceſſe eſt hoc accidere: hoc eſt tunc uerbum antiquorum uerum eſt. ſ. q; ſimile fertur in ſimile, quando illa ſunt omnino ſimilia in ſpecie & nullatenus motu differentia: tunc. n. feruntur in ſimile non quidem formaliter, ſed uirtualiter. ergo uerbum antiquorum habet locum quando ſimilia ſunt ſpecie ſimilia & non differentia motu, nec motore, & ferũtur in ſimile uirtualiter, inde concludit eundem in locũ ferri partem quo & totum fertur, non q; pars feratur in totum ſed q; pars feratur in locum totius, quia ille eſt ſimilis toti & omnibus partibus. inqt. quare quo pars una quædã apta eſt ferri, eo & totum eſt aptum ferri, quia locus eſt ſimilis toti E
& parti uirtualiter. & ſic patet uerbum antiquorum.

Cum autem locus ſit ipſius cõtinẽtis terminus. extremum autem & medium omnia quæ ſurſum mouentur deorſumq; contineat. hoc aũt eius quod continetur, ſpecies quodammodo ſit: in ipſius locũ ferri, ad ſimile eſt ferri.

Accepit grauia & leuia moueri in locum eorum ut in ſimile: nunc hoc probare enititur, & ratiocinatur ſic breuiter, locus eſt ſpecies eius, quod continetur. ergo graue & leue ferri in ipſius locum ferri in ſimile. forma ergo rationis Ariſto. eſt breuis: quia ſumit tria in antecedẽte. quorum primũ eſt, q; locus ſit ipſius corporis continentis terminus, finis, et ultimum. Sumit ſecundum dicens, extremum autem. ſ. cœli concauum & medium. ſ. mundi: omnia quæ ſurſum mouentur deorſumq;, contineat, hoc eſt ſecundum: quod patet F
quia concauum continet leuia, & medium grauia. Sumit tertium dicens, hoc autem. ſ. locus eius quod continetur. ſ. corporis locati ſpecies, & forma, & perfectio quodãmodo ſit: eſt enim ſemper continens ſimile contento. ex his tribus infert conſequens dicens, in ipſius ſupple ergo locum ferri, ad ſimile eſt ferri. horum trium, quę ſumpſit in antecedente ultimum, & primum faciunt ad rõnem: ultimum quidem tanq; proximum antecedens: nam ſequitur locus eſt forma locati, ergo graue quod mouetur ad medium, & leue qđ' mouetur ad extremum: mouetur in eum locum, ut in ſimile. primum uero eſt probatio conſequentiæ. ualet enim hæc conſequentia pro tanto, quia locus eſt terminus & finis continentis corporis. & ſic duo ſunt ad rationem: id uero quod ſcd'o loco accepit: eſt additum, ut intelligatur locus grauium, & locus leuium. hæc quo ad uim rationis.

Ea enim quæ deincepitia ſunt: ſimilia ſunt inuicem, ut aqua aeri, & hic igni: contra uero in mediis dicere contingit: in extremis autem non, ut aerem q Contingit
dem aquæ, aquam autem terrę. ſemper enim quod Fit
ſuperius eſt: ad id quod ſub ipſo eſt ita ſe habet inter ſe, ut ſpecies ad materiam. G

Dictam conſequentiam nũc probat quaſi exẽplo, nã ele- Expoſitio.
menta quę ſunt ſeriatim collocata: ſunt ſilia inter ſe, ut aqua aeri, & hic igni, & econtra ignis aeri, & aer aquæ: & aqua terræ. econtra dico in eẽntis mediis non quo extrema ſunt: ſed quo proxima ſunt, non. n. ignis aquę ſimilis eſt, nec aer terræ: nec econtra terra aeri, & aqua igni. & ſic in elementis eſt ſimilitudo quatenus ſunt media, hoc eſt proxime collocata non quatenus ſunt extrema, & remote conſtituta. ipã quatenus proxime collocãtur, ſemper id quod ſuperius eſt ad id, quod ſub ipſo eſt: ſe habet, ut ſpecies & forma ad materiam, & formale ad materiale. Inquit. ea enim quæ deincepitia ſunt, ac proxime ordinata, ſimilia ſunt inuicem: ut aqua aeri, & hic igni. Contra uero in mediis dicere contingit. i. in proxime conſtitutis. & quatenus immediate collocantur: dici poteſt econtra alterum alteri eſſe ſimile. in extremis autem non: hoc eſt: non autem dici poteſt alterum alteri ſimile eſſe, quatenus extremaliter collocantur. ut aerem q H
dem aquæ: aquã aũt terræ: non aũt ignem aquæ, & aerem terrę, nec econtra terram aeri, & aquam igni dicere contingit alterum alteri eſſe ſimile. cuius cauſam affert dicens, ideo ſupple in proxime collocatis dicere contingit alterum alteri eſſe ſimile, quia ſemper id quod ſuperius eſt: ad id quod ſub ipſo eſt, ita ſe habent inter ſe, ut ſpecies ad materiam, & ita alterum alteri eſſe ſimile dici poteſt, & per conſequens alterum moueri ad alterum tanq; in locum, nihil aliud eſt, q; ſimile moueri in ſimile, & ſic patet rõ Ariſto. Quod uero ad uerba attinet, Auer. per extremum intelligit concauũ Quę auer. cõmẽ. 23.
cœli, quod eſt locus naturalis ignis: & per medium intelligit concauum aquæ quod eſt locus naturalis terræ. & ita per ea, quæ mouẽtur ſurſum, intelligit leuia ſimpliciter. & per ea quæ deorſum mouentur, intelligit grauia ſimpliciter. intellexit aũt Ariſ. ſic, prę ſeruando ſe a locis intermediis & ab

I elementis intermedijs inter ignem & terram: de quibus ſimile moueri ad ſimile non eſt ita manifeſtum: licet idem ſit in utriſq; quia tam elementa extrema, q̃ media moueãtur in ſuum ſimile. præterea dixit locum eſſe tanq̃ formam locati, & non dixit eſſe formam, quia (ut Auer. uult) forma eſt actus: actus aũt eſt triplex: alius eductus de potentia materiæ q̃ perficit ſubiectum, & ab eo dependet. alius perficiens tantum ſubiectum & ab illo non dependens. & tertius eſt omne conſeruatiuum alicuius. locus ergo eſt quaſi forma qa tertio modo actus locati: conſeruat enim ipſum locatum, ut dicemus. Animaduertendum tamen apud Auerr̃. primo, q̃ Ariſ. dupliciter declarat elementa moueri ad loca ut ſimilia: in proximo textu quidẽ, quatenus elementa erant in potentia eſſentiali ad illa loca: nam quatenus reducebantur de potentia ad actum à generante: eatenus erant actu ſimilia locis eorum. in textu præſenti uero, quatenus elementa mo
K uentur ad loca: quæ ſunt formæ extrinſecæ: & ita prima ratio procedit per rationem finis: & ſecunda quæ eſt præſentis textus per rationem formæ: hinc colligit Auerro. has duas rationes poſſe in unam reduci, nam forma & finis in idem concidunt: ut patet ſecundo phyſi. Secundo animad uertendum de mente Auerro. q̃ ordo elementorum poteſt ſumi quouis ab elemẽto: modo procedatur ſeriatim. nam ſi ue ordo ſit ab igne, ſiue ab ipſa terra: ſemper ignis eſt ſimilis aeri: & aer aquæ, & aqua terræ. contra etiam ſi ab ipſa terra ſumatur ordo: eſt enim terra ſimilis aquæ, & aqua aeri, & aer igni. hæc autem ſimilitudo (ut Auer. ait) eſt in altera q̃litate: quia ignis ad aerem ſimilitudo eſt in caliditate: aeris ad aquam, in humiditate: aquæ ad terram in frigiditate. eſt tamen duplex differẽtia, quia ordo ſit ab igne, proceditur à forma in materiam: nam ſemper continens eſt ut forma cõtenti. ſi ordo ſit à terra proceditur à materia in formam: qa contentum ſe habet ut materia. Secunda differentia eſt, qa primum eſt forma omnium ſequentium. eſt enim ignis for-
L ma quaſi aeris, & aquæ: & terræ. ultimum uero eſt materia omnium ſuperiorũ. hinc cœlum eſt uniuerſalis forma omnium quaſi conſeruatiuum cunctorum. Sed dupliciter dubitatur: primo, an contentum moueatur ad continens abſolute, & ubicũq; ponatur: & uidetur q̃ ſic, quia ex quo mouetur ad illud ut ſimile in altera qualitate, ubicũq; poneretur: ſemper in altera qualitate eſſet ſimile. Reſpondet Auer. cõtentum non moueri ad continens abſolute quatenus ſimile in altera qualitate tãtum: ſed quatenus continens eſt ſimile in altera qualitate & in tali ſitu, ac ordine ad partes principales mundi. nam ſi ignis poneretur in cœlo Saturni, ad ipſum non moueretur aer. Secunda dubitatio eſt, ſi unũ idẽq; continens ut ignis eſt forma proximi & remoti elementi, ut aeris, & aquæ tunc ad ignem moueretur tam aer, q̃ aqua.
Reſpondet nõ omne contentum moueri ad quodlibet cõtinens, ſed ad continens uicinum cum quo conuenit in altera qualitatum. hinc patet nõ eſſe neceſſarium ponere qualitates ipſas locatiuas præter qualitates elementarias ſymbolas, & præter relationes ſitus, ac ordinis ad partes mundi, ut
M iuniores fingunt, de quibus in libro de generatione.

Quærere uero cur ignis ſurſum: terra autem deorſum fertur: hoc idem eſt, & cur ſanabile ſi moueatur atque mutetur, ea ratione qua eſt ſanabile: in ſanitatem & non ad albedinem uenit. ſimiliter autem & cætera alterabilia cuncta. At uero augmẽtabile. Cum augmentatur quatenus augmentabile, non in ſanitatem: ſed in magnitudinis exceſſum uenit. & in cæteris id genus ſimiliter aliud quidem in quali: aliud autem in quanto mutatur. Et in loco leuia quidem ſurſum: grauia autem deorſum.

Auer. expõ cõ. 24 Auerroes (ut mihi uidetur) pulchre hunc locum interpretatur: nam ut ait Ariſto. cœpit quærere, cur alterum elementorum mouetur ſurſum, alterum deorſum: poſtea cœpit ſoluere aſſerens ita eſſe in motu elemẽtorum, ut in cæteris motibus. ita enim hæc mouentur ad ſui perfectionem ſecundũ locum quemadmodum ea quæ mouentur ſ̃m qualitates, p N
ficiuntur per qualitates: ad quas mouentur, & ea quæ mouẽ tur ſ̃m q̃ſtitatem, perficiuntur per q̃ſtitatem ad quam mouẽ tur: & ea quæ mutantur ad ſubſtantias, mutantur ut perficiantur per formas ad quas mutantur. Cum igitur declarauit ſimilitudinem inter perfectionem elementorum in ubi ipſo, & perfectionem eorum, quæ mutantur in ſubſtantia: nunc tranſit ad declarandum ſimilitudinem inter hęc & alia quæ mouentur alijs motibus perficiendo ſermonem. ſ. dando conuenientiam & differentiam. Quare ſ̃m Auer. Ariſt. intellígit perficere ſermonem, hoc eſt conuenientiam & differentiam inter motus elementorum & motus cæterorũ corporum. ſ. alterationes & augmentationes: & uult (ut Auer. inquit) motum localem grauium & leuium conuenire motibus alijs. nam eodem modo oportet reſpondere quærenti quare mobilia ſecundum locum moueantur ad cõtraria: & quare mutabilia in ſubſtantia mouentur ad formas contrarias: & quare alterabilia & augmentabilia mutantur ad eo
O rum terminos. Inquit. quærere uero cur ignis ſurſum, terra autem deorſum fertur: hoc idem eſt, & cur ſanabile ſi moueatur atq; mutetur, ea ratiõe qua eſt ſanabile: in ſanitatem & non ad albedinem uenit. ergo ſimile eſt in motu grauium & alteratione ad ſanitatem. & quaſi dictum reddens uſe: addit ſimiliter autẽ & cætera alterabilia cuncta ſupple eodem mouentur ad terminum, ut graue & leue ad locum. Deinde idem exponit in augmentatione, & inquit. At uero & augmentabile cum augmentatur quatenus augmentatur non in ſanitatẽ: ſed in magnitudinis exceſſum uenit. & reddens ſimilitudinem uſem addit: & in cęteris id genus ſimiliter tam alterabilibus, q̃ augmentabilibus aliud quidem in quali, aliud aũt in quanto mutatur. & ſemper ſupple eodẽ modo, ut mobile in loco mouetur ſuum in locum: ideo ait, & in loco leuia quidem ſurſum: grauia aũt deorſum ſupple feruntur. patet igitur in cæteris motibus ita eſſe, ut in motu locali grauium & leuium. nam grauia & leuia mouentur ad locum, ut in finem & perfectionem eius quod mouetur, ſi-
P cut quodlibet mobile, atq; quodlibet mutabile ſuum in terminum, ut perficiatur ab illo. Quare ut poſtea dicetur: ſicut nulla eſt ratio quare ſanabile mouetur ad ſanitatem quatenus ſanabile, niſi quia ſanitas eſt perfectio ſanabilis quatenus ſanabile: ita nulla alia eſt cã, quare graue deorſum ferẽ, niſi quia locus deorſum eſt perfectio grauis quo graue eſt: ſed melius poſtea dicemus. Quod uero ad uerba attinet: Qqę ſeq. cõ. 21. Ariſ. dixit ſanabile quatenus ſanabile mutari ad ſanitatem: non autem ad albedinem. quæres cur dixit { Non aũt ad albedinem: } & non dixit non aũt ad ęgritudinem: reſpondet Auer. quia idem ſanabile quatenus ſanabile eſt ſubiectum ſanitatis & ęgritudinis: cum ſint contraria eiuſdẽ generis. ut albedo cũ ſit alterius generis: eam non recipit ſanabile quatenus ſanabile. hęc Auer. hic.

Niſi q̃ hæc quidem principium mutationis in ſe ipſis habere uidentur, dico autem graue & leue. illa aũt non, ſed foris, ut ſanabile, aut augmentabile.

Compleuit conuenientiam inter motum grauium & leuium & motus cæterorum mobilium: At nũc differentiam inter illos tradit. nam hæc grauia & leuia & uſr quæcũq; lo Q
cali motu feruntur ſuorum motuum principium habent intrinſecum & in ſeipſis. cætera aũt omnia, quę alijs motibus mouentur uel mutantur: non habent principium intrinſecũ: ut ſanabile & augmentabile quæ ab ipſo extrinſeco motu mouentur ad ſanitatem & magnitudinem. inqt. niſi q̃ hæc quidem principium mutationis in ſeipſis habere uidentur: & exponit quæ ſunt hæc quæ in ſeipſis principium mutationis habere uidentur, & inquit. dico autem graue & leue, & uſr quęcũq; mouentur motu locali naturaliter. Illa autẽ ſupple quæ alijs motibus qbuſuis mouentur, uel mutantur non habent principium mutationis in ſeipſis: ſed foris. ſunt aũt hæc ut ſanabile & augmentabile & ſupple generabile. hæc enim mouentur ab extrinſeco motore. hæc eſt differentia: de qua in ſecundo Phyſico.

A Quanquam & hæc interdum ex ſeipſis mutant. & paruo facto in externis motu alterum quidem in ſanitatem: alterum autem in augmentum accedit.

In externis. In his quæ ſunt extra.

Soluit contra hæc dubium, nam interdum ſanatio fit à principio intrinſeco, ut in criſibus naturalibus: ubi nullo beneficio medici addito multi e ſeuiſſimis morbis liberantur. Præterea & augmentatio uidetur à principio intrinſeco, ut in libro de generatione habetur. Vnde Auerro. mouet hic tres quæſtiones contra dicta: prima quia grauia ut dicitur octauo Phyſico. mouentur à generante de potentia eſſentiali, & à remouente prohibens de potentia accidentali: hic aũt dicit illa moueri ab ipſis. atq; à principio intrinſeco, & ita uidetur contradictio. Secunda q̃ſtio eſt, quia uidemus in pluribus ægritudinibus infirma corpora ſanari à principio intrinſeco, ut cum ſanãtur per criſim naturalem: & ita non uidetur alteratio ſemper a principio extrinſeco. Tertia quæſtio eſt, quia dicitur in libro de generatione principiũ motus augmenti eſſe in ipſo augmentabili. ergo augmentatio habet principium intrinſecum. Hæ ſunt tres quæſtiones optimæ quas Auer. mouet. Soluit autem Ariſto. breuibus dicens, q̃ſq; & hæc interdum ex ſeipſis mutantur. Et paruo facto in externis, hoc eſt in his quæ ſunt extrinſeca motu: alterum qdem in ſanitatem: alterum aũt in augmentum accedit. Ecce quomodo Ariſt. uult hæc moueri interdum a ſe ipſis, ſed non niſi facto motu in externis: licet paruo, & quaſi inſenſibili. Mouentur ergo ſanabile & augmentabile à ſeipſis, non ſimpliciter excluſo omni motu externo: ſed facto motu in externis paruo & inſenſibili uidentur moueri à ſeipſis. at grauia & leuia cum ſunt perfecta & ſuæ naturæ derelicta mouentur omnino à motore intrinſeco. Auerroes autem hic per ordinem ſoluit quæſtiones & primo ad primam dicit, quòd cum intendit dicere differentiam inter principium motionis in iſtis non dicendum eſt, ad diſtinguendum inter ea, quia hoc eſt eſſentiale: Cum hoc ſemper inuenitur in in eis. & uult dicere (ut mihi uidetur) quòd grauia & leuia ſemper mouentur ab intrinſeco motore: cætera aũt non ſemper, quoniam raro ab intrinſeco motore mouentur, & plerũq; a motore extrinſeco. & ſic poteſt ſaluari differentia. Sed ad uerba octaui phyſi. non reſpondet hic, ſed alibi. dixit enim in libro de ſubſtantia orbis, Ariſto. uoluiſſe in octauo libro phyſico. grauia & leuia nõ moueri per ſe, licet à ſe: uel à motore intrinſeco. per ſe quidem: non ut animalia mouentur, quæ nullo facto motu extra mouentur: gruia aũt & leuia bene mouentur à formis eorum, ſed non per ſe: ga concurrit aliquo modo motor extrinſecus ſaltem in initio motus. Ad ſecundam reſpondet Auer. in ſanatione critica motorem eſſe omnino extrinſecum a mobili: quoniam corpus ægrotum conſtat partibus diſſimilaribus, quarum una principalis eſt cor: cum igitur ſit ſanitas cor ipſum ſanũ mediãte calore naturali cætera membra languida alterat ad ſanitatem. & ſic fit ſanitas à motore extrinſecco. quia à calore naturali diffuſo à corde ea ratione, qua ſanum eſt. Ad tertiam reſpondet Auerro. in augmentatione motorem propinquum ut cibum uenire extra. Remotum uero eſſe in ipſo augmentabili, qualis eſt calor naturalis, q̃ eſt in mẽbro augmentabili: hæc Auer. Verum contra hæc ſunt dubitationes. Primo, contra primam, quoniam in motu locali uidetur ſimiliter, nam ſecundum peripateticos principium motus localis in animali eſt cor, ſecundum Galenum eſt cerebrum. & ſic inter motorem & rem motam uidetur diſtinctio ſecundum partes. Præterea non uidetur ratio maior cur aliquid poſſit ſe localiter mouere ſecundum ſe & quodlibet ſui, & non alterare, nec augere, nec aliquo alio motu mouere. Nam idem põt eſſe in actu & in potentia: & ita in omni motu hoc ſufficit. Solet argui de aqua calefacta, quæ reducit ſe abſq; motore extrinſeco. Dubitatur etiam contra ſolutionem ſecundam, nam cibus non uidetur motor: ſed res quę mouetur ac à calore naturali concoquitur. Præterea anima & naturalis calor uidenť agentia proxima in auctione & non remota, ut in libro de generatione dicitur. Proculdubio dubitationes iſtæ contra Auer. ſunt difficiles. ſiqs tñ afficeretur doctrina Auer. poſſet dicere ad primam, q̃ bene in motu locali uidetur diſtinctio inter mouens & motũ ſm partes, qñ mobile eſt diſſimilare: ubi tamen mobile eſt ſimplex & ſimilare, totum poteſt eſſe mouens & motum. at alterabile non niſi diſſimilare poteſt ſe mouere, quia ratione partium eſt diſtinctio inter motorem, & rem motam.

Quæ auer. cõmi. 24.

Sol. Auer.

Dubõnes cõtra auer.

B

C

D

E

Defenſio

Ad ſecundam etiam diximus ſecundo Phyſico. ideo nihil poſſe ſe alterare, uel augere per ſe: ſicut nihil poteſt ſe generare, quoniam alteratio, & auctio ſunt generationes ſaltem diſpoſitiue. Motus aũt localis, nec principaliter: nec diſpoſitiue eſt generatio. de aqua uero calefacta, & eius reductione plura diximus in libro de generatione & in libro Phyſicorum, & in ſecundo de anima commen. 115. Ad rationes ſecũdæ dubitationis dicendum ad primam Auer. appellaſſe cibum motorem in auctione, pro q̃to alterat ſtomachum cum in ipſum peruenit, ut patet in ſtomachis languidis. uel locutus eſt ſecundum opinionem uulgi, qui cibum uolunt eſſe id, quod nos auget. Ad ſecundam dicendum animam & calorem, eſſe agentia remota, quatenus non augent, niſi aliquo addito: egent enim illo ad hoc, ut augeant. Tamen in rei ueritate calor & anima ſunt proxima agentia in auctiõe: ſed dicuntur remota, quia egent aliquo ad hoc, ut agant.

F

Et cum idem ſit ſanabile, & ægritudinis ſuſceptiuum: ſi quo quidem ſanabile eſt, mouetur, in ſanitatem pergit. Sinautem quo ægrotabile eſt in ægritudinem.

Expoſitio.

Duo dixerat, quorum unum eſt nihil à motore intrinſeco poſſe alterari, uel augeri, aliud id quod mouetur in loco, non niſi a motore intrinſeco moueri. Iõ primo aſſignat cauſam quare nihil poteſt alterari à motore intrinſeco, uel à ſe: & uidetur facere hanc rationem, quia idem eſt ſuſceptiuum utriuſq; contrarij, ut idem ſanabile eſt ſuſceptiuum ſanitatis et ęgritudinis. Ergo cum ex parte ſubiecti ad alterum illorum moueri nõ poſſit requiritur agens extrinſecum, quod ita ad alterum quod non ad alterũ moueat. Vnde rõ Ariſ. firmatur in tribus. primum eſt, q̃ idem ſubiectum in alteratione eſt ſuſceptiuum utriuſq; contrarij, ut ſanitatis & ęgritudinis, & augmenti, & decrementi. Secũdum eſt, motus diuerſos quorum ſubiectum eſt unum proficiſci à diuerſis motoribus: patet. 12. metaphy. &. 8. eiuſdem. Tertium, motores diuerſi non poſſunt eſſe intrinſeci rei, quæ mouetur: maxime ſi fuerit eiuſdem generis ad contraria eiuſdem generis mouẽtes. non enim mouens ad ægritudinem & mouens ad ſaniatem poſſunt eſſe in eodem ſanabili ſimul, ut omnibus cõſtat. ex his patet ratio: ſi enim idem alterabile eſt utriuſq; contrarij ſuſceptiuum, ut ex prima ſuppoſitione patet, & nõ poſſunt motus diuerſi eiuſdem generis eſſe à motoribus inſrinſecis uno uel pluribus per alias ſuppoſitiones: ergo oportet eſſe à motoribus extrinſecis, quorum unus mouet ad ſanitatẽ: alter ad ægritudinem. Inquit. & cum idem ſit ſanabile & ęgritudinis ſuſceptiuum: ſi mouetur quidam ea ratione qua ſanabile eſt, in ſanitatem pergit. Si autẽ mouetur, quo ægrotabile eſt: in ęgritudinem uenit. & ſupple tu rõni: ergo oportet eſſe duos motores, alterum è quo mouetur ea ratione, qua ſanabile. Alterum ea ratione qua ægrotabile, & cum ſint duo diuerſi, erunt extrinſeci & non intrinſeci, & ſic ſuppleta eſt ratio.

G

H

Magis autem graue leueq; horum in ſeipſis principium habere uidentur: propterea q̃ horum materia propinquiſſima ſubſtantiæ eſt.

Expoſitio.

Nunc ſecundo aſſignat cauſam, cur graue et leue ſuorum motuum principium habent intrinſecum: et ait hoc eſſe, qa horum motuum materia eſt ſubſtantiæ, ſiue formæ elementorum propinquiſſima. Vnde inqt. Magis aũt graue leueq; horum. ſ. motuum ſuorum in ſeipſis principium habere uidentur: propterea, q̃ horum motuum materia propinquiſſima ſubſtantiæ eſt. Et per materiam intelligit inſtrumentaliam qualitatẽ, qualis graui eſt grauitas, & in leui leuitas. Per ſubſtantiam aũt intelligit formam ſubſtantialem gra-

I uis & leuis. Quaſi dicat ideo grauia in ſeipſis habent ſuorũ motuum principium, quia qualitas inſtrumentaria motus eorum eſt formę eorum proxima illam ſequens immediate. & ita graue & leue ad motum ſunt ſumme inclinata: & per conſequęs non egent motore extrinſeco inclinante ipſa ita ad unum motũ: ꝙ non ad aliũ. Grauia ergo ſunt unius motus: & illius qualitas inſtrumẽtaliter motiua, & forma: cuius illa eſt inſtrumentum, ſunt rei, quæ mouẽtur intrinſeca. ergo hęc ad hoc, ut moueantur nullo egent motore extrinſeco. Secus aũt in cæteris motibus uidetur: in illis enim qualitas inſtrumentaliter motiua non eſt proxima formę, nec intrinſeca, ut ſuperius deduximus. Vnde Auer. ait. ꝙ qa qualitas motiua eſt proxima ſubſtãtiæ grauium & leuium: ideo cum acqritur aliqua pars formæ grauis, aut leuis: ſtatim cũ illa parte acquiritur motus ad ſuum locum: ubi niſi aliquid impediat, mox exiſtit: ideo nullo alio egent motore extrinſeco. In cæteris aũt qualitatibus requiritur, quia non oportet
K id quod eſt ſuſceptiuum ſanitatis, mox cum ſit, ſanari: & id quod eſt ſuſceptiuum albedinis, mox cum ſit, fieri albũ. Non enim qualitas ſanatiua eſt proxima ſubſtantiæ ſanabilis corporis. Nec qualitas albedinis inductiua, corpori proxima ẽ: quod eſt albedinis ſuſceptiuum. Et ſic patet differentia.

Quę auer. cõmẽ. 24.

Signum autem eſt: quia latio abſolutorum eſt & motuũ generatione ultima. Quare utiq;, & hic motus ſecundum ſubſtantiam primus erit.

Expoſitio.

Eius quod nunc proxime dixerat, affert ſignum: dixerat enim localem motum eſſe proximum ſubſtantiæ eius quod mouetur: quatenus qualitas inſtrumentaliter motiua eſt proxima ſubſtantiæ. Reddit nunc ſignum ꝙ motus localis ſit proximus ſubſtantiæ rei, quæ mouetur ex hoc, quia latio eſt de numero abſolutorum: quatenus nullo addito, nec ſublato rei competere poteſt quæ mouetur: localis enim motus, nec abijcit, nec addit ſubſtantiæ rei, quæ mouetur. Eſt præterea ultimus generatione cæterorum motuum: & per conſeqns ſecundum ſubſtantiam & perfectionem primus: & ita ſubſtantiæ rei, quæ mouetur proximus. Inquit. Signum autẽ
L eſt. ſ. ꝙ motus localis ſit proximus ſubſtantiæ rei: quæ mouetur, quia latio ipſa abſolutorum eſt, ſupple competens ipſi mobili, nihil abijciendo, nihilq; ſubſtantiæ addendo. Et motuum cæterorum generatione eſt ultima. Animal enim ultimo poſt cæteros motus ambulat, ut dicitur octauo phyſico. Quare & hic motus utiq; ſecundum ſubſtantiam primus erit, ac ipſi mobili proximus, & ſic nullo alio extrinſeco eget ad hoc ut ſit. Ex hiſce patet, primo, omnium mobilium conuenientia. ſecundo, perſpicua eſt eorum differentia. & tertio, conſtat ex utraq; parte cauſa differẽtiæ. Auer. autem in calce commenti colligit differẽtiam inter motum animalium & motum elementorum: quoniam in elementis mouens, & id quod mouetur ſunt idem ſubiecto, et differũt ratione. at in animalibus differunt re & ratiõe. Ex hoc duo excerpſimus, primum eſt elementa aliquando actu moueri quæ prius tempore non fuerunt in potentia ad motum: ut cum generans ſimul dat formam & motum conſequẽtem
M formam ſublato impedimento. Hoc enim in caſu potentia tempore non præcedit motum. Secundum elementa actu moueri aliquando, quæ prius tempore fuerunt in potentia ad motum: quod dupliciter patet. Primo, ratione habita ad potentiam eſſentialem, quæ eſt in materia ſui contrarij. Secundo, ratione habita ad ipſum mobile perfectum & completum, dum detinetur ab aliquo. Hæc quære octauo phyſicorum. commento quarto.

Quæ auer. cõmẽ. 24.

In ſuperiorem locum I ſurſum

Cum igitur aer quidem ex aqua fit, & ex graui leue. In ſuperiorem locum uenit: ſimul autem eſt leue, & non ulterius fit, ſed illic eſt. Perſpicuum igitur eſt: quoniam id quod potentia eſt ad actum proficiſcens, illuc uenit, & ad tantum, & ad tale: ubi actus eſt, & ipſius quanti, & ipſius qualis, & ipſius ubi. Eadem autem eſt cauſa: etiam ut id quod terra eſt, & id quod eſt ignis moueantur in ipſorum loca nullo impediente. Etenim alimentum cum phibẽs, N & ſanabile cum detinens non fuerit, confeſtim fert: & mouet etiam & id quod a principio fecit, & id qđ ſubtraxit: aut id unde reſiliuit, ut dictum eſt in primis ſermonibus, in quibus determinauimus nihil horum ſeipſum mouere. dictũ eſt igitur quam ob Enim Autem cauſam fertur unumquodq; eorum, quæ feruntur, & quid eſt ſuum in locum ferri.

Quæ auer. cõmẽ. 25.

Auerroes hunc locum pulchre introducit: ait ꝙ Ariſ. nũc perficiat ſermonem demõſtrationis quo ipſa elementa mouentur oſtendens qua ratione mouentur, & ꝙ non mouentur ex ſe in rei ueritate, ſed a motore extrinſeco. Inquit. Cum igitur aer quidem ex aqua fit, & uſr ex graui leue: in ſuperiorem locum uenit eo ipſo quod fit. Cuius rationem addit, & inquit. ſimul enim eſt leue, & nõ ulterius fit, ac nec ulterius proficiſcitur: ſed illic eſt, ubi ſuus eſt naturalis locus. quare ſicut ex graui incipit fieri leue, ita illud leue ſe ſurſum incipit facere: & ſicut fit leue in parte, ſic ſubtollit ſurſum in parte: & ita cito ſicut completur, ita cito ſublatus eſt ſurſum. Ex hiſce infert id quod eſt potentia mobile, cum ꝓcedit ad actũ O motiõis: ad id deuenire, quod eſt eius perfectio: ut ſi ad motum auctionis proficiſcitur, ad quantum uenit: & ſi procedit ad alterationem, ad quale deuenit: & ſi procedit ad motum localem, deuenit ad ubi, ita ut quemadmodum incipit uenire in actum motus, ſic ſe facere incipit in terminum motus. Et ut generationem motus cõpleuit: ſic perfecte erit in termino ad quem ipſius motus, inquit. perſpicuum igitur eſt: quoniam id quod potentia eſt ad actum proficiſcens illuc uenit in actum qui eſt eius quod mouetur perfectio. deuenit dico & ad tantum. Si proficiſcitur ad actum auctionis, deuenit & ad tale: ſi proficiſcitur ad actum alteratiõis, ubi hoc eſt, in quo tanto & tali eſt & actus ipſius cẽti, & actus ipſius qualis, & ipſius ubi. Quo declarato oſtendit idem eſſe in motu locali, & inquit. eadem autẽ eſt cauſa etiam ut id quod terra eſt, & id quod ignis eſt moueantur in ipſorũ loca nullo impediente: & ꝙ ſit eadem ratio, oſtendit dicens & enim alimentum cum prohibens, & ſanabile cum detinens non fuerit confeſtim fertur ſup. in ſuum terminum: & P mouet etiam & id quod à principio fecit ſup. ipſum graue, ut generans ſup. confeſtim remoto impedimento. & mouet etiam et id quod ſubtraxit impedimẽtum ſup. confeſtim. aut id unde reſiliuit ipſum graue etiã mouet confeſtim ſup. motu uiolento, ut dictum eſt in libris phyſico. ubi determinauimus nihil horum ſeipſum mouere. Quare ut in cæteris motibus nihil ſeipſum mouet, ſic in motu grauium nihil ſeipſum mouet: & ut in cæteris motibus ſublato impedimento mouens mouet ipſum mobile confeſtim in terminum motus: ſic in motu grauium & leuium deducto impedimento mouens de potentia eſſentiali, ut generans mouet mobile ſurſum uel deorſum, & remouẽs prohibens mouet de potentia accidentali etiam confeſtim deducto impedimẽto, & uiolentans ſiſr deducto impedimento cõfeſtim mouet ſuũ mobile. Sed dices in uerbis Ariſto. uidetur contradictio, Dubitatio nam ſuperius uoluit grauia & leuia ſeipſa mouere, quatenus mobile non eſt in potentia ad cõtraria: hic autem ait dictum eſſe in ſermonibus uſibus nihil poſſe ſeipſum mouere. Q Dici poteſt hic eſſe dictum grauia & leuia mouere ſe de potentia accidentali, quę non præcedit tpe motum ipſum. at in ſermonibus uſibus dixit illa ſeipſa non mouere de potentia eſſentiali, nec de potentia accidentali, quæ præcedit actum, ut diximus, & dicemus. Deinde epilogat, & inquit. dictum eſt igitur quam ob cauſam fertur unũquodq; eorũ, quę ferũtur, & qd eſt ſuũ in locum ferri. Quod uero ad uerba attinet uerba illa { Aut id unde reſiliuit: } quidã intellexerunt de motu uiolento qui fit per reflexionẽ, qũo proijciẽs mouet pilam per reflexionem: & ideo dicit, & id unde reſiliuit. i. id unde reflexa ſunt ipſa proiecta. Auer. aũt dicit Ariſto. uoluiſſe oſtendere in toto hoc textu differentiam inter illum motum in loco & alios motus locales: quiẽ ſunt animalium, quia animal eſt aĩal, et ſi non mouetur: iſta aũt nõ ſunt

Solutio.

grauia

A grauia, neq; leuia, donec ſint in locis: hæc Auerro.

Dubitatio Sed contra hæc dubitatur: nam graue poſtquam recepit formam ſubſtantialem: ſemper eſt graue: ſimiliter & leue.

Solutio Quare tam in locis, quàm extra loca ſemper ſunt talia. Solitus ſum dicere per graue & leue Auerro. & Ariſtote. intelexiſſe graue & leue cum omnibus ſuis perfectionibus, quæ ſibi competunt naturaliter: quarum una eſt locus. cum igitur grauia ſunt extra loca: cis uidetur deeſſe ea perfectio naturalis, quæ eſt locus. Igitur non eſt graue perfecte ſecundum omnes perfectiones tam naturales, quàm accidentales. Quare niſi graue fuerit in loco: nũquam erit graue ſecundum omnem perfectionem. Aliter etiam diximus aliquando, elementum extra locum nunquam eſſe purum, ſed ſemper habere rationem mixti, & ita niſi ſit in loco: nunquam elementum purum eſſe poteſt. elementum enim dum eſt in aliorum regione: ſemper habet non nihil complexionis extraneæ. bene ergo ait Auerro. elementum extra locum non eſſe tale niſi accidentaliter: hoc eſt per quædam accidentia ſimilia ei, & non ſimpliciter & pure animal uero omni in loco eſt purũ animal & perfectum in ſuis perfectionibus naturalibus. Secundo Auerro. facit talem rationem, in talibus corporibus cum corpus acquirit aliquam partem formæ ſtatim acquirit aliquam partem ipſius ubi: ita ut cum forma complebitur, ipſum ubi complebitur: ergo potentia ad formam, & potentia ad ubi eſt eadem ſubiecto ſcilicet corpore à quo eſt generatio. hanc rationem per exemplum explanat: nam aqua fuit in potentia leuis, & in potentia ad locum ſuperum, quæ cum ſit ignis ſimul eſt ignis & ſurſum. ecce quomodo potentia ad ignem & ad locum ſuperum ſimul fuit in aqua, & non in igne, qui ſurſum fertur, cum generatur. hæc Auerro. Sed cõtra dubitatur, quoniam generetur ignis in ſphæra terræ ex oleo. tunc patet non ita cito eſſe ſurſum ſicut generatur, quia generatio fit ſubito, & motus ſurſum fit in tempore. præterea non eſt manifeſtum quid intelligetur. per quantum datur de forma: per tantum datur de accidentibus conſequẽtibus formam. Recentiores dicunt intelligendum eſſe de igne, qui fit in loco generationi ſuæ conuenienti. Eſt enim locus conueniens generationi ignis conuexum aeris, & locus conueniens generationi aeris conuexum aquæ, & locus conueniẽs generationi aquæ conuexum terræ: nam unum elementum ſit ex altero: ideo oportet ignem fieri ex ſuo elemento uicino. Quare propoſitio illa communis intelligenda eſt elementis ipſis genitis in locis ſuis generationibus conuenientibus.

Aliud Aũ. notatum

Dubões

Sed ptima Alia ſ. Ro

B C

Huic, expoſitioni ut dicemus, diſſentit Auerro. infra: propterea aliquando diximus Ariſtote. per locum ſurſum intelligere totum ipſum ſpatium, quod eſt inter concauum lunæ, & materiam, ex qua fit: uerbi cauſa: ſi ignis generetur in centro terræ: locus ſurſum erit totum ſpatium uerſus concauũ, quod eſt inter centrum, & concauum, & hoc pacto eius poſitio uidetur uera. diximus etiam per ſurſum eſſe intelligẽdam regionem ignis tantum, & dicebam elementum nullũ purum eſſe extra proprium locum: niſi cum fuerit in loco ei naturali, extra enim locum uidetur impurum ac elementatum. Aliter etiam dici poteſt propoſitionem illam ueram eſſe niſi aliquid prohibeat. modo cum apud nos ignis fit: nõ ſubito ſurſum eſt, quoniam aliquid prohibet ſcilicet mediũ reſiſtens. ablato autem medio reſiſtente conſeſtim ita cito ſicut generatur: ita cito erit ſurſum, quoniam tunc motus erit ſubitarius ſicut generatio ipſius. Ad ſecundam dicendum, communem illam propoſitionem eſſe intelligendam in elementis quantum, ideſt quot gradus agens dat de forma: tot dat de conſequentibus: in mixtis autem intelligit quantum ideſt quot gradus dat de forma, uel diſpoſitionibus formæ: tot dat de conſequentibus, uel de diſpoſitionibus faciẽtibus ad illa. Vlterius Auerro. uult in ſimplicibus idem eſſe ſubiectum motus & ſubiectum formæ re: differre tamen ratione ſeu præparatione. in animalibus uero ſubiectum formæ aliud eſt à ſubiecto motus. Sed dubitatur, quia ſubiectum formæ eſt materia: ſubiectum motus eſt, aut forma, aut compoſitum ex materia & forma. ergo non ſunt idem. Præterea de animalibus uidetur falſum, quoniam in illis idem uidetur

D

Aliud Aũ. notatum.

Dubitatio

ſubiectum formæ & ſubiectum motus. Corpus enim ſubiectum eſt formæ animalis, & ſubiectum motus eiuſdem. Poteſt defendi. nam per ſubiectum motus intelligit illud: in quo eſt potentia eſſentialis ad ipſum motum. & tunc eſt uerum quod dixit. Nam ſubiectum motus hoc pacto eſt materia, & hæc eſt ſubiectum formæ. differt autem præparatione, ideſt ordine, quia talis materia primo, eſt ſubiectum formæ, & ſecundo, eſt ſubiectum motus mediante forma niſi ſit impediens. Ad ſecundam dici poteſt, ſubiectum motus in animalibus eſſe corpus, non abſolute, ſed ut affectum pro illo motu. uidelicet ut membra ſunt exiccata & dura. ſubiectum uero formæ eſt materia, quæ eſt ſubiectum generationis, & ſic patet differentia. Vlterius Auerro. ponit differentiam alio modo inter motum grauium & leuium, & cæteros motus, quia in cæteris motibus impediens non habet locum, quod enim mouetur ad nutrimentum uel ſanitatem: impoſſibile eſt impediri per aliquod. at graue cum mouet deorſum: poteſt impediri. Vlterius Auerro. ait Ariſtot. in ſermonibus uniuerſalibus duobus locis declaraſſe nihil moueri à ſe, quia in ſeptimo & in octauo libro phyſicorum: aliter tamen & aliter. nam firmius in octauo, in ſeptimo enim arguit ſupponendum primum motum quaſi per ſe manifeſtum. In octauo autem probauit ad primum motum per ſe eſſe deueniendum: quare certius in octauo demonſtratio illa habetur. Vltimo Auerro. quaſi totam Ariſtote. rationem epilogando reducit eam ad formam ſic, omne tranſmutabile trãſmutatur ad ſimile: elementa ſunt tranſmutabilia. ergo elementa tranſmutantur in ſimile. Vlterius arguitur, elementa tranſmutantur ad ſimile: elementa tranſmutantur ad loca ꝓpria: ergo loca propria ſunt ſimilia elementis. & ita patet elementa non moueri ad eorum loca, niſi quatenus ſunt ſimilia & elementorum perfectiua: hæc Auerroes.

E

Aliud Aũ. notatum

F

Aliud Aũ. notatum

Vltimum Aũ. notatũ

Differentias autem & ea quæ circa ipſa accidunt, nunc dicamus. primo igitur determinatum ſit ut omnibus uidetur: graue quidem ſimpliciter id eſſe quod omnibus ſubſtat. leue autem id quod omnibus ſupereminet. Simpliciter autem dico & in ipſum genus reſpiciens & in ea quibus ambo non inſunt. ut ignis quæuis magnitudo niſi forte aliquid aliud prohibeat ferri ſurſum uidetur. terrea autem deorſum. eodé aũt modo & celerius quod maius ẽ.

G

Expoſitio.

Duo hactenus declarauit, & quam ob cauſam feratur unũquodq; eorum, quæ feruntur, & quid eſt ferri in ſui ipſius locum. at nunc ꝓponit definire graue & leue primo. ſecundo ex definitionibus datis reddere cauſas omnium eorum, quæ illis accidunt. inquit. differentias autem ſupple quibus definitiones grauis & leuis conſtant nunc dicamus. ſecundo loco & ea nunc dicamus quæ circa ipſa accidunt. nam de natura bonarum definitionum eſt, ut per ipſas ſoluantur omnes quæſtiones, quæ rei definitæ accidunt, & reddatur cauſa omnium accidentium. propoſita intentione & ordine exequitur dando definitiones, ait tamen tales uelle dare, quæ omnibus antiquis uidentur, & inquit. primo igitur determinatum ſit ſupple de graui & leui definitiue ut omnibus philoſophis antiquis uidetur. definit igitur graue dicens, id eſſe ſimpliciter graue, quod omnibus ſubſtat: hoc eſt (ut exponit Auerroes) quod ſub omnibus quieſcit. leue autem ſupple etiam ſimpliciter id quod omnibus ſupereminet. hoc eſt, ut Auerro. inquit, quod ſuper omnia quieſcit. Sed occurres, nam quæſtionem quid res ipſa eſt præcedit quæſtio an res ipſa eſt. ſi igitur definit graue ſimpliciter, & leue ſimpliciter prius an hæ ſint debuit declarare. Cui Auerro. reſpondet aliqua corpora eſſe talia ſuperius declaratum eſt, ubi demonſtrauit terram quieſcere ſub omnibus corporibus, quia mouetur ex omnibus mundi partibus ad medium mundi. ſimiliter declaratũ eſt eſſe aliquod tale corpus, qđ omnibus ſupereminet corporibus, quę recte mouent: qualis eſt ignis, & ſic nõ fuit neceſſariũ idẽ nunc repetere: cũ ſit ſuppoſitum iã.

H

Que auer. cõ. 26.

Dubitatio

I Animaduertendum ſecundum Auer. q̄ ſuperius in primo, & tertio libro Ariſtot. graue & leue aliter deſcripſit, dixit. n. graue eſſe illud quod mouetur ad medium. leue autem quod mouetur à medio. ecce quomodo definitiones eiuſmodi differunt: nam præſentes dantur per quietem: præcedentes per motum. Secundo animaduertit Auer. differentias inter has definitiones, uult enim definitiones præſentes, quæ per quietem aſſignantur: eſſe ueriores & magis naturas grauis & leuis demonſtrantes, quā ſint illæ quæ per motum dantur. cauſam autem affert, quia motus elementis non competere uidetur niſi aliqua ratione uiolenter: quies uero eis eſt omni ex parte naturalis. non enim motus elementis ineſſet niſi medium reſiſteret, quod abſq; aliqua uiolentia fieri non pōt. prę-

K terea motus ineſt dum elementum non eſt purum & perfectum: at quies ineſt, poſtq̄ elementum omni ex parte eſt cōpletum. Aſſignari pōt alia cauſa, quare præſentes definitiones, quæ per quietem dantur: ſint ueriores & potiores, quia dantur per cauſam finalem motus, ges enim eſt finis motus: modo finis eſt potiſſima cauſarum. Tertio, animaduertit Auer. has definitiones non eſſe eſſentiales, nec aſſignatas p̄ proprias differentias, quia differentiæ latent: propterea loco earum accipiuntur actiones proficiſcētes ab ipſis. Animaduertendum graue ſimpliciter eſſe ſic definiendum quod eſt illud, quod omnibus ſimpliciter ſubſtat. & leue ſimpl'r quod omnibus ſimpliciter ſupereminet. uerbum enim ſimpliciter debet poni ita in definitione, ut ponitur ex parte definiti. hō Ariſto. exponit quid ipſe uelit per ſimpliciter quod in definitione eſt ſubaudiendum: cum enim dicitur graue ſimpliciter eſſe quod omnibus ſimpliciter ſubſtat, & leue ſimpliciter, qđ omnibus ſimpliciter ſupereminet: quæritur quid intelligitur per omnibus ſimpliciter ſupereminere, & per omnibus ſimpliciter ſubſtare: Ariſtoteles igitur ſeipſum explanans, ingt.

L ſimpliciter autem dico ſupple, uel omnibus ſubſtare, uel omnibus ſupereminere & in ipſum genus reſpiciens: quaſi dicat ſimpliciter dico ſecundum genus: non enim leue ſimpliciter eſt, quod omnibus corporibus tam ſui generis quā alterius generis ſupereminet, quia licet ſuperemineat elementis quæ ſunt ſui generis: non ſupereminet corporibus cœleſtibus, que ſunt alterius generis. ſimiliter terra licet ſubſtet omnibus elementis, quæ ſunt ſui generis: non ſubſtare dicit corporibus cœleſtibus, quæ ſunt alterius generis: nec etiam illis dicitur ſupereſſe. quare ſimpliciter eminere, uel ſimpliciter ſubſtare quod ponitur ex parte definitiōis dicitur ad genus reſpiciens ſupple ſuorum corporum, & exponens ſimpliciter. ex parte rei quæ definitur hoc eſt quid per graue ſimpliciter & quid per leue ſimpliciter intelligat: addit & in ea ſupple reſpiciēs quibus ambo. ſ. grauitas & leuitas ſimul nō inſunt, ut ſunt aer, & aqua: quibus grauitas & leuitas inſunt.

Vel facilius exponi poteſt, ut Ariſto. exponat quid per ſimpliciter intelligat, quod intelligitur à parte definiti hoc eſt quid intelligitur per ſimpliciter graue & quid per ſimpliciter leue, & uult ſimpliciter graue eſſe intelligendum, quod

M genere grauium obtinet ſummum gradum, & cui nihil admixtum eſt de leui. ſimpliciter leue uero eſſe intelligendum qđ in genere leuium tenet gradum ſummum & nihil grauis admixtum habet, & hoc ait ſimpliciter autem uel graue, uel leue dico & in ipſum genus reſpiciens. hoc eſt quod in genere grauium uel leuium obtinet ſummum, & quibus ambo graue & leue ſupple non inſunt, ſed graue eſt ita graue, quod nihil leuis habet, & leue ita leue, ut nihil grauis. Auerroes autē per genus intelligit locum, qui eſt genus omnium locorum, qui ſunt ſurſum & deorſum, & ſic per ſimpliciter graue eſt intelligendum illud quod in genere locorum grauium obtinet infimum. leue ſimpliciter, quod in genere locorum leuiū

Dubitatio. obtinet ſummum. Sed circa hæc dubitatur, ait enim ſimpliciter graue eſſe, uel ſimpliciter leue: cui non inſunt ambo. ergo graue in reſpectu & leue in reſpectu erunt quibus ambo inerunt, & ita aquæ grauitas & leuitas inerit: ſimiliter & aeri. hoc autem non concederet Ariſto. quia quodlibet elementum eſt ſimplex, & purum in ſua ſpecie. Reſpondet Auer. & (ut mihi uidetur) innuit talem diſtinctionem, quòd compoſitio eſt duplex: altera, quæ eſt diuerſorum unio in quodā N tertio. altera eſt quædam comparatio eiuſdem ad diuerſa: ſecundum quam pluribus de nominationibus appellat. uult igitur Auerro. media elementa dici compoſita comparatione ac denominatione. non autem unione, & ſic compoſita dici poſſunt ſimplicia: hæc per exempla exponit dicens, ut ignis ipſius quæuis magnitudo, ſiue portio dicitur leuis ſimpliciter, quia niſi forte aliquid aliud prohibeat ferri ſurſum uidetur, & in locum uenire eminentiſſimum. terræ autē ſup. ple quæuis portio dicitur grauis ſimpliciter, quia niſi forte aliquid aliud prohibeat ferri deorſum uidetur, & in locum infimum uenire. addit eodem autem modo ſupple & celerius id ſertur, uel ſurſum, uel deorſum, quod maius eſt in grauitate, uel leuitate. Auerroes autem ſupple his uerbis. inquit. & ſignum quòd ignis eſt leuis, ſine aliqua grauitate eſt, quia O quanto ignis maior erit: tanto ſurſum uelocius fertur. Addit, quòd ſi ignis eſſet compoſitus ex grauitate & leuitate nō contingeret hoc ſcilicet, ipſum uelocius ferri ſurſum: quo maior eſſet, quia proportio grauis & leuis ad leue in utroq; corpore ſcilicet magno & paruo eſſet eadem: ac cum in eo ſola ſit leuitas: ideo quanto ignis maior eſt tanto uelocius ſurſum fertur. ecce quomodo Auerro. uult Ariſtote. uerbum habere locum ſuppoſita ſimplicitate ignis, quia ubi ignis eſt ſimplex ualet quòd quanto maior fuerit: tanto uelocius fertur. ubi uero eſſet quoddam mixtum non ualet quòd quā to eſſet maior, tanto celerius fertur. lignum enim maius eſt plumbo & non deorſum tantundem celerius fertur. Solet inſtari contra hoc, quia aurum uelocius deſcendit ipſa terra, & tamen eſt mixtum. tu uero conſidera: nam inſtantia non eſt ad rem.

P Alio uero modo graue & leue ſunt, quibus utraque inſunt. quibuſdam enim & ſupereminent, & ſubſtant, ut aer & aqua. Nam ſimpliciter quidem: neutrum horum leue eſt, uel graue. terra quidem enim ambo ſunt leuiora: quæuis enim ipſorum pars ſupereminat ipſi. igne autem grauiora: ſubſidet enī ipſorum pars, quantacunque ſit. Ad ſe ipſa uero ſimpliciter aliud quidem eſt graue: aliud autem leue. Nam aer quidem quantulus ſit aquæ ipſi ſupereminet. aqua autem etiam quantula fuerit: aeri ſubſidet.

Expoſitio. Tranſit nunc ad definiendum graue & leue in reſpectu, & definit hæc inſimul, non ſeorſum ſingulum ut fecit de grauí & leui ſimpliciter, quoniam ex quo ſunt media: ſubeunt rationem unius definibilis. inquit. alio uero modo ſupple à grauí & leui ſimpliciter graue & leue ſunt: quibus utraque inſunt: hoc eſt utraque qualitas: leuitas. uidelicet, & grauitas. hæc eſt definitio, ergo grauia & leuia in reſpectu ſunt, quibus tam grauitas quàm leuitas ineſt. Et reddit cauſam quare utraq; qualitas cuiq; eorum ineſt: ex eo quia aliquibus ſupereminent: aliquibus ſubſtant. ut aer, & aqua: eminent enim terræ: ſubſtant igni. inquit. quibuſdam enim & Q ſupereminent ut terreis, & ſubſtant, ut igneis, & ponit exemplum dicens, ut aer, & aqua. dixerat hæc dici aliter grauia & leuia: ideo aſſignat cauſam quare hæc dicuntur aliter grauia & leuia: ex eo quia ſimpliciter neutrum horum leue eſt, uel graue, quia ambo ſunt leuiora ipſa terra, & igne grauiora. inquit. dico ſupple hæc aliter grauia & leuia ab his quæ ſunt ſimpliciter talia: nam ſimpliciter quidem neutrum horum leue eſt, uel graue. nam terra quidem ambo ſunt leuiora. quæuis enim pars ipſorum ipſi terræ ſupereminet. igne autem ſunt grauiora: ſubſidet enim ipſorū pars quantacūq; ſit ipſi igni: ergo ſunt grauia & leuia ad aliud atq; aliud. & ſic cuiq; eorum utraq; qualitas ineſt: non quidem compoſitione ut diximus, ſed denominatione & reſpectu. Sed occurres ſicut aer, & aqua dicunt grauia et leuia reſpectu extremorum: an dici poſſint grauia & leuia comparatione ad ſeipſa ſimpliciter & ſeorſum. Reſpondet Ariſ. ad ſeipſa uero ſimpliciter. i. ſeorſum. ſumit. n. ſimpliciter pro ſolo, ac ſeorſum

ſumpto

A sumpto aliud quidem est graue: aliud aũt leue. nam aer qdẽ quantuluscunq; sit, omni aquæ ipsi supereminet: ergo dicit leuior aqua: aqua uero quãtulauis fuerit omni aeri subsidet. ergo est grauis ad aerem. quare hæc dicuntur grauia & leuia in respectu tã simul sumpta, & ad extrema cõparata, q̃ seorsum simpliciter & accepta, ad se relata. Auerroes autẽ assignat signũ quo aerem esse aqua leuiorẽ cognoscitur, qa corpora quibus aer prędominat aquis supernatãt. ergo aer est leuior aqua, & aqua grauior aere. Sed contra hæc dubitabis fortasse primo, quia uel leuitas aeris est intensa, ut octo in aere ipso, uel remissa. Si est intensa: ergo aer erit leuissimus simpliciter, & ita omnibus supereminet. Si autem remissa: erit ergo sibi grauitatis quicq̃ admixtum: cuius oppositum Auer. asseruit proximo cõmento. secũdo si grauis & leuis dicitur aer comparatione: grauitas & leuitas in eo erunt relationes: quare non erunt principia motuum ut. 5. physi. colligitur. Potest dici qualitatem qua aer dicitur grauis & leuis differre specie à leuitate ignea, & grauitate terrea. hæc enim aerea qualitas, siue sit dicenda leuitas, siue grauitas est intensa, ut octo in tali natura. & ita non sequitur aerem per hanc omnibus supereminere, quia est intensa, ut octo, ut aerea est: non aũt simpliciter. Ad secundã dicendũ aliquid dici comparatione posse dupliciter intelligi, aut intrinsece ratione fundamenti, uelut simile ratione fundamenti est album ratione albedinis, aut extrinsece ratione relationis, ut simile extrinsece ratione relationis est simile propter similitudinem. tunc dico aerem, & aquam dici comparatiue grauia & leuia intrinsece propter qualitates, quæ sunt fundamẽta respectuũ. Et non extrinsece propter relationes.

Quoniam autem & cæterorum alia quidem grauitatem, alia uero leuitatem habent: patet eam quidem differentiam, quę in simplicibus est: horum omnium causam esse ex eo nanq;, quia aliud plus: aliud C minus illorum sunt assecuta: alia corporum grauia: alia leuia erunt.

Expositio. Auerroes sic introducit & recte: cum dedit definitionem grauis & leuis tam simpliciter, q̃ in respectu: transit ad assignandam causam accidentium, quæ insunt mixtis propter simplicia. hoc enim erat tertium propositum. prędordinat tamen doctrinam hoc modo, quoniam mixta sunt grauia, uel leuia propter simplicia quæ in illis prædominantur: ideo dicendum est de accidentibus simplicium, sic enim erit dictũ de accidentibus mixtorum. primo ergo ostendit mixta esse talia propter simplicia: secundo ex hoc quid agendum sit de simplicibus, colligit. Inquit. quoniam autem & cęterorum, s. mixtorum alia quidem grauitatem: alia autem leuitatem habent, patet eam quidem differẽtiam quæ in simplicibus est, horum omnium corporum mixtorum causam esse. s. cur alia grauia: alia leuia sint. & quod mixta sint grauia & leuia propter simplicia, declarat dicens, ex eo nãq;, quia aliud plus, ad minus illorum simplicium ipsa mixta sunt assecuta: alia corporum mixtorum à prędominio erunt grauia: alia leuia. pa- D tet igitur uerum esse mixta, esse grauia, uel leuia propter simplicia. lignum enim leuius est plumbo, quia de leuibus elemẽtis, plus est in ligno, q̃ in plumbo. aurum uero, ut Auer. inquit, grauius adest argento, quia in eo est, plus de terra. oleum autẽ leuius uino, quia in eo plus est, aeris. Quod uero ad uerba attinet uerbum illud { In simplicibus } antiquę translationes habent { In compositis: } quod unde factum sit, ignoro. græce enim est ἀσυνθέτοις, hoc est simplicibus: iõ iunioribus fuit errandi causa.

Illa τὰ Quare de illis dicendum est: cætera enim illa prima sequuntur, quod quidem & eos oportere facere diximus, qui ob plenum graue esse dicunt, & ob uacuum leue.

Expositio. Declarauit mixta esse grauia & leuia propter differentiã simplicium: quoties in illis præsunt. ex hoc concludit quod facturus est: asserẽs solum de simplicibus se uelle agere, quoniam cum mixta sint talia ob simplicium prædominium: satis de differentijs, ac accidentibus mixtorum dicetur, si de accidentibus simplicium erit dictum. Inquit. quare de illis simplicibus dicendum est: cuius causam assignat dicens, cætera enim mixta illa prima, & simplicia sequuntur: sunt enim ut dictum est mixta ipsa grauia & leuia ob simplicia. addit hũc ordinem debuisse seruare Democriticos, qui grauia ob plenũ & leuia ob uacuum esse dixerunt. debent enim solum de accidentibus pleni, & uacui dicere, quoniam sic de accidentibus mixtorum satis erit dictum. Aristoteles ergo, ut Auer. inqt. ꝓtermisit tractare accidentia mixtorum, & tantum in simplicibus ingrit accidentiũ cãs. hæc de intentione, deq; ordine. E

Accidit itaq; eadem non ubiq; grauia leuiaq; ob differentiam primorum uideri. Dico autem ut in aere quidem grauius erit lignum talentiæon plumbo mnaiæo in aqua autem leuius. Itaq; Igit̃ uel Autẽ Talẽtiæon Centum librarum Mnaiæo Vnius libræ

Quod dicit hic Aristo. potest esse dubitatio, contra dicta, & potest esse problema: nam cum proposuit loqui de accidẽtibus mixtorum propter differentiam simplicium, nunc hoc facit: proponit enim accidens primo: secundo illius causam reddit. erit ergo problema quam ob causam lignum centũ librarum est in aere grauius plumbo unius libræ. in aqua uero econtra plumbum unius libræ est grauius ligno centum librarum. Inquit. accidit itaque eadem non ubiq; grauia leuiaq; ob differentiam primorum uideri. & propter hæc uerba uidetur hæc dubitatio contra dicta, diximus enim mixta esse talia propter simplicia: at nunc ita esse non uidemus. & hoc exponit dicens, dico autem, ut in aere quidẽ grauius erit lignum talentiæum, plumbo mnaiæo: in aqua autem econtra lignum talentiæum leuius est plumbo mnaiæo. Debes scire, q̃ lignum talentiæum semper est plumbo mnaiæo grauius. dicitur autem in aere grauius, quia in illo uelocius fertur, q̃ plumbum. In aqua uero leuius, quia in illa uel non fertur, uel tardius mouetur. hinc Auer. ait Aristo. hic per grauitatem intellexisse tarditatem: per leuitatem uero uelocitatem. Quod uero ad uerba attinet talentiæum à talento deducitur. est autem talentum non una ratione acceptum (ut Plinius inquit:) tamen hic pro pondere centũ librarũ assumpsimus, quia quouis modo exponat̃: non refert. Mnaiçũ uero deducit̃ mna hoc est mina libra una. fol. 20. hic uero ꝓ libra 1. accepimus, qa quouis modo exponat̃: dr̃iã non facit in re. F G

Causa autem est, quoniam grauitatem habẽt omnia præter ignem: & leuitatem præter terram. terra igitur & quę terrę plurimum habent: ubiq; grauitatem habere necesse est. aquam autem ubiq; prętereq̃ in terra: & aerem prętereq̃ in aqua, & terra.

Soluit Aristo. problema & supponit omnia elementa habere grauitatem prãter ignem: nam aer, aqua, & terra grauitatem habent. secundo supponit omnia habere leuitatẽ prãter terram: nam ignis, aer, & aqua leuitatem habent. Ex his concludit terram & quæ plurimum terræ habent ubiq; grauitatem habere, quoniam in igne, aere, & aqua grauitatem habent. secundo concludit aquam ubiq; grauitatem habere prętereq̃ in terra, ubi leuitatem habet. tertio concludit, aerem ubiq; grauitatem habere prętereq̃ in aqua, & terra, ubi leuitatem habet. Inquit. causa autem est, quoniam grauitatem habent omnia prãter ignem: nam aer, aqua, & terra grauitatem habent: hæc est prima suppositio ponit secũdam dicẽs, & leuitatem prãter terram. leuitat enim ignis, aer, & aqua, terra autem sola grauitat: hæc est secunda. Ex his excerpit primo, terram & terrea ubiq; grauitare, & inquit. terrã igit̃ & quæ terrę plurimum habent ubiq; grauitatem habere necesse est. ubiq; quia in igne, aere, aqua, & terra. si elementum in sua sphæra grauitet ut dicet̃. deinde ponit secundũ excerptum dicens, aquã autem ubiq; prętereq̃ in terra, ubi leuitat: grauitat enim aqua in regione ignis, & in regione aeris, & in propria regione ut dicemus. solum autem in terra leuitat. ponit tertium dicens, & aerem prętereq̃ in aqua & terra, ubi leuitat. grauitat enim in regione ignis, & in propria regione ut dicemus. ignis, ut primum. aer, ut. 2. aqua, ut Expositio. H

I 3.terra,ut.9. Animaduertendum,q̃ Auer. dicit omnia elementa præter ignem ſuis in locis aliquam habere grauitatẽ præter ignem:aliquam(ut dicit)& non ſimpliciter:qualẽ habent extra eorum loca,ſed aliquam quaſi diminutam. Hinc Themi.quæſtio tollitur:arguit enim Themi. ſi elementa haberent grauitatem ſuis in locis:in illis ſtarent uiolenter, uelut cum ſtant extra ea,quod ſoluit Auer.per hoc,q̃ elementa ſuis in locis non habent grauitatem ſimpliciter,ſed aliquã quæ eſt facilitas quædam:qua mota in illis deorſum facilius feruntur quàm ſurſum.quare per grauitatem aliquam Ariſtote.intelligit facilitatem:qua mobilia facilius deorſum quã ſurſum feruntur.& hoc Auerro. declarauit ex proiectis, ſed de his poſtea.

Sua enim in regione omnia grauitatem habẽt prę
K ter ignem:etiam aer . Signum autem eſt quoniam plus trahit inflatus uter uacuo.

Expoſitio. Duas ſuppoſitiones fecit:quarum prima erat, omnia elementa ſuis in locis grauitatem habere præter ignem.ſecunda uero erat,cuncta leuitatem habere præter terram. Secundam quidem relinquit,uel tãquam notam, uel quia patet ex declaratione primæ,uel quia illa nobis non deſeruit: & primam probat argumento ſumpto ab utre inflato, quia propria in aeris regiõe deorſum trahit.proponit ergo primo ſuppoſitionem,& inquit.ſua enim in regione omnia grauitatem habent præter ignem.hæc fuit prima ſuppoſitio . addit etiã aer ſupple propria in regione grauitatem habet:de quo quis poſſet ambigere. & hac ratione ſpeciatim exemplum, atque ſignum poſuit de aere: dicens , ſignum autem eſt quoniam plus trahit inflatus uter in propria regione ipſo uacuo,&hoc ut addit Simplicius modo uter ſit pelle tenuiſſima conſectus,ut membrana illa nullatenus promoueat.hinc patet prima ſuppoſitio.

Quare ſi quid plus aeris habet, quàm terræ, &
L aquæ: id in aqua quidem alio leuius: in aere uero grauius eſſe contingit. nam non natat quidem ſuper aerem:natat autem ſuper aquam.

	Lignum talentigum A		plumbum mnaigum B
ignis	1	ignis	1
aer	12	aer	2
aqua	5	aqua	3
terra	3	terra	9

Expoſitio. Ex his ſoluit problema & reddit cauſam accidentis, quia a.lignum talentigum in aere habet uirtutem motiuam deorſum ut. 20 quia in eo aer ut. 12. & aqua ut quinq̃, & terra ut tria omnia deorſum trahunt,quia ut proxima ſuppoſitione patet.aer propria in ſphæra grauitat. uim autem reſiſtitiuam habet ut unum,quia in eo ignis eſt ut unum . ergo mouetur deorſum ipſum.a.a proportione uigecupla.b.uero plũ
M bum in aere uim motiuam habet deorſum. 14.reſiſtitiuam ut unum: ergo mouetur in aere a proportione uirtutis motiuę ſuper reſiſtentiam. 14. quare.b.plumbũ in aere tardius deorſum fertur:a.uero lignum uelocius. in aqua autem econtra, quoniam uis deorſum motiua in.a. eſt ut octo. reſiſtitiua ut 13.ergo in illa non mouetur,ſed in ſuperficie natat.nam in aqua lignum mouetur deorſum propter aquam ut quinq̃, & terram ut tria , ergo mouetur a ui motiua deorſum ut octo. trahunt uero ſurſum ignis ut unum,& aer ut.12. ergo uis reſiſtendi erit ut. 13.b.autem mouetur deorſum in aqua a uirtute motiua ut.12.quia a uirtute aquæ ut tria,& terræ ut. 9.ergo a uirtute mouendi ut. 12.a reſiſtitiua uero ut tria, quia uirtute ignis ut unum , & aeris ut duo . ergo proportio uirtutis motiuæ deorſum ſuper eius reſiſtentiam in plumbo erit'maior quàm in ligno , ſi ponantur in aqua . & tota cauſa huius problematis eſt , quia omnia elementa propriis in ſphæris deorſum trahunt,pręter ignem ut aer,& aqua,& terra,ut declarauimus. Inquit. Quare ſi quid plus aeris habet ſupple lignum.a.quàm terræ & aquæ:id in aquà quidem alio ſcilicet plumbo leuius eſt.in aere uero grauius eſſe contingit, ut declaraui.nam nõ natat ſuper aerem, quia uis motiua eſt maior ui reſiſtitiua.natat autem ſuper aquam, quia uis reſiſtitiua eſt maior ui motiua.at in plumbo eſt oppoſitum, tardius enim fertur in aere quia proportio uirtutis motiuæ ad reſiſtẽ tiam eſt parua.uelocius uero deſcendit in aqua,quia proportio uirtutis motiuæ ad reſiſtentiam eſt magna. & ſic patet problema,& cauſa accidentis. N

Circa ſolutionem problematis Themi. diſſentit ab Ariſ. negat enim ſuppoſitionem,quæ dicit,omne elementũ ubiq̃ habere grauitatem præter ignem, primo , quia tunc nullum aliud elementum niſi ignis eſſet naturaliter in loco proprio, ſed uiolenter. Secundo,quia ſignum ſumptum ab utre nihil eſt,quoniam uter inflatus grauitat in aere,aut propter pelem,aut propter aeris condenſationem. Tertio , quia ſolui poteſt problema ſine illa ſuppoſitione,& q̃ ita ſit , declara- O
tur:accipiendo lignum.a. habere quatuor partes iuxta quatuor elementa , quæ argumenti gratia reducantur in duas. uidelicet in leuem ratione ignis & aeris , & in grauem ratione aquæ & terræ , ſitq̃ pars grauis in ligno maior quã pars grauis in plumbo.Similiter & leuis ſit maior in ligno a.quã in plumbo.b.ſecundo accipit nullum elementum in ſphæra propria grauitare,uel leuitare,ſed ita cito leuitare quàm cito uerſus deorſum extra ſphæram ponitur:ita cito autem grauitare cum primum extra ſphæram uerſus locum ſurſum collocatur.Ex hoc ſoluitur problema : nam cum lignum a.habeat plus grauitatis quã plumbum & in aere pars eius aerea dum eſt in eo:nec ſurſum, nec deorſum trahat, relinquit in aere ipſum citius moueri deorſum quàm plumbum, quia uirtus motiua deorſum eſt maior,& uis reſiſtendi uel æqualis in aere,uel minor:ex quo aer in eius ſphæra non grauitat per ſuppoſitionem.at in aqua licet uirtus grauitatis ſit maior ui exiſtente in plumbo:tamen reſiſtentia eſt maior cum ponitur in aqua,quoniam uis leuitatis in.a. ligno etiam ponebatur maior quàm in plumbo.& ſic patet problema ſiue ponatur ſuppoſitio Ariſto.ſiue negetur:modo concedatur extra ſphæram elemẽtum grauitare uel leuitare. Obijcit huic p
opinioni Auerro.ut mihi uidetur primo, quia aer in ſphæra ignis deſcendit.ergo immedia ſphæra habebit conditiones medias , & in ſphæra aquæ & terræ & ita in ſphæra media erit grauis & leuis : quare grauitabit & leuitabit. Secundo ſagitta pulſa mouetur ſurſum & deorſum in aere: ergo aer trahit ſurſum & deorſum,& ita eſt grauis & leuis:quare grauitat. Tertio accipitur lignum quod ſit in grauitate plũbo æquale.in leuitate plumbo maius in cẽtuplum. caſus eſt poſſibilis.modo experientia doceret hoc lignum uelocius in aere deſcendere quàm plumbum datum:quo conceſſo, quę ritur e qua parte citius lignum in aere ipſo deſcenderet uel e parte grauj,& hoc non,quoniam lignũ in grauitate eſt ęquale plumbo per caſum.ergo citius deſcẽdit e parte leue, & nõ niſi aer grauitet in ſua ſphæra:aliter non citius deorſum ueniret:ergo aer in ſua ſphæra grauitat.tertio reprehendit Auer. Themi. quia non fecit differentiam inter cauſam eſſentialẽ, Q
& accidentalem illius accidẽtis . Quod enim lignum citius in aere deſcendat certo plumbo:cauſa accidentalis eſt ſi poneretur maioris grauitatis ipſo plumbo.hæc enim cauſa pro tanto accidentalis eſt,quia ea ablata:adhuc lignum poſſet citius moueri deorſum in aere, quia(ut dictum eſt.) ubi lignũ & plumbum eſſent æqualis grauitatis: adhuc lignum(ut docet experientia)citius deſcenderet, & non tamẽ propter partem grauem maiorem:ergo uera cauſa &per ſe.quare lignũ citius in aere deſcendit eſt, quia conſtat tribus grauibus.uidelicet aere,qui in ſphæra propria eſt grauis, & aqua, & terra.quare oportet dicere aerem in ſua ſphæra grauitare. Ad illud de utre:in quo Themi.reſpondit Ariſto.Auer.dicit primo.illud eſſe exemplum,& non ſignum uerum, quia exempla ponimus,ut ſentiant qui diſcunt.ſecundo dicit Ariſtote. ſuppoſuiſſe utrem eſſe tenuiſſimæ membranæ adeo ut non promoueat plus q̃ aer.Themiſtius uero credit utrem eſſe ex craſſa admodũ pellicula. hęc breuiter in cõmẽto colliguntur.

Sed

A Sed an uera ſint: Dubium eſt non paruum. Auerroes dubium hoc diſſoluit in præſenti commento, & infra commento. 39. unde hic ponit hanc concluſionem quòd media elemẽta proprijs in locis grauitent & leuitent. Commento uero 39. ponit aliam, quòd, uidelicet: licet hæc media elementa grauitent & leuitent proprijs in locis; tamen in illis magis grauitant. Primam concluſionem tribus rationibus potiſſimum confirmauit: prima, quia aer deſcendit à regione ignis & aſcendit à regione terræ, & aquæ: ergo aer grauitat & leuitat in loco eius medio. Secunda, quia ſagitta propulſa mouetur ſurſum & deorſum in aeris regione. ergo aer trahit ſurſum & deorſum, & ita leuitat & grauitat. Tertia, ſit lignum cuius aqua, & terra ſint æquales aquæ, & terræ, quæ ſunt in plumbo, & ignea quoq; pars ſit æqualis in utroq;. aerea uero ſit centupla in ligno ad partem aeream plumbi: caſu iſto B poſito, conſtat in regione aeris lignum eiuſmodi citius deſcendere plumbo, & non ratione aquæ, & terræ, quæ in utroq; ſunt æquales: nec ratione partis igneæ, quia illa non trahit deorſum, & in utroq; eſt æqualis: ergo ratione partis aereæ. quare ſi lignum in aeris regione citius plumbo deſcẽdit: aer ſua in regione grauitabit. Secundam concluſionem probauit commento. 39. primo, argumento ſumpto ab utre inflato. Secundo, quia aer naturaliter deſcendit ablato ſubterpoſito: præter naturaliter uero aſcendit ablato ſuperpoſito. tunc arguo, omne naturaliter deſcendens ablato ſubterpoſito, & uiolenter aſcendens ablato ſuperpoſito naturaliter ſua in ſphæra magis grauitat, quàm leuitat. Sed aer, & aqua ſunt eiuſmodi. ergo ſuis in ſphæris naturaliter magis grauitant quàm leuitant. Tertio, pars leuiſſima animalis grauitat, ut ſpiritus, & non ratione terræ, quia eſt omni ex parte aereus. ergo ratione aeris. quarto, in aere, & aqua ſunt cauſæ grauitatis magis, quam leuitatis, ut commento illo probabitur: ergo in ſuis ſphæris magis grauitabunt quàm leuitabunt. Vltimo, tunc ea in quæ ſublimi apponunt deorſum C non facile mouerentur. Hæc Auerro. in commentis. Hæc quæſtio ſpecialis uidetur in elementis medijs. non enim Ariſtote. dubitat de igne & terra: cum dicat ignem leuem eſſe tantum & nullo modo grauem: terram autem grauem & nullo modo leuem. recentiores tamen ampliant quæſtionẽ ad omnia elementa, ut patet. Themiſtius autem tenet in ſphæris propriis nullum elementum grauitare, uel leuitare; extra tamen loca illa concedit & grauitare & leuitare, ut ad loca eorum perueniant. Vtitur ratione, ut Auerro. retulit, qa ſi grauitarent, tunc in eorum locis uiolenter quieſcerent: nã ſi grauitarent: naturaliter deorſum deſcenderent; ergo in eorum locis uiolenter ſtarent. huic fauet textus dicens: cum igitur fiat ex aqua aer, & omnino ex graui leue: eo ipſo ſurſum uenit, & nõ ulterius fit, ſed illic eſt. quare aer cum ponitur in regione aquæ, uel terræ, mox leuitat: cum autem in proprio loco collocatur, mox ſtat, & nullo modo mouetur. Preterea idem confirmatur ſigno ſumpto à natantibus cum quãdoq; ſub aquis natant, & nullum perſentiunt põdus. inſuper nos qui incolimus in aeris infima regione, grauitatem, aeris nullo modo percipimus: quare ipſe nullo modo grauitare uidetur. Sed inter hos poteſt poni cõcordia: ideo debes ſcire gra D uitatem accipi poſſe pro qualitate, qua aliquid dicitur formaliter graue. & poteſt ſumi, pro actu ſecundo, quo graue dicitur actu moueri deorſum. tertio ſumi poteſt, pro diſpoſitiõe qua dicitur actu reſiſtere ei quod ipſum ſurſum trahit. uel ut uiue re poteſt ſumi pro eſſe, & pro operari, et pro ipſo reſiſtere corrumpenti. Tunc dicerem ſaluo meliori iudicio, primo, qp elementa media in ſuis ſphæris ſunt grauia & leuia formaliter grauitate ſumpta pro ipſo actu primo, & hoc tres rationes præſentis commenti probant. Secundo dicerem elementa media proprijs in ſphæris non ſunt grauia, nec leuia, grauitate & leuitate ſumptis pro actu ſecundo. & hoc probant rationes Themiſtij. tertio dicerem, qp elementa media in ꝓprijs ſphæris grauitant capiẽdo grauitatem pro diſpoſitione qua illa reſiſtunt potius illi quod ipſa ſurſum trahit, quàm deorſum. & hoc probant rationes Auerro. commenti. 39. & ſignum de utre, & argumentum eiuſdem. Per hæc tollitur contradictio in dictis Ariſtotel. nam Ariſtoteles hic &. 21. E prima particula: problemate. 17. & particula uigeſima ſexta problemate. 10. 12. & 13. & undecima particula problemate quadrageſimo quinto uidetur tenere illud idem, quod hic aſſeruit: uigeſima quinta uero particula problemate. 12. tenet oppoſitum. ait enim utrem tantum plenum quantum uacuũ æque perlibrari. tu uero per hæc, quæ diximus, tolle contradictionem. Si quis tamen uellet ſuſtinere media elementa non grauitare grauitate, ſecundo modo dicta pro actu ſecundo, ut multi ſentiunt: facile poſſet reſpondere rationibus in contrarium factis. ad illud enim de utre patet non ualere, quoniam fortaſſe grauitat propter pellem, & fortaſſe ob aeris condenſationem, & fortaſſe caſus eſt falſus ut nos ſumus experti. Argumentum præterea Ariſtote. nullum eſt, quia omne locatum naturaliter uiolenter mouetur extra locum eius, & ita aer uiolenter deſcendit remoto corpore ſubterpo F ſito. Præterea, ſi aqua naturaliter moueretur ad medium. ergo uiolenter recedit à medio, ut Ariſtot. arguit primo huius: inſuper tunc uni corpori ſimplici plures motus ineſſent. demum Auerro. met, tenet aquam uiolenter deſcendere etiam ablata terra: ut patuit primo huius, commẽtis octauo &. 17. & ſecundo huius commentis trigeſimo primo &. 79. ſimiliter ſolui poſſunt rationes Auer. quo fit, uel elementa, nec primo, nec ſecundo modo grauitent: tertio tamen modo concedi poteſt, ut omnes authores autumant.

Quoniam autem eſt aliquid ſimpliciter graue, atque ſimpliciter leue: ex his perſpicuum eſt.

Expoſitio. His declaratis nunc quaſi epilogat ea quæ dixit. & ingt quoniam autem eſt aliquid ſimpliciter graue, atq; ſimpliciter leue: ex his perſpicuum eſt. uel forte per hæc uerba excuſat ſe à quæſtione, an eſt graue & leue ſimpliciter. nam cum terminauit quæſtionem quid ſit unumquodq; horum: quaſi G ſe excuſans à quæſtione ſi ſunt. inquit. quoniam autem eſt aliquid ſimpliciter graue, atq; ſimpliciter leue: ex his perſpicuum eſt: ſupple quæ diximus nunc, & quæ diximus primo huius, & quæ dicemus ſtatim.

Dico autẽ ſimpliciter leue quod ſemper ſurſum, & graue, quod ſemper deorſum aptum eſt ferri non prohibitum. ſunt enim aliqua talia, & nõ omnia grauitatem habent, ut quidam putant.

Expoſitio. Addit nunc definitiones grauis & leuis ſimpliciter, quæ ex motu colliguntur, ut per haſce apparet graue ſimpliciter, & leue ſimpliciter eſſe, ut inquit. dico autem ſimpliciter leue, quod ſemper ſurſum aptum eſt ferri niſi prohibeatur: & graue ſimpliciter etiam dico, quod ſemper deorſum aptum eſt ferri non prohibitum. differunt autem eiuſmodi definitiones ab illis, quæ aſſignatæ ſunt per quietem: ille enim indicant eſſentiam magis. eſt enim quies ipſa elementis naturalior. hæ uero oſtendunt differentiam eorum magis: ac illa eſſe: cum motus ſit ſenſibilior quiete: tunc quaſi refellens H opinionem antiquorum, inquit. ſunt enim aliqua talia, & nõ omnia grauitatem habent, ut quidam putant. hæc Ariſto.

Nam & aliis quibuſdã graue eſſe uidetur, & ſemper ad medium ferri. eſt autem & leue ſimili modo.

Expoſitio. Hæc quæ modo dixit. nunc confirmat authoritate antiquorum & ratione ſumpta à ſenſibus, inquit. nam & alijs quibuſdam, ſcilicet antiquorum, graue eſſe in rerum natura quicquam uidetur, & hoc quo ad quæſtionem an graue ſit, & ſupple etiam uidetur ſemper ad medium ferri, & hoc quo ad quæſtionem quid eſt. idem de ipſo leui, addit. & inquit. eſt autem & leue ſimili modo ſcilicet, & ens in rerũ natura, & id quod uidetur ſemper è medio ipſo ferri: hęc ex antiqs.

Videmus enim ut dictũ eſt prius terrã ipſam omnibus ſubeſſe; atq; ad medium ferri. at uero ipſum medium definitum eſt. At ꝓ ipſe Quod qdã medium


I Cum probauit illa authoritate ueterum: nunc eadem probat ſenſu, uel ſenſibili ratione ut eſt de more phyſici, quia uidelicet ſenſu uidemus terrea quędam corpora omnibus ſub eſſe, & hoc quo ad qōnem an ſit graue: atq; ad medium ferri, & hoc quo quid ſit graue. addit de medio, at uero ipſum medium definitum eſt, ad quod uidemus grauia ferri, qa nō mouentur, ad infinitū uel in ąbyſſum ut rudes putant. ex hoc quod uidemus, poteſt argui, uidemus terrea quædam moueri ad medium & ſubeſſe cæteris omnibus. ergo eſt aliquod graue quod omnibus ſubeſt, & ad mediū fertur. hæc de gra uibus. dixit autem { Terrea } & non terram, quia terra pura oculis non ſubiacet elementum enim purum coloratum nō eſt, quod ſi terrea uidemus ad medium ferri: cum non ferantur niſi ratione terræ. ergo terra magis deorſum fertur.

Si igitur eſt aliquid quod omnibus eminet, ut & ignis uidetur in ipſo aere ſurſum latus: aer autem
K quieſcens: patet hoc ad extremum ipſum ferri. quare nihil grauitatis ipſum habere poteſt: ſubeſſet enī alteri. Quòd ſi hoc eſſet, aliqd aliud eſſet profecto, quod ad ipſum extremum moueretur, quod ſuper omnia, quæ feruntur collocaretur. Nunc autem nihil eſſe uidetur. ignis ergo nihil grauitatis habet: neq; ēt terra leuitatem ullam, ſiquidem ſubſidet uniuerſis: idq; quod ſubſidet ad ipſum medium fertur.

Expoſitio. Nunc leue ſimpliciter eſſe & ipſum ferri ad extremū rōne quaſi à ſimili perſuadet, & licet procedat more prioriſtico à primo ad ultimum hypothetice ſyllogiçans: pōt tamen eius ratio ſic ad categoricam reduci quod omnibus ſupereminet eſt leuiſſimū ſimpl'r: ignis omnibus ſuperfertur. ergo eſt ſimpliciter leuis. minor probatur per impoſſibile, quoniā ſi non omnibus ſuperfertur ignis: detur oppoſitum: tunc alicui alteri non ſuperferet: ſed tale non uidet. ergo ignis omnibus ſu
L perfertur. Ariſto. uero procedit hypothetice, & inquit. ſi igit eſt aliquid quod omnibus eminet, ut & ignis uidetur in ipſo aere, & ſupra aerem ſurſum latus: aer aūt quieſcens: patet tale corpus ad extremum ipſum ferri. hæc eſt prima conſequētia: deinde facit ſecundam, & inquit. quare tale corpus ſupra aerem latum ipſo aere quieſcente nihil grauitatis ipſum habere pōt: cuius rōnem affert, ſubeſſet. n. alteri, & ultra inqt. q̄ſi hoc eſſet: aliqd aliud eſſet profecto, qđ ad ipſum extremū moueretur, quod ſuper omnia, quæ feruntur: collocaret. Deſtruit hoc conſequens, & inquit: nunc aūt tale nihil eſſe uidet ad ſenſum noſtrum. & cum nihil tale ſit: infert principalem concluſionem dicens, ignis ergo nihil grauitatis habet. repetit & idem de terra, & inquit neq; etiam terra leuitatem ullam, ſiquidem ſubſidet uniuerſis: idq; quod ſubſidet ad ipm medium. ſ. definitum fertur. Quare ſimpliciter graue eſſe, & ipſum ferri ad medium patet: ſimiliter patet eſſe ſimpliciter leue, & ipſum ferri ad extremum ab ipſo medio quæ duo p. poſuit Ariſto. Quod ſi has rationes hypotheticas ad categoricas uis reducere facile poteſt. Circa hunc textum animad
Quę auer. cō. 32. uertendum primo, q̄ Auer. dicit quædam: ex quibus patet ſolutio cuiuſdam dubij.

a

M Supponatur igitur centrum eſſe punctum terminans lineā. a. b. a concauo lunæ uſq; medium totius protractam. Arguatur ergo ſic linea. a. b. pōt protrahi uſq; ad punctum. e. ergo. b. nō fuit ultimum: ſimiliter uſq; ad punctum. f. & ſic. b. non fuit ultimum & ita centrum. b. non fuit definitum. Reſpondere uidet ergo Auer. nam punctū. b. pōt cōſiderari uno modo mathematice ut deſcriptum in linea, ut linea eſt. & ſic non eſt ultimū, quin poſſit intelligi adhuc aliud



ulterius, & ſic in infinitum. Alio modo poteſt conſiderari ra N
tione phyſica, ut punctum terminans lineam quæ eſt ſemidiameter mundi, & ſic eſt b. ipſum ultimum & finitum, ita ut non poſſit ſibi addi aliud ultra. hæc ex uerbis Auer. Secūdo animaduertendum, q̄ Auerro. pro roboratione rationis Ariſto. duo ſupponit: primum, q̄ nullus locus ſit ſupra loco ignis, quia tunc uel inueniretur aliud corpus ſenſibile ultra ignem, quod moueretur ſurſum ultra regionem ignis quod non patet, uel daretur uacuum inter concauum lunæ, & conuexum ignis: ad quod concauum moueretur corpus illud. Secundum eſt, q̄ locus aeris non poteſt ſe extendere naturaliter uſq; ad lunæ concauum, quia tunc ignis non haberet locum: in quem moueri poſſit, quia uel moueretur ad concauū cœli & hoc: non enim idem eſt locus duorum corporum. cū igitur concauum lunæ poſitum ſit locus aeris: ergo non pōt poni locus naturalis ignis: nec moueri poteſt ignis ad medium regionis aeris, quoniam uidemus ipſum ſuper omnia ferri. patet igitur locum naturalem aeris non eſſe poteſtum
O uſq; ad cœli lunæ concauum. Ex his duobus ſequitur ignem naturaliter locari in extremo, & ita eſſe leue ſimpliciter. & hæc fuit ratio Ariſto. Tertio animaduertendum, q̄ Auer. addit alias ratiões ad idem: Arguit enim primo partes ignis uidentur ſurſum ferri. ergo eſt aliquis locus ſurſum, ubi eſt congregatio omnium partium ignis: cuius exemplum eſt, ut ſi quis eſſet in montibus, & nunquam mare uidiſſet poſſet concludere mare eſſe: cum uideret omnes aquas fluere, & nihil conetur ad terminum non futurum. ergo oportet dare locum congregationis aquarum, & tale eſt mare. hæc ergo demonſtratio eſt, qua probatur aliquam ſpeciem eſſe, quod raro accidit, quoniam ſemper ſpecies ſunt ad ſenſum perſpicuæ. ſecundo arguit Auer. coniugatio calidi & ſicci eſt poſſibilis in natura, ut coniugatio humidi & calidi. Sed coniugatio calidi & humidi eſt actu aer. ergo coniugatio calidi & ſicci eſt actu ignis. Quarto animaduertendum, q̄ Auerro. mo
uet quæſtionem. uidelicet, quam ob cauſam ignis in propria ſphæra non lucet, ſed extra ſphæram bene. ait, q̄ quæſtio quę P
rit alium locum, quia librum de ſenſu. Reſpondet tamen, q̄ quemadmodum congelatio accidit aquæ: non ut aqua, ſed quatenus ſibi terrei uapores admixti ſunt, & ita ut aqua eſt mixtum quoddam, ſic ignis lucet, ut mixtum eſt terreo denſo: quare ut congelatio aquæ accidit ob diſpoſitionem illi extraneam, ſic ipſi igni accidit lucere ob diſpoſitionem ſibi extraneam. At cum elementa ſunt in loco naturali, non poſſunt habere diſpoſitionem extraneam. ergo non poteſt ignis in proprio loco lucere: ſicut nec aqua congelari. Hoc autē authoritate Alexandri confirmat, qui uoluit ignem in ſuo loco, & hunc noſtrum ignem dici fere ęquiuoce. Ille ſiquidem uitam conſeruet: hic eam deſtruit. Cuius ſignum eſt ex definitione ignis noſtri, & aquæ noſtræ, congelatio enim animalia corrumpit, ignis etiam. nam congelatio eſt denſatio frigidi corporis & ſicci: ignis autem ebullitio calidi & ſicci, quæ omnia uitam deſtruunt, quare ignis & aqua deſtruunt uitā. quare ignis ille eſt æquiuoce fere ignis. dixit fere æquiuoce, quia hæc æquiuocatio eſt fere per accidens. Nam ille ignis
Q eſt conſeruatiuus, ut ſibi miſcentur radij ſolis & ſtellarum, qui per ignem tranſeuntes, ueniunt ad nos, & nos calefaciūt: quare nos quodammodo uiuificat. at ignis noſter ut mixtionis hæc non facit, & ita per accidens dicitur ignis æquiuoce. Sed occurres, an ignis in ſphæra propria ſit noſtro igne calidior. Videtur enim primo q̄ ſic, quoniam eſt purus calor, & intenſiſſime talis. Ex alio uidetur ſecundo q̄ non, quoniam actio ſequit̄ formā in materia denſa exiſtentē. Auer. in cōmento libri Canticorū. 15. uelle uidet illū ignē non habere actu calorem: cum calor ſit accidens huic igni ſenſili, ut eſt in terreo corpore, uerum de his in libro de ſenſu.

At uero medium eſſe ad quod eorū quę grauita/tem habent, & e quo leuium, latio eſt: ex multis pa/tet. primo quidem ex eo, quia nihil ferri in infinitū contingit, ut. n. nihil eſt impoſſibile ſic, neq; fit impoſſibile. latio autem generatio eſt, unde quo.

Accepit

A Accepit tanquam omnibus constans mūdi medium esse
Expositio. definitum, hoc est finite distans ab ipso cœli concauo. at nūc illud probat pluribus rationibus. primo, quia si medium ad quod simpliciter graue mouetur, distaret per infinitum à cœli concauo extremo: tunc nullum prorsus graue simpliciter deorsum ad medium moueretur, quod est contra sensum. Et ratio patet, quia nihil moueretur ad locum ad quem peruenire esset impossibile. at impossibile est aliquod graue simpliciter peruenire ad locum distantem ab eo in infinitum. Inquit. At uero medium esse ad quod eorum quæ grauitatem habent latio est, & e quo leuium ēt latio est, ex multis patet. Et primo syllogiçans per impossibile dicit, & primo quidē ex eo, quia nihil ferri in infinitum contingit: cuius causam dicit. ut enim nihil est in rerum natura, quod est impossibile: sic neq; fit aliquid, quod ē impossibile. Impossibile enim ipsum, neq; est, neq; fieri potest. Nam quod esse nequit: etiā fieri nequit. Addit latio autem est, supple quædam generatio, siue quædam factio unde quo: hoc est ē termino e quo
B ad terminum ad quem finita & recta. quare proficisci nō potest ad terminum infinitum. quare oportet medium mundi finite distare à circunferentia.

Deinde ignis quidem sursum latus: terra autem & quicquid grauitatē habet deorsum similes ad angulos fertur: quare ad medium ipsum feratur, necesse est. Vtrum autem ad terræ medium, an uniuersi feratur, cum idem sit: talia ratio est.

Expositio. Secundo arguit, ignis mouetur ad punctum definitū. ergo & terra, quoniam contraria corpora ad contraria puncta ferri necesse est. Inquit. Deinde ignis quidem sursum latus, terra aūt & quicquid grauitatem habet: deorsum ad similes angulos fertur. hinc dat conclusionem. d. hinc ad mediū ipm feratur terra definitum & terminatū necesse est. Excusat aūt se ab alia quæstione obiter occurrente. d. Vtrum aūt ad terrę medium, an ad uniuersi medium feratur. s. ipsa terra: cū medium idem sit. Alia ratio est, quod medium mundi sit definiC tum, ac ab extremo finite distans. Auer. probat primo, omne impossibile esse est impossibile fieri, motū infinitū esse est impossibile. ergo motum infinitum est impossibile fieri. quare medium ad quod feruntur grauia: finite distabit à circunferentia. Secundo arguit. Si unum cōtrarium est definitū, & ad locum definitum mobile: alterum etiā erit eiusmodi. ignis qui est terræ contrarius, est definitus, & ad locum definitum mobilis. ergo & terra.



Tertio arguit & describatur figura. a. b. c. f. e. cuius cētrum sit. o. quæ repræsentet mundi circunferentiam. ergo plana superficies transiens per polos mundi. e. f. & centrum. o. erit. e. o. f. ergo ut ignis ascendit e
D centro. o. ad. e. & ad. a. faciens angulum. e. o. a. & ad pūctū a. & b. faciens angulum. a. o. b. & similiter ad alia puncta faciens alios angulos: sic terra descendit per similes lineas faciens similes angulos. quare ut lineæ per quas meat ignis sunt terminatæ inter o. centrum & circūferentiam ita lineæ eædem erunt determinatæ respectu motus terræ. Patet igit mediū esse definitū, atq; definite distans ab extremis.

Cum autem id quod omnibus subsstat, ad mediū ipsum feratur: necesse est id quod omnibus supemi/net ad extremum eius regionis feratur, in qua mo/tum efficit. Contrarium enim est: ipsum quidem medium extremo, & subsstare semper, ipsi superemine/re. Quocirca & iure graue & leue duo erunt. Etenī loca duo sunt medium ipsum atq; extremum.

Expositio. Hactenus probauit ipsum medium ad quod grauia ipsa feruntur, in infinitum non proficisci, sed esse terminatū, atq; definitum: nunc conuertit sermonē & probat extremum ad quod ferē ignis, ēt non in infinitum distare: & quasi utiē con E uersione per consequētiam in ipso, sic, id quod omnibus subsstat, fertur ad mediū, quod non in infinitum deorsum procedit. ergo id quod omnibus eminet ferē ad extremum eius regionis in qua motum efficit, quod extremum non in infinitum subtollitur. Hæc conuersio declarata est. 2. Topi. nam subiecta & prędicata sunt inuicem contraria. Inquit. Cum aūt id quod omnibus subsstat, ad medium ipsum ferat, quod supple non in infinitum deorsum protenditur: necesse est id quod omnibus supereminet ad extremum eius regionis feratur, in qua motum efficit, quod non ad infinitum subtollitur. Hęc est conuersio: cuius rōnem ait. contrarium enim est: ipsum quidem medium extremo, & subsstare atq; superemi nere. & sic prædicatum prædicato, & subiectū subiecto opposita sunt. Sic igitur patet, sicut mediū infinitum non procedit deorsum: ita nec extremum in infinitum non subtollit sursum. & sic tam medium ad quod terra ferē, q̄ extremum F ad quod ferē ignis finitum esse atq; terminatum, ita ut inter illa sit intercapedo finita atq; terminata. Ex his deducit graue & leue esse duo corpora diuersa, & genere uel specie differentia: quēadmodum & loca eorum duo sunt. uidelicet medium, & extremum, ut diximus. Inquit. Quocirca & iure graue & leue duo erunt corpora genere diuersa. Etenim loca duo sunt, ut diximus medium & extremum ipsum. Quod uero ad uerba attinet: cum Arist. ait { Quocirca & iure graue & leue duo erunt. } Auer. per duo intelligit duo contraria. Quę auer. & q̄ sint contraria: declarat Auer. ex diffinitione contrariorum quæ est esse illa, quæ maxime distant sub eodem gene cō. 34. re, ut dicitur. 10. meta. At graue & leue maxime distare constat, quia maxime distant esse & loco: quæ uero maxime distant loco, uidentur distare forma, siquidem locus sit perfectio & forma locati. quare cum graue & leue maxime distēt loco: maxime distabunt forma. & per consequens maxime distabunt esse: quare graue & leue contraria erunt.

Id igitur quod & horum intermediū est, aliquid est, quod ad utrunq; ipsorum alterum dicitur. Id. n. quod amborum intermedium est: est ut extremum & medium. Quocirca etiam aliquid aliud erit gra/ G ue & leue, ceu aqua & aer.

Probauit leue & graue simpliciter esse duo & contraria, q̄ Expositio. finite distant, sed maxime. at nunc probat dabile esse graue & leue secūdum quid, quod dicit graue & leue in respectu. & quia hoc ex dictis sequitur: ideo quasi illatiue cōcludit sic, cum leue simpliciter, & graue simpliciter duo sint cōtraria, quæ maxime distant, licet finite, erit assignandum aliqd horum intermediū, quod ad utrunq; seorsum comparatum, dī alterū: ita ut respectu leuis simpliciter sit graue. respectu grauis simpliciter sit leue. Et huius causa non tantum ex dictis constat, sed eo patet quia semper quod est aliquorum inter medium est medium & extremū, ut fuscū est medium: quatenus est inter album & nigrū, est extremū comparatū alteri. Hac rōne inter illa simpliciter talia erunt graue & leue in respectu, aer uidelicet & aqua. Inquit. Id igit quod & horū intermediū est, aliquid est, quod ad utrunq; ipsorū seorsum comparatū alterum dī. nam respectu leuis simpliciter dicit graue: & respectu grauis simpliciter dī leue. & quia hoc nō tantū sequitur ex dictis: ideo quasi aliam causam assignans, H inquit. Id. n. quod amborū. s. grauis simpliciter, & leuis simpliciter intermediū est, est ut extremū, & est ut medium. Est quidem ut medium, comparatum ad utrunq;. est ut extremū comparatum nunc uni eorum, nunc alteri. Ex his deducit graue & leue eiusmodi in respectu esse: aliud quoddā ab extremis, quod est ut aer & aqua. Inquit. Quocirca ēt aliquid aliud erit graue & leue in respectu, aliquid aliud dico à simpliciter leui, & à simpliciter graui: ceu aqua & aer, quæ sunt grauia & leuia secundum quid. Sed circa hæc quæ dicta sunt, dubitatur primo, quia Aristo. uidetur petere principiū: nam (ut dī. 8. Topico. cap. 10.) una spēs petitionis est, quoties aliqs alterū petit eorū, quæ sese sequuntur, ut conuersiones & loca conuertibiliū, & eiusmodi Ari. usus est. Adhuc

I uidetur uti circulo: nam prius ex definitione loci ignis probauit medium esse definitum. Postea ex definitione medij probauit locum ignis esse definitum. Præterea. In scientia demonstratiua processit topice: cum argumentatus sit ex cõsequentia in ipso, quæ est locus topicus. Insuper Arist. probauit duo esse, leue simpliciter, & graue simpliciter: non autem in respectu talia duo esse probauit. ergo non est plene probatus numerus elementorum. Ad hæc respondetur Aristo. processisse topice: non autem demonstratiue, quoniam demõstratiue hæc omnia probauit in primo libro. Et ideo topice potuit uti petitione principij, quæ licet scientiam non faciat, facit tamen opinionem. & hac ratione usus est circulo, & cõsequentia in ipso, & eiusmodi, omnia enim hæc topice generant opinionem: scientiam uero non, quoniam alibi per ueras demonstrationes processit. Ad illud de numero elemẽ-
K torum respondet Themi. q̃ probare duo esse media spectat ad librum de generatione, quia ex numero coniugationum possibilium. Auer. autem uult etiam talem numerum probari hic, propterea q̃ medium habet naturam extremorum. & cum leue non sit medium mixtione, erit medium numero: ita erunt duo, & hæc probatio est Aristo. ut dicit. Tu uero considera hæc, quia postea dicemus.

Dicimus autem id quidem quod continet, formę esse. Id autem quod continetur, materię. Atq; hęc differentia omnibus in generibus est. Etenim in quali & quanto: aliud quidem ut forma magis: aliud autem ut materia est. & in his, quæ sunt secundum locum simili modo: sursum quidem definiti: deorsum uero materiæ est.

Expositio. Nunc recapitulando partim, partim etiam addendo qd noui, comparat inter hæc, ostendens alterum eorum esse ut formam, alterum ut materiam. Est enim ut forma elementũ continens, ut materia elementum ipsum contentum. Inqt. Dicimus autem id quidem quod continet formæ esse. id aũt quod continetur materiæ. hoc probat inducendo in cæteris
L omnibus prędicamentis, & inquit. Atq; hæc differentia omnibus in generibus est. s. q̃ unum contrariorum se habeat ut materia, & alterum ut forma. etenim in quali & quanto: aliud quidem ut forma est magis: aliud aũt ut materia est ut magnum in quanto forma est, paruum materia. In quali uero calidum forma, frigidum materia, & supple, cum ita sit in cæteris omnibus generibus, & eorum quæ sunt secundum locum uidetur unum quoddã genus, & pro ergo in his, quæ sunt secundum locum simili modo, sursum erit definiti hoc est formæ: deorsum uero materiæ. & sic patet ratio eius, qd'
Quæ auer. cõmẽ. 35. proposuit. Aiaduertendum secundum Auer. q̃ Aristo. fecit hanc differentiam, ut ostenderet elementa esse similia & cõtraria. contraria quidem, cõtrarietate, quæ est inter loca, atq; inter nobile, & ignobile. Similia uero similitudine, quæ est inter perfectionem & perfectibile. nam nobile est perfectio & forma: ignobile perfectibile, ac ut materia. Quod uerò ad uerba attinet, Aristo. per ea quæ sunt secundum locum:
M intelligit ea quæ sunt in prędicamento ipsius ubi, ut Auer. inquit. & quia hæc differentia latet in prædicamento ubi, & patet in cæteris prædicamentis: ideo inductione & exemplo cæterorum prædicamentorum illud probauit.

Quare & in ipsa materia, quę est ipsius grauis & leuis: quo quidem tale potentia est ipsius grauis materia. Quo autem tale est ipsius leuis.

Expositio. Recentiores exposuerunt Arist. uelle nunc ostendere consimilem habitudinem esse in materijs ipsis, qualem uidemus in formis, quoniam ut in formis: altera dicitur ut forma, altera ut materia. ita in materijs, altera materia est forma: altera ut materia. uerbi causa. materia ipsius grauis est ut materia: materia ipsius leuis est ut forma, quoniam graue est ut materia, leue ut forma. materia. n. quæ est formę nobilioris respectu materiæ, quæ est in potentia ad formam ignobiliorem se habet, ut forma. Quæ expositio non placet, quoniã Arist. nullibi solitus est accipere materiam tanquam alterius formam. Auerro. autem uult Aristo. concludere duplicem esse materiam, uelut duplex est corpus. uidelicet materiam ipsius N
grauis, & materiam ipsius leuis. Cuius causam Auerro. addit, quia cum materia sit potentia, illud cuius est materia: necesse est illius naturam habeat, cuius est materia & potentia: aut si sit substantia, potentia erit substantia. Sinautem erit potẽtia accidens: ipsa erit accidens. quare cum graue actu nõ sit, nisi actu sit suo in loco infero: similiter nec leue actu sit, nisi actu sursum fuerit: necesse est id esse materiam ipsius grauis, quod est potentia sursum. illud uero leue, quod est potentia deorsum. Mihi aũt uidetur Aristo. uelle concludere unã esse materiam, quæ est ipsius grauis, & ipsius leuis, & inqt. quare & in ipsa materia, quę est ipsius grauis, & ipsius leuis. supple dicendum est esse idem: nam quo quidem tale potentia, supple leue, est ipsius grauis materia. quo autem est potentia tale, puta graue, & leuis ipsius materia erit. Quare eadem est materia grauis & leuis.

Et est quidem eadem: esse autem non idem: quẽadmodum corpus, & ęgrotabile & sanabile est. Esse O
autem non idem quapropter, neq; infirmabile esse, aut sanabile esse.

Expositio. Concluſit unam esse materiam grauium & leuiũ. at nunc ostendit, quomodo materia sit una, & qũo plures, & ait unã esse subiecto: ratione uero plures esse, uelut corpus ægrotabile & sanabile, unum est subiecto: plura tamen esse & rõne. inquit. & est quidem eadem, supple ipsa materia subiecto, q̃ est grauium & leuium: esse aũt siue ratio non est idem: quemadmodum corpus idem subiecto est, & sanabile, & ægrotabile. esse aũt siue ratio non eadem. quapropter neq; infirmabile esse, & neq; sanabile esse est idem: licet hæc subiecto eadem sint. Ergo materia grauium & leuium eadem est subiecto: diuersa aũt ratione. Auerro. colligit hic materiam esse Quę auer. comẽ. 35
unam subiecto omnium formarum, & plures habilitate, & ita plures erunt potentiæ respectiuæ pro numero formarum, ut patuit libro physicorum.

Id igitur quod talem materiam habet, & leue est, Seorsum Simplr Fertur Latas
& semper sursum. id uero, quod contrarium, graue est, & semper deorsum. id autem quod diuersas quidem ab his: sic uero inter sese habentes ut hæ, & sursum & deorsum, seorsum latas: quapropter uterq; P
aer, & aqua, & leuitatem, & grauitatẽ habet, & aqua quidem prętерquam terræ, omnibus subsidet. Aer autem prętерquam igni omnibus supereminet.

Expoſitio. Vt Auer. inducit Arist. declarauit hæc corpora simplicia esse inter se quasi materiam & formam, uult declarare differẽtiam inter leue simpliciter & graue simpliciter, ut habeat alterum alteri esse, ut formam. Secundo declarat ẽt corpora quæ inter hæc sunt: qualia sint, & esse inuicem materiam & formam secundum comparationem: hoc est ei quod cõtinet formam, & ei quod continetur, materiam, ut ex his habeat grauia & leuia esse quatuor corpora. inquit. Id igitur quod talem materiam habet, talem dico caliditate & siccitate affectam, leue est, & sursum supple fert. Id uero quod habet materiam contrariam: hoc est contrario modo affectam. s. frigido & sicco, est graue, & semper deorsum fertur. & sic patet primum. s. differentia corporum, quæ sunt simpliciter graue Q
& simpliciter leue. Deinde declarat qualia sunt corpora media, & inquit. Id autem quod diuersas quidem ab his habet, sic uero inter sese habentes, ut hæ extremæ sese habent, hoc est ẽt diuersimode affectas, & sursum & deorsum, seorsum latas habet, sup. uerbum seorsum græce est ἁπλῶς, latine simpliciter, uerum hic simpliciter intelligitur pro seorsum non pro absolute. hinc sequitur alterum horum alteri esse formã quoniam quatenus leue est forma, quatenus graue est materia. Ex his deducit qualia sint aer & aqua, & inquit. Quapropter uterq; & aer, & aqua, & leuitatẽ, & grauitatem habet: & aqua quidem prætерquam terræ, omnibus subsidet. Aer autem prætерquam igni, omnibus supereminet. Erunt igitur simplicia corpora quatuor, quia duo extrema, & duo media, ut statim deducet.

Cum

A Cum autem unum ſit ſolum, quod omnibus ſupereminet,& unum ſolū, quod omnibus ſubſidet: duo alia eſſe neceſſe eſt,quę & alicui ſubſtat,& alicui ſupereminent.quare & materias eſſe tot neceſſe eſt, quot quidem hæc quatuor. Adeo uero quatuor,ut una quidem ſit omnium communis:præſertim ſi ex ſeſe mutuo fiunt.eſſe uero diuerſum ſit.

Expoſitio. Ex dictis deducit numerum elementorum uolens illa eſſe quatuor:duo quidem extrema,& duo media, & numerū materierum ex quibus ſunt:quę etiam tot ſunt,quot hæc q̄tuor eſſe deductum eſt:& inquit. Cum aūt unum ſit ſolum, quod oībus ſupereminet,quod uocatur ignis,& unum ſolū quod omnibus ſubſtat, quod dicitur terra: duo alia neceſſe eſt eſſe,q̄ & alicui ſubſtāt,& alicui ſupereminent:& ſic erūt quatuor,duo extrema,& duo media. deinde quot ſint horū mareriæ deducit,& qūo tot,& inquit.quare & materias eē

B tot neceſſe eſt,quot quidem ſunt hæc quatuor corpora:quo uero modo ſint quatuor,exponit.& inquit. Adeo uero quatuor,ut una quidem ſit omniū communis ſecundum ſubiectum,præſertim ſi elementa ipſa ex ſeſe mutuo fiūt:non enī poſſent mutuo fieri,niſi eſſet eoꝝ una cōis materia. eſſe uero atq; ratio diuerſum ſit.ergo ſunt quatuor materiæ ſecundum rationem,& una ſecundum ſubiectum.

Prohibet enim nihil intermedium cōtrariorum eſſe, & unum , & plura:quemadmodum in coloribus.Multis enim modis dicitur intermediū ipſum, & ipſum medium.

Expoſitio. Soluit hic dubium,nam duorum extremorum, unum eſt medium tantum.ergo non niſi unum elementum medium, cui reſpondet Ariſ.d. prohibet enim nihil intermediū contrariorum eſſe,& unum,et plura:ut in coloribus,ubi omnia media ſunt unum uno modo:& plura alio modo.huius rōnem ſubſcribit.d.Multis enim modis dicitur intermedium

Quę auer. cōmi. 38. ipſum,& ipſum medium. Auer.uidetur mouere quęſtionē quoniam in præcedentibus Ariſto.poſuit plura intermedia

C de ineſſe:& hæc ex numero locorum hic ponit plura intermedia de poſſibili,& ita uidetur ſibi diuerſus , quæ ratio fauet Them. Auer.pro Ariſt.utitur hoc ſyllogiſmo, contraria ſecundum locum & formam habent plura uno medio . ſed graue ſimpliciter , & leue ſimpliciter ſunt contraria ſecundum locum & ſecundum formam . ergo habent plura media uno. Maior paret,quoniam contraria ſecundum formā ſub eſſe remiſſo poſſunt habere unum ſubiectum,ſed cōtraria ſecundum locum & formam non poſſunt habere unum locum naturale:ut nec unum motum.reſtat ergo plura uno eſſe. Quod autem duo ſint duntaxat:non ſatis demonſtrat Auer.ſed ex dictis eius haberi poteſt. Siqs aūt uellet poſſet Them. & Auer. concordare. nam Them. uult hic non ꝓbari numerum elementorum.ſ.demonſtratione. Auerr. autē uult hic numerum elementorum probari ſ.topicis ſyllogiſmis: qui opinionem faciunt. Quod uero ad uerba attinet intermedium & medium idem eſt.uerum intermedium eſt inter

D extrema ſecundum locum. Medium autem ſecundum qualitatem,uel alia prædicamenta. Ait tñ multis modis utrūq; dici,quia dicitur medium formæ,& medium ſitu,& mediū abnegatione & alijs modis.

Vnumquodq; igitur eorum,& quæ grauitatem & leuitatem habet,grauitatem habet (terra autem in omnibus grauitatē habet) niſi in his quibus ſupereminet:quapropter & ſi ſubtrahantur quidem fertur deorſum in id,quod deinceps eſt. Aer quidē in aquæ regionem:aqua uero in eam,quæ eſt terrę.

Expoſitio. Superius probauit elemenra media ſuis in locis eſſe grauia & leuia,quod ſit in illis leuia non probauit.at q̄ ſint grauia,probauit exemplo utris inflati,qui in ſphæra aeris grauitat,& non eſt,niſi aer. At nunc probat q̄ illa media elementa potius grauitant,q̄ leuitant.hoc proponit.d. Vnumqd q̄ igitur eorum,quæ & grauitatem & leuitatem habet, ut ſunt media elementa,quę ſunt grauia & leuia,grauitatem habet: E hoc eſt potius grauitat q̄ leuitat.addit quaſi extra hoc de terra,id quod ſuperius dixit, & inquit . Terra aūt in omnibus locis omnium elementorum grauitatem habet, uelut ignis in omnibus habet leuitatem.hoc interpoſito de terra,reddit de mediis elementis,& conſtrue ſic,unūquodq; eorum medioꝝ magis grauitat,niſi in his elementis in quibus ſupminet. nam(ut dicetur) aer non grauitat in regione aquæ: nec in regione terræ.hoc probat à ſigno,quia illis ſuper q̄bus eminet ſubtractis, unumquodq; eorum mediorum ferē deorſum in id eſſntum, quod deinceps eſt. ergo unūquodq; eorū grauitat magis, niſi in illis ſuper q̄bus eminet. inquit. niſi in his,quibus ſupereminet,quapropter hoc eſt. nam & ſi ſubtrahantur quidem illa elementa:quibus eminet unūquodq; eorum:fertur deorſum in id elementum, quod deinceps eſt : aer quidem in aquæ regionem : aqua uero in eam regionem , quæ eſt terræ. ergo eorum unumquodque gra- F uitat magis.

Surſum autem in eam quæ eſt ignis , igne ipſo ablato non fertur aer,niſi ui:ſicut & ipſa aqua trahitur , cum ipſum planum ſit unum . & celerius quis ſurſum traxerit aquam quàm ſit ea latio , qua ipſa fertur deorſum:neq; aqua in eam,quæ eſt aeris,niſi ut nunc dictum eſt.

Sed contra,quoniam à pari ablato igne ſuperpoſito aer Expoſitio. fertur in eius locum,& aqua inſequitur aerem . ergo hoc ſignum non uidetur probare illa eſſe grauia, ſed etiam leuia. Reſpondet Ari. q̄ aer fertur in locum ignis ablato igne ui, & non naturaliter.deorſum uero fertur ablata aqua & terra naturaliter,& ſic magis grauitat q̄ leuitat:aqua uero fertur ſurſum inſequendo aerem,qui mouetur ad locum ignis illo ablato,duobus ſtātibus uidelicet q̄ ſupficies aquæ,& aeris unū quod,'& non diſſecta,& q̄ qui trahit aerem, citius illū trahat:q̄ aqua ſit apta deſcendere.hoc enim modo ne detur uacuum,aqua inſequitur aerem,inquit.Surſum autem in eā regionem, quæ eſt ignis igne ipſo ablato,non fertur aer niſi ui . Deorſum autem ſublatis elementis quæ ſupponuntur, G fertur naturaliter , ſicut & ipſa aqua trahitur , ſurſum inſequendo aerem , cum ipſum planum aeris & aquæ , hoc eſt cum ſuperficies aeris , & aquæ fuerit una : ita ut inter aerem & aqua nullum interſit corpus . hæc eſt prima conditio , & celerius qs traxerit ſurſum aquam,quàm ſit ea latio qua ipſa fertur deorſum,ut ſit quando quis reuoluit uaſculū aqua plenum uelocius q̄ ipſa,ſic moueri apta.nam tūc aqua remanet ſurſum,hæc eſt ſecunda conditio.Dixit qñ ſuperficies fuerit una aeris & aquæ,quia ubi intereſt aliquod corpus:non oportet aquam ſeq aerem,ne detur uacuum.Addit neq; aqua ferē in eam regionem:quæ eſt aeris,niſi ui:ut nūc dictum eſt. at deorſum hæc feruntur naturaliter, & non ui.

Terra autem hoc non patitur , quia planum non eſt unum.Quapropter aqua quidem in uas ignitū trahitur:terra autem non.

Sed cōtra,quia à pari terra moueretur inſequendo aquā Expoſitio, quod non uidetur,reſpondet.d.Terra autem hoc non patiē, H quia planum atq; ſuperficies terræ & aquæ non eſt unū,cū aqua ipſa ſit liquida, & terra ſit dura,& per conſequens diſferunt ſuperficie.hoc probat quodam ſigno,& inquit. Quapropter aqua quidem in uas ignitum trahitur: cum ſupplecalefit , quia ſuperficies aquæ eſt quaſi una cum ſuperficie aeris,qui continetur in amphora. Terra aūt nō trahitur: qa ſuperficies terræ differt a ſuperficie aeris. Circa præſens ca Quæ auer. put multa ex commento annotanda ſunt. & primo annotā cōmē. 39. dum q̄ Auer. ſoluit in dictis Ariſ.contradictionē.Nam Ari. prius uoluit elementa media eſſe grauia,& leuia.hic uidetur probare elementa media eſſe grauia.Reſpondet Auerr. ſermonem Ariſt.eſſe comparatiuum,quia primo uoluit elemēta media eſſe leuia & grauia.hic autē probat illa magis uergere ad grauitatem. Secundo notandum, q̄ Ariſto.probat Signū Ari. elementa media habere magis de grauitate a ſigno : in quo ſigno Auerro.ſupponit media elementa facilius deſcendere

I ſublatis inferis elementis, q̄ aſcendant ablatis ſuperis, nec hoc ꝓbat aliter, ſed ueluti omnibus perſpicuum ſupponit. Ex hoc ſigno poteſt ſic ſyllogiçari: quęcūq; facilius deſcendunt q̄ aſcendunt magis grauitant q̄ leuitāt, ſed media elementa facilius deſcendunt. ergo magis grauitant. Secundo Auer. ait. hoc ſignum non probare media elementa eſſe grauia tantum, quia ſic duo corpora eſſent tantum uidelicet leuia tantum, & grauia tantum. Sed ꝙ cum ſint grauia & leuia, magis grauitant. Tertio annotandum, ꝙ Auerr. duos Themiſt. errores ponit. Voluit enim primo Themiſt. media elementa non facilius deſcendere q̄ aſcendere, ſed pari facilitate illa facere. ſecundo uoluit elementa media in ſuis locis, nec eſſe grauia, nec leuia: quia tunc eſſent uiolenter in locis proprijs. hi ergo ſunt errores Them. Quarto annotā dum, ꝙ Auer. reſpondet argumento Them. & innuit talem diſtinctionem. ꝙ grauitas uno modo poteſt accipi pro qualitate, qua elementa illa dicuntur grauia & leuia. alio modo pro diſpoſitione, qua tendunt potius deorſum q̄ ſurſum, & K non ſimpliciter: ſed ſublatis propinquis elementis. & hac ratione grauitas non eſt, niſi facilitas deſcendendi ſublatis inferis elementis. hoc aūt probat Auer. primo ſigno ſumpto a ſpiritibus: nam in animali ipſo ſpiritus ſunt aerei, & tamen facilius deſcendunt, q̄ aſcendunt. ſecundo argumento ab exhalationibus, quę facilius deſcendunt q̄ aſcendunt. Hæc enim non mouentur, niſi pulſa. quare niſi elementa media facilius deorſum pellerentur: hęc non deſcenderent. Tertio qualitas motiua aeris eſt à calore & ab humore, ſed aer eſt plus humidus q̄ calidus. ergo plus grauis q̄ leuis. Quinto annotandum, ꝙ Auerr. ſoluit quoddam dubium circa dicta Ariſt. Dixit enim Ariſ. ſuperficiem aquæ unam eſſe cum ſuperficie aeris. terræ uero ſuperficiem cum illa aquę non eſſe unam. contra quiſpiam obijciet: nam aqua & aer ſunt duo corpora. ergo duabus diuerſis ſuperficiebus diſtincta. Reſpondet Auerr. Ariſt. per unam ſuperficiem intelligere non unam omnino ac ex toto: ſed non facile partibiles ſeorſum. at ſuperficies aquę, & ſuperficies terræ facile diuidunt. Sex to annotādum ꝙ Auerr. obiter ſoluit quoddam problema, uidelicet cur calefacto fundo alicuius amphoræ trahitur aq̄, L ſi aqua fuerit prope foramen amphorę. præterea, quare calefacto fundo amphoræ, ſi prius aer remota oppilatione à foramine intrauerit: non amplius intrat aqua, etiam ſi ꝓpe foramen fuerit poſita. Alexan. dat duas cauſas, quas Them. enititur deſtruere, licet id q̄d dicit, nihil ſit. Prima ergo Alexan. cauſa eſt, ut euitetur uacuum. nam cum aqua ſubintrat, aer calefactus qui erat rarus, condenſatur: & ita minuitur, et per conſequens ne detur uacuum, aqua inſequitur: et quāto plus inſequitur aeremtanto, plus aer cōdenſatur. & ita uſq; ad fundum aqua ipſa proficiſcitur. Sed huic obijcit Auerr. q̄m amphora illa trahit aerem calidum, & aquam calidam. ergo aer ille tunc non condenſabitur à frigiditate aquæ. Pręterea arguit ex uentoſis, quæ trahunt carnem calidam: ubi patet non oportere aerem minui ex frigiditate carnis. Alia cā Alex. eſt, quia aer calefactus cōtinuat motum uerſus eam M partem: ad quam cepit moueri. Propterea multa aqua ſuccedet, qua per accidens aer ille condenſabitur, ut aqua ueniat uſq; ad fundum. Obijcit huic Auer. ex uentoſis. nam ſi attrahitur parum carnis, non attrahitur reſiduum, cum caro non ſit illius naturæ, ut motum continuet uerſus eam partē, ad quam cœpit moueri. Præterea. Arguit Them. quia attractum non expellit attrahens, ſed aqua eſt attracta, & aer calidus attrahens. ergo non expelletur uſq; ad fundū. Propterea Auer. reſpondet aſſignans cauſam, quia aer in ore foraminis amphoræ uertit in igneam naturam: quare ſurſum mouebitur. quo moto, corpus iuxta amphoræ foramen poſitum, ſiue ſit aer, ſiue aqua aſcendit ne detur uacuum, & ita una pars aliam inſequendo deueniet ad fundum. Addit tamen Auer. ꝙ ubi corpus poſitum iuxta foramen eſſet durū, tunc ignis ille non aſcenderet, ſed uiolēter ſtaret. cum enim durum corpus eum inſequi non poſſet, niſi ſtaret, daret uacuum. Ex hoc poſſet prima Alex. habere locum: ubi. ſ. aqua inſequens eſſet frigida: tunc enim condenſatione aeris aſcē det, ne detur uacuum. & ſic ſolutio Alexā. eſt particularis in caſu. poteſt etiam & eius ſecūda cā habere colorem: quia uera eſſe poteſt: cum aer ille ad naturam ignis conuerſus ſurſum petit: tunc enim, ſi aqua iuxta ponitur ipſa aerem inſequetur ne detur uacuum. Et ſic hæc eſt ſolutio Auerrois. N

Vt autem terra non fertur ſurſum: ſic nec ignis deorſum ſubtracto aere. non enim grauitatē habet in ſua regione: uelut nec aqua leuitatem. Sic, nec Nec ꝙ

Hactenus declarauit media elementa grauitare in eorū locis, nunc probat ignem nullo modo in eius loco grauem eſſe, quia ſicut terra ſubtracta aqua non leuitat: ſic nec ignis ſubtracto aere grauitat. inquit. Vt autem terra non ferr̄ ſurſum, ſupple aqua ablata: ſic nec ignis deorſum ſubtracto aere. non enim (ut ait) ignis grauitatem habet in ſua regione: uelut nec aqua habet leuitatem. Animaduerſione dignum aqua ſubtracta terram non aſcendere ad replēdum uacuū, quia aer deſcendet ad illum replendum. ſimiliter aere ſublato non oportet ignem deſcendere, quia aqua aſcēdet ad illud replendum. rareſiet enim aer & replebit uacuum ablata aqua: & rareſiet aqua, & replebit uacuū ablato aere. quare non oportet terram aſcendere, ut repleat uacuum ablata aq̄, nec ignem deſcendere ad replendū uacuū aere ablato. Expoſitio. O

Feruntur autem duo deorſum ſubtractis, quia aliud eſt ſimpliciter graue, quod quidem omnibus ſubſidet: aliud autem ad aliquid quod eſt graue, in ſuiipſius regione, aut in eis, quibus ſupereminet ob materiæ ſimilitudinem.

Redit nunc ad ea quæ dixit de medijs elementis, repetēs ea quæ illis dixit, & inquit. Feruntur autem duo deorſum. ſ. aer & aqua, non ſimpliciter: ſed ſubtractis. ſ. elementis inferis. Cuius cauſam repetit, & inquit. quia aliud eſt ſimpliciter graue, quod quidem omnibus ſubſidet, ut terra: aliud autem ad aliquid, quod graue eſt, aut in ſuijpſius regione, aut in eis elementis, ſaltem quibus eminet: nam illis q̄bus eminet ablatis mox deſcendunt, ſicut aer & aqua. quare hęc dicuntur grauia ad aliquid. Ex his quæ Auer. ait. in ſi. huius tex. nonnulli uoluerunt elementa ſuis in locis non eſſe grauia: quia addit { Aut in eis ſuper quibus eminent. } Et ſic non aſſerit omnino illa eſſe grauia in ſuis locis. Tu uero ſuperius hæc acute intellexiſti. Addit ob materię ſimilitudinē, quia elementa media quo ad eorum materiam propinquā magis ſimilia ſunt elementis ſuppoſitis, q̄ ſuperpoſitis. aer enim quo ad eius materiam magis cum aqua conuenit: & aqua quo ad eius materiam magis cum terra, & ita hæc media potius grauia erūt q̄ leuia. Sed quæres, ſi elementa media ſunt grauia & leuia, quam ob cauſam potius ſuis in locis grauitant, q̄ leuitant. Auer. innuit ſolutionem ex eo, qa ſunt humida. nam humiditas grauitat: ſignum autem, quia condenſatio grauitatem efficit, quæ ſine humore fieri nō poteſt. Sed hæc ſolutio friuola eſt, terra enim omniū eſt grauiſſima, quę tamen nihil humoris habet. Propterea dicerem ſaluo meliori iudicio, ꝙ ſicut nulla eſt quærenda cā, quare ignis eſt leuis ſimpliciter, & terra eſt grauis ſimpliciter, niſi quia ignis eſt ignis, & terra eſt terra: ſic nulla eſt quærenda Q cā, quare aer & aqua ſunt graues et leues in reſpectu, niſi qa aer eſt aer, & aqua eſt aqua. Similiter quoq; nulla eſt quęrenda cā, quare aer & aqua cum ſint graues et leues ad aliquid potius in eorum locis grauitant q̄ leuitant: niſi quia aer eſt aer, & aqua eſt aqua. Ideo huius rei nullam cām aſſignauit: ſed potius experimento utris, ita eſſe comprobauit. Expoſitio. Dubitatio Sol. Auer. Cōfutatio Sol. Auer. Propria Solutio. P

Quoniam autem æquales differentias ipſis facere ſit neceſſarium, patet. Siquidem enim una ſit omnium materies (ut uel uacuum, uel plenum, & magnitudo, uel triangula) aut omnia ſurſum, aut omnia deorſum ferentur. Si autem altera etiā latio non erit leue ſimpliciter: tunc profecto nihil erit: ſi cuncta repunt magis ex eo, quia ex maioribus ſunt corporibus, aut ex pluribus, aut quia plena. hoc autem Tunc Quare Profecto Vel

uidemus,

A uidemus, & etiam demonſtratum eſt: ſimiliter corpora ferri deorſum, & ſurſum, & ſemper, & ubiq;. Si autem uacuum, uel tale aliquid ſit, quod ſemper ſurſum, non erit id quod ſemper deorſum. & mediorum ergo quædam erũt, quæ deorſum celerius terra. Magno enim in aere triangula plura erunt: aut ſolida, aut plana erunt. At nulla pars aeris deorſum ferri uidetur, ſimiliter autem & in leui, ſi illud quiſpiam materia excedere fecerit.

Expoſitio. His diligenter examinatis, redit ad antiquorum poſitiones, nam alij omnium elementorum unam fecerunt materiam, penes uariationem, cuius dicebantur grauia & leuia elementa ipſa: alij effecerunt omnium duas materias, penes quarum euariationem etiam grauia hæc, & illa leuia eſſe dixerunt. Ariſ. ergo aduerſus hos proponit differentias materiales eſſe tot, quot elementa. & inquit. Quoniam aũt æquales numero differentias materiæ facere ipſis elementis neceſſarium ſit: ſupple ex his, quæ diximus patet. Et ex his q̃ addemus. uerbi cauſa. differentia materiæ ignis eſt calidũ ſiccum ſimul cõbinata, mediante qua materia ignis eſt ſimpliciter leue: differentia materiæ terræ eſt frigidum & ſiccũ ſimul coniugata, mediante qua terra ipſa eſt ſimpliciter grauis. Calidum humidum ſimul iuncta materia ſunt: qua aer eſt grauis & leuis ad aliquid, & humidum frigidum compoſita materia ſunt qua aqua eſt grauis & leuis, ẽt ad aliquid. Patet igitur ex dictis materias, ſiue diſpoſitiones materiales eſſe tot numero quot elementa ſunt. Et licet hoc ex dictis pateat, tamen probat hoc idem refellens antiquorum poſitiones, duæ enim erant poſitiones antiquorum in genere. nam alij omnium elementorum unam fecerunt materiam: alij duas, ſiue plures. Primo obũcit contra eos, qui omnium elementorum proximam materiam fecerũt unam. nam ſi una ſit omnium elementorum materia, ſiue illa ſit uacuum, ſiue ſit plenum, ſiue ſint triangula: omnia aut ſurſum, aut deorſum mouebuntur. Inquit. ſiquidem enim una ſit omnium materia, ut uel uacuum, uel plenum et magnitudo, quod idẽ eſt, uel triangula, elementa ipſa, aut omnia ſurſum, aut omnia deorſum ferentur. conſequentia tenet: quia cum materia ſit una, ẽt forma erit una, & de materia proxima loquor. & ita uis mouendi una etiam erit. Addit quaſi idem ſub alijs uerbis. & inquit. Si aũt altera ẽt latio non erit, quod conſtat ex eo, quia materia eſt una omnium, ſi cuncta repunt magis hoc eſt deorſum fluunt. quod patet: uel q̃ ex maioribus ſunt corporibus, aut ex pluribus, aut q̃ elementa ſunt plena, & nullo modo uacua, leue ſimpliciter: tunc profecto nihil erit. Debes ſcire antiquos huius ſectæ omnia elementa effeciſſe grauia, uerum non una ratione: ſed alij, q̃ conſtant ex corporibus maioribus, q̃ cœli cõſtẽt: quos ponũt leues. Alij, quia conſtant ex pluribus corporibus, q̃ cœli. Alij, quia elementa omnia fecerunt plena, & nullatenus poroſa. Hoc autem ait, eſſe contra ſenſum, & inquit. hoc aũt uidemus: & ẽt demonſtratum eſt: ſil'r corpora deorſum ferri, & ſurſum ſemper cũ ſuis naturis relinquuntur, & ubiq; ponãtur. Vbi aũt (ut ait) uacuum, uel tale aliquid ſit, quod ſemper ſurſum fertur, non erit id quod ſemper deorſum mouetur, & ecõtra, ẽt ubi erit quod ſemper deorſum, non erit quod ſurſum mouet. Et ſic patet, q̃ ſi altera latio eſt, & cũcta deorſum fluũt: nihil erit ſimpliciter leue. Addit aliud abſurdum, q̃ uidelicet aliquod elementorum mediorum celerius deorſum mouebitur ipſa terra. patet, quia poteſt aliqua portio mediorũ eſſe maior aliqua portione terræ: & ita ex maioribus plenis conſtare, & per conſequens erit grauior. inquit. & mediorum ergo quædam erunt: quæ deorſum celerius terra mouebuntur, cuius cauſam ſubdit. d. Magno enim in aere triangula plura erunt: aut ſolida plura, aut plana plura erunt. ergo ille aer magnus erit grauior. hoc autem deſtruit. d. At nulla pars aeris deorſum ferri uidetur. Similiter aũt & in leui, ſupple deduci poteſt aliquod mediorũ eſſe leuius igne. ſi illud mediorum quiſpiam fecerit excedere ignem in illa materia q̃ eſt leuium. Quare ex omnibus his patet, unam materiã elementorum nullatenus eſſe. Quæret fortaſſe quiſpiam, an poſſit aſſignari aliqua cã, quare in rerum natura ſit dabile leue ſimpliciter, & graue ſimpliciter. Reſpondet Auer. & p̃cedit reſolutorie q̃ ſic, & aſſignat illam ex eo, quia pars ſuperior, & pars inferior eſt ſimpliciter finita atq; terminata. Cum enim pars ſuperior ſit finita, dabitur ſurſum ſimpliciter. & ſic dabile eſt leue ſimpliciter, quod ad eum locum, q̃ ſimpliciter ſurſum eſt fertur. Cum autem pars inferior terminata ſit ẽt, dabitur deorſum ſimpliciter. ergo dabitur grae ſimpliciter, q̃ illuc fertur. Vlterius, quæ eſt cã, cur hę p̃tes ſunt finitæ, illa uidelicet ſurſum, hæc aũt deorſum. Rñdet Auer. quia extremitas locorum ſurſum & deorſum finita eſt. Et ulterius extrema locorum ſurſum & deorſum finita ſunt, quia alterum eorum eſt cœli circũferentia, & aliud centrum. & quia ita eſt, oportet ſemidiametrum à centro ad circũferentiam eſſe finitam in longitudine: longitudinẽ n. ut longitudo non eſt finita per ſe, niſi q̃ finitur, ad aliud p̃ ſe finitum uidelicet ad longitudinem rotũdam. Cum enim circunferentia cœli ſit finita, ſemidiameter cœli eſt finita. ergo locus ſurſum qui eſt in cœli circũferentia, & locus deorſum, q̃ eſt in centro illius erũt ſtabilita. Ex his infert Auer. loca eſſe tantum duo, q̃ non poſſunt eſſe plures mundi, & ita non niſi unum centrum, & una circũferentia. q̃ uero aliquis põt dicere locum non eſſe cauſam grauitatis uel leuitatis, niſi extrinſecam, ideo Auer. addit cãm, motus ſurſum uel deorſum eſſe formam elementi: & illius formæ cãm eſſe locum ſaltem extrinſecam, & illius loci cãm eſſe corpus ſphæricũ. Secundo ex his infert aliter ſe habere locata elementorum, & aliter loca miſtorum: nam loca elementorũ ſunt cauſæ elementorũ ſaltem conſeruatiuę, uel finales. In miſtis aũt econtra loca ipſa ſunt cauſæ locorũ: nam elementa, aut ſunt accidentia, aut prope naturã accidentium, & ita poſſunt conſeruari à locis, quia accidens põt conſeruari ab accidente. q̃ uero miſta, ut ſic nullum ſibi limitant locũ: ideo loca ſunt p̃ pter miſta: eſt tñ differentia, q̃m miſtorũ quædam ſunt imperfecta ualde quaſi proxima elementis, ut lapides, & id genus. Alia perfecta, ut aialia & plantæ. miſta primo mõ quaſi ſunt. p̃ loca & illa ſibi limitant, ut elementa ẽt, & ideo lapides in aliquibus locis ſic, in aliquibus non inueniuntur, et fiunt ſil'r in locis terminatis. Secundo modo, miſta non limitant ſibi loca, niſi forte per accidẽs. Tertio infert Auer. aliquas differentias ſubſtantiarum eſſe accidentia, ut differentiæ elementorum ſunt accidentia. Et intelligas hæc accidentia, non eſſe proprie differentias ſubſtantiales: ſed loco illarum poſitas. Vlterius dubitat Auer. quomodo locus poteſt eſſe cauſa elemẽti: cũ ſit accidens, & elementum ſubſtãtia. modo nullum accidens uidetur cã ſubſtantiæ. Reſpondet Auer. q̃ demonſtratio eſt in oppoſitum, quia in hoc quarto Ariſt. probauit loca eſſe cauſas elementorum. Propterea cã eſſe poteſt, q̃ formarum alię ſunt imperfectæ, quaſi medię inter ſubſtantiam & accidens, ut formæ elementorũ. Aliæ perfectæ, quę ſunt ſubſtantiæ tantum, ut formæ miſtorum. Vult igitur accidẽtia eſſe ponenda in definitionibus formarum imperfectarũ. & q̃ accidentia ſint illarũ cauſæ, quia uidelicet ſunt imperfectæ: latent. n. & pluribus egent. In definitionibus uero formarũ imperfectarũ accidentia non ponũtur, ſed magis econtra: nam accidentia ſunt potius cauſata ã formis miſtorum. Hinc deducit qualitates primas reſpectu elementorum eſſe cauſas: reſpectu aialium eſſe cauſata, uelut tres dimenſiões reſpectu materiæ ſunt, ut formæ: immo primæ formarum. Reſpectu uero formarum ſunt accidentia diſpoſitiua. Hinc errauit Auicenna, qui uoluit dimenſiones interminatas eſſe ſubſtantias, & per conſequens bene dicunt quidam accidentia eſſe dr̃ias ſubſtantiarũ: non q̃dem ſimpliciter, ſed loco illarum acceptas. Excuſat tñ ſe ab hac p̃ſcrutatione, q̃ non huic: ſed libris metaphyſice conuenit. Debes ſcire ſecundum Auer. q̃ dimenſiones reſpectu materię ſunt ĩterminatę: & nullo modo cauſatę, quare ſunt ut formæ materiæ, & illius quaſi cã. Reſpectu uero compoſitorũ ſunt terminatæ. quia uero terminus illarum eſt à formis compoſitorum: ideo reſpectu illorum ſunt quaſi cauſata. Similiter

Dubitatio Soł. Auer. cõm. 40.

I & qualitates primæ, reſpectu elementorū ſunt quaſi interminatæ, & quaſi cauſæ elementorū. ſunt uero reſpectu miſtorum terminatæ, & quaſi cauſatæ. Mouet Auerr. ultimo in commen. qōnem contra Ariſto. nam aduerſarius dicere poſſet reperiri uacuum in tanta proportione maius pleno: in q̄ta eſt cā leuis ſimpliciter, & plenū in tanta ꝓportione maius uacuo in q̄ta eſt cā grauis ſimpliciter. Et ꝙ nullū uacuū maius: nec nullum plenum maius reperiri poſſet: quare dabitur leue ſimpliciter, & graue ſimpliciter, quia proportiones ſunt finitæ. Reſpondet Auer. & ꝓbat non dari uacuū, qđ ad plenum habeat certam ꝓportionem: ita ut maius dari non poſſet. primo, omne corpus pōt creſcere in infinitū, ut q̄tum. uacuum eſt corpus. ergo poteſt augeri in infinitū, ut q̄tum. Maior patet, qa finitū eſſe eſt propter formam: augeri uero in infinitum poteſt ratione quanti. Secundo, omne poſſibile exibit ad actum: ſed corpus eſſe leuius igne eſt poſ

K ſibile apud hos hoies, ſaltem ſm genus. ergo exibit ad actū, concluſio eſt impoſſibilis. ergo aliqua propoſitionū. & non maior. ergo minor, quare patet oppoſitum aduerſarij. Sed dubitatur contra has Auer. rationes, qm̄ ueteres dicerēt uacuum poſſet augeri in infinitum, ut q̄tum. non autē ut uacuū tale. Secunda ēt ratio nulla uidetur, qa ſm Auer. non oportet poſſibile reduci ad actum, niſi qñ eſt poſſibile ſecūdum ſpeciem: ut patet ſexto Phyſi. commen. 15. & primo huius. commen. 33. Sed hę obiectiones tolluntur. prima quidem quia non differt uacuum à uacuo, ut eſt q̄tum, quia uacuum nihil aliud eſt, niſi quantum ſine materia ſenſibili, & ſine ſubiecto. Secunda ēt tollitur, quoniam omne poſſibile ſecundum genus, oportet ſaltem reduci ad actum in aliqua ſui ſpecie, & ſi non in omnibus, ſaltem in aliqua. hæc pro Auer.

Sinautem duæ ſint, ueluti ſiquis uacuum atque plenum eſſe dixerit: media ipſa aer & aqua quonam pacto facient ea quæ faciunt ignem. igitur uacuum quidem dicunt ob quod ſurſum fertur. terram uero plenum, quocirca & deorſum mouetur. Erit

L enim quædam aqua quæ plus ignis habebit paruo aere: & aer magnus, qui plus terræ parua aqua. quare aliquam aeris magnitudinem celerius ferri deorſum oportebit parua aqua. hoc autem nuſquam unquam uidetur.

Fertur Additum uerbum.

Expoſitio. Confutauit eos, qui omnium elementorum unam materiam aſſignarunt, penes cuius uariationem cām grauium & leuium reddiderunt. at nunc eos, q duas materias dicunt reſellit, quia illis poſitis eſſnta media non mouebuntur, eo modo quo uidentur moueri. ſ. aer ſupra terram, & aquam, & aqua ſupra terram. & hoc abſurdum proponit per modum interrogationis, & inquit. Sinaūt materię grauium & leuium duæ ſint, ueluti ſiquis uacuum, atq; plenum eſſe dixerit: media ipſa eſſnta quæ ſunt aer et aqua: quo nam pacto faciēt ea quæ faciunt: uidelicet aer ipſe mouendo ſe ſupra aquam, & aqua ſupra terram. q. d. ꝙ hac poſitione poſita, nec aer, neq; aqua, ſic mouebitur: hoc eſt abſurdum. Quod uero ita ſequatur, probat Ariſt. & ſupponit primo duo de mente antiquo

M rum Primum eſt, ꝙ ignis ipſe nihil aliud ſit q̄ uacuū, & terra q̄ plenum. Secundum, ꝙ eſſe pōt quędam aqua, q̄ poteſt habere plus uacui paruo aere, & magnus aer eſſe poteſt, qui plus pleni habebit parua aqua. Hæ ſuppoſitiones fuerūt declaratę ſuperius. inqt. Ignem igitur uacuum quidem, ſupple dicūt: ob quod & ſurſum fertur. Terram uero dicūt plenū: quocirca & deorſum mouetur. Hæc eſt prima ſuppoſitio uidelicet ignis ſit uacuum, & terra plenum. Secundo ponit ſecundam, & inqt. Erit enim quædam aqua. uidelicet magna quæ plus ignis, hoc eſt uacui habebit paruo aere: & aer magnus erit ēt qui plus terræ, hoc eſt pleni habebit parua aq̄. Hæc ſecunda ſuppoſitio, etiam de mente eorum conſtat. Ex his duabus ſuppoſitionibus infertur abſurdum, uidelicet ꝙ aliquis aer uidelicet magnus celerius deorſum mouebit parua aqua. Tenet conſequentia ex ſuppoſitionibus, quia magnus aer habebit plus pleni parua aqua, ergo celerius deorſum erit aptus ferri. inquit: quare aliquam aeris magnitudinē celerius ferri deorſum oportebit parua aqua, quod deſtruit. d. Hoc aūt nuſq̄ unq̄ uidetur. Non igitur plenum & uacuum materiæ eſſe poſſunt grauium & leuium. N

Neceſſe eſt igitur quemadmoum & ignis ſurſum fertur, quia hoc habet, ut uacuum. Cætera uero nō habet: & terra deorſum, quia plenum habet: & aerē in eius locum ferri, ac ſupra aquam, quia hoc aliqd habet, & aquam deorſum, quia hoc.

Ferſ uerbi Additum Habet uerbum Additum

Nunc ex dictis deducit principalem concluſionem: uidelicet eſſe tot numero materias, quot ſunt elementa, quia ut ignis ſurſum fertur, quia habet hanc propriam ſibi materiā, uidelicet uacuum, & ut terra deorſum mouetur, quia habet hanc propriam uidelicet plenum: ita neceſſe eſt aerē in eius locum ſupra aquā moueri proprietate ſuę materię, uidelicet quia habet hoc aliquid. ſ. de uacuo, et aquam etiam moueri deorſum ſub aere, per idē, quia habet quicq̄ pleni. quare oīa O habent proprias materiæ differentias: per quas ꝓprios motus exercent. Inquit. Neceſſe eſt igitur quemadmodum & ignis ſurſum fertur, quia hoc habet, hoc eſt ob eius propriā quam habet materiam uicelicet uacuum: cætera uero. i. alias uero materias præter uacuū non habet. & ut terra deorſum mouetur proprietate ſuæ materiæ, quia uidelicet plenum habet, per idem ſupple: neceſſe eſt aerem in eius locum ferri, & ſupra aquam proprietate ſuæ materiæ, quia hoc aliqd uacui habet plus pleno, & per idem neceſſe eſt aquā deorſum moueri proprietate ſuæ materiæ: uidelicet, qa hoc habet uidelicet plus pleni q̄ uacui. quare tot dīias materiei neceſſe eſt, quot ſunt motus ipſorū dīiæ. & ſic omnium nō erit una materiæ, nec duæ, ſed tot numero, quot elementa.

Expoſitio.

Si autem unū quoddam erat ambo, aut duo (ambo aūt hęc inſint utriq;) erit aliq̄ multitudo utriq; qua & aqua paruum aerem excedet ſupero, & aer aquam infero, ut ſæpe dictum eſt.

Ipo ſurſum Supero Infero Ipo deorſū P

Deduxit concluſionem principalem: at nunc repetit rationem, ut ſui moris eſt. nam cum intulit principalem concluſionem, de more epilogat ratiōem, quam prolixe fecerat, arguit ergo, ſi ambo. ſ. graue & leue ſint unum quoddam uidelicet aut uacuum, aut plenum, aut ambo ſint duo uidelicet leue uacuum & graue plenum: modo tam graui q̄ leui hæc ambo uidelicet uacuum & plenum inſint, erit aliq̄ multitudo horum amborum uacui, & pleni utriq; uidelicet graui & leui competens, qua & aqua paruū aerem excedet ſupero motu. i. qua aerē excedet aqua in motu ſurſum facto. & aer excedet aquam infero hoc eſt in motu deorſum facto: Nec deducit rationem ſed inquit ut dictum eſt. Inquit. Si autem unum quoddam. i. una quædam, materia erant ambo uidelicet ambo graue & leue erant una quædam materia: uacuum, aut plenum, aut duo. i. aut ambo graue & leue erant duo. i. duæ materiæ uacuum & plenum (ambo autem hæc inſint utriq;) ideſt modo uacuum & plenū inſint utriq; i. tam graui q̄ leui, totum hoc eſt añs, cui addit conſequens. & inquit. erit utriq; graui uidelicet ſeorſum & leui ſeorſum Q aliqua multitudo horum amborum uacui & pleni cōpetēs quo & aqua paruum excedet ſupero motu. & qua aer excedet aquā infero motu, ut ſæpe dictū eſt. Oportet igit eē materias tot numero: quot ſunt grauia ipſa ac leuia, & non unā uel duas. Auer. mouet. q. quia Ariſ. uoluit cū dualitate materiæ non ſtare contrarietatem eſſntorum. Ait enim ſi duæ tā tum materiæ eſſent eſſntorum, non dabunt duo extrema eſſnta contraria. & prima quia (ut deduxit ſupra) ignem poſſet dari altius & altius in infinitum. Obiicit Auer. nam omnes colores ſunt ex duabus materiebus. ſunt enim colores qualitates ſecundæ, quarum principia ſunt ignis & terra. Ignis quidem alborum terra nigrorum, & tamen in multitudine colorū ſunt duo extremi colores. ergo dualitas materiei non tollit extrema. Auer. reſpondet concedendo totum. Ad antiquos uero ſequitur abſurdum Ariſt. uidelicet ꝙ elementa erunt eiuſdem ſpeiei, ut colores medij, qui non ſpecie, ſed ſecundum

Quæ uera cōmi. 41.

A cundum magis & minus differunt, ut quinto phyſi. dictum eſt. Hęc ex Auer. quæ in codicibus græcis nō accidūt: ſed in ſuis barbaris translationibus, ut facile uidere licet.

Figuræ aūt cauſæ non ſunt, aut ut deorſum, aut ſurſum ferantur ſimplr, ſed ut celerius, aut tardius.

Expoſitio. Nunc quo nam modo figuræ motus cauſę ſint, declarat. nam ueterum nōnulli figuras motuum eſſentorum cauſas aſſignarunt, ut Plato: qui igni figuram pyramidalem præbuit, uel ſphęricam ob eius motus celeritatē Ariſto. uero figuras motuū cauſas principales non aſſerit: ſed conceſſas, quatenus cauſę ſunt, nonut moueant eſſenta ſimpliciter, aut ſurſum aut deorſum, ſed cauſæ ſunt, ut moueantur celerius, aut tardius: inquit. Figuræ aūt cauſæ non ſunt, ut deorſum, aut ſurſum eſſenta ipſa ſimpliciter ferantur, ſed ut ferantur celerius, aut tardius, & ita conceſſæ uidentur potius.

B Latiferrū Lata ferramenta Aurea arena ψάμμος Arena, uñ ſtiaurum. Fruſtū auri Tela auri Aranea auri Loliū auri Expoſitio. Quas uero ob cauſas uidere non eſt difficile. Dubitatur enim nunc, cur latum ferrum, plumbūq; ſuper aquam natat. Alia uero minora minuſq; grauia ſi rotūda ſint, aut longa: ut acus, deorſum feruntur. & cur nōnulla ob paruitatem: ut aurea, arena, cæteraq; terrea, ac puluerulenta ſuper aerem natant.

Id qđ de figuris dixerat, nunc Ariſ. manifeſtat ſoluendo duo problemata. Et primo illa proponit. Secūdo ſoluit illa. Primum eſt, cur latū ferrum, atq; latū plūbum, ſi ad modū telę aranęę ſit, ſuper aquā natat. Alia aūt minora, & minus grauia, deorſum petunt, ſi rotunda ſint, aut longa: ut pila, & acus, inquit. Quas uero ob cauſas, ſupple figuræ conceſſæ ſint motuū & non principales cauſę: uidere non eſt difficile. nam ſolutis duobus problematibus, ſolutio ēt & res illa omnibus patebit, & ſtatim per ordinem illa problemata ponit dicens. Dubitatur. n. nunc, cur latum ferrū, plumbūq; ēt latum, ſuper aquam natat. Alia uero minora minuſq; grauia, ſi rotūda ſint: ut pila, aut lōga: ut acus deorſum ferūtur. cā problematis eſt, quia grauiora deorſum magis mouētur.

C & ita ferramenta lata cum ſint, acu, & pila, grauiora, deberent in aqua deſcendere. hoc eſt primum problema. deinde mouet ſecundum, cur uidelicet: quędam alia ob paruitatem, ut folia auri, & quędam terrea puluerulenta q̄; in aere natāt. Cā dubitationis eſt, quia ſunt grauia, & aere maxime grauiora. Inquit. Et cur nonnulla ob paruitatem, ut aurea arena, quæ grece pſegma dicitur, latine fruſtum auri, uel tela aurea, cæteraq; terrea ac puluerulenta ſuper aerem natant: ut uidemus in radijs portarum atoma grauia ſupernatare: hoc eſt ſecundum problema Ariſto.

Suſtinere Subtollere Decidere ὑποπίπτειν Dilabi Nō impedire. Expoſitio. Cauſam igitur horum oīum, putare quidem: ut Democritus non recte ſe habet. Ille. n. dicit illa calida, quę ſurſum ex aqua feruntur: ea lata eorum quę grauitatē habent, ſuſtinere. Anguſta uero decidere: pauca enim eſſe, quę ipſis contrapulſant.

D Democritus ſoluit problema, & ſupponit ab imis aquis eleuari corpuſcula quædam, quæ phyſici uapores appellāt. hi ab imis mouentur ſurſum ad ſuperficiem aquarum ab aq̄rum ſuperficiebus ulterius mouent alīq; uapores & aeris media regionem petunt. Leuia aūt ſunt hæc corpuſcula & tenuia, a ſtellis ipſis atq; ſole producta. Ex hac ſolutione facile ſoluit, pblemata. Natant. n. ferrum, latum & amplum plūbum, quatenus uapores ab imis aquis ſurſum petentes obuīj ferro & plumbo illa ob latitudinem ſuſtinent. Acum aūt & pilam, dicit Democritus decidere & per aquas dilabi. nā ſuſtinere ea non poſſunt uapores tenuitate eorum, in aere quoq; auri tela, & pulueres eadem rōne ab ipſis uaporibus ſubtollunt: qui ab ipſis aquarū ſuperficiebus eleuantur. et ſic ſoluit Democritus problemata non recedens à ſuis corpuſculis, quæ atoma appellat, cōtra quem obīcit Ariſ. dicens. hoc non eſſe ere, & inquit. Cauſam igitur horum oīum, putare qdem, ut Democritus. ſ. cenſet, non recte ſe habet. Deinde quę Democritus dicebat, explicat. d. Ille. n. dicit ea calida, quæ ſurſum ex aqua feruntur: quæ uapores dicunt, ea lata, uidelicet ferrum, & plumbum de numero eorum, q̄ grauitatem habent, ſuſtinere. Anguſta uero dicit decidere, dilabiq; per aerē & aquā. Pauca. n. ea eſſe, ſupple aſſerens, & ēt parua, quę contrapulſant uaporibus. eſt. n. acus & pila parua res, quaſi non obſiſtens uaporibus. Hæc Democ. E

In aere aūt magis ēt idipſum fieri oportebat, ut ipſemet obiicit. Sed obiiciēs molliter ſoluit. Dicit enim non in unū facere impetum ſum. appellans ſum motum eorum corporum, quæ ſurſum feruntur. Fieri Facere

Expoſitio. Obīcit nunc Democrito ex obiectione propria Democriti, qa plumbum planum, & ferrum latum deberet ſupernatare ī aere, & magis, eō magis, quo aer eſt uaporoſior aqua, cum ſit humidior et tenuior. Sic ſibi obiecit Democr. uerum ſoluens ait, uapores aqueos magis coadunate aſcendere. aereos aūt ſparſim, et ſic aquei obſiſtunt latis corporibus. aerei uero non. inqt. In aere aūt magis ēt idipſum fieri oportebat: ut ipſemet obīcit ſibi, qm̄ aer præ nimia ſua humiditate eſt uaporoſior aqua. Deinde ponit ſolutionē Democriti, & inqt ſed obīciens molliter ſoluit. Dicit. n. uapores ipſos in aere eleuatos, nō in unum facere impetum, qa non uniti ſcandūt uelut uapores aquei, qui uniti ſubtolluntur. Quod uero ad uerba attinet { Sum } quod eſt uerbū Democriticum: Ariſt. exponit in eius lingua: & inquit. Dicit. n. non in unum facere impetum ſum, appellans { Sum } motū eorum corporū, quę ſurſum ferunt, quæ corpora Ariſ. ubiq; uapores uocat. Motus. n. uaporū apud Democritum non in unum facit impetum contra plumbū & ferrum planum, qñ uapores ſunt aerei: ſed motus uaporum aqueorū contra plumbum & ferrum lata facit impetum in unum, & propterea illa ſuſtinet. F

Quę auer. cōmē. 43. Ariſto. aūt huic ſolutioni non aliter obiicit: niſi qa eſt mollis ac debilis. Et cām reddit Auer. quia uapores aerei maiorem habent continuitatem: q̄ aquei uapores habēt. nam aer aſcenſui ſuorum uaporum minus reſiſtit. Aqua uero ſuis uaporibus aſcendentibus magis reſiſtit. Vnde & proiecta in aere celerius mouent eis ,iectis, quę mouent in aqua. Qđ ſi uapores aerei in aere habebunt maiorem continuitatem, minorem habebunt expanſionem, quare corporibus deſcendentibus magis occurrunt. Et ſic ſolutio Democriti debilis fuit: ut Auerroes declarauit. G

Facile, uerbum Additum Cum aūt continuorum: alia quidē facile, alia uero minus facile diuiſibilia ſunt. Et diuiſiua etiam modo eodem, alia quidē magis: alia aūt minus: has eſſe cauſas putandum eſt. Facile quidem igitur diuiſibile: id eſt quod facile terminabile eſt, & id magis quod magis: ut aer magis eſt tale q̄ aqua, & aqua q̄ terra: minus etiamunoquoq; in genere magis facile diuiditur, faciliuſq; diſrumpitur.

Autem Vt Expoſitio Quia ſolutio Democriti erat mollis ac debilis: nunc aliter ſoluit. Et ſupponit pro ſolutione duas diuiſiones continuorum corporum, prima eſt continuorum, alia facile, alia minus facile diuidi poſſunt. facile aer diuidi poteſt, minus facile aqua: adhuc minus facile diuidi pōt terra, inquit. Cum autem continuorum corporum, alia quidem facile: alia aūt minus facile diuiſibilia ſunt, textus legatur ſuſpenſiue uſq; ibi { Has eſſe cauſas. } Hæc eſt prima diuiſio. Secūda uero eſt corporum continuorum quæ ſunt diuiſiua, alia magis diuiſiua ſunt, ut acuta & ſphærica: alia minus diuiſiua ſunt, ut lata, inquit. Et diuiſiua ēt modo eodem, alia quidē magis: alia aūt minus: ſupple ſunt, & terminans textus ſuſpenſionem, inqt. Quia hę duę corporum diuiſiones uerę ſunt: has cās ,p blematum putandum eſt. Deinde exponit membra primæ diuiſionis, & uult facile diuiſibile eſſe quod facile terminat termino alieno, ut aer & aqua, quę terminantur termino cōtinentis. Inquit. Facile quidē igitur diuiſibile: id eſt qđ facile terminabile eſt, ſupple termino alieno: et id magis, quod magis alieno termino terminatur: ut aer magis q̄ aqua eſt talis: & aqua magis talis q̄ terra. Addit quoddā obiter, & inqt. Minus aūt corpus in unoquoq; genere magis facile diuiditur, ut minor aer citius diuiditur magno, qm̄ in maiori q̄to eſt maior reſiſtentia, magiſq; diſrumpitur eādē ratione. H

I Ea igitur quę quidem latitudinem habent: quia multum comprehendunt, ſupramanent. propterea, quia nō diſrumpitur illud quod multum facile diuiditur. Ea uerō quę cōtrario modo ſe habent figuris, quia parum comprehendunt deorſum ferūtur: propterea quod facile illud diuidunt, & in aere multo magis quo facilius q̄ aqua diuiſibilis eſt.

Diuiditur Verbū ad ditum.

Expoſitio. Ex his ſuppoſitionibus ſoluit nunc problema primū, propter quod enim quærebatur, nonnulla ponderoſiora, ut ferrum & plūbum latum, citius deſcendūt in aqua, q̄ quædam minus grauia, ut acus & pila. Reſpondet: quia lata illa corpora, non ita facile ipſam aquam penetrant: q̄m multū cō-

K prehendunt illius: & ſic non facile aqua diſrumpitur. Acuta uero facile penetrant, ut acus cum parum aquę comprehendant. Inquit. Ea igitur quæ quidem latitudinem habent, qa multum aquæ comprehendunt ſupramanent ipſi aquæ. propterea, quia non diſrumpitur illud, quod multum facile diuiditur. Ea uero quæ contrario modo ſe habent figuris, ut acus & pila, quia ipſius aquæ parum cōprehendunt, deorſum feruntur. ꝓpea quod facile illud diuidūt, quodde aqua comprehendunt. Addit & in aere multo magis quo facilius q̄ aqua diuiſibilis eſt. Et ſic habes ſolōnē primi ꝓblematis.

Cum aūt & grauitas ipſa aliquam uim habeat p quam deorſum fertur, & continua, ut non diſrumpantur: hæc inter ſe conferre oportet: nam ſi uis ipſius grauis eam quæ in ipſo continuo eſt ad diſruptionem diuiſionemq; exuperabit, penetrabit deorſum celerius. Sinautem fuerit imbecillior ſuperna-

Penetrabit Transibit Vim iſert deorſum. Cogeſ de orſum. tabit. de graui quidem igitur & leui, & de his q̄ circa ipſa accidunt a nobis, hoc modo ſit definitum.

Expoſitio. L Solutio primi problematis ſatis conſtat: uerum, ut ipſam magis explanaret Ariſ. (ut Auer. innuit) ſupponit ut in corpore diuidenti eſt potentia actiua ad diuidendum: ita in corpore diuiſibili anteq̄ diuidatur eſſe potentiam reſiſtitiuā diuiſioni. Qua rōne potentia haſce conferre oportet inuicem: nam ſi uis diuiſiua quæ eſt in graui ſit maior q̄ ſit uis reſiſtitiua, in aere, uel aqua: proculdubio graue fundum petit, ubi uis reſiſtitiua in aere, uel aqua fuerit minor, uel æqualis, grauе ſupernatabit. Cum igitur uis reſiſtitiua in aqua ſit maior q̄ uis diuiſiua in ferro, uel plumbo lato: iure ferrum uel plūbum latū ſupernatabit. In acu uero uel pila uis diuiſiua maior eſt, q̄ reſiſtitiua in aqua, ideo acus uel pila fundum petit. Inquit. Cum aūt & grauitas ipſa aliquam uim habeat diuiſionis actiuā: & corpora ipſa continua, ut aer uel aqua aliquā uim habeant diuiſionis prohibitiuam, ſiue diuiſioni

M reſiſtitiuā, ut non diſrumpantur: hæc inter ſe conferre oportet. Nā ſi uis diuiſiua quæ eſt ipſius grauis, eā uim quę in ipſo continuo corpore ut in aqua uel aere eſt ad diſruptionem diuiſionēq; exuperabit, penetrabit deorſum celerius, ut uis pilæ uel ipſius acus: quæ maior eſt in penetrando quàmuis N aquæ in reſiſtendo. Sinautē uis rei grauis fuerit imbecillior in penetrando, ut in plumbo lato, uel amplo ferro, q̄ ſit uis aquæ in reſiſtendo, graue illud ſupernatabit. Quod uero ad uerba attinet, uerbum {Penetrabit} græce eſt διαϐήσεται quod latine ſonat tranſibit, uel pertranſibit, penetrabit uim inferret deorſum, uel ui deorſum infertur: cogetur deorſum, uel uiolentabitur deorſum, clarius penetrabit ego trāſtuli ad ſenſum. Ex hiſce clariſſime conſtat cā ſucceſſionis in motu grauium & leuium in pleno. Cā enim eſt, quia medium dū graue deſcendit, uel leue aſcēdit diuiditur: non aūt diuiditur, niſi diuiſioni reſiſtat. Nā licet uis diuiſiua in graui uel leui ſit maior, q̄ uis prohibitiua diuiſionis in pleno: tñ uis diuiſionis prohibitiua in pleno eſt aliquāta, ut ſufficiat pro ſucceſ-

De cā ſucceſſionis in motu. De motu In uacuo Fieri i tpe Fieri in inſtanti Fieri ſubito.

O ſione motus. patet præterea in uacuo, uel non fieri motum, uel fieri in iſtanti, uel fieri ſubito. differt enim mutationem fieri in tpe, & fieri in inſtanti, & fieri ſubito. Fieri enim in tēpore, eſt fieri in hora, uel die, uel aliquo certo dato tempore. In inſtāti aūt fieri motum eſt ipſum fieri in indiuiſibili tpis. fieri uero motum ſubito, eſt ipſum non fieri in hoc inſtāti q̄ eſt præſens: ſed immediate poſt hoc inſtās quod eſt preſens (ut Heſberiſtæ & Suiſethiſtę tradunt.) In uacuo ergo non fit motus ī tpe, quia illis nulla uis eſt uacui prohibitiua diuiſionis, cum uacuū nihil aliud ſit q̄ dimēſio ſine corpore ſenſibili, q̄ nullius actiuitatis eſt. ergo motus uel erit ſubitarius, mo mētariuſq; uel in inſtāti indiuiſibiliq; tpis, licet Auer. ubiq; ſubito fieri, exponat fieri in inſtanti, ut octauo phyſi. cōmē. 23. & phyſic. 4. commen. 71. uerum de his alꝰ. poſtea epilogat dicens. De graui quidem igitur & leui: & de his q̄ circa ipſa accidunt à nobis hoc modo ſit definitum. & ſic Deo P bene uolente nos finem imponimus huic noſtrę interpretationi anno præſenti. M. D. XIIII. Die. XV. Octobris, Sueſſæ, in qua omnibus pateat me omnia eſſe locutum, ut philoſophum: quæ uero uiderentur ſanctæ Romanæ eccleſiæ diſſonare, illico reuocamus, aſſerentes ea ab incuria noſtra proficiſci: non autem a malitia. quare noſtras has interpretatiōes omnes, & quaſcūq; alias in quibuſuis libris ediſ ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſumittimus, & tibi præſertim Illuſtriſſimo Alouiſio. Vale.

Ex mādato ſacri apoſtolici Concilij, ſtatutum eſt omnia opera imprimenda publicari nequaq̄ debere, niſi prius ab inquiſitore, una cum aliquo Theologiæ magiſtro recognita ſint, cui uel per Dioceſanum, uel eius Vicarium hoc initūctum fuerit. Itaq; abſente inquiſitore ego magiſter Antonius Caietanus almi prædicatorum ordinis artium ſacræq; Theologiæ profeſſor, conuentuſq; ſancti Dominici de Neapoli regens, ex mādato Reuerēdiſſimi domini Vicarij Neapolitani interpretationem inſignis philoſopi Auguſtini Niphi Sueſſani, in libros Ariſtotelis de Cœlo & Mundo diligenter recognoui, in quibus fidem facio me nihil inueniſſe, quod fidem catholicam oppugnet. Q

SERIES CHARTARVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V.

Omnes autem ſunt quaterniones, præter ✠ qui eſt ternio.

Venetiis Apud Hieronymum Scotum.

M D XLIX.

870 (I-II)